M.F.QVINTI-
liani inſtitutiones
ORATORIAE.
EIVSDEM DECLAMATIONES.

Omnia ad veterum codicum fidem recognita ac reſtituta. Menſe Februario, M. D. XXXVI.

Pro Hæredibus Iod. Badii Aſcenſii.

IOANNES LODOICVS LECTORI.

Præclarè mecum actum putarem, Lector optime, laborisque mei non mediocris profecto minus me pœniteret, si in hac Fabii editione animi mei proposito defungi mihi licuisset. Verum aliter longè quàm putaram, euenit. Nam dum studiosè codices impressos venerãdæ vetustatis, scriptósque nonnullos conquiro, eosque confero alacri animo, in eas coniicior angustias, iisque laqueis implicor, vnde nulla se vlla ex parte expediundi mei ratio ostenderet. vsqueeò omnia partim mendosa, partim ab iis quæ manibus hominum teruntur abhorrentia, veteris tamen Fabii non obscura reperio indicia. Mihi vero erat in animo veterẽ Fabium, quoad eius fieri posset, referre: neminémque recẽtiorum, qui Commẽtarios, Annotationes, Castigationesque in hunc scripserũt, offendere, & inuidiã rei cum vtilis tum honestæ, dum totis viribus Fabio ferunt opem, vitare. qui cum veterum superare volunt diligentiam, nimium sibi in authores licere persuadent. Quocirca veluti coactus, cum nihil expungendum, immutandum, castigandum existimarem, eam sum viam ingressus, qua temeritatis accusari à quoquam iure non possim: sed satius visum est, Asteriscis locos insigniores notare: idque seorsum, ne margines cõfunderẽtur annotatiunculis, chartis aliquot, ac subiectis rationibus, vobis cõmunicare, vósque Censores facere & iudices. Proinde permulta fore spero ad codicum vetustiorũ fidẽ restituta verissimè, quæ vsque adhuc in deterius fuerunt mutata. In plurimis ἐφέξομεν, iudiciúmque nostrum in aliud tempus differemus, quo nostros in hunc Authorem Commentarios, qui à nobis maximo comparantur labore, in vestram edemus vtilitatem: cui noster hic conatus sudare, ac seruire constituit. Siqua sunt deplorata, quæ sunt sanè non parum multa, ea erimus indicasse contẽti. Postremo, ne cui forte sit mirum, hoc est à nobis elaboratum hac editione, vt vbi noua certáque præcepta traderentur, ea per singula capita maiusculis literis illustraremus: quô sese citius oculis subiicerẽt, & memoriæ inhærerent fidelius, quasi quidam artificiales memoriæ loci, & epitomarum instar.

Hanc igitur operam à nobis honestissimo studio susceptam boni consule, & huic nostræ nascenti officinæ, quæ vestra constantissimè studebit augere commoda, faue.

M. FABII QVINTILIANI VITA.

M. Fabius Quintilianus Romæ natus est. Quibus Consulibus, aut quo imperante Cæsare non legi. Verissima cõiectura adducor, vt fidem libris temporum non habeam, vbi legitur, Quintilianus Calagura vrbe Hispaniæ oriundus. Nam M. Valerius Martialis Calaguritani agri alũnus, cum Iberos memoria dignos suis epigrãmatibus inserat, nullam de Quintiliano mentionem fecit: sed eum separatim cum veneratione nominat,

Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Et ipse dicit, se cum esset adolescẽtulus, cognouisse Domitium Afrum & Senecam: qui ambo sub Nerone periere. Seneca in lib. 6. Diuisionum, Quintiliani Declamatoris meminit, cuius adhuc extãt multæ Declamationes acutæ, & breues, stylo aliquantulũ remissiore. Is auus fuit M. Fabii Quintiliani, qui Romæ multis annis Rhetoricen cum summa laude docuit. Et ipse rursus Quintilianus mẽtionem facit patris, qui causidicus fuit apud Principem. Neque notitia, neque gratia caruit. Domitiani enim Cæsaris nepotũ cura ei delegata fuit. Disciplinæ eius castigatissimæ plenissimũ testimoniũ C. Cælius affert. Qui sub tali præceptore tãtum profecit, vt sui tẽporis oratores facile superauerit. Duxit vxorẽ ex nobili familia, ex qua liberos suscepit: quæ acerbissima fatorum sorte in primo iuuentutis flore rapta fuit. Alterũ ex liberis quum librum de causis corruptæ eloquentiæ edidisset, amisit: postea cum Rhetorices libros scriberet, Marcellum vnicum parentis lumen ac solatium rogo dedit. Testis & ipse infœlix senex suarum lachrymarum est. Eius filiola ex alia, vt credo, vxore Tutilii Equitis Romani filia genita, nupsit Nouio Celeri, viro claro. Quo tempore decesserit affirmare non audeo, quoniam is qui tradit fide caret.

M. FABIVS QVINTILIANVS TRYPHONI SALVTEM.

EFFLAGITASTI QVOTIDIANO CONuicio, vt libros, quos ad Marcellum meum de Inſtitutione Oratoria ſcripſeram, iam emittere inciperem. Nam ipſe eos nondum opinabar ſatis maturuiſſe, quibus componendis (vt ſcis) paulo plus quàm biennium, tot alioqui negociis diſtrictus impẽdi: quod tempus non tam ſtylo, quàm inquiſitioni inſtituti operis, propè infiniti, & legendis authoribus, qui ſunt innumerabiles, datum eſt. Vſus deinde Horatii conſilio, qui in Arte Poet. ſuadet, ne præcipitetur editio, nonũque prematur in annum, dabam iis ocium, vt refrigerato inuentionis amore, diligẽtius repetitos tanquam lector perpenderem. Sed ſi tantopere efflagitantur, quàm tu affirmas, permittamus vela vẽtis, & oram ſoluentibus bene precemur. Multum autem in tua quoque fide ac diligentia poſitum eſt, vt in manus hominum quàm emendatiſſimi veniant.

M. FABII QVINTILIANI in Oratoriæ Institutionis libRVM PRIMVM, AD MARCELLVM VICTORIVM, PROOEMIVM.

POST IMPETRATAM STVDIIS MEIS quietem, quæ per XX annos erudiendis iuuenibus impenderam, cum à me quidam familiariter postularent, vt aliquid de ratione dicendi cõponerem, diu sum equidé reluctatus: quòd authores vtriusque linguæ clarissimos non ignorabã multa, quæ ad hoc opus pertinerent, diligentissime scripta posteris reliquisse. Sed qua ego ex causa faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebãtur illi magis, quòd inter diuersas opiniones priorum, & quasdã etiam inter se contrarias difficilis esset electio: vt mihi si non inueniendi noua, at certe iudicandi de veteribus, iniungere laborem non iniuste viderentur. Quanuis autem non tam me vinceret præstandi quod exigebatur fiducia, quàm negandi verecundia, latius se tamen aperiente materia, plus quàm imponebatur, oneris sponte susceperi: simul vt pleniori obsequio demererer amãtissimos mei: simul ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem. Nam cæteri ferè, qui artem orandi literis tradiderũt, ita sunt exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinæ, summam in Eloquentia manum imponerent: siue contemnẽtes tanquam parua, quæ prius discimus studia: siue non ad suũ pertinere officium opinati, quando diuisæ professionum vices essent: seu quod proximum vero, nullam ingenii sperãtes gratiam circa res, etiamsi necessarias, procul tamen ab ostentatione positas: Vt operum fastigia spectãtur, latẽt fundaméta. Ego cum existimem nihil arti Oratoriæ alienum, sine quo fieri non posse Oratorem fatendum est, nec ad vllius rei summam, nisi præcedentibus initiis perueniri, ad minora illa, sed quæ si negligas, non sit maioribus locus, demittere me non recusabo: nec aliter, quàm si mihi tradatur educandus Orator, studia eius formare ab infantia incipiam. Quod opus MARCELLE VICTORI tibi dicamus, quem cum amicissimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem, non propter hæc modo (quanquam sunt magna) dignissimum hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus: sed quòd erudiendo nato tuo, cuius prima ætas manifestum iter ad ingenii lumen ostendit, non inutiles fore libri videbantur: quos ab ipsis dicendi velut incunabulis per omnes, quæ modo aliquid Oratori futuro conferãt artes, ad summam eius operis perducere destinabamus. Atque eô magis, quòd duo iam sub nomine meo libri ferebantur artis Rhetoricæ, neque editi à me, neque in hoc comparati. Nãque alterum sermone per biduum habito, pueri, quibus id præstabatur, exceperant: alterum pluribus sanè diebus, quãtum notando consequi potuerant, interceptum boni iuuenes, sed nimium amantes mei, temerario editionis honore vulgauerant. Quare in his quoque libris erunt eadem aliqua, multa mutata, plurima adiecta, omnia verò compositiora, &, quàm nos poterimus, elaborata.

Causa condendi operis.

ORATOREM autem instituimus, illum perfectum, qui esse nisi vir bonus non potest: ideóque non dicendi modo eximiam in eo facultatem, sed omneis animi virtutes exigimus. Neque enim hoc concesserim, rationem rectæ honestæque vitæ (vt quidam putauerunt) ad philosophos relegandam: cum vir ille vere ciuilis, & publicarum priuatarúmque rerum administrationi accommodatus, qui regere consiliis vrbes, fundare legibus, emendare iudiciis possit, non alius sit profecto quàm Orator. Quare tametsi me fateor vsurum quibusdam, quæ philosophorum libris continentur, tamen ea iure vereque contenderim esse operis nostri, propriéque ad artem Oratoriã pertinere. An si frequentissimè de iustitia, fortitudine, temperãtia, cæterisque similibus sit disserẽdum, & adeo vt vix vlla possit causa reperiri in quam non aliqua quæstio ex his incidat, eáque omnia inuẽtione atque elocutione sint explicãda, dubitabitur vbicunque vis ingenii, & copia dicendi postulatur, ibi partes Oratoris esse præcipuas? Fuerũtque hæc, vt Cicero apertissimè colligit, quemadmodum iuncta natura, sic officio quoque copulata, vt iidem sapiẽtes atque eloquentes ha-

Orator

Lib. III. de Orat.

berentur. Scidit deinde ſe ſtudium, atque inertia factum eſt, vt artes eſſe plures viderentur. G
Nam vt primum lingua eſſe cœpit in quæſtu, inſtitutúmque Eloquentiæ bonis male vti, cu
ram morum qui diſerti habebantur, reliquerunt. Ea vero deſtituta, infirmioribus ingeniis
velut prædæ fuit. Inde quidam contempto bene dicendi labore, ad formandos animos,
ſtatuendásque vitæ leges regreſſi, partem quidem potiorem (ſi diuidi poſſet) retinuerunt:
nomen tamen ſibi inſolentiſſimum arrogauerunt, vt ſoli ſapientiæ ſtudioſi vocarentur.
Quod neque ſummi Imperatores, neque in conſiliis rerum maximarum ac totius admi-
niſtratione reipub. præclariſſime verſati, ſibi vnquam vendicare ſunt auſi. Facere enim opti-
ma quàm promittere maluerunt. Ac veterum quidem ſapientiæ profeſſorum multos & ho-
neſta præcepiſſe, & vt præceperunt etiam vixiſſe facile conceſſerim: noſtris vero tempori-
bus ſub hoc nomine maxima in pleriſque vitia latuerunt. Non enim virtute ac ſtudiis, vt H
haberentur philoſophi laborabant: ſed vultum, & triſtitiam, & diſſentientem à cæteris ha-
bitum, peſſimis moribus prætendebant. Nunc autem quæ velut propria philoſophiæ aſſe-
runtur, paſſim tractamus omnes. Quis enim modo de iuſto, æquo, ac bono, non & vir peſſi-
mus loquitur? quis non etiam ruſticorum aliqua de cauſis naturalibus quærit? Nam ver-
borum proprietas ac differentia omnibus, qui ſermonem curæ habent, debet eſſe com-
munis. Sed ea & ſciet optime, & eloquetur Orator. qui ſi fuiſſet aliquando perfectus, non
à philoſophorum ſcholis virtutis præcepta peterentur. Nunc neceſſe eſt ad eos aliquando
authores recurrere, qui deſertam (vt dixi) partem Oratoriæ artis, meliorem præſertim, oc-
cupauerunt: & velut noſtrum repoſcere: non vt nos illorum vtamur inuentis, ſed vt illos
alienis vſos eſſe doceamus. Sit igitur ORATOR vir talis, qualis vere ſapiens ap- I
pellari poſſit: nec moribus modo perfectus, nam id mea quidem opinione, quanquam ſint
qui diſſentiant, ſatis non eſt, ſed etiam ſcientia & omni facultate dicendi: qualis adhuc for-
taſſe nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad ſummam tendendum eſt, quod fecerunt
Orator nõ eſt perfect⁹ inuentus. plerique veterum: qui etſi nondum quenquam ſapientem repertum putabant, præcepta ta-
men ſapientiæ tradiderunt. Nam eſt certè aliquid conſummata eloquentia, neque ad eam
peruenire natura humani ingenii prohibet. quod ſi non contingat, altius tamen ibunt, qui
ad ſumma nitentur, quàm qui præſumpta deſperatione quò velint euadendi, protinus cir-
ca ima ſubſtiterint. Quô magis impetranda venia erit, ſi ne minora quidem illa, verum
Operis di- uiſio. operi quod inſtituimus, neceſſaria præteribo. Nam liber primus ea, quæ ſunt ante officium
Rhetoris, cõtinebit. Secundo, prima apud Rhetorem elementa, & quæ de ipſa Rhetoricæ K
ſubſtantia quæruntur, tractabimus. Quinque deinceps Inuẽtioni, nam & huic Diſpoſitio
ſubiungitur. Quatuor Elocutioni, in cuius partem Memoria ac Pronunciatio veniunt, da
buntur. Vnus accedet, in quo nobis Orator ipſe informandus eſt, vt qui mores eius, quæ
in ſuſcipiendis, diſcendis, agendis cauſis ratio, quod Eloquentiæ genus, quis agendi debeat
eſſe finis, quæ poſt finem ſtudia, quãtum noſtra valebit infirmitas, diſſeremus. His omni-
bus admiſcebitur, vt quiſque locus poſtulabit, dicendi ratio: quæ non eorum modo ſcientia,
quibus ſolis quidam nomen artis dederunt, ſtudioſos inſtruat, &, vt ſic dixerim, ius ipſum
Rhetorices interpretetur, ſed alere facũdiam, vires augere Eloquẽtiæ poſſit. Nam plerunque
nudæ illæ artes nimiæ ſubtilitatis affectatione frangũt atque concidunt quicquid eſt in ora-
tione generoſius, & omnem ſuccum ingenii bibunt, & oſſa detegunt: quæ vt eſſe & aſtringi L
neruis ſuis debent, ſic corpore operienda ſunt. Ideóque nos non particulam illam, ſicut ple-
rique, ſed quicquid vtile ad inſtituẽdum Oratorem putabamus, in hos duodecim libros con
tulimus, breuiter omnia demonſtrando. Nam ſi quantum de quaque re dici poteſt, proſequa
mur, finis operis non reperietur. Illud tamen in primis teſtandum eſt, nihil præcepta at-
que artes valere, niſi adiuuante natura. Quapropter ei cui deerit ingenium, non magis hæc
ſcripta ſunt, quàm de agrorum cultu ſterilibus terris. Sunt & alia ingenita cuique adiumen
ta, vox, latus patiens laboris, valetudo, conſtantia, decor: quæ ſi modica obtigerunt, poſſunt
ratione ampliari. ſed nonnunquam ita deſunt, vt bona etiam ingenii ſtudiique corrumpãt:
ſicut & hæc ipſa ſine doctore perito, ſtudio pertinaci, ſcribendi, legendi, dicendi multa & cõ-
tinua exercitatione, per ſe nihil proſunt.

Quemadmodum prima elementa tradenda sunt. Cap. I.

A GITVR nato filio Pater spem de illo primum quàm optimam capiat, ita diligentior à principiis fiet. Falsa enim est querela, pauciſſimis hominibus vim percipiẽdi quæ tradantur esse cõcessam, pleroſque verò laborem ac tem
I pora tarditate ingenii perdere. Nam contrà plures reperias, & faciles in excogitando, & ad discendum promptos. Quippe id est homini naturale. Ac sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad sæuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria est mentis agitatio, atque solertia: vnde origo animi cælestis creditur. Hebetes verò & indociles non magis secundum naturam hominis eduntur, quàm prodigiosa corpora, & monstris insignia. Sed hi pauci admodum: * fuerit argumẽtum, quòd
B in pueris elucet spes plurimorum: quæ cum emoritur ætate, manifestum est non naturam defeciſſe, sed curam. Præstat tamen ingenio alius alium, concedo: sed vt plus efficiat aut minus, nemo tamen reperitur, qui sit studio nihil consecutus. Hoc qui perviderit, protinus vt erit parens factus, acrem quàm maximè curã spei futuri Oratoris impẽdat. Ante omnia, ne sit vitiosus sermo NVTRICIBVS: quas, si fieri posset, sapientes Chrysippus optauit: certe, quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio est: recte tamen etiam loquantur. Has primum audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur. Et natura tenaciſſimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus: Vt sapor quo noua imbuas durat: nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt. Nam bona facile
C mutantur in peius, nunc quãdo in bonum verteris vitia? Non assuescat ergo, ne dum infans quidem est, sermoni qui dediscendus sit. In PARENTIBVS verò quamplurimum esse eruditionis optauerim. Verum nec de patribus tantum loquor. Nam Gracchorum eloquentiæ multum cõtulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctiſſimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus. Et Lælii filia reddidisse in loquendo paternam eloquetiam elegantiorem dicitur. Et Q. Hortensii filiæ oratio apud Triumuiros habita legitur, non tantum in sexus honorem. Nec tamen ii, quibus discere ipsis non contigit, minorem curam do cendi liberos habeant: sed sint propter hoc ipsum ad cætera magis diligẽtes. De PVERIS inter quos educabitur ille huic spei destinatus, idem quod de Nutricibus, dictum sit.

Nutrices.

Parentes.

Cic. in Bruto.

Val. lib. viii tit. iii.

Pueri condiscipuli.

De PAEDAGOGIS hoc amplius: vt aut sint eruditi plane, quam primam esse cu-
D ram velim: aut se non esse eruditos sciant. Nihil enim peius est iis, qui paulum aliquid vltra primas literas progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. Nam & cedere præcipiendi peritis indignantur, & velut iure quodam potestatis, quo ferè hoc hominum genus intumescit, imperiosi atque interim sæuientes stultitiam suam perdocent. Nec minus error eorum nocet moribus. Siquidem Leonides Alexandri pædagogus, vt à Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum vitiis imbuit, quæ robustum quoque & maximum Regem ab illa institutione puerili sunt persecuta. Sicui multa videor exigere, cogitet Oratorem instituirem arduã, etiã cum ei formando nihil defuerit, præterea plura ac difficiliora supereſſe. Nam & studio perpetuo, & præstantiſſimis præceptoribus, & pluribus disciplinis opus est. Quapropter præcipienda sunt optima: quæ si quis grauabitur, non rationi defuerit, sed * homini.

Pædagogi

E Si tamen non continget quales maxime velim habere Nutrices, Pueros, Pædagogósque: at vnus certe sit ASSIDVVS, dicendi non imperitus, qui siqua erunt ab his præsente alumno dicta vitiose, corrigat protinus, nec insidere illi sinat: dum tamẽ intelligatur id, quod prius dixi, bonum esse: hoc, remedium. A SERMONE GRAECO puerum incipere malo: quia Latinus, qui pluribus in vsu est, vel nobis nolẽtibus se * perhibet: simul, quia disciplinis quoque Græcis prius instituendus est, vnde & nostræ fluxerunt. Non tamen hoc adeo superstitiose velim fieri, vt diu tantùm loquatur græce aut discat, sicut plerisque moris est. Hinc enim accidunt & oris plurima vitia in peregrinum sonum corrupti, & sermonis, cui cum Græcæ figuræ assidua consuetudine hæserint, in diuersa quoque loquendi ratione pertinaciſſimè durant. Non longè itaque Latina subsequi debent, & cito pariter

Assiduus.

A Græco auspicãdũ.

F ire. Ita fiet, vt cũ æquali cura linguã vtrãque tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Quidam literis instituẽdos, qui minores SEPTEM ANNIS essent, non putauerũt, quòd illa primũ ætas & intellectum disciplinarum capere, & laborẽ pati non possit. In qua sententia Hesiodum esse plurimi tradunt, qui ante Grammaticum Aristophanem fuerunt. Nam is primus Ἔργα θήκας, in quo libro scriptum hoc inuenitur, negauit esse huius poetæ. Sed alii quoque authores inter quos Eratosthenes, idem præceperunt. Melius autẽ qui nullum tẽpus

Quotocta tis anno.

vacare cura volunt,vt Chryſippus : nam is,quanuis Nutricibus triennium dederit, tamen G
ab illis quoque iam formandam quàm optimis inſtitutis mentem infantium iudicat. Cur
autem non pertineat ad literas ætas,quæ ad mores iam pertinet? Neque ignoro toto illo (de
quo loquor) tempore vix tantum effici, quantum conferre vnus poſtea poſſit annus. ſed ta-
men mihi qui id ſenſerunt, videntur non tam diſcentibus in hac parte, quàm docenti-
bus peperciſſe. Quid melius alioqui facient, ex quo loqui poterunt? Faciant enim ali-
quid neceſſe eſt. Aut cur hoc quantulumcunque eſt, vſque ad ſeptem annos lucrum faſti-
diamus? Nam certè quamlibet parum ſit quod contulerit ætas prior, maiora tamen ali-
qua diſcet puer eo ipſo anno, quo minora didiciſſet. Hoc per ſingulos annos prorogatum, in ſummam proficit : & quantum in infantia præſumptum eſt temporis, adoleſcen- H
tiæ acquiritur. Idem etiam de ſequentibus annis præceptum ſit, NE quod cuique diſcendum eſt, ſero diſcere incipiat. Non ergo perdamus primum ſtatim tempus: atque eô minus,quòd initia literarum ſola memoria conſtant : quæ non modò iam eſt in paruis , ſed
Quō docē da infantia tum etiam tenaciſſima eſt. Nec ſum adeo ætatum imprudens,vt inſtandum teneris protinus acerbè putem,exigendámque plenam operam. Nam id in primis cauere oportebit,ne ſtudia qui amare nondum poteſt, oderit: & amaritudinem ſemel * præceptam, etiam vltra rudes annos reformidet. Luſus hic ſit.etiam rogetur & laudetur, & * nonnunquam ſciſſe ſe gaudeat. Aliquando ipſo nolente doceatur alius , cui inuideat:contendat interim,& ſæpius vincere ſe putet:præmiis etiam quæ capit illa ætas,euocetur. Parua docemus,inſtituen
dum Oratorē profeſſi:ſed eſt ſua etiam * ſtudiis infantia : & vt corporū mox fortiſſimorum I
educatio a lacte cunisque initium ducit, ita futurus eloquentiſſimus edidit aliquando vagitum,& loqui primùm incerta voce tentauit,& hæſit circa formas literarū. Nec ſi quid diſcere ſatis non eſt,ideo neceſſe non eſt. Quòd ſi nemo reprehendit patrem qui hæc non negligenda in ſuo filio putet,cur improbetur, ſiquis ea quæ domi ſuæ recte faceret,in publicum promit? Atque eô magis, quòd minora etiam facilius minores percipiunt: & vt corpora ad quoſdam membrorum flexus formari niſi tenera non poſſunt,ſic animos quoque ad pleraque duriores robur ipſum facit. An Philippus Macedonum rex Alexandro filio ſuo prima literarum elementa tradi ab Ariſtotele ſummo eius ætatis philoſopho voluiſſet, aut ille ſuſcepiſſet hoc officium,ſi non ſtudiorum initia * a perfectiſſimo quoque tractari,* pertinere ad ſummam credidiſſet?Fingamus igitur Alexandrum dari nobis,impoſitum gremio,dignum K
tanta cura infantem (quanquam ſuus cuique dignus eſt) pudeat ne me ſtatim in ipſis clemē
Literarum traditio. tis etiam breuia docendi monſtrare compendia? Neque enim mihi illud ſaltem placet, quod fieri in plurimis video, vt LITERARVM nomina & contextum prius quam formas paruuli diſcant. Obſtat hoc agnitioni earum, non intendentibus mox animum ad ipſos ductus, dum antecedentem memoriam ſequuntur. Quæ cauſa eſt præcipientibus , vt etiam cum ſatis affixiſſe eas pueris recto illo quo primum ſcribi ſolent contextu vidētur, retroagant rurſus,& varia permutatione perturbent, donec literas qui inſtituuntur , facie norint non ordine. Quapropter optimē, ſicut hominum, pariter & habitus & nomina edocebuntur. Sed quod in literis obeſt, * in ſyllabis non nocebit. Non excludo autem id quod eſt eſt notum , irritandæ ad diſcendum infantiæ gratia , eburneas etiam literarum formas in L
luſum offerre , vel ſi quid aliud , quo magis illa ætas gaudeat , inueniri poteſt : quod tra-
Scribendi præcepta. ctare,intueri,nominare,iucundum ſit. Cum verò iam ductus ſequi cœperit,non inutile erit eas tabellæ quāoptime inſculpi, vt per illos velut ſulcos ducatur STYLVS. Nā neque errabit quemadmodum in cæris(continebitur enim vtrinque marginibus) nec extra præſcriptū poterit egredi,& celerius ac ſæpius ſequēdo * certa veſtigia firmabit articulos, neque egebit adiutorio manū ſuā manu ſuperimpoſita regētis. Non eſt aliena res,quæ ferè ab honeſtis negligi ſolet,cura bene ac velociter ſcribēdi. Nam cum ſit in ſtudiis præcipuū,quóque ſolo verus ille profectus,& altis radicibus nixus paretur , ſcribere ipſum , tardior ſtylus cogitationē moratur,rudis & confuſus intellectu caret:vnde ſequitur alter dictādi * quæ ex his trāsferenda ſunt labor. Quare cum ſemper & vbique, tum præcipue in epiſtolis ſecretis & familiari- M
bus delectabit,ne hoc quidē neglectū reliquiſſe. Syllabis nullum compēdium eſt, perdiſcē
dæ omnes, nec vt fit plerunque, difficillima quæque earum differenda, vt in omnibus ſcribendis deprehendantur. Quinimmo ne primæ quidem memoriæ temere credendum:
Lectio. repetere & inculcare diu fuerit vtilius:& in LECTIONE quoque non properare ad continuandam eam vel accelerādam: niſi cum inoffenſa atque indubitata literarū inter ſe coniunctio ſuppeditare ſine vlla cogitandi ſaltem mora poterit:tunc ipſis ſyllabis verba comple

A cti,& his sermonem connectere incipiat. Incredibile est quantum moræ lectioni festinatione adiiciatur. Hinc enim accidit dubitatio, intermissio, repetitio, plusquam possunt audentibus: deinde cum errarunt etiam iis quæ iam sciunt diffidentibus. Certa sit ergo in primis Lectio, deinde cõiuncta,& diu lentior, donec exercitatione contingat emendata velocitas. Nam prospicere in dextrum (quod omnes præcipiunt) & prouidere, nõ rationis modò sed vsus quoque est: quoniam sequentia intuenti priora dicenda sunt:& quod difficillimum est, diuidenda intentio animi, vt aliud voce, aliud oculis agatur. Illud non pœnitebit curasse, cum scribere nomina puer (quemadmodum moris est) cœperit, ne hanc operam in vo cabulis vulgaribus,& forte occurrentibus *perdat. Protinus enim potest interpretationem Quæ scribenda
B linguæ secretioris, quas Græci G L O S S A S vocant, dum aliud agitur, edisce re: & inter prima elementa consequi rem postea proprium tempus desiderauerat. Et quoniam adhuc circa res tenues moramur: ii quoque versus qui ad imitationem scribendi proponentur, nõ ociosas velim sententias habeant, sed honestum aliquid monentes. Prosequitur hæc memoria in senectutem,& impressa animo rudi vsque ad mores proficiet. Etiam dicta clarorum virorum,& electos ex poetis maxime (nanque eorum paruis cognitio gratior est) locos edi scere inter lusum licet. Nam & maxime necessaria est Oratori (sicut suo loco dicam) memo Memoria.
ria:& ea præcipue firmatur atque alitur exercitatione: & in his de quibus nunc loquimur ætatibus, quæ nihildum ipsæ generare ex se queũt, prope sola est quæ * iuuarì cura docentiũ possit. Non alienum fuerit exigere ab his ætatibus quô sit absolutius O S, & expressior Oris formatio.
C S E R M O, vt nomina quædam versũsque affectatæ difficultatis ex pluribus asperrimè coeuntibus inter se syllabis catenatos,& velut confragosos quàm citatissimè voluant. χαλεποὶ græce vocantur. res modica dictu: qua tamen omissa, multa linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur.

Vtrum vtilius domi, an in scholis erudiantur. Cap. II.

S ED nobis iam paulatim accrescere puer, & exire de gremio, ac discere serio incipiat. Hoc igitur potissimũ loco tractanda quæstio est, Vtiliús ne sit domi atque intra priuatos parietes studentem continere: an frequentiæ scholarum,& velut publicis præceptoribus tradere. Quod quidẽ cum iis, à quibus clarissimarum ciuitatum mores sunt instituti, tum eminentissimis au-
D thoribus video placuisse. Non est tamen dissimulandum esse nonnullos, qui ab hoc prope publico more priuata quadam persuasione dissentiant. Hi duas præcipue rationes sequi videntur: Vnam, quòd moribus magis consulant fugiendo turbam hominum eius ætatis, quæ sit ad vitia maxime prona: vnde causas turpium factorũ sæpe extitisse vtinam falsò iactaretur. Alterã, quòd quisquis futurus est ille præceptor, liberalius tempora sua impensurus vni videtur, quàm si eadem in plures partiatur. Prior causa prorsus grauis. Nam si studiis quidem scholas prodesse, moribus autem nocere constaret, potior mihi ratio viuendi honestè, quàm vel optime * dicẽdi videretur. Sed mea quidem sententia, iuncta ista atque indiscreta sunt. Neque enim esse Oratorem nisi bonũ virum iudico,& fieri etiam si posset nolo. De hac re igitur prius. Corrumpi mores in scholis putant: nam & corrumpũtur interim,
E sed domi quoque:& sunt multa eius rei exempla, tam læsæ hercle quàm conseruatæ sanctissimæ vtrobique opinionis. Natura cuiusque * totũ curáque distat. Da mentem ad peiora facilem, da negligentiam formandi custodiendique in ætate prima pudoris, non minorem flagitiis occasionẽ secreta præbuerint. Nam & esse potest turpis domesticus ille præceptor: nec tutior inter seruos malos, quàm ingenuos parum modestos conuersatio est. At si bona ipsius indoles, si non cæca ac sopita parentum secordia est,& præceptorem eligere sanctissimum quenque, cuius rei præcipua prudentibus cura est, & disciplinam quæ maxime seuera fuerit, licet,& nihilominus amicum grauem virum, aut fidelem libertum lateri filii sui adiungere, cuius assiduus comitatus etiam illos meliores faciat, qui timebantur, facile erat hu ius metus remedium. Vtinam liberorum nostrorũ mores non ipsi perderemus. Infantiã Attendite parentes.
F statim deliciis soluimus. Mollis illa educatio, quam I N D V L G E N T I A M vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit,& iam * coccum intelligit, iam conchylium poscit. Antè palatum eorum quàm * mores instituimus. In lectícis crescũt. si terram attigerint, è manibus vtrinque sustinentium pendent. Gaudemus siquid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis, risu & osculo excipimus. Nec mirum. nos do-

cuimus,ex nobis audierunt:noſtras amicas,noſtros concubinos vident. Omne conuiuium G
obſcœnis canticis ſtrepit,pudēda dictu ſpectantur. Fit ex his conſuetudo,deinde natura. Di
ſcunt hæc miſeri antequam ſciant vitia eſſe. Inde ſoluti ac fluentes non accipiunt ex ſcholis
mala iſta,ſed in ſcholas afferunt. Verum in ſtudiis magis vacabit vnus vni. Ante omnia
nihil prohibet eſſe iſtum,neſcio quem,vnum etiam cum eo,qui in ſcholis eruditur. Sed etiã
ſi iungi vtrunque non poſſet,lumen tamen illud conuētus honeſtiſſimi, tenebris ac ſolitu-
dini prætuliſſem. Nam optimus quiſque præceptor frequentia gaudet, ac maiore ſe theatro
dignum putat. At ferè minores ex cōſcientia ſuæ infirmitatis hærere ſingulis,& officio fun-
gi quodāmodo pædagogorum non indignantur. Sed præſtet * alicui vel gratia, vel amicitia,
vel pecunia,vt doctiſſimum atque incomparabilē magiſtrū domi habeat, non tamen ille to
tum in vno diem cōſumpturus eſt. Haud poteſt eſſe vlla tam perpetua diſcētis intētio, quæ H
non vt viſus oculorum obtutu continuo fatigetur,cū præſertim plus ſecreti temporis ſtudia
deſiderent. Neque enim ſcribēti & cogitanti præceptor aſſiſtit,quorum aliquid agentibus cu
iuſcunque interuentus impediméto eſt. Lectio quoque non omnis nec ſemper præeūte, vel
interpretante eget. Quādo enim tot authorum notitia cōtingeret? Ergo modicum tēpus eſt,
quo in totū diem velut opus ordinetur. Idcóque per plures ire poſſunt etiã quæ ſingulis tra
denda ſunt. Pleráque vero hanc cōditionem habent,vt eadem voce ad omnes ſimul perferā-
tur. Taceo de Partitionibus & Declamationibus Rhetorū:quibus certe quātuſcūque nume-
rus adhibeatur,tamē vnuſquiſque totum feret. Non enim vox illa præceptoris,vt cœna,mi
nus pluribus ſufficit:ſed vt ſol,vniuerſis idem lucis calorisque largitur. Grāmaticus quoque
ſi de ratione loquēdi diſſerat,quæſtiones explicet,hiſtorias exponat,poemata enarret:tot il I
la diſcent,quot audiēt. At enim emendationi prælectionique numerus obſtat. Sit incom
modū,(nā quid fere vndique placet?)mox illud cōparabimus commodis. Nec ego tamen eò
mitti puerū volo,vbi negligatur. Sed neque præceptor bonus maiore ſe turba,quàm vt ſuſti-
nere eam poſſit,onerauerit. & in primis ea habēda cura eſt,vt is omnino fiat nobis familia-
riter amicus:nec officiū in docendo ſpectet,ſed affectū:ita nūquam erimus in turba. Nec ſa-
nè quisq; literis ſaltem leuiter imbutus,eū in quo ſtudiū ingeniúmque perſpexerit,nō in ſuã
quoque gloriã peculiariter fouebit. Sed vt fugiēdæ ſint magnæ ſcholæ(cui ne ipſe quidem rei
aſſentior)ſi ad aliquē merito cōcurritur,nō tamē hoc eò valet,vt fugiēdæ ſint omnino ſcho-
læ. aliud eſt enim vitare eas,aliud eligere. Et ſi refutauimus quæ cōtrà dicūtur,iam explice
mus quid ipſi ſequamur. Ante omnia,futurus Orator, cui in maxima celebritate, & in me- K
dia Reip. luce viuendū eſt,aſſueſcat iã à tenero nō reformidare homines,neque illa ſolitaria,
& velut vmbratili vita palleſcere. Excitāda mens & attollenda ſemper eſt,quæ in huiuſmodi
ſecretis,aut langueſcit,& quendā velut in opaco ſitum ducit: aut cōtra tumeſcit inani perſua
ſione. Neceſſe eſt enim ſibi nimiū tribuat,qui ſe nemini cōparat. Deinde cū proferenda ſunt
ſtudia,caligat in ſole:& omnia noua offēdit,vt qui ſolus didicerit, quod inter multos faciē-
dum eſt. Mitto amicitias,quæ vſque ad ſenectutem firmiſſimè durāt,religioſa quadā neceſſi-
tudine imbutæ. Neque enim eſt ſanctius,ſacris iiſdē quàm ſtudiis initiari. Sēſum ipſum,qui
Cōmunis dicitur,vbi diſcet,cum ſe à cōgreſſu,qui non hominibus ſolum,ſed mutis quoque
animalibus naturalis eſt,ſegregarit? Adde,quòd domi ea ſola diſcere poteſt,quæ ſibi præcipiē
tur:in ſchola,etiam quæ aliis. Audiet multa quotidie probari,multa corrigi:proderit alicu- L
ius obiurgata deſidia,proderit laudata induſtria:excitabitur laude æmulatio, turpe ducet ce
dere pari,pulchrum ſuperaſſe maiores. Accendunt omnia hæc animos. & licet ipſa vitiū ſit
ambitio,frequenter tamē cauſa virtutum eſt. Non inutilem ſcio ſeruatū eſſe à præcepto-
ribus meis morem,qui cum pueros in claſſes diſtribuerāt,ordinē dicēdi ſecundū vires inge-
nii dabant:& ita ſuperiore loco quiſque declamabat,vt præcedere profectu videbatur. Huius
rei iudicia præbebantur:ea nobis ingēs palmæ cōtentio:ducere vero claſſem,multo pulcher
rimum. Nec de hoc ſemel decretum erat:triceſimus dies reddebat victo certaminis poteſta-
tem. Ita nec ſuperior ſucceſſu curam remittebat,& dolor victū ad depellēdam ignominiã cō
citabat. Id nobis acriores ad ſtudia dicendi faces ſubdidiſſe, quàm exhortationes docentiū,
pædagogorum cuſtodiam,vota parentum,quantum animi mei cōiectura colligere poſſum,
cōtēderim. Sed ſicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipiētibus atq; adhuc M
teneris,cōdiſcipulorū q̄ præceptorū iucūdior,hoc ipſo quòd facilior,imitatio eſt. Vix enim
ſe prima elemēta ad ſpem tollere effingēdæ(quã ſummã putāt) Eloquentiæ audebunt,proxi-
ma amplectuntur magis: Vt vites arboribus applicitæ inferiores prius apprehendendo ra-
mos, in cacumina euadunt. Quod adeo verum eſt,vt ipſius etiam magiſtri, ſi tamen am-

A bitiosis vtilia præferet)hoc opus sit,cum adhuc rudia tractabit ingenia,non statim onerare infirmitatem discentium,sed temperare vires suas , & ad intellectum audientis descendere. Nam vt vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus,vel etiam * instillatis complentur:sic animi puerorum quantum accipere possint, vidēdum est. Nam maiora intellectu, velut parum * aptos ad percipiendū animos non subibunt. Vtile igitur est habere quos imitari primum,mox vincere velis:ita paulatim & superiorum spes erit. His adiicio præceptores ipsos non idem mentis ac spiritus in dicendo posse concipere singulis tantùm præsentibus, quod illa celebritate audientium instinctos. Maxima enim pars Eloquentiæ constat animo,hunc affici,hunc concipere imagines rerū, & transformari quodammodo ad naturam eorum de quibus loquimur,necesse est. Is porB ro quo generosior celsiórque est,hoc maioribus velut organis cōmouetur:ideoque laude crescit,& impetu augetur,& aliquid magnum agere gaudet. Est quædam tacita dedignatio,vim dicendi tantis comparatam laboribus ad vnum auditorem demittere:pudet supra modum sermones attollere. Et sanè concipiat quis mente,vel declamantis habitum , vel orantis vocem,incessum,pronūciationem:illum denique animi & corporis motum, sudorem (vt alia prætream) & fatigationem,audiente vno, nonne quiddam pati furori simile videatur? Nō esset in rebus humanis eloquentia,si tantùm cum singulis loqueremur.

Qua ratione in paruis ingenia dignoscantur,& quo modo tractanda sint. Cap. III.

C R A Dito sibi puero docēdi peritus INGENIVM eius in primis,naturāq; perspiciat. Ingenii signum in paruis præcipuum,Memoria est . Eius duplex Memoria.
T virtus,facile percipere,& fideliter continere. Proximum,Imitatio : nam id quoque est docilis naturæ:sic tamen,vt ea quæ discit effingat,non habitum forte & incessum,& si quid in peius notabile est. Non dabit mihi spem bonæ indolis,qui hoc imitandi studio petet,vt rideatur. Nam probus quoque in primis erit ille vere ingeniosus:alioqui non * prius duxerim tardi esse ingenii quàm mali. Probus autē ab illo segni & iacente plurimum aberit. Hic meus quæ tradentur non difficulter accipiet, quædam etiam interrogabit,sequetur tamen magis quàm præcurret. Illud ingeniorum velut P R AE C O X genus,non temere vnquam peruenit ad frugem. Hi sunt qui parua fa Præcocia
cile faciunt,& audacia prouecti,quicquid illic possunt,statim ostendunt . possunt autem id ingenia.
D demum,quod in proximo est,verba continuant,hæc vultu interrito nulla tardati verecundia proferunt:non multum præstant,sed cito:non subest vera vis, nec penitus immissis radicibus nititur: Vt quæ summo solo sparsa sunt semina,celerius se effundunt,& imitatæ spicas herbulæ,inanibus aristis antè messem flauescunt. Placent hæc annis comparata, deinde stat profectus,admiratio decrescit. Hæc cum animaduerterit,perspiciat deinceps quónam modo tractandus sit discentis animus. Sunt quidam,nisi institeris,remissi:quidam imperia indignantur,quosdam continet metus,quosdam debilitat,alios continuatio extundit,in aliis plus impetus facit. Mihi ille detur puer,quem laus excitet,quem gloria iuuet, qui victus fleat:hic erit alendus ambitu,hunc mordebit obiurgatio,hunc honor excitabit,in hoc desidiam nunquam verebor. Danda est tamen omnibus aliqua R E M I S S I O : non Remissio.
E solum quia nulla res est quæ perferre possit continuum laborem:atque ea quoque,quæ sensu & anima carent,vt seruare vim suam possint,velut * altera quiete retinentur : sed quòd studium discendi voluntate,quæ cogi non potest,constat. Itaque & virium plus afferunt ad discendum renouati ac recētes,& acriorem animū , qui ferè necessitatibus repugnat. Nec me offenderit L V S V S in pueris,est & hoc signum alacritatis. neque illum tristem, sem- Lusus.
perquè demissum sperare possim erectæ circa studia mentis fore, cum in hoc quoque maximè naturali ætatibus illis impetu iaceat. Modus tamē sit Remissionibus,ne aut odium studiorum faciant negatæ,aut ocii consuetudinem nimiæ. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles Lusus, cū positis inuicem cuiuscunque generis quæstiunculis, æmulantur. Mores quoque se inter ludendū simplicius detegunt:modo nulla videatur ætas
F tam infirma,quæ non protinus quid rectum prauúmque sit , discat. tum vel maximè formanda cū simulandi nescia est,& præcipientibus facillimè cedit. Frāgas enim citius quàm corrigas quæ in prauum induruerunt. Protinus ergo nequid cupidè, nequid improbè , nequid impotenter faciat monendus est puer. Habendúmque in animo semper illud Virgilianum, Adeo in teneris consuescere multum est. C AE D I vero discipulos,quanquam id Georgic.ii.
receptum sit,& Chrysippus non improbet,minimè velim: Primum,quia deforme ac serui-

le est: & certe quod conuenit, si ætatem mutes, iniuria. Deinde, quòd sicui est mens tam illi- G
beralis vt obiurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas, vt pessima quæque mancipia, durabitur. Postremo, quòd ne opus erit quidem hac castigatione, si assiduus studiorum exactor * astiterit. Nunc fere negligentia pædagogorum sic emendari * videntur, non vt pueri facere quæ recta sunt cogantur, sed * cur non fecerint puniantur. Denique cum paruulũ verberibus coegeris, quid iuueni facias, cui nec adhiberi potest hic metus, & maiora discẽda sunt? Adde, quòd multa vapulantibus dictu deformia, & mox verecundiæ futura, sæpe dolore vel metu accidunt: qui pudor refringit animum & abiicit, atque ipsius lucis fugam & tædium dictat. Iam si minor in eligendis custodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere in quæ probra nefandi homines isto cædendi iure abutantur, quam det aliis quoque nõ- H
nunquam occasionem hic miserorum metus. Non morabor in parte hac, nimium est quod intelligitur. Quare hoc dixisse satis est, In ætatem infirmam, & iniuriæ obnoxiam, nemini debere nimium licere. Nunc quibus instituendus sit artibus qui sic formabitur, vt fieri possit Orator, & quæ in quâque ætate inchoanda, dicere ingrediar.

De Grammatica. Cap. IIII.

Grammatices diuisio.

PRIMVS in eo qui legendi scribẽdique adeptus erit facultatẽ, GRAMMATICIS est locus. Nec refert de Græco, an de Latino loquar: quanquam Græcũ esse priorem placet. Vtrique eadem via est. Hæc igitur professio cum breuissimè in duas partes diuidatur, Rectè loquendi scientiã, & I
Poetarum Enarrationem, plus habet in recessu quàm fronte promittit. Nã & scribendi ratio coniuncta cum loquendo est, & enarrationem præcedit emendata lectio, & mixtum his omnibus iudicium est. Quo quidam ita sunt seuerè vsi veteres Grammatici, vt non versus modo censoria quadam virgula notare, & libros, qui falsò viderentur inscripti, tanquam subditicios summouere familia permiserint sibi: sed authores alios in ordinẽ redegerint, alios omnino exemerint numero. Nec Poetas legisse satis est. Excutiendum omne scriptorum genus: non propter historias modo, sed verba quæ frequenter ius ab authoribus sumunt. Tum nec citra Musicem Grammatice potest esse perfecta, cum ei de metris rhythmisque dicendum sit. Nec si rationem Siderum ignoret, Poetas intelligat: qui (vt alia omittam) toties ortu occasúque signorum in declarandis temporibus vtuntur. K

Grammaticorum partes.

Nec ignara Philosophiæ, cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos, ex intima quæstionum naturalium subtilitate repetitos: tum vel propter Empedoclea in Græcis, Varronem ac Lucretium in Latinis: qui præcepta sapientiæ versibus tradiderunt. Eloquentia quoque non mediocri est opus, vt de vnaquaque earum quas demonstrauimus rerũ dicat propriè & copiosè. Quô minus sunt ferendi, qui hanc artem vt tenuem ac iciunam cauillantur: quæ nisi Oratoris futuri fundaméta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris corruet: necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis * secretorum comes, & quæ vel sola omni studiorum genere plus habet operis quàm ostentationis. Ne quis igitur tanquam parua fa-

De literis.

stidiat Grammatices ELEMENTA: non quia magnæ sit operæ Consonantes à Vocalibus discernere: ipsasque eas in Semiuocalium numerum, Mutarúmque partiri: sed quia in- L
teriora velut * sacri huius adeuntibus, apparebit multa rerum subtilitas, quæ non modo acuere ingenia puerilia, sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit. An cuiuslibet auris est exigere Literarum sonos? nõ hercule magis quàm neruorum. At Grã matici saltem omnes in hanc descendent rerum tenuitatem, Desint ne aliquæ nobis necessariæ LITERAE, non cum Græca scribimus (tum enim ab iisdem duas mutuamur) sed * propriæ in Latinis, vt in his, seruus & vulgus, æolicum * digamma desideratur, Et medius est quidam u & i literæ sonus. Non enim sic optumum dicimus, vt optimum? Et in * here, neque e plane neque i auditur. An rursus aliæ redundent, præter illam aspirationis H: quæ si necessaria est, etiam contrariam sibi poscit, Ⱶ. Et Q, quæ & ipsa quorundã nominum nota est: Et K, cuius similis effectus speciesque, nisi quòd paulũ à nostris obli M
quatur: Kappa apud Græcos, nunc tãtùm in numero manet. Et nostrarum vltima x, qua tamen carere potuimus, si non quæsissemus. Atque etiam in ipsis VOCALIBVS, Grãmatici est videre, an aliquas pro * Cõsonantibus vsus acceperit, quia iam sicut tam scribitur, & vos vt cos. Atque vt Vocales iunguntur. Aut enim vnam longam faciunt, vt veteres scripsere, qui geminatione earum velut apice vtebantur: Aut duas, nisi quis putat etiã ex tribus Vocalibus syllabam, quod nequit, fieri, si non aliquæ officio Consonantiũ fungã-

A tur. Quæret etiã hoc, Quomodo duabus demum vocalibus in ſeipſas coeũdi natura ſit, cum conſonantium coeat nulla, niſi alteram frangat. Atqui litera i ſibi inſidit. Coniicit enim eſt ab illo iacit. Et u, quomodo nunc ſcribitur vulgus & ſeruus. Sciat etiam Ciceroni placuiſſe * aiio Maiiamque geminata i ſcribere. Quod ſi eſt, etiam iungetur vt conſonans. Quare diſcat puer, quid in literis proprium, quid cõmune, quæ cum quibus cognatio. Nec miretur cur ex ſcãno fiat Scabellum: aut à pinna (quod eſt acutũ) ſecuris vtrinq; habẽs aciem, Bipénis: ne illorũ ſequatur errorẽ, qui quia à pénis duabus hoc eſſe nomẽ exiſtimãt, Pénas auium dici volũt. Neque has modo nouerit mutationes, quas afferũt declinatio, aut præpoſitio, vt ſecat ſecuit, cadit excidit, cædit cecidit, calcat exculcat, & ſic à lauãdo lotus, & inde rurſus illotus, &
mille alia: Sed & quæ rectis quoque caſibus ætate trãſierũt. Nam vt Valeſii & Fuſii in Va-
B lerios Furiósque venerũt: ita arbos, labos, vapos, etiam & clamos ætatis fuerunt. Et hæc ipſa s litera ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit: nam mertare atque pultare dicebãt. * Quin fordeum fœduſq;, f, pro aſpiratione, vel ſimili litera vtẽtes: nam cõtrà Græci aſpirare ſolẽt: vt pro Fundanio Cic. teſtẽ, qui primã eius literã dicere nõ poſſet, irridet.

Sed b quoque in locũ aliarũ dedimus aliquãdo, vnde proprium Byrrhus, & Bruges, & Belena. necnõ eadem fecit ex duello bellũ, vnde * Duellios quidam dicere * Bellios auſi. Quid ſtlotum, ſtlitesque? Quid d literæ cum t quædam cognatio? Quare minus mirũ ſi in vetuſtis operibus vrbis noſtræ, & celebribus templis legãtur Alexanter & Caſſantra. Quid o atque u permutatæ inuicẽ? vt Hecoba, & notrix: Chulcides, & Pulyxena ſcriberẽtur. Ac ne in Græcis id tantum notetur, dederont ac probaueront. Sic ὄδυσεὺς, quem ὄδυσέα fecerunt
C AEoles, ad Vlyxem deductus eſt. Quid? non e quoque i loco fuit: vt Menerua, & leber, & mageſter, & * diioue & veioue, pro diioui & veioui? Sed mihi locũ ſignare ſatis eſt. Nõ enim doceo, ſed admoneo docturos. Inde in ſyllabas cura tranſibit, de quibus in Orthographia pauca annotabo. Tũ videbit ad quẽ hoc pertinet, quot & quæ ſint PARTES ORATIONIS: quãquam de numero parum cõuenit. Veteres enim, quorum fuerũt Ariſtoteles atq; Theodectes, Verba modo, & Nomina, & Cõiunctiones tradiderũt, videlicet quòd in verbis vim ſermonis, in nominibus materiã: quia alterum eſt quod loquimur, alterum de quo loquimur: in cõuinctionibus autem eorum complexum eſſe iudicauerũt. Quas Conuinctiones à pleriſque dici ſcio: ſed hæc videtur ex ſyndeſmo magis propria trãslatio. Paulatim à philoſophis maximè Stoicis auctus eſt numerus, ac primum cõiunctionibus Articuli * ad-
D iecti: poſt, Præpoſitiones: nominibus Appellatio: deinde Pronomen: deinde mixtum verbo Participium: ipſis verbis Aduerbia. Noſter ſermo Articulos nõ deſiderat, ideóque in alias partes orationis ſpargũtur. Sed accedit ſuperioribus Interiectio. Alii tamen ex idoneis authoribus octo dũtaxat partes ſecuti ſunt, vt Ariſtarchus, & ætate noſtra Palæmon: qui Vocabulum, ſiue Appellationẽ nomini ſubiecerũt, tanquam ſpecies eius. At ii qui aliud nomẽ, aliud vocabulum faciũt, nouem. Nihilominus fuerũt qui ipſum adhuc vocabulum ab appellatione diducerẽt: vt eſſet Vocabulũ, corpus viſu tactuque manifeſtum, domus, lectus: Appellatio, cui vel alterum deeſt, vel vtrũque, vẽtus, cælum, deus, virtus. Adiiciebãt & Aſſeuerationem, vt heu: & Attractionẽ, vt faſceatim: quæ mihi non approbãtur. Vocabulũ an Ap-
E pellatio dicẽda ſit πρωτογενία, & ſubiicienda nomini nec ne, quia parui refert, liberum opinaturis relinquo. NOMINA DECLINARE & verba in primis pueri ſciãt: neque enim aliter peruenire ad intellectum ſequentium poſſunt. Quod etiam admonere ſuperuacuum fuerat, niſi ambitioſa feſtinatione plerique à poſterioribus inciperẽt: & dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſiora malũt, compẽdio morãtur. At ſiquis & didicerit ſatis, & (quod non minus deeſſe interim ſolet) voluerit docere quæ didicit, non erit contentus tradere in nominibus TRIA GENERA: & ea quæ ſunt duobus, omnibúsve Cõmunia. Nec ſtatim diligẽtẽ putabo, qui Promiſcua (quæ Epicœna dicũtur) oſtẽderit: in quibus ſexus vterq; per alterũ apparet: aut quæ fœminina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificãt, qualia ſunt Murena, & Glycerium. Scrutabitur mille præceptor acer atque ſubtilis ORIGENES nominũ, vt quæ ex habitu corporis Rufos Longosque fecerunt. Vbi erit aliquid
F ſecretius, vnde Syllæ, * Burrhi, Galbæ, Planci, Panſæ, Scauri, taliáque. Et ex caſu naſcẽtium: hinc Agrippa, & Opiter, & Cordus, & Poſthumus erunt. Et iis quæ poſt natos eueniunt, vnde Vopiſcus. Iam * Cottæ, Scipiones, Lenates, Serani, ſunt & ex variis cauſis. Gentes quoque ac loca, & alia multa reperias inter nominum cauſas. In ſeruis iam intercidit illud genus, quod ducebatur à domino, vnde Marcipores Publipores. Quærat etiã: ſit ne apud Græcos vis quædam Sexti Caſus, & apud nos quoque Septimi. Nam cum dico, haſta percuſ-

Departibꝰ oõnis.

Declinatio nominũ & verborum.

Genera.

De verbis eorũq; appellationibus.

ſi,non vtor ablatiui natura:nec ſi idem græce dicam,datiui τῷ δοτὲ. SED IN VERG
BIS quoque quis eſt adeo imperitus, vt ignoret Genera, & Qualitates, & Perſonas, & Numeros? Literarii penè iſta ſunt ludi,& triuialis ſcientiæ. Iam quoſdam illa turbabunt,quæ declinationibus non tenentur.Nam & quædam participia,an verbi appellationes ſint, dubitari poteſt:quia aliud alio loco valẽt,vt lectus,& ſapiens. Quædam appellationibus ſimilia,vt fraudator,nutritor. Iam,Itur in antiquam ſyluam,nónne propriæ cuiuſdam rationis eſt?Nam quod initium eius inuenias?Cui ſimile,Fletur. Accipimus aliter,vt,Panditur interea domus omnipotẽtis olympi. Aliter,vt,Totis Vſqueadeo turbatur agris. Eſt etiã quidam tertius modus,vt,Vrbs habitatur: vnde & Campus curritur, Mare nauigatur. Prãſus quoque atque Potus diuerſum valent quàm indicant. Quid? quòd multa verba non totum declinationis ordinem ferunt? Quædam etiam mutantur,vt fero in præterito. Quædã ter- H
tiæ demum perſonæ figura dicuntur, vt licet, piget. Quædam ſimile quiddam patiũtur vocabulis in aduerbium tranſeuntibus.Nam vt Noctu & Diu,ita & Dictu & Factu.Sunt enim hæc quoque verba participalia quidem,non tamen qualia dicto factoque.

AEn.vi.
Terentius in And.
AEn.x.
Eclog.i.

De Virtutibus & Vitiis Orationis. Cap. V.

IAM cũ omnis Oratio tres habeat virtutes,vt emẽdata,vt dilucida,vt ornata ſit: quia dicere aptè (quod eſt præcipuũ) plerique ornatui ſubiiciũt:totidẽ
I vitia,quæ ſunt ſupradictis contraria,emendatè loquendi regula (quæ Grammatices prior eſt pars) examinet. Hæc exigitur Verbis , aut Singulis, aut Pluribus. Verba nunc generaliter accipi volo : nam duplex eorum intelle- I

Verba. In arte poet.

ctus eſt:alter,qui omnia per quæ ſermo nectitur ſignificat:vt apud Horatium,Verbáque prouiſam rem non inuita ſequentur:alter,in quo eſt vna pars orationis,lego,ſcribo.Quam vitãtes ambiguitatem quidam dicere maluerunt,voces,dictiones, locutiones. Singula ſunt , aut Noſtra,aut Peregrina , aut Simplicia, aut Compoſita, aut Propria, aut Translata , aut Vſitata,aut Ficta.Vni verbo vitium ſæpius quàm virtus ineſt. Licet enim dicamus aliquid proprium, ſpecioſum , ſublime , nihil tamen horum niſi in complexu loquendi ſeriéque contingit Laudamus enim verba rebus bene accommodata.Sola eſt quæ notari poſſit velut vo-

Euphonia

calitas, quæ εὐφωνία dicitur:cuius in eo delectus eſt , vt inter duo quæ idem ſignificant , ac tantundem valent,quod melius ſonet malis. Prima Barbariſmi , ac Soloeciſmi fœditas abſit.Sed quia interim excuſantur hæc vitia , aut Conſuetudine , aut Authoritate , aut Ve- K
tuſtate , aut denique Vicinitate virtutum.(Nam ſæpè à Figuris ea ſeparare difficile eſt) neque tam lubrica obſeruatio fallat , acriter ſe in illud tenue diſcrimen Grammaticus intendat : de quo nos latius ibi loquemur, vbi de Figuris orationis tractandum erit. Interim

Barbariſmus.

vitium quod fit SINgulis VErbis, ſit BARBARISMVS. Occurrat mihi forſan aliquis, Quid hic promiſſor tanti operis dignum ? aut quis hoc neſcit, alios Barbariſmos ſcribẽdo fieri,alios loquendo:quia quod male ſcribitur,male etiam dici neceſſe eſt: qui vitioſe dixerit,non vtique & ſcripto peccat.Illud prius additione,detractione,immutatione,tranſmutatione:hoc ſecundum diuiſione,cõplexione,aſpiratione,ſono cõtineri ? Sed vt parua ſint hæc, pueri docentur adhuc,& Grammaticos officii ſui commonemus.Ex quibus ſiquis erit planè impolitus,& veſtibulum modo artis huius ingreſſus,intra hæc quæ profitentium commen L
tariolis vulgata ſunt,conſiſtet:doctiores multa adiicient, vel hoc primũ, quòd Barbariſmum pluribus modis accipimus. Vnum,in gente : quale ſit,ſiquis Afrum, vel Hiſpanum latinæ

Saty.v. Ad Aemil.

orationi nomen inſerat:vt ferrum quo rotæ vinciuntur,dici ſolet Canthus, quãquam eo tanquam recepto vtitur Perſius. ſicut Catullus Ploxenum circa Padum inuenit. Et in oratione Labieni,ſiue illa Cornelii Galli eſt,in Pollionẽ,* Caſnar affectator,è Gallia ductum eſt.Nam * Maſtrugam,quod Sardum eſt,illudens Cicero ex induſtria dixit. Alterum genus Barbariſmi accipimus quod fit animi natura : vt is à quo inſolenter quid , aut minaciter,aut crudeliter dictum ſit,barbare locutus exiſtimetur. Tertium eſt illud vitium Barbariſmi,cuius exempla vulgo ſunt plurima,ſibi etiam quiſque fingere poteſt:vt verbo cui libebit, adiiciat li
teram ſyllabámve,vel detrahat:aut aliam pro alia,aut eandem alio quàm rectum eſt loco po- M
nat.Sed quidam ferè in iactationem eruditionis ſumere illa ex poetis ſolent, & authores quos prælegunt criminantur. Scire autem debet puer hæc apud ſcriptores carminum, aut venia digna , aut etiam laude duci , potiusque illa docendi erunt minus vulgata. Nam duos in vno nomine faciebat Barbariſmos Tinca Placẽtinus (ſi reprehendenti Hortẽſio credimus)Preculã pro Pergulã dicẽs,& immutatione,cũ c pro g vteretur:& trãſmutatione,cum

A r præponeret e antecedẽti. At in eadem vitii geminatione Metico Suffecico dicẽs Ennius, poetico iure defenditur. Sed in prosa quoque quædã iam recepta immutatio. Nam Cicero Canopitarũ exercitũ dicit, ipsi Canobon vocãt. * Et Tarsimenũ pro Trasimeno, multi autho res, etiã si est in eo trãsmutatio, vẽdicauerũt, similiter alia. Nã siue est falsum Assentior, Sisenna dixit Assentio, multique & hunc & analogiã secuti: siue illud verũ est, hæc quoque pars cõ sensu defenditur. At ille pexus pinguisque doctor, aut illic detractionẽ, aut hic adiectionẽ pu tabit. Quid? quòd quædam quæ singula proculdubio vitiosa sunt, iuncta sine reprehẽsione dicũtur? Nã dua & tre & pondo diuersorũ generũ sunt barbarismi. At duapondo & trepondo vsq; ad nostrã ætatẽ ab omnibus dictũ est, & rectè dici Messala confirmat. Absurdũ for-
B san videatur dicere Barbarismũ, quod est vnius verbi vitiũ, fieri per numeros, aut genera, sicut Solœcismũ: Scala tamẽ & Scopa, cõtráque Hordea & * Mulsa, licet literarũ mutationẽ, detractionẽ, adiectionẽ nõ habeãt, nõ alio vitiosa sunt quàm quòd pluralia singulariter, & singula ria pluraliter efferũtur. Et Gladia qui dixerũt, genere exciderũt. Sed hoc quoque notare contentus sum, ne arti culpa quorundã peruicacium perplexæ, videar & ipse quæstionem addidisse. Plus exigunt subtilitatis quæ accidũt in dicẽdo vitia, quia exempla eorum tradi scripto non possunt, nisi cum in versus inciderunt. vt διαίρεσιν europai: & ei cõtrarium vitium, quod ζωαίρεσιν & ζωαλοιφὴν Græci vocãt, nos Cõplexionem dicimus: qualis est apud P. Varronem, Cum te flagranti deiectum fulmine Phæthon. Nam si esset prosa oratio, easdem literas enunciare veris syllabis licebat. Præterea quæ fiunt spatio, siue cum syllaba corre-
C pta producitur: vt, Italiam fato profugus: seu longa corripitur: vt, Vnius ob noxam, & furias: AEn.i. extra carmen non deprehendas, sed nec in carmine vitia ducenda sunt. Illa vero non nisi Ibidem. aure exiguntur, quæ fiunt per sonos, quanquam per aspirationẽ, siue adiicitur vitiosè, siue detrahitur, apud nos potest quæri an in scripto sit vitium, si, h, litera est, non nota. Cuius quidẽ H ratio mutata cum temporibus est sæpius. Parcissimè ea veteres vsi etiam in vocalibus, cum Cic. ī orat. œdos, ircósque dicebant. Diu deinde obseruatum, ne consonantibus aspiraretur, vt in Graccis, & triumpis. Erupit breui tempore nimius vsus, vt Choronæ, Chenturiones, Præchones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant. Qua de re Catulli nobile epigramma est. Inde De Arrio. durat ad nos vsque, Vehementer, & Comprehendere, & Mihi: nam Mehe quoque pro me, apud antiquos Tragœdiarum præcipuè scriptores in veteribus libris inuenimus. Adhuc De Accen
D difficilior obseruatio est per TENORES, quos quidem ab antiquis dictos Tonores com tuũ ratiõe. peri, videlicet declinato à Græcis verbo, qui τόνος dicunt: vel Accentus, quas Græci προσῳδίας vocãt, cum acuta & grauis alia pro alia ponitur: vt in hoc, Cámillus, si acuitur prima: aut grauis pro flexa, vt Céthegus, & hic prima acuta: * nam sic media mutatur. Aut flexa pro graui, vt apice circunducta sequente: quam ex duabus syllabis in vnam cogentes, & deinde flectentes, dupliciter peccant. Sed id sæpius in Græcis nominibus accidit, vt Atreus, quem nobis iuuenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, vt necessario secunda grauis esset. Itẽ Térei, Néreique. Hæc de Accentibus tradita. Cæterum iam scio quosdã eruditos, nonnullos etiam Grãmaticos, sic docere ac loqui, vt propter quædam vocum discrimina, verbũ interim acuto sono finiant: vt in illis, Quæ circúm littora, circúm Piscosos scopulos: ne si gra- AEn.iiij.
E uem posuerint secundam, circus dici videatur, non circuitus. Item, Quantùm, Qualè, interro gantes graui: comparantes, acuto tenore concludunt. quod tamen in aduerbiis ferè solis, ac pronominibus vendicãt, in cæteris veterem legem sequuntur. Mihi videtur conditionẽ mutare, quòd his locis verba coniungimus. Nam cum dico circum littora, tanquam vnum enũcio dissimulata distinctione: itáque tanquam in vna voce, vna est acuta. Quod idem accidit illo, Troiæ qui primus ab oris. Euenit vt metri quoque conditio mutet accentum: vt, Pe- AEn.i. cudes pictæque volúcres. Nam volúcres media acuta legam: quia etsi natura breuis, tamẽ po Ib. sitione longa est: ne faciat iambum, quẽ nõ recipit versus heroicus. Separata vero hæc, à præcepto nostro non recedẽt: aut si cõsuetudo vicerit, vetus lex sermonis abolebitur. Cuius difficilior apud Græcos obseruatio est, quia plura illis loquẽdi genera, quas διαλέκτους vocant, &
F quod alias vitiosum interim, alias rectũ est: apud nos vero breuissima ratio. Nãq; in omni voce, acuta intra numerũ triũ syllabarũ cõtinetur: siue eæ sint in verbo solæ, siue vltimæ: & in his aut proxima extremæ, aut ab ea tertia. Triũ porro, de quibus loquor, media lõga, aut acuta, aut flexa erit. Eodẽ loco breuis vtiq; grauẽ habebit sonũ: ideóq; positã ante se, id est ab vltima tertiã acuet. Est autẽ in omni voce vtiq; acuta, sed nunq̃ plus vna, nec vltima vnquam: ideóq; in disyllabis prior. Præterea nunquã in eadẽ, flexa & acuta, quia eadẽ flexa * & acuta: itáque neutra cludet vocem latinã. Ea vero quæ sunt syllabæ vnius, erunt acuta aut flexa, ne

sit aliqua vox sine acuta. Et illa per sonos accidunt,quæ demonstrari scripto non possunt, G
vitia oris,& linguæ. ἰωτακισμὸς,λαβδακισμὸς, & ἰχνόττασ, & πλατειασμὸς feliciores fingendis nominibus Græci vocant:sicut καλλοτομία,cum vox quasi in recessu oris auditur. Sunt etiam proprii quidam & ineuitabiles soni,quibus nonnunquam nationes reprehendimus.

Remotis igitur omnibus de quibus supra diximus,vitiis,erit illa quæ vocatur ὀρθόπεια.i. emẽdata cum suauitate vocũ explanatio. Nam sic accipi potest recta. Cætera vitia omnia ex pluribus vocibus sunt,quorum est SOLOECISMVS: quanquam circa hoc quoque disputatum est. Nam etiam qui cõtextu, vel complexu orationis accidere eum confitentur, quia tamen vnius emendatione verbi corrigi possit,in verbo esse vitium,non in sermone, cõtẽdunt:cum siue Amaræ corticis,siue Medio cortice, per genus facit Solœcismum. quorum neutrum quidem reprehendo, cum sit vtriusque Virgilius author. Sed fingamus vtrumlibet H
non rectè dictum:mutatio vocis alterius,in qua vitium erat, rectam loquẽdi rationẽ sic reddit,vt amari corticis fiat,vel media cortice. quod manifestæ calũniæ est. neutrum enim vitio sum separatũ est:sed cõpositione peccatur,quæ iam sermonis est. Illud eruditius quæritur, An in singulis quoque verbis possit fieri Solœcismus:vti si vnũ quis ad se vocãs dicat,venite: aut si plures à se dimittens,ita loquatur,abi aut discede. Necnon cum responsum ab interrogante dissentit:vt si dicẽti,quem video,ita occurras,ego. In gestu etiam nõnulli putant illud idem vitium inesse,cum aliud voce,aliud nutu,vel manu demonstratur. Huic opinioni neque omnino accedo,neque planè dissentio:nam id fateor posse accidere voce vna, non tamen aliter quàm si sit aliquid quod vim alterius vocis obtineat,ad quod vox illa referatur,vt Solœcismus ex cõplexu fiat eorum,quibus res significãtur, & voluntas ostenditur. Atque vt I
omnem effugiam cauillationem,fit aliquãdo in vno verbo, nunquam in solo verbo. Per quot autem,& quas accidat species,non satis cõuenit. qui plenissimè, quadripertitam volunt esse rationẽ,nec aliam quàm Barbarismi:vt fiat Adiectione, vt,veni de Susis in Alexãdriam: Detractione,ambulo viam,AEgypto venio,ne hoc fecit: Trãsmutatione,qua ordo turbatur, quoque ego,enim hoc volui,autem non habui. Ex quo genere an sit, Igitur,in initio sermonis positum,dubitari potest: quia maximos authores in diuersa fuisse opinione video, cum apud alios sit etiam frequens,apud alios nunquam reperiatur. Hæc tria genera quidam diducunt à Solœcismo,& adiectionis vitium πλεοναςμόν, detractionis ἔκλειψιν, inuersionis ἀναςροφὴν vocant: quæ si in speciem Solœcismi cadant, ὑπόβασιν quoque appellari eodem modo posse. Immutatio sine cõtrouersia est,cũ aliud pro alio ponitur. Id per omnes K
orationis partes deprehenditur frequentissimè in verbo,quia plurima huic accidunt: ideóq; in eo fiunt Solœcismi per genera,tempora,personas,modos,siue cui status eos dici, seu qualitates placet,vel sex,vel vt alii dicunt,octo:nam totidem vitiorum erunt formæ,in quot species eorum quodque,de quibus supra dictum est,diuiseris. Præterea numeros, in quibus nos singularem ac pluralem habemus, Græci & δυϊκόν: quanquam fuerunt qui nobis quoque adiicerent Dualem, scripsere,legere:quod deuitandæ asperitatis gratia mollitum est, vt apud veteres,pro male merêris,male merêre. ideóque quod vocant Duale,in illo solo genere consistit:cum apud Græcos & in verbi tota ferè ratione, & in nominibus ferè deprehendatur, & sic quoque rarissimus eius sit vsus: apud nostrorum vero neminem hæc obseruatio reperiatur. quin econtrario, Deuenere locos, &, Conticuere omnes, &, Confedere duces, apertè nos L
doceant,nihil horum ad duos pertinere. Dixere quoque, quanquam id Antonius Rufus ex diuerso ponit exemplum,de pluribus patronis præco pronũciet. Quid? non Liuius circa initia statim primi libri, Tenuere,inquit,arcem Sabini? Et mox,In aduersum Romani subiere? Et quẽ potius ego quàm M. Tulliũ sequar? qui in Oratore, Non reprehẽdo,inquit,scripsere: scripserũt esse verius sentio. Similiter in vocabulis,& nominibus fit Solœcismus genere,numero,proprie autẽ casibus. Quicquid eorum alteri succedet,huic parti subiungatur, licet per comparationes & superlationes,itémque in quibus patrium pro possessiuo dicitur, vel contrà. Nam vitium quod fit per quantitatem,vt magnum peculiolum,erunt qui Solœcismum putent,quia pro nomine integro positum sit diminutiuum. Ego dubito an id improprium potius appellem, significatione enim * deerat. Solœcismi porro vitium non est in sensu, M
sed in complexu. In participio per genus,& casum,vt in vocabulo: per tempora,vt in verbo:per numerum,vt in vtroque,peccatur. Pronomen quoque genus,numerum, casus habet: quæ omnia recipiunt huiusmodi errorem. Fiunt Solœcismi & quidem plurimi per partes orationis. sed id tradere satis non est,ne ita demum vitium credat esse puer, si pro alia ponatur alia,vt verbũ vbi nomẽ esse debuerit,vel aduerbium vbi pronomẽ,& similia. Nam

De solœcismo p digressionẽ.

Eclog.vi. Georg.ij.

AEn.i. AEn.ij. xiij.Meta.

A ſunt quædam cognata,vt dicunt,id eſt eiuſdem generis,in quibus qui alia ſpecie quàm opor
tet vtetur,non minus quàm ipſo genere permutato,deliquerit. Nam & an & aut coniũctio-
nes ſunt,malè tamen interroges,hic aut ille ſit? & ne ac non aduerbia, qui tamen dicat pro
illo,ne feceris,non feceris,in idem incidat vitium:quia alterum negandi eſt,alterum vetan-
di. Hoc amplius,intro & intus loci aduerbia,eo tamen intus,& intro ſum, Soloeciſmi ſunt. Soloeciſmi
Eadem in diuerſitate pronominum,interiectionum,præpoſitionum accident. Eſt enim definitio.
Soloeciſmus, In oratione comprehenſionis vnius ſequentium ac priorum inter ſe inconue-
niens poſitio. Quædam tamen & faciem Soloeciſmi habent, & dici vitioſa non poſſunt, vt
Tragœdia Thyeſtes,& ludi Floralia ac Megaleſia:quanquam hæc ſequenti tempore inter-
ciderunt,nunquam aliter à veteribus dicta. Schemata igitur nominabũtur, frequentiora qui-
B dem apud poetas,ſed Oratoribus quoque permiſſa. Verum Schema feré habebit aliquam ra Lib.ix.
tionem,vt docebimus eo quem paulo antè promiſimus, loco. Sed hoc quoque quod Sche-
ma vocatur,ſi ab aliquo per imprudentiam factum erit, Soloeciſmi vitio non carebit. In
eadem ſpecie ſunt,ſed Schemate carent,vt ſupra dixi,nomina fœminea,quibus mares vtun-
tur:& neutralia,quibus fœminæ. Hactenus de Soloeciſmo. neque enim artem Grammaticã
componere aggreſſi ſumus:ſed cum in ordinem incurreret, inhonoratam trãſire noluimus.

Hoc amplius, vt inſtitutum ordinem ſequar, Verba aut LATINA, aut PE- De Latinis
REGRINA ſunt. Peregrina porro ex omnibus propè dixerim gentibus vt homines, vt & Peregri-
inſtituta etiam multa venerunt. Taceo de Tuſcis,& Sabinis,& Præneſtinis quoque: nam vt nis.
* eo ſermone vtentem Vectium Lucillius inſectatur,quemadmodum Pollio deprehendit in
C Liuio Patauinitatem:licet omnia Italica pro Romanis habeã. Plurima Gallica valuerũt,vt Pro Mil.
Reda, & Petoritum quoque:quorum altero Cicero tamen, altero Horatius vtitur. Et Map Sermon.i.
pam quoq; vſitatum Circo nomen,Pœni ſibi vendicant: & Gurdos, quos pro ſtolidis acci- Sat.vi.
pit vulgus,ex Hiſpania duxiſſe originem audiui. Sed hæc diuiſio mea ad Græcum ſermonẽ
præcipuè pertinet:nam & maxima ex parte Romanus inde conuerſus eſt,& confeſſis quo-
que Græcis vtimur verbis,vbi noſtra deſunt:ſicut illi à nobis nõnunquã mutuãtur. Inde
illa Quæſtio exoritur, An eadẽ ratione per caſus duci externa qua noſtra,cõueniat. Atſi repe Declinatio
rias Grãmaticum veterum amatorem,neget quicq̃ ex Latina ratione mutandum:quia cum externorũ.
ſit apud nos caſus ablatiuus,quem illi non habẽt,parum conueniat vno caſu noſtro,quinq;
Græcis vti. Quinetiam laudet virtutem eorum,qui potentiorem facere linguam latinã ſtu-
D debant,nec alienis egere inſtitutis fatebantur. Inde Caſtôrem media ſyllaba producta pro-
nunciarunt,quia hoc noſtris nominibus accidebat, quorum prima poſitio in eaſdem quas
Caſtor literas exit. Et vt Palæmo,ſic Thelamo & Plato(nam ſic eũ Cicero quoque appellat)
dicerentur,retinuerunt:quia latinum quod o & n literis finiretur,non reperiebant. Nec in
a quidem atque s literas exire temerè maſculina Græca nomina recto caſu patiebãtur. Ideó-
que & apud Cœlium legimus, Pelia cincinnatus. & apud Meſſalã, Bene fecit Euthia. & apud
Ciceronem, Hermagora. Nec miremur, quòd ab antiquorum pleriſque Aenea & Anchiſa
ſit dictus. Nam ſi vt Mœcenas, Suffenas, Aſprenas dicerentur, genitiuo caſu non æ litera, Rhet.i.
ſed tis ſyllaba terminarentur. Inde olympo & tyranno acutam mediam ſyllabam dede-
runt,quia* vna longa, aut duabis longis ſequentibus,primam breuem acui noſter ſermo nõ
E patitur. Sic genitiuus * Achilli & Vlyſſi fecit, ſic alia plurima. Nunc recentiores inſtitue-
runt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare, quod tamen ipſum non ſem-
per fieri poteſt. Mihi autem placet Latinam rationem ſequi, quouſque patitur decor. Ne-
que enim iam Calypſonem dixerim,vt Iunonem:quanquam ſecutus antiquos C. Cæſar vti
tur hac ratione declinandi. Sed authoritatem conſuetudo ſuperauit. In cæteris quæ poterũt
vtroque modo non indecenter efferri,qui Græcam figuram ſequi malet, nõ latine quidem,
ſed citra reprehenſionem loquetur. SIMPLICES VOCES prima poſitione, id
eſt natura ſua conſtant: COMPOSITAE * aut præpoſitionibus ſubiunguntur, vt
innocens: interdum repugnantibus inter ſe duabus, quale eſt imperterritus: alioqui
poſſunt aliquando continuari duæ, vt incompoſitus,recõditus,& quo Cicero vtitur, ſub- ii. de Orat.
F abſurdũ. Aut ê duobus quaſi corporibus coaleſcũt,vt maleficus. Nã ex tribus noſtræ vtique
linguæ nõ cõceſſerim:quãuis Capſis Cicero dicat compoſitũ eſſe ex cape ſi vis:& inuenian- In Orat.
tur qui Lupercalia æque tres partes orationis eſſe cõtendãt,quaſi luere per caprũ:nã Solitau
rilia iã perſuaſum eſt eſſe ex ſue oue & tauro. Et ſanè ita ſe habet ſacrum, quale apud Home-
rum quoque eſt. Sed hæc non tam ex tribus,quàm ex particulis trium coeũt. Cæterũ etiam
ex præpoſitione & duobus vocabulis durè videtur ſtruxiſſe Pacuuius, Nerei repandiroſtrũ,

incuruiceruicum pecus. Iunguntur autem aut ex duobus Latinis integris,vt ſuperfui,& G
ſubterfugi,quãquam ex integris an cõpoſita ſint quæritur:aut ex integro & corrupto, vt ma
leuolus:aut ex corrupto & integro,vt noctiuagus:aut duobus corruptis , vt pediſequus : aut
Cic. in Bru to. ex noſtro & peregrino,vt biclinium:aut cõtrà,vt epitogiũ & Anticato:aut ex duobus pere-
grinis,vt epirhedium. Nã cum ſit præpoſitio ἐπὶ Græca,rheda Gallicum,nec Græcus tamen
nec Gallus vtitur cõpoſito:Romani ſuũ ex vtroque alieno fecerũt. Frequenter autẽ præpo
ſitiones quoq; copulatio iſta corrũpit,inde abſtulit,aufugit,amiſit,cũ præpoſitio ſit,ab,ſola:
De pro- priis, Trãſ- latis, Vſita tis, Nouis ſiue Fictis. Cic.i.de Nat.Deor. & coit,cum ſit præpoſitio con:ſic ignaui & erep.& ſimilia . Sed res tota magis Græcos de-
cet,nobis minus ſuccedit:nec id fieri natura puto,ſed alienis fauemus : ideóque cum κυρ-
τάυχενα mirati ſumus,incuruiceruicũ vix à riſu defendimus. PROPRIA,ſunt verba cũ
id ſignificant,in quod primo denominata ſunt. TRANSLATA,cũ aliũ natura intel H
lectum,alium loco præbent. VSITATIS tutius vtimur. NOVA non ſine quo-
dam periculo fingimus. Nam ſi recepta ſunt,modicam laudem afferunt Oratori,repudiata
etiam in iocos exeunt. Audẽdum tamen:nanque,vt Cicero ait,etiam quæ primo dura viſa
ſunt,vſu molliuntur.Sed minimè nobis conceſſa eſt ὀνοματοποιΐα. quis enim ferat,ſiquid ſi-
mile illis merito laudatis,λίγξε βιὸς,& οἰϊξὰ ἄνεμος,fingere audeamus? Iam ne balare quidem
aut hinnire fortiter diceremus,niſi iudicio vetuſtatis niterentur.

De Quatuor quibus ſermo conſtat. Cap.VI.

De Sermo- ne. SIT etiã ſua loquẽtibus obſeruatio,ſua ſcribẽtibus. SERMO cõſtat Ra-
tione, Vetuſtate, Authoritate, Conſuetudine. RATIONEM præ-
E ſtat præcipuè Analogia,nonnunq; & Etymologia. Vetera maieſtas quæ- I
dam,& vt ſic dixerim,religio cõmendat. Authoritas ab Oratoribus vel
hiſtoricis peti ſolet. Nam Poetas metri neceſſitas excuſat, niſi ſiquãdo ni-
Aeneid.xi. Eclog.iii. Eclog.i. hil impediente in vtroq;,modulatione pedũ alterum malunt:qualia ſunt, Imò de ſtirpe re-
ciſum.&,Aeriæ quo cõgeſſere palumbes.&,Silice in nuda,& ſimilia: cum ſummorũ in Elo-
quentia virorum iudicium pro ratione,& vel error honeſtus eſt magnos duces ſequẽtibus.

Conſuetudo vero certiſſima loquendi magiſtra:vtendúmq; plane ſermone, vt numo,cui
publica forma eſt. Omnia tamen hæc exigunt acre iudicium. ANALOGIA præci-
pue,quam proximè ex Græco trãsferentes in Latinum,Proportionem vocauerũt.Eius hæc
vis eſt,vt id quod dubium eſt,ad aliquid ſimile,de quo non quæritur,referat: vt incerta cer-
tis probet. Quod efficitur duplici via,comparatione ſimilium in extremis maximè ſyllabis K
(propter quod ea quæ ſunt è ſingulis,negantur debere rationem)& diminutione.Cõparatio
in nominibus,aut genus deprehendit,aut declinationẽ:Genus,vt ſi quæratur,funis maſcu-
linũ ſit an fœmininũ,ſimile illi ſit panis:Declinationem,vt ſi veniat in dubiũ,hac domu di
cendũ ſit an hac domo,& domuum an domorũ,ſimilia ſunt domus,anus,manus. Dimi-
nutio genus modo detegit.Et ne ab eodem exemplo recedam,funem maſculinum eſſe funi
culus oſtendit.Eadem in verbis quoq; ratio cõparationis,vt ſi quis antiquos ſecutus féruere
breui media ſyllaba dicat,deprehendatur vitioſè loqui,quòd omnia quæ e & o literis fatẽdi
modo terminantur,eadem ſi in infinitis e literam media ſyllaba acceperunt,vtiq; productã
habent,prandeo pendeo ſpondeo,prandere pendere ſpondere. At quæ o ſolã habent,dũmo-
do per eandem literam in infinito exeant,breuia fiunt,lego dico curro, legere dicere curre- L
re.Etiam ſi eſt apud Lucilium,Feruit aqua & feruet,feruit nunc,feruet ad annum . Sed pace
dicere hominis eruditiſſimi liceat , ſi feruit putat illi ſimile currit & legit , feruo dicetur,vt
curro & lego,quod nobis inauditum eſt.Sed non eſt hæc vera comparatio, nam feruit illi
eſt ſimile feruit:quam proportionẽ ſequẽti dicere neceſſe eſt feruire,vt ſeruire. Primá quo-
que aliquando poſitio ex obliquis inuenitur,vt memoria repeto conuictos à me qui repre-
henderant,quòd hoc verbo vſus eſſem Pepigi. Nam id quidem dixiſſe ſummos authores cõ
fitebantur,rationem tamen negabant permittere:quia prima poſitio Paciſcor cum haberet
naturam patiendi,faceret tempore præterito pactus ſum. Nos præter authoritatem Orato-
rum atque hiſtoricorum,Analogia quoque hoc dictum tuebamur. Nam cum in XII Ta-
bulis legerimus,Ne ita pagunt:inueniebamus ſimile huic cadunt.Inde prima poſitio etiãſi M
vetuſtate exoleuerat,apparebat pago,vt cado:vnde non erat dubium , ſic pepigi nòs dicere,
vt cecidi. Sed meminerimus nõ per omnia duci Analogiæ poſſe rationẽ, cum ſibi ipſa plu
rimis in locis repugnet. Quædam ſine dubio conantur eruditi defendere,vt cũ deprehẽſum
eſt lepus & lupus ſimili poſitione quãtũ in caſibus numerisq; diſſentiant:ita reſpõdent,non
eſſe paria,quia lepus epicœnũ ſit,lupus maſculinũ: q̃q̃ Varro in eo libro quo initia Roma-
næ vrbis enarrat,lupũ fœminã dicit,Enniũ Pictorémq; Fabiũ ſecutus . Illi autẽ iidem cum

A interrogantur,cur aper apri,& pater patris faciat:illud nomen positum , hoc ad aliquid esse cõtendunt. Præterea quoniã vtrunque à Græcis ductum est,ad eã rationẽ recurrũt, vt πατρὸς patris,κάπρος apri faciat. Illa tamen quo modo effugiẽt,vt nomina quãuis fœminina, singu lari nominatiuo us finita,nunq̃ genitiuo casu in eris syllabã terminãtur,faciat tamẽ Venus Veneris? Itẽ cum,e s,literis finita per varios exeant genitiuos,nunq̃ tamẽ eadẽ ris syllaba ter minatos,Ceres cogat dici Cereris? Quid vero quæ tota positionis eiusdem in diuersos flexus exeũt?cũ Alba faciat Albanus & Albensis,volo volui & volaui. Nam præterito quidẽ tempore variè formari verba prima persona o litera terminata,ipsa Analogia cõfitetur. Siquidẽ facit cado cecidi,spõdeo spopõdi,pingo pinxi,lego legi,pono posui,frango fregi, laudo laudaui. Nõ enim cũ primũ fingerẽtur homines, Analogia demissa cælo formã loquẽdi dedit:
B sed inuẽta est postq̃ loquebãtur,& notatũ in sermone,quid quóq; modo caderet. ita nõ ratio ne nititur,sed exẽplo: nec lex est loquendi,sed obseruatio: vt ipsam Analogiã nulla res alia fe cerit quàm cõsuetudo. Inhærẽt tamen quidã molestissima diligẽtiæ peruersitate,vt audaciter potius dicãt q̃ audacter,licet omnes oratores aliud sequãtur: vt emicauit,nõ emicuit:& con ire,non coire. His permittamus & audiuisse & sciuisse,& tribunale,& faciliter,dicere. frugalis quoq; sit apud illos nõ frugi: nam quo alio modo fiat frugalitas? Idẽ centum millia nũmũm,& fidem deũm,ostendant duplices quoque soloecismos esse,quando & casum mutant & numerũ. Nesciebamus enim,ac nõ cõsuetudini & decori seruiebamus : sicut in plurimis, quæ Tullius in Oratore diuinè vt omnia exequitur. Sed Augustus quoq; in epistolis ad C. Cæsarẽ scriptis * emendat,quòd is calidum dicere q̃ caldum malit:nõ quia illud nõ sit lati-
C num,sed quia sit odiosum, & vt ipse Græco verbo significauit: περίεργον. Atqui hanc quidam ὀρθοέπειαν solam putãt,quam ego minimè excludo. quid enim tã necessariũ q̃ * recta locutio? immo inhærẽdum ei iudico quoad licet,diu etiam mutantibus repugnãdũ: sed abolita atq; abrogata retinere,insolentiæ cuiusdam est,& friuolæ in paruis iactantiæ.* Multum enim literatus,qui sine aspiratione,producta secunda syllaba salutauit,auete(est enim)& caleface dixerit potius quàm quod dicimus,& cõseruauisse,* is adiiciat face & dice,& similia. Recta est hæc via: quis negat? sed alia est & mollior,& magis trita. Ego tamen nõ alio magis angor , q̃ quòd obliquis casibus ducti,etiam primam sibi positionem nõ inuenire,sed mutare permit tunt: vt cũ ebur & robur,ita dicta ac scripta in summis authoribus,in o literam secũdæ syllabæ transferũt,quia sit roboris & eboris: sulfur autẽ & guttur u literam in genitiuo seruẽt:
D ideóque iecur etiã & femur cõtrouersiam fecerunt. quod nõ minus est licẽtiosum,q̃ si sulfurĩ & gutturi subiicerent in genitiuo literã o mediã,quia esset eboris & roboris: sicut Antonius * Gnifo,qui robur quidem & ebur atque etiã marmur fatetur esse: verum fieri vult ex his ro bura,ebura,marmura. Quòd si animaduerterent literarũ affinitatem, scirent sic ab eo quod est robur roboris fieri,quomodo ab eo quod est miles limes,militis limitis,iudex vindex,iu dicis vindicis,& quæ suprà iam attigi. Quid? nõ similes quoque(vt dicebã)positiones,in lõ ge diuersas figuras per obliquos casus exeũt? vt virgo,Iuno,fusus,lusus,cuspis,puppis,& mil le alia: cũ illud etiam accidat,vt quædam pluraliter non dicantur,quædam contra singulari numero: quædã casibus cae ant: quædã à primis statim positionibus tota mutẽtur, vt Iupiter. Quod verbis etiam accidit,vt fero,tuli: cuius præteritũ perfectũ & vlterius nõ inuenitur.
E Nec plurimum refert,* nulla hæc,an prædura sint. Nam quid progenies genitiuo singulari; quid spes plurali faciet? Quomodo autem quire & ire,vel in præterita patiendi modo,vel in participia transibunt? Quid de aliis dicam,cũ senatus senatus senatui,an senatus senati sena to faciat,incertũ sit? Quare mihi nõ inuenuste dici videtur, Aliud esse latine,aliud gramma-tice loqui. Hæc de Analogia nimiũ. ETYMOLOGIA,quæ verborũ originẽ inquirit, à Cicerone dicta est Notatio,quia nomẽ eius apud Aristotelẽ inuenitur σύμβολον, quod est nota: nã verbũ ex verbo ductũ,id est Veriloquiũ,ipse Cicero qui finxit,reformidat. Sunt qui vim potius intuiti,Originationẽ vocẽt. Hæc habet aliquãdo vsum necessariũ,quoties inter-pretatione res,de qua quæritur,eget: vt cum M. Cœlius se esse hominem frugi vult proba-re,nõ quia abstinens sit(nam id ne mẽtiri quidem poterat) sed quia vtilis multis, id est fru-
F ctuosus,vnde sit dicta Frugalitas . Ideóque in diffinitionibus assignatur Etymologiæ locus. Nõnũquam etiã barbara ab emendatis conatur discernere, vt cũ Triquetrã dici Siciliam an Triquedrã,Meridiẽ an Medidiem oporteat,quæritur. Aliquãdo cõsuetudini seruit. Cõtinet autem in se multam eruditionem,siue illa ex Græcis orta tractemus,quæ sunt plurima,præ-cipueque Aeolica ratione,cui est sermo noster simillimus,declinata: siue ex historiarum ve-terum notitia nomina hominum,locorũ,gẽtiũ,vrbium requiramus. vndè Bruti,Publicolæ,

* Pici:cur Latium,Italia,Beneuentum:quæ Capitolium,Collem Quirinalem, & Argiletũ G
appellandi ratio. Iam illa minora,in quibus maximè ſtudioſi eius rei fatigantur, qui verba paulum declinata,variè & multipliciter ad etymum reducunt, aut correptis aut porrectis, aut adiectis aut detractis,aut permutatis literis ſyllabisve. Inde * prauis ingeniis ad fœdiſſima vſque ludibria dilabũtur. Sit ne Conſul à conſulendo, an iudicando. nam & hoc Conſulere veteres vocauerunt. vnde adhuc remanet illud, Rogat,boni conſulas, id eſt bonum iudices. Senatui nomen dederit ætas: nam iidé Patres ſunt. & Rex & Rector,& alia plurima indubitata. Nec abnuerim tegulæ,regulæque, & ſimilium his rationem. Iam ſit & Claſſis à calando, & Lepus leuipes, & Vulpes volipes. * Et etiámne à contrariis aliqua ſinamus trahi. vt Lucus, quia vmbra opacus,parum luceat: & Ludus,quia ſit longiſſimè ab luſu:& Dis,quia minime diues:etiam ne Hominem appellari,quia ſit humo natus:quaſi H
vero non omnibus animalibus eadem origo,aut illi primi mortales antè nomen impoſuerint terræ quàm ſibi: & Verba,ab aere verberato. Pergamus. ſic perueniemus eouſque,vt Stella,luminis ſtilla credatur. cuius etymologiæ authorem clarum ſanè in literis nominari in ea parte,qua à me reprehẽditur,inhumanum eſt. Qui vero talia libris cõplexi ſunt,nomina ſua ipſi inſcripſerunt:ingenioſéque ſibi viſus eſt * Gabinius Cælibes dicere veluti Cælites, quòd onere grauiſſimo vacent,idque Græco argumento iuuit, ἀπὸ θεὸς enim eadem de cauſa dici affirmat. Nec ei cedit Modeſtus in inuẽtione. Nã quia * Cælo Saturnus genitalia abſciderit,hoc nomine appellatos qui vxore careãt. At * L. Aelius Pituitã, quia petit vitã. Sed cui non poſt Varronem ſit venia?qui Agrum,quòd in eo agatur aliquid:& Graculos, quia gregatim volent,dictos Ciceroni perſuadere voluit:(ad eum enim ſcribit) cum alterum ex Græco I
ſit manifeſtum duci,alterũ ex vocibus auium. Sed * hoc tanti fuit vertere, vt Merula, quia ſola volat,quaſi mera volans,nominaretur. Quidam non dubitauerunt Etymologiæ ſubiicere omnem nominis cauſam:vt ex habitu,quemadmodum dixi Longos & Rufos: ex ſono,ſtrepere,murmurare:etiam deriuata,vt à velocitate dicitur velox:& compoſita,pluráque his ſimilia,quæ ſine dubio aliunde originem ducunt,ſed arte non egent. Cuius in hoc opere non eſt vſus niſi in dubiis.

De vetuſtate.

Verba à VETVSTATE repetita non ſolum magnos aſſertores habent,ſed etiam afferunt orationi maieſtatem aliquam, non ſine delectatione: nam & authoritatem antiquitatis habent:& quia intermiſſa ſunt,gratiam nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo,vt neque crebra ſint hæc,neque manifeſta: quia nihil eſt odioſius affectatione. Nec vtique ab vltimis,& iam obliteraris repetita temporibus, qualia ſunt K
Toper,& Antigerio,& Exantlare,& Proſapia,& Saliorũ carmina vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari vetat religio,& conſecratis vtendum eſt. Oratio vero cuius ſumma virtus eſt perſpicuitas,quàm ſit vitioſa ſi egeat interprete? Ergo vt nouorum optima erunt maximè vetera,ita veterum maximè noua.

De authoritate.

Similis circa AVTHORITATEM ratio. Nam etiam ſi poteſt videri nihil peccare,qui vtitur his verbis, quæ ſummi authores tradiderunt,multum tamen refert non ſolum quid dixerint, ſed etiam quid perſuaſerint. Neque enim Tuburcinabundum & Lurcabundum iam in nobis quiſquam ferat, licet Cato ſit author:nec hos Lodices,quanquam id Pollioni placeat: nec Gladiola, atqui Meſſala dixit:nec Parricidatum,quod in Cælio vix tolerabile videtur:nec Collos mihi Caluus perſuaſerit,quæ nec ipſi iam dicerent.

De conſuetudine

Supereſt igitur CONSVETVDO: nam fuerit L
pene ridiculum,malle ſermonem quo locuti ſint homines,quàm quo loquãtur. & ſanè quid eſt aliud vetus ſermo,quàm vetus loquendi conſuetudo? Sed huic ipſi neceſſarium eſt iudicium,conſtituendúmque in primis idipſum,quid ſit quod Cõſuetudinem vocemus. Quæ ſi ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat,periculoſiſſimum dabit præceptum non orationi modo, ſed (quod maius eſt) vitæ. Vnde enim tantum boni,vt pluribus quæ recta ſunt placeant? Igitur vt velli,& comam in gradus frangere,& in balneis perpotare, quãlibet hæc inuaſerint ciuitatem, non erit conſuetudo, quia nihil horum caret reprehenſione. At * lauamur, & tondemur,& Conuiuimus,ex conſuetudine. Sic in loquendo, non ſiquid vitioſe multis inſederit,pro regula ſermonis accipiendum erit. Nam vt trãſeam quemadmodum vulgo imperiti loquuntur, tota ſæpe theatra, & omnem circi turbam exclamaſſe barbarè M
ſcimus. Ergo Conſuetudinem ſermonis vocabo conſenſum eruditorum:ſicut viuendi,conſenſum bonorum.

A

De Orthographia. Cap. VII.

VNC quoniam diximus quæ sit loquendi regula, dicendum quæ scribẽdi bus custodienda. Quod Græci ORTHOGRAPHIAM vocant, nos N rectè scribendi scientiam nominemus. Cuius ars non in hoc posita est, vt nouerimus quibus quæque syllaba literis constet (Nam id quidẽ infra Grãmatici officium est) sed totam, vt mea fert opinio, subtilitatem in dubiis habet: vt longis syllabis omnibus apponere apicem ineptissimũ est, quia plurimæ natura ipsa verbi quod scribitur, patent: sed interim necessarium, cum eadem litera alium atque aliũ intellectum, prout correpta vel producta est, facit. Vt malus vtrum arborẽ significet, an homi-
B nem nõ bonum, apice distinguitur. Palus aliud priore syllaba longa, aliud sequenti significat: & cum eadem litera nominatiuo casu breuis, ablatiuo longa est, vtrum sequamur, plerũque hac nota monendi sumus. Similiter putauerunt illa quoque seruanda discrimina, vt EX præpositionẽ, si verbum sequeretur specto, adiecta secundæ syllabæ s litera, ex specto: sed si pecto, remota s, scriberemus. Illa quoque seruata est à multis differentia, vt, Ad cũ esset præpositio, d literam: cum autem coniunctio, t acciperet. Itemque Cum, si tempus significaret, per q. si comitem, per c. si vero causam per q, ac duas sequentes uu, scriberetur. Frigi diora his alia, vt, Quicquid c quartũ haberet, ne interrogare bis videremur. Et Quotide non Cotidie, vt sit quot diebus. Verum hæc iam etiam inter ipsas ineptias euanuerunt. Quæri solet in scribendo PRæpositiones sonum quẽ iũctæ efficiũt, an quem separatæ, obseruare
C conueniat: vt cum dico, Obtinuit, secũdam enim b literã ratio poscit, aures magis audiũt p. Et Immunis, illud n quod veritas exigit, sequentis syllabæ sono victum m gemino commutatur. Est etiam in DIVIDENDIS verbis obseruatio, mediã literam consonantem priori, an sequẽti syllabæ adiungas. Aruspex enim quia pars eius posterior à spectãdo est, s literam tertiæ dabimus: Abstemius, quia ex abstinentia temeti composita vox est, primæ relinquetur. Nam K quidẽ in nullis verbis vtendũ puto, nisi quæ significãt, etiã vt sola ponatur. Hoc eô non omisi, quòd quidã eam, quoties, a, sequatur, necessariã credunt: cũ sit c litera, quæ ad omnes vocales vim suã perferat. Verum Orthographia quoque consuetudini seruit, ideóque sæpe mutata est. Nam illa vetustissima transeo tempora, quibus & pauciores literæ, nec similes his nostris carũ formæ fuerunt, & vis quoque diuersa: sicut apud Græcos o li-
D tera, quæ interim lõga ac breuis, vt apud nos: interim pro syllaba, quã nomine suo exprimit, posita est. Et Latinis veteribus d plurimis in verbis vltimã adiectã, quod manifestũ est etiã ex colũna rostrata, quæ est* Duilio in foro posita. Interim g quoq; , vt in puluinari Solis, qui colitur iuxta ædẽ Quirini, Vesperug. quod vesperuginẽ accipimus. De mutatione etiã literarũ, de qua supra dixi, nihil repetere hic necesse. Fortasse enim sicut scribebãt, etiã ita loquebãtur. SEMiuocales nõ geminare diu fuit vsitatissimi moris: atque è cõtrario vsq; ad Actiũ & vltra, porrectas syllabas geminis, vt dixi, vocalibus scripserũt. Diutius durauit, vt e i iungẽdis cadẽ ratione, qua Græci ει vterẽtur: ea casibus numerisq; discreta est, vt Lucilius præcipit, Iã puerei venere, e postremũ facito atque i, Vt pueri plures fiãt, ac deinceps. Idem, Mendacei,
E fureique addes e, cũ dare furi Iusseris. Quod quidẽ cũ superuacuũ est, quia i tã lõgæ q̃ breuis naturã habet: tũ incõmodum aliquãdo. Nã in iis quæ proximã ab vltima literã e habebunt, & i longa terminabũtur, illã rationem sequẽtes vtemur e gemina: qualia sunt hæc, aureei, argẽteei, & similia. Idque iis præcipue, qui ad lectionẽ instituẽtur, etiã impedimento erit: sicut in Græcis accidit adiectione i literæ: quã nõ solũ datiuis casibus in parte vltima ascribũt, sed quibusdã etiã interponũt, vt in* ΑΙΣΙ, quia etymologia ex diuisione in duas syllabas facta de sideret eam literã. Ai syllabã, cuius secũdã nũc e literam ponimus, varie per a & i efferebãt, quidã semper, vt Græci: quidã singulariter tãtum, cũ in datiuũ vel genitiuum casum incidissent. vndc, Pictai vestis, & Aquai, Virgilius amantissimus vetustatis carminibus inseruit. In iisdẽ plurali numero ac vtebãtur, hi Syllæ, Galbæ. Est in hac quoque parte Lucilii præceptũ, quod quia pluribus explicatur versibus, siquis parum credat, apud ipsum in nono requirat.

Plin. lib. xxxiiii. ca. v.

Aeneid. ix.

Aeneid. iii.

F Quid, quòd Ciceronis temporibus, paulũque infrã, fere quoties s litera media vocaliũ lõgarã, vel subiecta lõgis esset, geminabatur? vt causſæ, cassus, diuissiones: quo modo & ipsum & Virgilium quoque scripsisse, manus eorum docent. Atqui paululum superiores etiã illud quod nos gemina dicimus, iussi, vna dixerũt, iusi. Etiã Optimus Maximus, vt mediã i literã, quæ veteribus u fuerat, acciperent, C. primũ Cæsaris inscriptione traditur factũ. Here nunc e litera terminamus: at veterũ Comicorum adhuc libris inuenio, Heri ad me venit.

quod idē in Epiſtolis Auguſti,quas ſua manu ſcripſit,aut emēdauit,deprehēditur. Quid? G
non Cato Cenſorius,dicām & faciam,dicem & facie ſcripſit?eundēque in cæteris,quæ ſimi
liter cadunt,modum tenuit?quod ex veteribus eius libris manifeſtum eſt. Et à Meſſala in
libro de s litera poſitū ſibe & quaſe,ſcriptum in multorū libris eſt.Sed an hoc voluerint au
thores neſcio.T.Liuiū ita his vſum ex Pædiano cōperi,qui & ipſe eū ſequebatur. Hæc nos i
litera finimus. Quid dicā vortices,& vorſus,cæteraque ad eundem modū,quæ primo Sci-
pio Africanus in e literam ſecundā vertiſſe dicitur? Noſtri præceptores ceruom ſeruomq;
u & o literis ſcripſerunt,quia ſubiecta ſibi vocalis in vnum ſonū cōaleſcere & confundi ne-
quiret:nunc u gemina ſcribuntur,ea ratione quā reddidi:neutro ſanè modo vox,quam ſen
timus,efficitur.Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam ad hos vſus literam adiecerat.Illud H
nunc melius, quòd,Cui,tribus quas propoſui literis enotamus: in quo pueris nobis ad pin-
guē ſanè ſonū,quoi vtebātur,tātùm vt ab illo,Qui,diſtingueretur. Quid,quæ ſcribūtur a-
liter quàm enūciātur?Nam & Caius,C,litera notatur,quæ inuerſa mulierē declarat: quia tā
Caias eſſe vocitatas quàm Caios,etiā ex nuptialibus ſacris apparet.Nec Cnæus eā literam in
prænominis nota accipit,qua ſonat:& Columa,exēpta n litera:& Coſſules , geminata eadē
litera ſſ legimus:& Suburra cum tribus literis notatur,c tertiam oſtendit.Multa ſunt gene-
ris huius.Sed hæc quoque vereor,ne modum iam paruæ quæſtionis exceſſerint.Iudiciū autē
ſuum Grammaticus interponat his omnibus.Nam hoc valere plurimum debet . Ego vero
quod conſuetudo obtinuerit,ſic ſcribēdum quidque iudico quo modo ſonat . Hic enim eſt
vſus literarum,vt cuſtodiāt vocē,& velut depoſitum reddant legētibus.Itaque id exprimere I
debēt,quod dicturi ſumus. Hæ ferè ſunt emendate loquendi,ſcribēdique partes: duas re-
liquas ſignificanter, ornatēque dicendi,non equidē Grammaticis aufero:ſed cū mihi officia
Lib.viii. Rhetoris ſuperſint,maiori operi reſeruo.Redit autē illa cogitatio,quoſdā fore, qui hæc quæ
diximus,parua nimium,& impedimenta quoque maius aliquid agēdi putent.Nec ipſe vſq;
ad extremā anxietatem,& ineptas cauillationes deſcendendum,atque his ingenia cōcidi &
comminui credo.Sed nihil ex Grammatica nocuerit,niſi quod ſuperuacuū eſt.An ideo mi-
nor eſt M.Tullius Orator, quòd idem artis huius diligentiſſimus fuit,& in filio,vt in Epi
ſtolis apparet,rectè loquendi vſquequaque aſper quoque exactor?aut vim C. Cæſaris fregerūt
editi de Analogia libri?aut ideo minus Meſſala nitidus,quia quoſdam totos libellos nō de
verbis modo ſingulis,ſed etiam literis dedit?Non obſtant hæ diſciplinæ per illas euntibus, K
ſed circa illas hærentibus.

De Lectione pueri. Cap.VIII.

S Vpereſt LECTIO, in qua puer vt ſciat vbi ſuſpendere ſpiritū debeat, quo
loco verſum diſtinguere,vbi claudatur ſenſus,vnde incipiat, quādo attollēda
vel ſubmittenda ſit vox:quid quôque flexu,quid lentius,cōcitatius,celerius,
lenius dicendum,demonſtrari niſi in opere ipſo non poteſt.Vnum eſt igitur
quod in hac parte præcipiam , vt omnia iſta facere poſſit,intelligat . Sit au-
tem in primis Lectio virilis,& cum ſuauitate quadam grauis, & non quidem proſæ ſimilis,
quia & carmen eſt,& ſe poetæ canere teſtantur:non tamen in canticum diſſoluta,nec * pla- L
ſmate (vt nunc à pleriſque fit)effœminata. De quo genere optimè C.Cæſarem prætextatum
adhuc accepimus dixiſſe , Si cantas , male cantas: ſi legis , cantas . Nec Proſopopœias , vt
quibuſdam placet , ad comicum morem pronunciari velim: eſſe tamen flexum quendam,
Honeſta diſcenda. quo diſtinguantur ab iis , in quibus poetæ perſona ſua vtentur. Cætera admonitione
magna egent : in primis , vt teneræ mentes tracturæque altius quicquid rudibus & omniū
ignaris inſederit , non modo quæ diſerta , ſed vel magis quæ honeſta ſunt,diſcant.Ideóque
optime inſtitutum eſt,vt ab Homero atque Virgilio Lectio inciperet:quanquam ad intelli-
gendas eorum virtutes firmiori iudicio opus eſſet. Sed huic rei ſupereſt tempus : nec enim
ſemel legentur. Interim & ſublimitate heroici carminis animus aſſurgat, & ex magnitudi-
ne rerum ſpiritū ducat , & optimis imbuatur. Vtiles Tragœdiæ. Alunt & Lyrici:ſi ta- M
men in iis non authores modo , ſed etiam partes operis elegeris . Nam & Græci li -
center multa , & Horatium in quibuſdam nolim interpretari. Elegia vero(vtique quæ
amat) & Hendecaſyllaba , & quibus ſunt Commata Sotadeorum (Nam de Sotadeis ne
præcipiendum quidem eſt) amoueantur , ſi fieri poteſt : ſi minus , certè ad firmius ætatis
Comœdia. robur reſeruentur. Comœdiæ,quæ plurimum ad Eloquentiam conferre poteſt, cum per
omnes & perſonas & affectus eat,quem vſum in pueris putem,paulo pòſt ſuo loco dicam.

A Nam cum mores in tuto fuerint,inter præcipua legenda erit.De Menandro loquor,nec tamen excluſerim alios.Nam Latini quoque authores afferent vtilitatis aliquid. Sed pueris, quæ maximè ingenium alant,atque animum augeant,prælegenda:cæteris,quæ ad eruditionem modo pertinent,longa ætas ſpatium dabit. Multum autem veteres etiam Latini cõferunt,quanquam plerique plus ingenio quàm arte valuerunt,in primis copiam verborum: quorum in tragœdiis grauitas,in comœdiis elegantia, & quidam velut atticiſmos inueniri poteſt.OEconomia quoque in his diligentior,quàm in pleriſque nouorum erit,qui omniũ operum ſolam virtutem Sentẽtias putauerũt.Sanctitas certè,&, vt ſic dicam, virilitas ab his petenda,quando nos in omnia deliciarum vitia dicendi quoque ratione * defluximus. Denique credamus ſummis Oratoribus,qui veterum poemata,vel ad fidẽ cauſarum, vel ad or-
B namentum Eloquentiæ aſſumunt. Nam præcipue quidem apud Ciceronem,frequenter tamen apud Aſinium etiam,& cæteros qui ſunt proximi,vidimus,Ennii,Accii,Pacuuii,Lucillii,Terentii,Cæcilii,& aliorum inſeri verſus:ſumma nõ eruditionis modo gratia, ſed etiã iucunditatis,cum poeticis voluptatibus aures à forenſi aſperitate reſpirent. Quibus accedit non mediocris vtilitas,cum ſententiis eorum velut quibuſdam teſtimoniis,quæ propoſuere confirment.Verum priora illa ad pueros magis,hæc ſequentia ad robuſtiores pertinebũt.

Pro Cœlio pro Cor. Balbo. In Anton. In Piſonem.

Cum Grammatices amor,& vſus lectionis,non ſcholarum tẽporibus,ſed vitæ ſpatio terminẽtur:in prælegendo,Grammaticus & illa quidẽ minora præſtare debebit, vt partes orationis reddi ſibi ſoluto verſu deſideret,& pedum proprietates: quæ adeo debent eſſe notæ in carminibus,vt etiam in Oratoria compoſitione deſiderentur:deprehendátque quæ barba-
C ra,quæ impropria,quæ contra legem loquendi ſunt poſita: non vt ex his vtique improbentur poetæ (quibus quia plerunque ſeruire metro coguntur, adeo ignoſcitur,vt vitia ipſa aliis in carmine appellationibus nominentur.Metaplaſmos enim, & ſchematiſmos,& ſchemata (vt dixi) vocamus,& laudem virtutis neceſſitati damus) ſed vt commoneat artificialiũ, & memoriam agitet. Id quoque inter prima rudimenta non inutile, demonſtrare quot quæque verba modis intelligenda ſint. Circa Gloſſemata etiam, id eſt voces minus vſi-
tatas, non vltima eius profeſſionis diligentia eſt. Enimuero maiore cura iam doceat Tro-
D pos omnes,quibus præcipue non poema modo, ſed etiam oratio ornatur, ſchemata vtraque, id eſt figuras, quæque λέξεως,quæque διανοίας vocantur.quorum ego ſicut Troporum tractatum in eum locum differo, quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. Præcipue vero illa infigat animis, quæ in OEconomia virtus,quæ in decoro rerũ, quid perſonæ cuique conuenerit,quid in ſenſibus laudandum, quid in verbis, vbi copia probabilis,vbi modus. His accedat enarratio hiſtoriarum: diligens quidem illa, non tamen vſque ad ſuperuacuum laborem occupata. Nam receptas, aut certè claris authoribus memoraras expoſuiſſe,ſatis eſt. Perſequi quidem quod quiſque vnquam vel contemptiſſimorum hominum dixerit, aut nimiæ miſeriæ, aut inanis iactantiæ eſt,& detinet atque obruit ingenia melius aliis vacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione ſchedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam poteſt. Atqui pleni ſunt eiuſmodi impedimentis Grammaticorum commentarii,vix ipſis qui compoſuerunt,ſatis noti. Nam Didymo quo-
que,quo nemo plura ſcripſit,accidiſſe compertum eſt, vt cum hiſtoriæ cuidam tanquam
E vanæ repugnaret,ipſius proferretur liber, qui eam continebat. Quod euenit præcipue in fabuloſis vſque ad ridicula, quædam etiam pudenda: vnde improbiſſimo cuique pleraque fingendi licentia eſt, adeo vt de libris totis & authoribus, vt ſuccurrit, mentiatur tuto, quia inueniri qui nunquam fuere, non poſſunt. Nam in notioribus frequentiſſimè deprehenduntur à curioſis. Ex quo mihi inter virtutes Grammatici habebitur,aliqua neſcire.

Gloſſemata.

Didymus.

Neſcienda aliqua.

De officio Grammatici,& quæ primordia ſint dicendi. Cap.IX.

F E

Tfinitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur,id eſt,Ratio loquendi, & Enarratio authorum: quarum illam Methodicen, hanc Hiſtoricen vocant. Adiiciamus tamen eorum curæ quædam dicendi Primordia, quibus ætates nondum Rhetorem capientes inſtituant. Igitur Aeſopi Fabellas, quæ fabulis nutricularum proxime ſuccedunt, narrare ſermone puro, & nihil ſe ſupra modum extollente: deinde eandem gracilitatem ſtylo exigere condiſcant: Verſus primo ſoluere, mox mutatis verbis interpretari, tum paraphraſi audacius vertere: qua & breuiare quædam, & exornare, ſaluo modo poetæ

ſenſu, permittitur. Quod opus etiam conſummatis profeſſoribus difficile, qui cõmodè tra- G
ctauerit, cuicunque diſcendo ſufficiet. Sententiæ quoque, & Chriæ, & * Ethologiæ, ſubiectis
dictorum rationibus, apud Grammaticos ſcribantur, quia initium ex * ratione ducũt. Quo-
rum omniũ ſimilis eſt ratio, forma diuerſa: quia Sentẽtia vniuerſalis eſt vox, Ethologia per-
Chriarum genera. ſonis cõtinetur. CHRIARVM plura genera tradũtur. Vnũ, ſimile Sentẽtiæ, quod eſt
poſitum in voce ſimplici, Dixit ille: aut, Dicere ſolebat. Alterũ, quod eſt in reſpõdẽdo, In-
terrogatus ille: vel, Cũ hoc ei dictum eſſet, reſpondit. Tertium, huic nõ diſſimile, cum quis
non dixiſſet, ſed aliquid feciſſet, etiam in ipſis factis Chriam putant: vt Crates, cum indo-
ctum puerum vidiſſet, pædagogum eius percuſſit. Et aliud pene par ei, quod tamen eo-
dem nomine appellare non audent, ſed dicunt χρείδδες. vt Milo, quem vitulum aſſueuerat
ferre, taurum ferebat. In his omnibus & declinatio per * eoſdem ducitur caſus, & tam facto- H
rum quàm dictorũ ratio eſt. NARratiunculas à poetis celebratas, notitiæ cauſa, nõ Elo
quentiæ, tractandas puto. Cætera maioris operis ac ſpiritus, Latini Rhetores relinquen-
do, neceſſaria Grammaticis fecerunt. Græci magis operum ſuorum & onera & modum
norunt.

An Oratori futuro neceſſaria ſit plurium artium ſcientia. Cap. X.

AEC de Grammatica quàm breuiſſimè potui, non vt omnia dicerem, ſe-
ctatus (quod infinitum erat) ſed vt maximè neceſſaria: nunc de cæteris arti-
H bus, quibus inſtituendos priusquàm tradantur Rhetori, pueros exiſtimo,
ſtrictim ſubiungam: vt efficiatur orbis ille doctrinæ, quam Græci ἐγκυκλο- I
παιδείαν vocant. Nam iiſdem ferè annis aliarum quoque diſciplinarum
ſtudia ingredienda ſunt: quæ quia & ipſæ artes ſunt, & eſſe perfecta ſine his orandi ſcientia
non poteſt, nec rurſus ad efficiendum Oratorem ſatis valent ſolæ, an ſint huic operi ne-
ceſſariæ, quæritur. Nam quid, inquiunt, ad agendam cauſam, dicendámve ſententiam
pertinet ſcire, quemadmodum data linea conſtitui triangula æquis lateribus poſſint? Aut
quo melius vel defendet reum, vel reget conſilia, qui citharæ ſonos nominibus & ſpatiis
diſtinxerit? Enumerent fottaſſe multos quanlibet vtiles foro, qui nec geometrem audiue-
runt, nec muſicos, niſi hac communi voluptate aurium, intelligant. Quibus ego pri-
mum hoc reſpondeo, quod & M. Cicero ſcripto ad Brutum libro frequentius teſtatur,
Non eum à nobis inſtitui Oratorem, qui ſit, aut fuerit: ſed imaginem quandam concepiſ- K
ſe nos animo perfecti illius, ex nulla parte ceſſantis. Nam & ſapientem formantes eum
qui ſit futurus conſummatus vndique, & (vt dicunt) mortalis quidam Deus, non modo
cognitione cæleſtium vel mortalium putant inſtituendum, ſed per quædam parua ſanè,
ſi ipſa demum exiſtimes, ducunt, ſicut exquiſitas interim ambiguitates: non quia Cera-
tinæ aut Crocodilinæ poſſint facere ſapientem, ſed quia illum ne in minimis quidem
oporteat falli. Similiter Oratorem (qui debet eſſe ſapiens) non geometres faciet, aut muſi-
cus, quæque his alia ſubiungam: ſed hæ quoque artes, vt ſit conſummatus, iuuabunt. Ni-
ſi forte antidotum quidem, atque alia, quæ morbis aut vulneribus medentur, ex mul-
tis atque interim contrariis quoque inter ſe effectibus componi videmus: quorum ex di-
uerſis fit illa mixtura vna, quæ nulli earum ſimilis eſt, quibus conſtat, ſed proprias L
vires ex omnibus ſumit: & muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ ratio-
ni ſaporem vario florum ac ſuccorum genere perficiunt: nos mirabimur, ſi oratio, qua
nihil præſtantius homini dedit Prouidentia, pluribus artibus eget: quæ etiam cum ſe
non oſtendunt in dicendo, nec proferunt, vim tamen occultam ſuggerunt, & tacitè
quoque ſentiuntur. Fuit aliquis ſine his diſertus: at ego Oratorem volo. Non multum
adiiciunt, ſed vtique non erit totum, cui vel parua decrunt: & optimum quidem hunc
eſſe conueniet, cuius etiam ſi in arduo ſpes eſt, nos tamen præcipiamus omnia, vt ſal-
tem plura fiant. Sed cur deficiat animus? natura enim perfectum Oratorem eſſe non pro-
Cic. iii. de Orat. hibet. Turpiterque deſperatur quicquid fieri poteſt. Atque ego vel iudicio veterum po-
De Muſice & laudibus eius. teram eſſe contentus. Nam quis ignorat MVSICEN (vt de hac primum loquar) tan- M
tum illis iam antiquis temporibus non ſtudii modo, verumetiam venerationis habuiſſe, vt
iidem Muſici, & vates, & ſapientes iudicarentur? Mittam alios, Orpheus & Linus, quorum
vtrũque Diis genitũ: alterum vero quòd rudes quoque atque agreſtes animos admiratione
mulceret, non feras modo, ſed ſaxa etiã ſyluásque duxiſſe, poſteritatis memoriæ traditũ eſt.
Et Timagenes author eſt, omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimã Muſicen extitiſſe.

A Et teſtimonio ſunt clariſſimi poetæ,apud quos inter regalia conuiuia laudes heroum ac Deorum ad citharam canebantur.Iopas ille Virgilii,nonne canit errantem lunam, ſolisque labores,& cætera?quibus certe palàm confirmat author eminentiſſimus,Muſicem cum diui narum etiam rerum cognitione eſſe coniunctam. Quod ſi datur,erit etiam Oratori neceſ ſaria:ſiquidem(vt diximus)hæc quoque pars quæ ab Oratoribus relicta,à philoſophis eſt occupata,noſtri operis fuit, ac ſine omnium talium ſcientia non poteſt eſſe perfecta Eloquentia. Atque claros nomine ſapientiæ viros nemo dubitauerit ſtudioſos Muſicæ fuiſſe, cum Pythagoras,atque eum ſecuti,acceptam ſine dubio antiquitus opinionem vulgauerint,mũdum ipſum ea ratione eſſe compoſitum,quam poſtea ſit lyra imitata. Nec illa modo conten ti diſſimilium concordia,quam vocant harmoniam,ſonum quoque his motibus dederunt. Aeneid.i.

B Nam Plato cum in aliis quibuſdam, tum præcipue in Timæo, ne intelligi quidem, niſi ab iis qui hanc quoque partem diſciplinæ diligẽter perceperint,poteſt. Quid de philoſophis loquor?quorũ fons ipſe Socrates iam ſenex inſtitui lyra non erubeſcebat. Duces maximos & fidibus & tibiis ceciniſſe traditum, & exercitus Lacedæmoniorum Muſicis accenſos modis. Quid autem aliud in noſtris legionibus cornua ac tubæ faciunt? quorũ concẽtus quanto eſt vehementior,tantum Romana in bellis gloria cæteris præſtat. Non igitur fruſtra Plato ciuili viro,quem ἀλιτικὸν vocant, neceſſariam Muſicẽ credidit. Et eius ſectæ, quæ aliis ſeueriſſima,aliis aſperrima videtur, principes in hac fuere ſententia, vt exiſtimarent ſapientum aliquos nonnullam operam his ſtudiis accommodaturos. Et Lycurgus duriſſimarum Lacedæmoniis legum author, Muſices diſciplinam probauit. Cic.ĩ Cat. Plato.li.ii. de legib.

C Atque eam natura ipſa videtur ad tolerandos facilius labores,velut muneri nobis dediſſe.Siquidem & remigem cantus hortatur. Nec ſolum in iis operibus,in quibus plurium conatus præcunte aliqua iucunda voce cõſpirãt,ſed etiã ſingulorũ fatigatio,quãlibet ſe rudi modulatione ſolatur. Laudem adhuc dicere artis pulcherrimæ videor,nondum tamen eam Oratori coniungere. Tranſeamus igitur id quoque,quòd Grammatice quondam ac Muſice iunctæ fuerunt. Siquidem Architas atque Ariſtoxenus etiam ſubiectam Grammaticẽ Muſicæ putauerunt.& eoſdem vtriuſque rei præceptores fuiſſe,cum Sophron oſtendit Mimorum quidem ſcriptor, ſed quẽ Plato adeo probauit,vt ſuppoſitos capiti libros eius,cum moreretur,habuiſſe tradatur:tum Eupolis,apud quem Prodamus & Muſicẽ & literas docet.Et Maricas, qui eſt Hyperbolus, nihil ſe ex Muſicis ſcire,niſi literas confitetur. Ariſtophanes quoque non vno libro ſic inſtitui

D pueros antiquitus ſolitos eſſe demonſtrat. Et apud Menandrum in Hypobolimæo ſenex, qui repoſcenti filium patri velut rationem impendiorum, quæ in educationem contulerat, opponens ſe,pſaltis & geometris multa dicit dediſſe. Vnde etiam ille mos, vt in conuiuiis poſt cœnam circunferretur lyra:cuius cum ſe imperitum Themiſtocles cõfeſſus eſſet,vt verbis Ciceronis vtar,habitus eſt indoctior. Sed veterum quoque Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Verſus quoque Saliorum habent carmen. Quæ cum omnia ſint à Numa Rege inſtituta,faciunt manifeſtum,ne illis quidem qui rudes ac bellicoſi videntur, curam Muſices, quantam illa recipiebat ætas, defuiſſe. Denique in prouerbium vſque Græcorũ celebratum eſt, Indoctos a Muſis atque Gratiis abeſſe. Verum quid ex ea proprie petat futurus Orator,diſſeramus. In ἴππῳ-ον. Tuſcul.i.

E NVMEROS Muſice habet duplices, in vocibus,& in corpore:vtriuſque enim rei aptus quidam modus deſideratur. Vocis rationem Ariſtoxenus Muſicus diuidit in ῥυθμὸν & μέλος & ἔμμετρον, quorũ alterum modulatione,canore alterum ac ſonis conſtat. Num igitur non hæc omnia Oratori neceſſaria?quorum vnum ad geſtum, alterum ad collocationem verborum,tertium ad flexus vocis, qui ſunt in agẽdo quoque plurimi,pertinet. Niſi forte in carminibus tantùm, & in canticis exigitur ſtructura quædam & inoffenſa copulatio vocum,& in agendo ſuperuacua eſt : aut non cõpoſitio,& ſonus in oratione quoque varie pro rerum modo adhibetur,ſicut in Muſice. Nanque & voce & modulatione grandia elate,iucunda dulciter,moderata leniter canit:totaque arte conſentit cum eorum quæ dicuntur,affectibus. Atqui in orando quoque intenſio vocis,remiſſio,flexus,pertinet ad mouẽdos audientium affectus. Alia quoque & collocationis & vocis (vt eodem vtar Numeridu plices.

F verbo) modulatione cõcitationem iudicũ,alia miſericordiam petimus:cum etiam organis, quibus ſermo exprimi non poteſt, affici animos in diuerſum habitum ſentiamus. Corporis quoque decens & aptus motus,qui dicitur εὐρυθμία, eſt neceſſarius:nec aliunde peti poteſt, in quo pars actionis non minima conſiſtit, quà de re ſepoſitus nobis eſt locus. Agedum habebit in primis curam vocis Orator,quid tam Muſices propriũ? Sed ne hæc quidem præſumenda pars eſt,vt vno interim contenti ſimus exemplo.C.Gracchi præcipui ſuorum tem- Lib.xi. Cic.iii.de Orat.& alii.

porum Oratoris:cui concionanti consistens post eum Musicus fistula,quam Tonarion vo- G
cant,modos,quibus deberet intendi,ministrabat. Hæc ei cura inter turbidissimas actiones,
vel terrenti optimates,vel iam timenti fuit. Libet propter quosdam imperitiores, etiam
crassiore (vt vocant) Musa,dubitationem huius vtilitatis eximere: nam poetas certe legen-
dos Oratori futuro concesserint. Num igitur hi sine Musice? At siquis tam cæcus animi est,
vt de aliis dubitet,illos certe,qui carmina ad lyram composuerunt? Hæc diutius forēt di-
cenda,si hoc studium velut nouū præciperem. Cum verò antiquitus vsque à Chirone atque
Achille ad nostra tempora apud omnes,qui modo legitimam disciplinam non sint perosi,
durauerit,non est committendum vt illa dubia faciam defensionis solicitudine. Quāuis au-
tem satis iam ex ipsis quibus sum modo vsus, exemplis, credam esse manifestum quæ mihi
& quatenus Musice placeat,apertius tamen profitendum puto,non hanc à me præcipi,quæ H
nunc in scenis,effœminata,& impudicis modis fracta,non ex parte minima, siquid in no-
bis virilis roboris manebat,excidit:sed qua laudes fortium canebantur,quáque & ipsi fortes
canebant: * nec psalteria,& spadicas,etiam virginibus probis recusanda,sed cognitionem ra-
Boet.ex li- tionis,quæ ad mouendos leniendosque affectus plurimum valet. Nam & Pythagoram acce
bro Cic. de pimus,concitatos ad vim pudicæ domui afferēdam iuuenes,iussa mutare in spondeum mo
cōsiliis suis dos tibicina,composuisse. Et Chrysippus etiam nutricum,quæ adhibentur infantibus, alle-
ctationi suum quoddam carmen assignat. Est etiam non inerudite ad declamādum ficta ma
teria,in qua ponitur tibicen,qui sacrificanti Phrygium cecinerat,acto illo in insaniam,& per
præcipitia delato,accusari,quòd causa mortis extiterit. Quæ si dici debent ab Oratore,nec di
ci citra scientiam Musices possunt,quomodo non hanc quoque artem necessariam esse operi I
Geometriā noſtro,vel iniqui consentient? In GEOMETRIA partem fatentur esse vtilem te-
Oratori cō neris ætatibus agitari nanque animos,atque acui ingenia, & celeritatem percipiendi venire
modā esse. inde concedunt:sed prodesse eam,non vt cæteras artes, cum perceptæ sint,sed cum discatur,
existimant. Id vulgaris opinio est: nec sine causa summi viri etiam impensam huic scientiæ
operam dederūt. Nam cum sit Geometria diuisa in Numeros atque Formas,numerorū qui-
dem notitia non Oratori modo, sed cuicunque primis saltem literis erudito, necessaria est.
In causis vero vel frequentissime versari solet,in quibus actor, non dico si circa summas tre-
pidat,sed si digitorum saltem incerto aut indecoro gestu à computatione dissentit,iudicatur
indoctus. Illa verò linearis ratio,& ipsa quidem cadit frequenter in causas,si de terminis mē-
surisque sunt lites. Sed habet maiorem quādam aliam cum arte Oratoria cognationē. Iam K
primum ordo est Geometriæ necessarius:nonne & Eloquētiæ? Ex prioribus Geometria pro-
bat insequētia,& certis incerta:nonne id in dicēdo facimus? Quid? illa propositarū quæstio-
num conclusio,non tota ferè constat syllogismis? Propter quod plures inuenies qui Dialecti
cæ similem,quàm qui Rhetoricæ fateātur hanc artem. Verum & Orator etiam si raro, non
tamen nunquam probabit dialectice. Nam & syllogismis,si res poscet,vtetur: & certe enthy
memate,qui Rhetoricus est syllogismus. Denique probationū quæ sunt potentissimæ, γραμ-
μικαὶ ἀποδείξεις vulgo dicuntur. Quid autē magis oratio quàm probationem petit? Falsa quo-
que verisimilia Geometria ratione deprehendit. Fit hoc & in numeris per quasdam quas
Pseudographias vocant,quibus pueri ludere solebamus. Sed alia maiora sunt. Nam quis
non ita proponenti credat, Quorum locorum extremæ lineæ eandem mensuram colligūt, L
eorum spatium quoque quod iis lineis continetur, par sit necesse est? At id falsum est. Nam
plurimum refert,cuius sit formæ ille circuitus. reprehēsique à Geometris sunt historici,qui
magnitudinem insularum satis significari nauigationis ambitu crediderunt. Nam vt quæ-
que forma perfectissima,ita capacissima est. Ideóque illa circuncurrens linea, si efficiet orbē,
quæ forma est in planis maximè perfecta,amplius spatium complectetur, quàm si quadra-
tum paribus oris efficiat. Rursus quadrata triāgulis, triāgula ipsa plus æquis lateribus quàm
inæqualibus. Sed alia forsitan obscuriora:nos facillimum etiam imperitis,sequamur experi-
mentum. Iugeri mensuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes esse, dimidioque
in latitudinem patere,non ferè quisquam est qui ignoret:& qui sit circuitus,& quantum cā-
pi claudat,colligere expeditum. At centeni & octogeni in quanque partem pedes idem spa- M
tium extremitatis, sed multo amplius * clausæ quatuor lineis areæ faciunt. Id si computare
quem piget,breuioribus numeris idem discat:nam deni in quadram pedes,quadraginta per
oram,intra cētum erunt. At si quinideni per latera,quini in fronte sint,ex illo quod ample-
ctuntur,quartam partem deducent eodem circunductu. Si verò porrecti vtrinque vndeuice-
ni singulis distent,non plures intus quadratos habebunt, quàm per quot longitudo duce-

A tur:quæ circumibit autem linea,eiuſdem ſpatii erit,cuius ea quæ centum continet. Ita quicquid formæ quadrati detraxeris,amplitudini quoque peribit.Ergo etiã id fieri poteſt,vt maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur. Hoc in planis. Nam in collibus vallibúsque etiam imperito patet plus ſoli eſſe quàm cæli. Quid?quòd ſe eadem Geometria tollit ad rationem vſque mundi, quæ cum ſiderum certos conſtitutósque curſus numeris docet, diſcimus nihil eſſe inordinatum atque fortuitum: quod ipſum nonnunquam pertinere ad Oratorem poteſt.An verò cum Pericles Athenienſes ſolis obſcuratione territos, redditis eius rei cauſis,metu liberauit:aut cum Sulpitius ille Gallus in exercitu L. Pauli de lunæ defectione diſſeruit,ne velut prodigio diuinitus facto militum animi terrerentur:non videtur eſſe vſus Oratoris officio? Quod ſi Nicias in Sicilia ſciſſet, non eodem cõfuſus metu pulcherrimum
B Athenienſium exercitum perdidiſſet.Sicut Dion,cum ad deſtruendam Dionyſii tyrãnidem venit,non eſt tali caſu deterritus.Sint exempla licet vſus bellici, tranſeamúsque quòd Archimedes vnus obſidionem Syracuſarum in longius traxit. Illud vtique iam proprium eſt ad efficiendum quod intendimus,plurimas quæſtiones,quarum difficilior alia ratione explicatio eſt,vt de ratione diuidendi,de ſectione in infinitum,de celeritate augendi,linearibus illis probationibus ſolui ſolere : vt ſi eſt Oratori (quod proximus demonſtrabit liber) de omnibus rebus dicendum,nullo modo ſine Geometria eſſe poſſit Orator.

De prima Pronunciatione,& Geſtus inſtitutione. Cap. XI.

C ANDVM aliquid Comœdo quoque, eatenus, qua PRONVNCIANDI ſcientiam futurus Orator deſiderat. Non enim puerum,quem in hoc inſtituimus,aut fœmineæ vocis exilitate frangi volo, aut ſeniliter tre
D mere:nec vitia ebrietatis effingat,nec ſeruili vernilitate imbuatur, nec amoris,auaritiæ,metus,diſcat affectũ:quæ neque Oratori ſunt neceſſaria, & mentem præcipue in ætate prima tenerã adhuc & rudẽ inficiunt. Nam frequẽs imitatio tranſit in mores. Ne GESTVS quidẽ omnis ac motus à Comœdis petendus eſt. quanquam enim vtrunque eorum ad quendam modum præſtare debet Orator:plurimũ tamen aberit a ſcenico,nec vultu,nec manu,nec excurſionibus nimius. Nam ſiqua in his ars eſt dicentium,ea prima eſt,ne ars eſſe videatur. Quod eſt igitur doctoris officium?In primis vitia,ſiqua ſunt,oris emendet, vt expreſſa ſint verba, vt ſuis quæ- Comœdi officium.
D que literæ ſonis enuncientur. Quarundam enim vel exilitate,vel pinguitudine nimia laboramus:quaſdam velut acriores parum * efficimus,& aliis non diſſimilibus,ſed quaſi hebetioribus permutamus. Quippe ϱ literæ, qua Demoſthenes quoque laborauit, Λ ſuccedit: quarum Cic.i.de
vis eſt apud nos quoque.Et cum * c ac ſimiliter g non valuerũt,in t ac d molliũtur. Ne pue Orat.
ro quidem illas circa s literam delicias hic magiſter feret:nec verba in faucibus patietur audiri:nec oris inanitate reſonare: nec quod minime ſermoni puro conueniat, ſimplicem vocis naturam pleniore quodam ſono circumlinire,quod Græci κατατεθλασμένον dicunt. Sic appellatur cantus tibiarum, quæ præcluſis quibus clareſcunt foraminibus , recto modo exitu grauiorem ſpiritũ reddunt. Curabit etiam,ne extremæ ſyllabæ intercidant,vt par ſibi ſermo ſit:vt quoties exclamandum ſit,laterum conatus ſit ille,non capitis,vt geſtus ad vocem,
E vultus ad geſtum accómodetur. Obſeruandum erit etiam vt recta ſit facies dicentis, ne labra * detorqueantur,ne immodicus hiatus rictum diſtendat,ne ſupinus vultus,ne deiecti in terram oculi,ne inclinata vtrolibet ceruix. Nam frons pluribus generibus peccat. Vidi multos quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarentur , aliorum conſtricta , aliorum etiam diſſidentia,cum altero in verticem tenderent,altero pene oculus ipſe premeretur. Infinitum autem,vt mox dicemus,in his quoque rebus momentum eſt.Et nihil poteſt placere, Lib.xi.
quod non decet. Debet etiam docere Comœdus,quomodo narrandum,qua ſit authorita te ſuadendum, qua concitatione conſurgat ira,quis flexus deceat miſerationem. Quod ita optime faciet,ſi certos ex Comœdiis elegerit locos,& ad hoc maxime idoneos, id eſt actionibus ſimiles.Idem autem ad pronunciandum non modo vtiliſſimi,verum ad augendam
F quoque Eloquentiam maxime accómodati erunt. Et hæc dum infirma ætas maiora non capiet.Cæterum cum legere orationes oportebit,cum virtutes earum iam ſentiet, tum mihi diligens aliquis ac peritus aſſiſtat: neque ſolum Lectione formet,verumetiam ediſcere electa ex his cogat, & ea dicere ſtantem clare,& quemadmodum agere oportebit,vt protinus Pronunciatione vocem & memoriam exerceat. Ne illos quidem reprehẽdendos putem, qui Palæſtricis
paulum etiam PALAESTRICIS vacauerint.Non de his loquor,quibus pars vitæ in vacandum

oleo,pars in vino consumitur,qui corporis cura mentem obruerunt,(hos enim abesse ab eo G
quem instituimus, quamlongissimè velim) sed nomen est idem iis,à quibus gestus motûsque formantur:vt recta sint brachia,ne indoctæ rusticæve manus,ne status indecorus,nequa in proferendis pedibus insicitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione dissideant. Nam nec hoc esse in parte Pronũciationis negauerit quisquam , nec ipsam Pronunciationẽ ab Oratore secernet.Et certe quod facere oporteat, non indignum est discere,cum præsertim hæc Chironomia,quæ est (vt nomine ipso declaratur) lex Gestus,& ab illis temporibus heroicis orta sit,& à summis Græciæ viris, & ab ipso etiam Socrate probata, à Platone quoque in parte ciuilium posita virtutũ,& à Chrysippo in præceptis de liberorum educatione compositis non omissa. Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quãdam, tanquam ad bella quoque vtilem,habuisse inter exercitationes accepimus. Neque id veteribus Romanis H
dedecori fuit:argumentum est,sacerdotum nomine ac religione durans ad hoc tempus saltatio.Et illa in tertio Ciceronis de Oratore libro verba Crassi,quibus præcepit, vt Orator vtatur laterum inclinatione forti ac virili,non à scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam à palæstra,cuius etiam disciplinæ vsus in nostram vsque ætatem sine reprehensione descendit. A me tamen nec vltra pueriles annos retinebitur , nec in iis ipsis diu : neque enim Gestum Oratoris componi ad similitudinem saltationis volo,sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili,vnde nos non id agentes furtim decor ille discentibus traditus prosequatur.

Chironomia. Odyss.iij.& viij. Ilia. xvij. Lib.iij.de rep.

An prædicta discenda sint eodem tempore. Cap. XII.

I

QVAERI solet,an etiam si discenda sint hæc , eodem tempore tamen tradi omnia,& percipi possint. Negant enim quidam,quia confundatur animus, ac fatigetur tot disciplinis in diuersum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus,nec dies sufficiat. Et si maximè hæc patiatur ætas , robustiora tamen pueriles annos onerari non oporteat. Sed non satis perspiciunt quãtum natura humani ingenii valeat:quæ ita est agilis & velox,sic in omnem partem, vt ita dixerim,spectat, vt ne possit quidem aliquid agere tãtum vnum,in plura verò non eodem die modo,sed eodem temporis momento, vim suam impendat. An verò citharœdi non simul & memoriæ, & sono vocis,& pluribus flexibus seruiunt? cum interim alios neruos dextra percutiunt,alios læua trahunt,continent,probant,ne pes quidem K
ociosus certam legem temporum seruat.Et hæc pariter omnia. Quid nos agendi subita necessitate deprehensi,nonne alia dicimus, alia prouidemus,cum pariter inuentio rerum, electio verborum,compositio,gestus,pronunciatio,vultus,motúsque desiderentur? Quæ si velut*vno conatu tam diuersa parent simul,cur non plurimis curis horas partiamur?cum præsertim reficiat animos ac reparet varietas ipsa , contraque sit aliquanto difficilius in labore vno perseuerare?Ideóque & stylus lectione requiescit , & ipsius lectionis tædium vicibus leuatur. Quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad id quod incipimus.Quis non obtundi possit, si per totum diem cuiuscunque artis vnum magistrum ferat? mutatione recreabitur : sicut in cibis,quorum diuersitate reficitur stomachus , & pluribus minore fastidio alitur. Aut dicant isti mihi , quæ sit alia ratio discendi, si Grammatico soli deseruiamus : deinde Geometræ tantum , omittamus interim quod didicimus: mox transeamus ad Musicum , excidant priora : & cum Latinis studebimus literis, non respiciamus ad Græcas : & vt semel finiam , nihil faciamus nisi nouissimum . Cur non idem suademus agricolis , ne arua simul & vineta , & oleas , & arbustum colant:ne pratis ,& pecoribus,& hortis,& aluearibus accommodent curam? Cur ipsi aliquid forensibus negociis, aliquid desideriis amicorum , aliquid rationibus domesticis , aliquid curæ corporis , nonnihil voluptatibus quotidie damus? quarum nos vna res quælibet nihil intermittentes fatigaret. Adeo facilius est multa facere quàm diu. Illud quidem minimè verendum est,ne laborem studiorum pueri difficilius tolerent,neque enim vlla ætas minus fatigatur. Mirum sit forsitan, sed experimentis deprehendas . Nam & dociliora sunt ingenia priusquàm obduruerunt.Id vel hoc argumento patet,quòd intra biennium quàm verba recte formare potuerunt,quanuis nullo instante,omnia ferè loquuntur.At nouitiis nostris, per quot annos sermo Latinus repugnat? Magis scias , si quem iam robustum instituere literis cœperis , non sine causa dici παιδμαθεῖς eos , qui in sua quidque arte optimè faciant.Et patiẽtior est laboris natura pueris quàm iuuenibus.Videlicet vt corpora infantium

A nec caſus,quo in terram toties deferuntur,tam grauiter affligit, nec illa per manus & genua reptatio,nec poſt breue tempus continui luſus,& totius diei diſcurſus, quia pondus illis abeſt,nec ſe ipſi grauant: ſic animi quoque credo,quia minore conatu mouentur, nec ſuo nixu ſtudiis inſiſtunt,ſed formandos ſe tantummodo præſtant,non ſimiliter fatigantur. præterea ſecundum aliam ætatis illius facilitatem, velut ſimplicius docenteis ſequuntur, nec quæ iam egerint,metiuntur. Abeſt illis etiam adhuc laboris iudicium. Porro vt frequenter experti ſumus, minus afficit ſenſus,fatigatio quàm cogitatio. Sed ne temporis quidem vnquam plus erit,quia his ætatibus omnis in audiendo profectus eſt. Cum ad ſtylum ſecedet,cum generabit ipſe aliquid atque componet,tum inchoare hæc ſtudia,vel non vacabit, vel non libebit. Ergo cum Grammaticus totum diem occupare non poſſit,nec debeat,ne diſcētis ani-
B mum tædio auertat,quibus potius ſtudiis hæc temporum velut ſucciſiua donabimus? Nam ne ego conſumi ſtudentem in his artibus volo,nec vt moduletur, aut Muſicis notis cantica excipiat,nec vti ad minutiſſima vſque Geometriæ opera deſcendat. Non comœdum in pronunciando,nec ſaltatorem in geſtu facio: quæ ſi omnia exigerem, ſuppeditabit tamen tempus. Lōga eſt enim quæ diſcit ætas,& ego non de tardis ingeniis loquor. Denique cur in his omnibus,quæ diſcenda Oratori futuro puto, eminuit Plato? qui non contentus diſciplinis quas præſtare poterant Athenæ,non Pythagoreorum ad quos in Italiam nauigauerat, Aegypti quoque ſacerdotes adiit,atque eorū arcana perdidicit. Difficultatis patrocinia prætexi-
C mus ſegnitie. Neque enim nobis operis amor eſt:nec quia ſit honeſta,atque rerum pulcherrima Eloquentia,petitur ipſa,ſed ad vilem vſum & ſordidum lucrum accingimur. Dicant ſine his in foro multi,& acquirant, dum ſit locupletior aliquis ſordidæ mercis negociator, & plus voci ſuæ debeat præco: ne velim quidem lectorem dari mihi, quid ſtudia referant computaturum. Qui verò imaginem ipſam Eloquentiæ diuina quadam mente conceperit, quique illam(vt ait * Sophocles non ignobilis tragicus) Reginam rerum Orationem ponet ante oculos,fructúmque non ex ſtipe aduocationum,ſed ex animo ſuo, & contemplatione, ac ſcientia petet, perpetuum illum,nec fortunæ ſubiectum : facile perſuadebit ſibi, vt tempora quæ ſpectaculis,campo,teſſeris,ocioſis denique ſermonibus,ne dicam ſomno, & conuiuiorum mora conterunt,Geometræ potius ac Muſico impendat,quanto plus delectationis habiturus quàm ex illis ineruditis voluptatibus? Dedit enim hoc Prouidentia hominibus munus,vt honeſta magis iuuarent. Sed nos hæc ipſa dulcedo longius duxit. Hactenus ergo
D de ſtudiis, quibus antequam maiora capiat, puer inſtituendus eſt:proximus liber velut nouum ſumet exordium,& ad Rhetoris officia tranſibit.

Cic.iiij.Tuſcul.&.v.Finium.

Eloquētia cur petēda

Regina rerū oratio.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER II.

Quando Rhetori ſit tradendus puer. Cap. I.

E T ENVIT CONSVETVDO, QVAE QVOtidie magis inualeſcit, vt præceptoribus Eloquētiæ Latinis quidem ſemper, ſed etiā Græcis interim diſcipuli ſerius quàm ratio poſtulat traderētur. Eius rei duplex eſt cauſa, quôd & Rhetores vtique noſtri ſuas partes omiſerunt, & Grammatici alienas occupauerunt. Nam & illi declamare modo,& ſcientiam declamandi ac facultatem tradere,officii ſui ducunt,idque intra deliberatiuas iudicialesque materias:nam cætera vt profeſſione ſua minora deſpiciunt. Et hi non ſatis credunt excepiſſe, quæ derelicta erant, quo nomine gratia quoque eis habēda eſt:ſed ad Proſopopœias vſque, & ad Suaſorias,in quibus onus dicēdi vel maximum eſt,irrumpunt. Hinc ergo accidit, vt quæ alterius artis prima erant opera,facta ſint alterius nouiſſima : & ætas altioribus iam diſciplinis debita, in ſchola minore ſubſidat,ac Rhetoricen apud Grāmaticos exerceat. Itaque quod eſt maxime ridiculum,non ante ad de-
F clamandi magiſtrum mittendus videtur puer,quàm declamare iam ſciat. Nos ſuum cuique profeſſioni modum demus:Et Grammatice (quam in Latinum transferentes Literaturam vocauerunt) fines ſuos norit, præſertim tantum ab hac appellationis ſuæ paupertate, intra quam primi illi conſtitere,prouecta. Nam tenuis à fonte,aſſumptis poetarū hiſtoricorúmque viribus pleno iam ſatis alueo fluit:cum præter rationem rectē loquendi non parum alioqui copioſam,propè omnium maximarū artium ſcientiam amplexa ſit : Et Rhetorice,

Grāmatice literatura.

Cic.1 Ora.

cui nomen vis eloquẽdi dedit,officia ſua non detrectet, nec occupari gaudeat pertinẽtem ad G
ſe laboré:quæ dum operæ cedit,iam pene poſſeſſione depulſa eſt. Nec inficiabor aliqué ex
iis qui Grãmaticé profitcãtur,eo vſque ſciẽtiæ progredi poſſe,vt ad hæc quoque tradẽda ſuffi-
ciat.Sed cum id aget,Rhetoris officio fungetur,nõ ſuo. Nos porro quærimus,quãdo iis quæ
Rhetorice præcipit,percipiendis Puer maturus eſſe videatur. In quo quidem non id eſt æſti
mandum,cuius quiſque ſit ætatis,ſed quãtum in ſtudiis iam effecerit.Et ne diutius diſſeram
quando ſit Rhetori tradendus,ſic optime finiri credo,Cum poterit. Sed hoc ipſum ex ſupe-
riore pendet quæſtione.Nam ſi Grãmatices munus vſque ad Suaſorias,quæ ſunt apud Rhe-
Rhetoris officinm. torem materiæ inter rudimenta dicẽdi,prorogatur,tardius Rhetore opus eſt:Si Rhetor pri-
ma officia operis ſui non recuſat,à narrationibus ſtatim,& laudandi vituperandique opuſcu H
lis cura eius deſideratur. An ignoramus antiquis hoc fuiſſe ad augendam Eloquentiam
genus exercitationis,vt theſis dicerent,& cõmunes locos,& cætera citra complexum rerum
perſonarúmque, quibus veræ fictæque controuerſiæ continentur? Ex quo palam eſt quàm
turpiter deſerat eam partem Rhetorices inſtitutio, quam & primam habuit, & diu ſolam.
Quid autem ex iis de quibus ſuprà dixi,quod non tum in alia quæ ſunt Rhetorum propria,
tum certe in illud iudiciale cauſæ genus incidat?An non in foro narrandum eſt? qua in par-
te neſcio an ſit vel plurimum. Nonne laus ac vituperatio certaminibus illis frequenter inſe-
ritur? Non communes loci? ſiue qui ſunt in vitia directi,quales legimus à Cicerone compo-
ſitos:ſeu quibus quæſtiones generaliter tractantur,quales ſunt editi à Q.quoque Hortenſio,
vt ſit ne paruis argumentis credendum,& pro teſtibus,& in teſtes,in mediis litium medul- I
lis verſantur.Arma ſunt hæc quodammodo præparanda ſemper, vt iis, cum res poſcat, vta-
ris.Quæ qui pertinere ad Oratorem non putabit, is ne ſtatuam quidé inchoari credet cum
eius membra fundentur. Neque hanc (vt aliqui putabunt) feſtinationem meam ſic quiſ-
quam calumnietur,tanquam eum qui ſit Rhetori tradendus,abducendum protinus à Grã-
maticis putem.Dabuntur illis tum quoque tempora ſua:neque erit verendum,ne binis præ
ceptoribus oneretur Puer.Non enim creſcet,ſed diuidetur,qui ſub vno miſcebatur labor: &
erit ſui quiſque operis magiſter vtilior,quod adhuc obtinẽt Græci, & à Latinis omiſſum eſt:
& fieri videtur excuſate,quia ſunt qui labori iſti ſucceſſerint.

De moribus & officiis Præceptoris. Cap. II. K

RGO cum ad eas in ſtudiis vires peruenerit pũer,vt quæ prima eſſe præce
pta Rhetorum diximus,mente conſequi poſſit,tradendus eius artis magi-
E ſtris erit.Quorum in primis inſpici MORES oportebit. Quod ego non
idcirco potiſſimum in hac partè tractare ſum aggreſſus, quia non in cæteris
quoque doctoribus idem hoc examinandum quàm diligentiſſimè putem,
ſicut teſtatus ſum libro priore: ſed quòd magis eius rei neceſſariam mentionem facit ætas
ipſa diſcentium.Nam & adulti ferè pueri ad hos Præceptores transferuntur,& apud eos iu-
uenes etiam facti perſeuerant. Idcóque maior adhibenda tum cura eſt, vt & teneriores ani-
mos ab iniuria ſanctitas docentis cuſtodiat,& ferociores à licentia grauitas deterreat.Neque
verò ſatis eſt ſummam præſtare abſtinentiam,niſi diſciplinæ ſeueritate conueniẽtium quo- L
que ad ſe mores aſtrinxerit. Sumat igitur ante omnia parentis erga diſcipulos ſuos ani-
mum,ac ſuccedere ſe in eorum locum à quibus ſibi liberi tradantur, exiſtimet. Ipſe nec ha-
beat vitia,nec ferat.Non auſteritas eius triſtis,nõ diſſoluta ſit comitas,ne inde odium, hinc
contemptus oriatur.Plurimus ei de honeſto ac bono ſermo ſit. Nam quô ſæpius monuerit,
hôc rarius caſtigabit.Minime iracundus,nec tamen eorum quæ emendanda erunt diſſimu-
lator: ſimplex in docendo,patiens laboris,aſſiduus potius quàm immodicus.Interrogan-
tibus libenter reſpondeat,non interrogantes percontetur vltro.In laudandis diſcipulorum di
ctionibus nec malignus,nec effuſus:quia res altera tædium laboris, altera ſecuritatem parit.
In emendando quæ corrigenda erunt,non acerbus,miniméque cõtumelioſus.Nam id qui-
dem multos a propoſito ſtudendi fugat, quòd quidam ſic obiurgant quaſi oderint. Ipſe ali- M
quid immo multa quotidie dicat,quæ ſecum audita referant. Licet enim ſatis exemplorum
Viua vox. ad imitandum ex lectione ſuppeditet,tamen viua illa,vt dicitur,vox alit plenius: præcipuê-
que Præceptoris,quem diſcipuli,ſi modo rectè ſunt inſtituti,& amant & verẽtur.Vix autem
dici poteſt quanto libentius imitemur eos, quibus fauemus. Minime verò permittenda
pueris,vt ſit apud pleroſque,aſſurgendi,exultandique in laudando licentia. Quinetiam iu-
uenum modicum eſſe,cum audient,teſtimonium debet. Ita fiet vt ex iudicio Præceptoris

A discipulus pendeat,atque id se dixisse recte,quod ab eo probabitur,credat. Illa verò vitiosissima, quæ iam Humanitas vocatur, inuicem qualiacunque laudandi, cum est indecora & theatralis,& seuere institutis scholis aliena,tum studiorum pernicio-sissima hostis. Superuacua enim videntur cura ac labor,parata quicquid effuderint laude. Vultum igitur Præceptoris intueri tam qui audiunt debent,quàm ipse qui dicit. Ita enim probanda atque improbanda discernent,sic stylo facultas continget,auditioni iudicium. At nunc proni atque succincti ad omnem clausulam non assurgunt modo, verumetiam excurrunt, & cum indecora exultatione conclamant.Id mutuum est,& ibi declamationis fortuna.Hinc tumor,& vana de se persuasio,vsqueadeo,vt illo cõdiscipulorum tumultu inflati,si parum à Præceptore laudentur,ipsi de illo male sentiant. Sed se quoque Præceptores intente ac modeste audiri ve
B lint.Non enim iudicio discipulorum dicere debet magister,sed discipuli magistri. Quin,si fieri potest,intendendus animus in hoc quoque,vt perspiciat quæ quisque,& quomodo laudet,& placere quæ bene dicet,non suo magis quàm eorum nomine delectetur, qui recte iudicabunt. Pueros adolescentibus sedere permixtos,non placet mihi.Nam etiamsi vir talis, qualem esse oportet studiis moribúsque præpositum, modestam habere potest etiam iuuẽtutem,tamen vel infirmitas à robustioribus separanda est:&, Carendum non solum crimine turpitudinis,verumetiam suspitione. Hæc notanda breuiter existimaui : nam vt absit ab vltimis vitiis ipse Præceptor ac schola,ne præcipiendum quidem credo. Ac siquis est,qui fla gitia manifesta in deligendo filii Præceptore non vitet,iam hinc sciat cætera quoque quæ ad vtilitatem iuuentutis componere conamur,sibi esse,hac parte omissa,superuacua. Humanitas. Cæsaris apophthegma.

C

An protinus Præceptore optimo sit vtendum. Cap. III.

E illorum quidem persuasio silentio transeunda est, qui etiam cum idoneos Rhetori pueros putauerũt, non tamen continuo tradendos EMINEN-
N TISSIMO credunt.Sed apud minores aliquandiu detinent, tãquam instituendis artibus magis sit apta mediocritas Præceptoris,cum ad intellectũ atque imitationem facilior, tum ad susci-piendas elementorũ molestias minus superba. Qua in re mihi non arbitror diu laborandum,vt ostendam quanto sit melius optimis imbui,quantáque in eluendis quæ semel insederint vitiis difficultas consequatur, cum geminatum onus succedentes premat.Et quidem dedocendi grauius ac prius,quàm do
D cendi.Propter quod Timothæum clarum in arte tibiarum ferunt duplices ab iis quos alius instituisset,solitum exigere mercedes,quàm si rudes traderẽtur.Error tamen est in re duplex: vnus,quòd interim sufficere illis minores existimant, & bono sani stomacho contenti sunt. Quæ quanquam & ipsa reprehensione digna securitas,tamen esset vtcunque tolerabilis , si eiusmodi Præceptores minus docerent non peius. Alter error, ille etiam frequentior, quòd eos qui ampliorem dicẽdi facultatem sint consecuti,non putant ad minora descẽdere.idque interim fieri, quia fastidiant præstare hanc inferioribus curam , interim quia omnino non possint.Ego porro eum qui nolit,in numero præcipientium non habeo:posse autem maximè si velit,optimum quéque contendo.Primum,quòd eum qui Eloquentia cæteris præstet, illa quoque per quæ ad Eloquentiam peruenitur,diligentissimè percepisse credibile est: Dein
E de,quia plurimum in præcipiẽdo valet ratio,quæ doctissimo cuique * plenissima est: Postremo,quia nemo sic in maioribus eminet, vt eum minora deficiãt. Nisi forte Iouem quidem Phidias optimè fecit,illa autem quæ in ornamentum eius operis accedunt,alius melius elaborasset: aut Orator loqui nesciet , aut leuiores morbos curare non poterit præstantissimus medicus.Quid ergo?nõ est quædam Eloquentia maior , quàm vt eam intellectu cõsequi puerilis infirmitas possit?Ego verò confiteor:sed hunc disertum Præceptorem,prudentem quoque & non ignarum docendi esse oportebit,submittentem se ad mensuram discentis: Vt velocissimus quisque si forte iter cum paruulo faciat,det manũ, & gradum suum minuat , nec procedat vltra quàm comes possit.Quid,si plerunque accidit, vt faciliora sint ad intelligendum,& lucidiora multo,quæ à doctissimo quôque dicuntur? Nam & prima est Eloquentiæ
F virtus, perspicuitas:& quo quisque ingenio minus valet,hoc se magis attollere,& dilatare conatur: Vt statura breues in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur. Nam & tumidos, & corruptos,& tinnulos,& quocunque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo non virium,sed infirmitatis vitio laborare: Vt corpora non robore,sed valetudine inflãtur, & recto itinere * lapsi plerunque diuertũt.Erit ergo etiam obscurior,quô quisque deterior. Non excidit mihi scripsisse me in libro priore, cum potiorem in scholis eruditionem esse,quàm

domi dicerem, libentius ſe prima ſtudia tenerósque profectus ad imitationem condiſcipulo G
rum quæ facilior eſſet, erigere. Quod à quibuſdam ſic accipi poteſt, tãquam hæc, quam nunc
tueor, ſententia priori diuerſa ſit. Id à me procul aberit. nanque ea cauſa vel maxima eſt, cur
optimo cuique Præceptori ſit tradendus puer, quòd apud eum diſcipuli quoque melius inſti
tuti, aut dicent quod inutile non ſit imitari: aut ſiquid errauerint, ſtatim corrigentur. At in-
doctus ille etiam probabit fortaſſe vitioſa, & placere audiẽtibus iudicio ſuo coget. Sit ergo
tam Eloquentia quàm moribus præſtantiſſimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum di-
cere ac facere doceat.

De primis apud Rhetorem Exercitationibus. Cap. IIII. H

Cic.iij.de Orat.

INC iam quas primas in docẽdo partes Rhetorũ putẽ, tradere incipiam: dilata parumper illa, quæ ſola vulgo vocatur, arte Rhetorica. Ac mihi oppor
P tunus maximè videtur ingreſſus ab eo, cuius aliquid ſimile apud Grammati
cos puer didicerit. Et quia Narrationum, excepta qua in cauſis vtimur,

Fabula.

tres accepimus ſpecies: FABVLAM, quæ verſatur in tragœdiis atque car

Argumẽtũ

minibus, non à veritate modo, ſed etiam à forma veritatis remotam: ARGVMEN-

Hiſtoria.

TVM, quod falſum, ſed vero ſimile Comœdiæ fingunt: HISTORIAM, in qua eſt geſtæ rei expoſitio: Grammaticis autem poeticas dedimus, apud Rhetorem initium ſit hiſtoria, tanto robuſtior quanto verior. Sed narrandi quidem quæ nobis optima ratio vi-

Lib.iiij.

deatur, tum demonſtrabimus, cum de iudiciali parte dicemus. Interim admonere illud ſat I
eſt, Vt ſit ea nec arida prorſus nec ieiuna. Nam quid opus erat tantum ſtudiis laboris impẽ-

Sinuoſa narratio.

dere, ſi res nudas atque inornatas indicare ſatis videretur? Neque rurſus Sinuoſam, & accerſi-
tis deſcriptionibus, in quas plerique imitatione poeticæ licentiæ ducuntur, laſciuiat. Vitium
vtrunque, peius tamen illud quod ex inopia, quàm quod ex copia venit. Nam in pueris ora-
tio perfecta, nec exigi, nec ſperari poteſt: melior autem eſt indoles læta, generoſique conatus,
& vel * plura iuſto concipiens interim ſpiritus. Nec vnquam me in his diſcentis animus of-
fendat, ſiquid ſuperfuerit. Quin ipſis doctoribus hoc eſſe curæ velim, vt teneras adhuc men-
tes more nutricum mollius alant, & ſatiari veluti quodam iucundioris diſciplinæ * cibo la
ctẽque patiantur. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas aſtringat. Hinc
ſpes roboris. Maciem nanque & infirmitatem in poſterum minari ſolet, protinus omnibus K
membris expreſſus infans. Audeat hæc ætas plura, & inueniat, & inuentis gaudeat, ſint licet
illa non ſatis ſicca interim ac ſeuera. Facile remedium eſt vbertatis, ſterilia nullo labore vin-
cuntur. Illa mihi in pueris natura minimum ſpei dederit, in qua ingenium iudicio præſumi
tur. Materiam eſſe primum volo vel abundantiorem, atque vltrà quàm oporteat fuſam. Mul
tum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid velut vſu ipſo deteretur. Sit modo
vnde excidi poſſit, & quod exſculpi. erit autem, ſi non ab initio tenuem nimium laminam
duxerimus, & quam cælatura altior rumpat. Quod me de his ætatibus ſentire minus mira-

ij. de Ora.

bitur, qui apud Ciceronem legerit, Volo enim ſe efferat in adoleſcente fœcunditas. Qua-
propter in primis cuitãdus, & in pueris præcipue, Magiſter ARIDVS, non minus
quàm teneris adhuc plantis ſiccum, & ſine humore vllo ſolum. Inde fiunt humiles ſta- L
tim, & velut terram ſpectantes, qui nihil ſupra quotidianum ſermonem attollere au-
deant. Macies illis pro ſanitate, & iudicii loco infirmitas eſt: & dum ſatis putant vitio ca-
rere, in idipſum incidunt vitium, quòd virtutibus carent. Quare mihi ne maturitas quidem
ipſa feſtinet, nec muſta in lacu ſtatim auſtera ſint: ſic & annos ferent, & vetuſtate proficient.

Ne illud quidem quod admoneamus indignum eſt, Ingenia puerorum nimia interim EMENDATIONIS SEVERITATE deficere: nam & deſperant, & dolent, & nouiſſimè oderunt: & quod maximè nocet, dum omnia timẽt, nihil conãtur. Quod etiam ruſticis notum eſt, qui frondibus teneris non putant adhibendam eſſe falcem, quia reformi-
dare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati poſſe. Iucundus ergo tum maxime debet
eſſe præceptor, vt remedia, quæ alioqui natura ſunt aſpera, molli manu & læui leniantur: lau M
dare aliqua, ferre quædam, mutare etiam, reddita cur id fiat ratione, illuminare interponen-
do aliquid ſui. Nonnunquam hoc quoque erit vtile, Totas ipſum DICTARE MA

Dictare materias.

TERIAS, quas & imitetur puer, & interim tanquam ſuas amet. At ſi tam negligens ei ſty
lus fuerit, vt emendationem non recipiat, expertus ſum prodeſſe, quoties eandem materiam
rurſus à me retractatam ſcribere de integro iuberem, poſſe enim cum adhuc melius: quatinus

A nullo magis ſtudia quàm ſpe gaudent. Aliter autem alia ætas emendanda eſt, & pro modo virium & exigendum & corrigendum opus. Solebam ego dicere pueris aliquid auſis licentius aut lætius, laudare illud me adhuc, venturum tempus quo idem non permitterem: ita & ingenio gaudebant, & iudicio non fallebantur. Sed vt eo reuertar vnde egreſſus ſum, Narrationes ſtylo componi, quanta maxima poſſit adhibita diligentia, volo. Nam vt primo cum ſermo inſtituitur, dicere quæ audierint, vtile eſt pueris ad loquendi facultatem, ideóque & retro agere expoſitionem, & à media in vtranque partem diſcurrere ſane merito cogantur, ſed ad gremium præceptoris, & dum * non poſſunt, & dum res ac verba connectere incipiunt, vt protinus memoriam firment: ita cum iam formam rectè loquendi, & emendatæ orationis accipient, extemporalis garruli-
B tas, nec expectata cogitatio, & vix ſurgendi mora, circulatoriæ vere iactationis eſt. Hinc parentum imperitorum inane gaudium, ipſis vero contemptus operis, & inuerecunda frons, & conſuetudo peſſimè dicendi, & malorum exercitatio, & quæ magnos quoque profectus frequenter perdidit, arrogans de ſe perſuaſio innaſcitur. Erit ſuum parandæ facilitatis tempus, neque à nobis negligenter locus iſte tranſibitur. Interim ſatis eſt ſi puer Lib.x.
omni cura, & ſummo (quantum illa ætas capit) labore aliquid probabile ſcripſerit: in hoc aſſueſcat, huius rei ſibi naturam faciat. Ille demum in id quod quærimus, aut ei proximum poterit euadere, qui antè diſcet rectè dicere, quàm cito. Narrationibus non De confir-
inutiliter ſubiungitur Opus DESTRVENDI CONFIRMANDIQVE eas, matione &
quod ἀνασκευὴ καὶ κατασκευὴ vocatur. Id porro non tantùm in fabuloſis & carmine tra- deſtructio
C ditis fieri poteſt, verumetiam in ipſis annalium monimentis: vt ſi quæratur, an ſit credi- ne.
bile ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe coruum, qui os oculósque hoſtis Galli roſtro atque alis euerberaret. Sit in vtranque partẽ ingens ad dicendum materia, vt de ſerpente quo Scipio traditur genitus, & lupa Romuli, & AEgeria Numæ. Nam Græcis hiſtoricis plerunque poeticæ ſimilis eſt licentia. Sæpe etiam quæri ſolet de Tempore, de Loco, quo geſta res dicitur. Nonnunquam de Perſona quoque, ſicut Liuius frequentiſſimè dubitat, & alii ab aliis hiſtoricis diſſentiunt. Inde paulatim ad maiora tendere incipiet, LAVDAre claros viros, & vituperare improbos: quod non ſimplicis vtilitatis opus eſt. Nanque & ingenium exercetur multiplici variáque materia, & animus contemplatione recti prauique formatur, & multa inde cognitio rerum venit, exemplisque, quæ ſunt in omni genere cauſarum poten
D tiſſima, iam tum * inſtruitur, cum res poſcet vſurus. Hinc illa quoque exercitatio ſubit COMPARATIONIS: vter melior, vterve deterior: quæ quãquam verſatur in ratione ſimili, tamen & duplicat materiam, & virtutum vitiorũmque non tantùm naturam, ſed etiam modum tractat. Verum de ordine Laudis contráque, quoniam hæc tertia Rhetorices pars eſt, præcipiemus ſuo tempore. Et COMMVNES LOCI (de iis loquor, qui- Lib.iij.
bus citra perſonas in ipſa vitia moris eſt perorare, vt in adulterum, aleatorem, petulantem,) Cõmunes
ex mediis ſunt iudiciis: &, ſi reum * adiicias, accuſationes: quanquam hi quoque ab illo gene loci.
rali tractatu ad quaſdam deduci ſpecies ſolent, vt ſi ponatur adulter cæcus, aleator pauper, petulans ſenex. Habent autem nonnunquam etiam defenſionem. Nam & pro luxuria, & pro amore dicimus, & leno interim paraſitũsque defenditur: ſic vt non homini patrocinemur,
E ſed crimini. THESEIS autem, quæ ſumuntur ex rerum comparatione, vt ruſtica ne Theſeis.
vita an vrbana potior, iuriſperiti an militaris viri laus maior, mire ſunt ad exercitationem dicendi ſpatioſæ atque vberes: quæ vel ad ſuadendi officium, vel etiam ad iudiciorum diſceptationem iuuant plurimum. Nam poſterior ex prædictis locus, in cauſa Murenæ copioſiſſimè à Cicerone tractatur. Sunt & penè illæ totæ ad Deliberatiuum pertinentes genus, ducenda ne vxor, petendi ne ſint magiſtratus. Nanque hæ perſonis modo adiectis Suaſoriæ erunt. Solebant præceptores mei, nec inutili, & nobis etiam iucundo genere exercitationis præparare nos CONecturalibus cauſis cum quærere atque exequi iuberent, Cur armata apud Lacedæmonios Venus: & quid ita credere Coniectu-
tur Cupido puer, ac volucer, & ſagittis ac face armatus, & ſimilia: in quibus ſcrutaba- rales cauſę.
F mur voluntatem, cuius in controuerſiis frequens quæſtio eſt. quod genus Chriæ videri poteſt. * Nam locos quidem, quales ſunt de teſtibus, ſemper ne his credendum, & de argumentis, an habenda etiam paruis fides, adeo manifeſtum eſt ad forenſes actiones pertinere: vt quidam nec ignobiles in officiis ciuilibus, ſcriptos eos, memoriæque diligentiſſimè mandatos in promptu habuerint, vt quoties eſſet occaſio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Quo quidem (nec enim huius rei iudi-

cium differre ſuſtineo) ſummam videbantur mihi infirmitatem de ſe confiteri. Nam quid G
ii poſſint in cauſis, quarum varia ac noua ſemper eſt facies, proprium inuenire? quomodo
propoſitis ex parte diuerſa reſpondere? altercationibus velociter occurrere? teſtem rogare?
qui etiam in iis quæ ſunt communia, & in plurimis cauſis tractantur, vulgatiſſimos ſen-
ſus verbis, niſi tanto antè præparatis, proſequi nequeant. Neceſſe eſt his cum eadem iudi-
ciis pluribus dicunt, aut faſtidium moueant, veluti frigidi & repoſiti cibi: aut pudorem,
deprehenſa toties audientium memoria, infœlix ſupellex: quæ ſicut apud pauperes ambi-
tioſos pluribus & diuerſis officiis conteratur, cum eo quidem, quòd vix vllus eſt tam com-
munis locus, qui poſſit cohærere cum cauſa, niſi aliquo propriæ quæſtionis vinculo co-
pulatus: appareatque eum non tam inſertum quàm applicitum, vel quòd diſſimilis eſt H
cæteris, vel quòd plerunque aſſumi etiam parum apte ſolet: non quia deſideratur, ſed quia
paratus eſt, vt quidam ſententiarum gratia verboſiſſimos locos arceſſunt, cum ex locis
debeat naſci ſententia. Ita ſunt autem ſpecioſa hæc & vtilia, ſi oriuntur ex cauſa. Cæte-
rum quamlibet pulchra locutio, niſi ad victoriam tendit, vtique ſuperuacua, ſed interim
etiam contraria eſt. Verum hactenus euagari ſatis fuerit. LEGVM LAVS, & VI-
Legũ laus & vitupera tio. TVPERATIO iam maiores ac prope ſummis operibus ſuffecturas vires deſide-
rant: quæ quidem Suaſoriis an Controuerſiis magis accommodata ſit exercitatio, conſue-
tudine & iure ciuitatum differt. Apud Græcos enim lator earum ad iudicem vocaba-
tur: Romanis pro concione ſuadere ac diſſuadere moris fuit. Vtroque autem modo pau-
ca de his, & ferè certa dicuntur. Nam & genera ſunt tria, Sacri, Publici, Priuati iuris. Quæ I
diuiſio ad laudem magis ſpectat, ſiquis eam per gradus augeat, quòd Lex, quòd Publica,
quòd in Religionem deûm comparata ſit. Ea quidem de quibus quæri ſolet communia
omnibus. Aut enim de iure dubitari poteſt eius qui rogat, vt de P. Clodii, qui non ri-
te creatus Tribunus arguebatur: Aut de ipſius rogationis, quod eſt varium, ſiue non tri-
no forte nundino promulgata, ſiue non idoneo die, ſiue contra interceſſiones, vel auſpi-
cia, aliudve quid quod legitimè obſtet, dicitur lata eſſe vel ferri, ſiue alicui manentium
legum repugnare. Sed hæc ad illas primas exercitationes non pertinent. Nam ſunt hæ
citra complexum perſonarum, temporum, cauſarum. Reliqua eadem ferè vero fictóque cer-
tamini huiuſmodi tractantur. Nam vitium, aut in verbis, aut in rebus eſt. In verbis quæri-
tur, an ſatis ſignificent, an ſit in his aliquid ambiguum. In rebus, an lex ſibi ipſa conſen- K
tiat, an in præteritum referri debeat, an in ſingulos homines. Maximè vero commune
eſt quærere, an ſit honeſta, an vtilis. Nec ignoro plures fieri à pleriſque partes: ſed nos
iuſtum, pium, religioſum, cæteráque his ſimilia, honeſto complectimur. Iuſti tamen ſpe-
cies non ſimpliciter excuti ſolet. Aut enim de re ipſa quæritur, vt digna ne pœna vel
præmio ſit: Aut de modo præmii pœnæve, qui tam maior quàm minor culpari poteſt.
Vtilitas quoque interim natura diſcernitur, interim tempore. Quædam an obtineri poſ-
ſint, ambigi ſolet. Ne illud quidem ignorare oportet, Leges aliquando totas, aliquando ex
parte reprehendi ſolere, cum exemplum rei vtriuſque nobis claris orationibus præbeatur.
Nec me fallit eas quoque Leges eſſe, quæ non in perpetuum rogẽtur, ſed de honoribus, aut
imperiis, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio eſt. Sed de his nihil hoc loco præcipi L
poteſt. Conſtant enim propria rerum, de quibus agitur, non communi qualitate. His fe-
rè veteres facultatem dicendi exercuerunt, aſſumpta tamen à Dialecticis argumentandi ra-
tione. Nam fictas ad imitationem fori conſiliorúmque materias apud Græcos dicere,
circa Demetrium Phalerea inſtitutum ferè conſtat. An ab ipſo id genus exercitationis
De cauſſis corruptæ Eloquẽtię. Lib. iij. de Orat. ſit inuentum (vt alio quoque libro ſum confeſſus) parum comperi: ſed ne ii quidem,
qui hoc fortiſſimè affirmant, vllo ſatis idoneo authore nituntur. Latinos vero dicen-
di præceptores extremis L. Craſſi temporibus cœpiſſe, Cicero author eſt: quorum inſi-
gnis maximè Plotius fuit.

De Lectione Oratorum, & Hiſtoricorum apud Rhetorem. Cap. V. M

SED de ratione declamandi poſt paululum, interim, quia prima Rhetorices
rudimenta tractamus, non mittendum videtur id quoque, vt moneam
S quantum ſit collaturus ad profectum diſcentium Rhetor, ſi quẽadmodum
à Grãmaticis exigitur poetarũ enarratio, ita ipſe quoque HISTORIAE,
atque etiam magis ORATIONVM LECTIONE ſuſceptos à ſe

A discipulos instruxerit,quod nos in paucis,quorum id ætas exigebat, & parentes vtile esse crediderant,seruauimus. Cæterum sentientibus iam tum optima, duæ res impedimento fuerunt,quòd & longa consuetudo aliter docẽdi fecerat legem,& robusti ferè iuuenes,nec hunc laborem desiderantes, exemplum nostrum sequebantur. Nec tamen etiam siquid noui vel sero inuenissem,præcipere in posterum puderet. Nunc vero scio id fieri apud Græcos,sed magis per adiutores:quia non videntur tempora suffectura, si legentibus singulis præire semper ipsi velint. Et hercle prælectio, quæ in hoc adhibetur, vt facile atque distincte pueri scripta oculis sequantur,etiam illa quæ vim cuiusque verbi, siquod minus vsitatum incidat, docet, multum infra Rhetoris officium existimanda est. At demonstrare virtutes,vel siquando incidant vitia,id professionis eius atque promissi,qui se Magistrum Eloquentiæ pollicetur,ma
B ximè proprium est: cô quidem validius,quòd non vtique hunc laborem docentium postulo, vt ad gremium reuocatis cuius quisque eorum velit libri Lectioni deseruiant. Nam mihi cum facilius,tum etiam multo videtur magis vtile,facto silentio,vnum aliquẽ, quod ipsum imperari per vices optimum est,constituere Lectorem, vt protinus pronunciationi quoque assuescant: tum exposita causa, in quam scripta legetur oratio, nam sic clarius quæ dicentur intelligi poterunt,nihil ociosum pati,quódque in inuentione,quôdque in elocutione annotandum erit,quæ in prooemio conciliandi Iudicis ratio,quæ narrandi * lux, breuitas, fides, quod aliquãdo consilium,& quàm occulta calliditas. Nanque ea sola, in hoc ars est, quæ intelligi nisi ab artifice non possit. Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quàm subtilis & crebra argumentatio, quibus viribus inspiret, qua iucunditate permulceat, quanta in
C maledictis asperitas,in iocis vrbanitas: vt denique dominetur in affectibus, atque in pectora irrumpat,animûmque Iudicum similem iis quæ dicit, efficiat. Tum in ratione * eloquendi,quod verbum proprium,ornatum,sublime. vbi amplificatio laudanda,quæ virtus ei contraria,quod speciosè translatum, quæ figura verborum, quæ lenis & quadrata, sed virilis tamen compositio. Ne id quidem inutile,etiam CORRVPTAS aliquando & VITIOSAS ORATIONES, quas tamen plerique iudiciorum prauitate mirantur,legi palàm pueris,ostendique in iis quàm multa impropria,obscura,tumida, humilia, sordida,lasciua,effœminata sint:quæ non laudantur modo à plerisque,sed (quod peius est) propter hoc ipsum quòd sunt praua, laudantur. Nam sermo rectus,& secundum naturam enunciatus,nihil habere ex ingenio videtur. Illa vero,quæ vtcunque deflexa sunt, tanquam exqui
D sitiora miramur: Non aliter quàm distortis, & quocunque modo prodigiosis corporibus apud quosdam maius est precium,quàm iis, quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt. Atque etiam qui specie capiuntur,vulsis læuatisque,& inustas comas acu comentibus, & non suo colore nitidis,plus esse formæ putant,quàm possit tribuere incorrupta natura,vt pulchritudo corporis venire videatur ex malis moribus. Nec solum hæc ipse debebit docere præceptor, sed frequenter interrogare, & iudicium discipulorum experiri. Sic audientibus securitas aberit, nec quæ dicentur perfluent aures: simulque ad id perducentur, quod ex hoc quæritur, vt inueniant ipsi & intelligant. Nam quid aliud agimus docendo eos quàm ne semper docendi sint? Hoc diligentiæ genus ausim dicere plus collaturum discentibus quàm omnes omnium artes, quæ iuuant sine dubio multum:
E sed latiore quadam comprehensione, per omnes quidem species rerum quotidie penè nascentium, ire quî possunt. Sicut de re militari quanquam sint tradita quædam præcepta communia, magis tamen proderit scire, qua ducum quisque ratione, in quali loco, tempore, sit vsus sapienter, aut contrà. Nam in omnibus ferè minus valent præcepta, quàm experimenta. * At vero declamabit quidem præceptor, vt sit exemplo suis auditoribus? non plus contulerint lecti Cicero ac Demosthenes? Corrigetur palàm, siquid in declamando discipulus errauerit: non potentius erit emendare orationem? quinimo etiam iucundius,aliena enim vitia reprehẽdi mauult quàm sua. Nec deerant plura quæ dicerem.sed neminem hæc vtilitas fugit: atque vtinam tam non pigeat facere istud, quàm non displicebit. Quod si potuerit obtineri,non ita difficilis supererit quæstio, QVI
F LEGENDI sint incipientibus. Nam quidam illos minores, quia facilior eorum intellectus videbatur,probauerũt,alii floridius genus, vt ad alenda primarum ætatum ingenia magis accommodatum. Ego optimos quidem & statim, & semper, sed tamen eorum candidissimum quenque, & maximè expositum velim: vt LIVIVM à pueris magis quàm Sallustium, & hic historiæ maioris est auctor, ad quem tamen intelligendum iam profectu opus est. CICERO, vt mihi quidem videtur,& iucũdus incipiẽtibus quoque, & aper-

De prælectione.

Legendæ etiã vitiosæ orationes.

Qui primi legendi.

Liuius.

Cicero.

In epist. ad filium.

tus est satis: nec prodesse tantùm sed etiam amari potest: tum (quemadmodum Liuius præci G
pit) vt quisque erit Ciceroni simillimus. Duo autem genera maximè cauenda pueris pu-
to. Vnũ, Nequis eos antiquitatis nimius admirator in Gracchorũ, Catonisque, & aliorum
similium lectione durescere velit: fient enim horridi atque ieiuni. Nam neque vim eorum
adhuc intellectu cõsequẽtur: & elocutione, quæ tum sine dubio erat optima, sed nostris tem-
poribus aliena, contenti, quod est pessimum, similes sibi magnis viris videbuntur. Alte-
rum, quod huic diuersum est, Ne recentis huius lasciuiæ flosculis capti, voluptate quadã pra-
ua deliniantur, vt prædulce illud genus, ac puerilibus ingeniis hoc gratius, quô propius est,
adament. Firmis autem iudiciis, iámque extra periculum positis suaserim, & antiquos le
gere, ex quibus si assumatur solida, ac virilis ingenii vis, detersо rudis seculi squallore, tum
noster hic cultus clarius enitescet: & nouos, quibus & ipsis multa virtus adest. Nec enim nos H
tarditatis natura damnauit, sed dicendi mutauimus genus, & vltra nobis quàm oportebat
indulsimus: ita non tam ingenio illi nos superauerunt, quàm proposito. Multa ergo licebit
eligere. Sed curandũ erit, ne iis quibus permixta sunt, inquinẽtur. Quosdam vero etiã quos
totos imitari oporteat, & fuisse nuper, & nunc esse quidem, libenter non concesserim modo,
verumetiam contenderim. Sed hi qui sint, non cuiusque est pronunciare. Tutius circa prio-
res * vel erratur. Ideóque hãc nouorum distuli lectionem, ne imitatio iudicium antecederet.

De Diuisione. Cap. VI.

De materijs dandis.

VIT etiam in hoc diuersum præcipiẽtium propositum, quòd eorum qui- I
dam Materias quas discipulis ad dicendum dabant, non contenti DIVI-
F SIONE dirigere, latius dicendo prosequebantur: nec solum probationi-
bus implebant, sed etiam affectibus. Alii, cum primas modo lineas duxis-
sent, post Declamationes quid omisisset quisque ttactabant: quosdam vero
locos non minore cura, quàm cum ad dicendum ipsi surgerent, excolebant. Vtile vtrunque,
& ideo neutrum ab altero separo. Sed si facere tantùm alterum necesse sit, plus proderit de-
monstrasse rectam protinus viam, quàm reuocare ab errore iam lapsos. Primum, quia emen
dationem auribus modo accipiunt: Diuisionem vero ad cogitationem etiam & stylum per-
ferunt: Deinde, quòd libentius præcipientem audiunt, quàm reprehendentẽ. Siqui vero pau
lo sunt viuaciores, in his præsertim moribus, etiam irascuntur admonitioni, & taciti repu- K
gnant. Nec ideo tamen minus vitia aperte coarguenda sunt. Habenda enim ratio cæterorũ,
qui recta esse quæ præceptor non emendauerit, credent. Vtraque autem ratio miscenda est, &
ita tractanda, vt res ipsæ postulabunt. Nanque incipiẽtibus danda erit velut præformata ma
teria secundum cuiusque vires. At cum satis composuisse se ad exemplum videbuntur, breuia
quædam demonstranda vestigia: quæ persecuti, iam suis viribus sine adminiculo progredi
possint. Nonnunquam credi sibi eos oportebit, ne mala consuetudine semper alienum labo
rem sequendi, nihil per se conari, & quærere sciant. Quòd si satis prudenter dicẽda viderint,
iam propè consummata fuerit præcipientis opera. Siquid errauerint, adhuc erunt ad ducẽ re
ducendi. Cui rei simile quiddam facientes aues cernimus, quæ teneris infirmisque fœtibus
cibos ore suo collatos partiũtur. At cum visi sunt adulti, paulum egredi nidis, & circumuola L
re sedem illam præcedentes ipsæ docent, tum expertas vires libero cælo suæque ipsorum fi-
duciæ permittunt.

De Ediscendo. Cap. VII.

LLVD ex cõsuetudine mutãdum prorsus existimo in his, de quibus nunc
differimus, ætatibus, ne omnia quæ scripserint, EDISCANT. & certa, vt
I moris est, die dicant. Quod quidẽ maximè patres exigunt. atque ita demum
studere liberos suos, si quàm frequẽtissimè declamauerint, credũt: cum pro-
fectus præcipuè diligentia constet. Nam vt scribere pueros, plurimúmque M
esse in hoc opere, plane velim: sic ediscere electos ex orationibus vel historiis, aliove quo ge-
nere dignorum ea cura voluminum locos, multo magis suadeam. Nam etiam exercebitur
acrius memoria, aliena complectẽdo quàm sua: & qui erunt in difficiliore huius generis labo
re versati, sine molestia, quæ ipsi composuerũt, iam familiarius animo suo affigẽt, & assuescẽt
optimis, semperque habebunt intra se, quod imitentur: etiam non sentientes, formam

A orationis illam, quam mente penitus acceperint, expriment. Abundabunt autem copia verborum optimorum, & compoſitione ac figuris iam non quæſitis, ſed ſponte & ex repoſito velut theſauro ſe offerentibus. Accedit his & iucunda in ſermone bene à quôque dictorum relatio, & in cauſis vtilis. Nam & plus authoritatis afferunt ea quæ non præſentis gratia litis ſunt comparata, & laudem ſæpe maiorem, quàm ſi noſtra ſint, conciliant. Aliquando tamen permittendum, quæ ipſi ſcripſerint dicere, vt laboris ſui fructum etiam ex illa, quæ maximè petitur, laude plurimum capiant. Verum id quoque tum fieri oportebit, cum aliquid commodius elimauerint, vt eo velut præmio ſtudii ſui donentur, ac ſe meruiſſe vt dicerent, gaudeant.

B

An ſecundum ſui quiſque Ingenii docendus ſit Naturam. Cap. VIII.

VIRTVS Præceptoris haberi ſolet, nec immerito, diligenter in iis quos erudiendos ſuſcepit, Notare DISCRIMINA INGENIORVM, &
V quò quenque natura maximè ferat. Nam eſt in hoc incredibilis quædam varietas, nec pauciores animorum penè quàm corporum formæ. Quod intelligi etiam ex ipſis Oratoribus poteſt, qui tantum inter ſe diſtant genere dicendi, vt nemo ſit alteri ſimilis: quanuis plurimi ſe ad eorum, quos probabant, imitationem compoſuerint. Vtile deinde pleriſque viſum eſt, ita quenque inſtituere, vt propria naturæ bona, doctrina fouerent, & in id potiſſimum ingenia quò tenderent, adiuuarentur. Vt ſi-
C quis Palæſtræ peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnaſium venerit, expertus eorum omni modo corpus animúmque, diſcernat cui quiſque certamini præparandus ſit: Ita præceptorem Eloquentiæ cum ſagaciter fuerit intuitus cuius ingenium preſſo limatóque genere dicendi, cuius acri, graui, dulci, aſpero, nitido, vrbano maximè gaudeat, ita ſe commodaturum ſingulis, vt in eo quo quiſque eminet prouehatur, quòd & adiuta cura natura magis euaſcat, & ſi in diuerſa ducatur, nec in iis quibus minus aptus eſt, ſatis poſſit efficere, & ea in
quæ natus videtur, deferendo faciat infirmiora. Quod mihi (libera enim vel contra receptas perſuaſiones rationem ſequenti ſententia eſt) in parte verum videtur. Nam proprietates Ingeniorum diſpicere prorſus neceſſarium eſt. In his quoque certum ſtudiorum facere delectum nemo diſſuaſerit. Nanque erit alius hiſtoriæ magis idoneus, alius compoſitus ad car-
D men, alius vtilis ſtudio iuris, vt nonnulli rus fortaſſe mittendi. Sic diſcernet hæc dicendi Magiſter, quomodo Palæſtricus ille curſorem faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliudve quid ex iis quæ ſunt ſacrorum certaminum. Verum ei qui foro deſtinabitur, non in vnam partem aliquam, ſed in omnia quæ ſunt eius operis, etiam ſiqua difficiliora diſcenti videbuntur, elaborandum eſt. Nam & omnino ſuperuacua erat doctrina, ſi Natura ſufficeret. An ſiquis Ingenio corruptus ac tumidus (vt plerique ſunt) inciderit, in hoc eum ire patiemur? Aridum atque ieiunum non alemus, & quaſi veſtiemus? Nam ſi quædam detrahere neceſſarium eſt, cur non ſit adiicere conceſſum? Neque ego contra Naturam pugno. Non enim differendum id bonum, ſiquod ingenitum eſt, exiſtimo: ſed augendum addendúmque quod ceſſat. An non clariſſimus ille præceptor Iſocrates, quem non magis li-
E bri dixiſſe, quàm diſcipuli bene docuiſſe teſtantur, cum de Ephoro atque Theopompo ſic iudicaret, vt alteri frenis, alteri calcaribus opus eſſe diceret: aut in illo lentiore tarditatem, aut in hoc penè præcipiti concitationem adiuuandam docendo exiſtimauit, cum alterum alterius Natura miſcendum arbitraretur? Imbecillis tamen Ingeniis ſanè ſic obſequendum ſit, vt tantùm in id quò vocat Natura, ducantur. Ita enim quod ſolum poſſunt, melius efficient. Si vero liberalior Natura contigerit, & in qua merito ad ſpem Oratoris ſimus aggreſſi, nulla dicendi virtus omittenda eſt. Nam licet ſit aliquam in partem pronior, vt neceſſe eſt, cæteris tamen non repugnabit, atque ea cura paria faciet iis, in quibus eminebit. Sicut ille (ne ab eodem exemplo recedamus) exercendi corpora peritus, non ſi docendum pancratiaſtem ſuſceperit, pugno ferire vel calce tãtùm, aut nexus modo, atque in his certos aliquos
F docebit, ſed omnia quæ ſunt eius certaminis. Erit qui ex iis aliqua non poſſit? In id maximè quod poterit incumbet. Nam ſunt hæc duo vitanda prorſus: vnum, Ne tentes quod effici non poſſit: alterum, Ne ab eo quod quis optimè facit, in aliud, cui minus eſt idoneus, tranſferas. At ſi fuerit qui docebitur, ille quem adoleſcẽtes ſenem vidimus, Nicoſtratus? omnibus in eo docendi partibus ſimiliter vtetur: efficietque illum, qualis hic fuit, luctando, pugnandóque: quorum vtroque certamine iiſdem diebus coronabatur, inui-

Cic. iij. de Orat.

ctum. Et quanto id magis Oratoris futuri Magiſtro prouidendum erit? Non enim ſatis eſt G
dicere preſſè tantùm,aut ſubtiliter,aut aſperè:non magis quàm phonaſco acutis tantùm,aut
mediis,aut grauibus ſonis,aut horum etiam particulis excellere. Nam ſicut cithara,ita ora-
tio perfecta non eſt,niſi ab imo ad ſummum omnibus intenta neruis conſentiat.

De officio Diſcipulorum. Cap. IX.

LVRA de officiis docentium locutus, DISCIPVLOS id vnum in-
terim MONEO, Vt Præceptores ſuos nõ minus quàm ipſa ſtudia amẽt:
P & parentes eſſe,non quidem corporum,ſed mẽtium credant. Multum hæc
pietas confert ſtudio. Nam ita & libẽter audient, & dictis credent, & eſſe ſi-
miles concupiſcent:in ipſos denique cœtus ſcholarum læti, & alacres conue H
nient.emendati non iraſcẽtur,laudati gaudebunt,vt ſint chariſſimi ſtudio merebũtur. Nam
vt illorum officium eſt docere,ſic horum præbere ſe dociles. Alioqui neutrum ſine altero ſuf
ficit. Et ſicut hominis ortus ex vtroque gignentium confertur,& fruſtra ſparſeris ſemina,niſi
illa præmollitus fouerit ſulcus : ita Eloquentia coaleſcere nequit , niſi ſociata tradentis accí-
pientisque concordia.

De Vtilitate & Ratione Declamandi. Cap. X.

N his primis operibus,quæ non ipſa parua ſunt, ſed maiorum quaſi mem-
bra atque partes,bene inſtituto ac ſatis exercitato , iam ferè tempus appetet
I aggrediẽdi Suaſorias Iudicialesque materias:quarum antequam viam ingre- I
diar,pauca mihi de ipſa DECLAMANDI RATIONE dicenda
Declaman dl vtilitas. ſunt:quæ quidem vt ex omnibus nouiſſimè inuenta, ita & multo eſt vtiliſſi
ma. Nam & cuncta illa,de quibus diximus,in ſe ferè continet, & veritati proximam imagi-
nem reddit. Ideoque ita eſt celebrata, vt pleriſque videretur ad formandam Eloquentiam vel
ſola ſufficere. Neque enim virtus vlla perpetuæ duntaxat orationis reperiri poteſt , quæ non
ſit cum hac dicendi meditatione communis. Eò quidem res iſta culpa docentium reci-
dit,vt inter præcipuas quæ corrumperent Eloquentiam cauſas licentia atque inſcitia Decla-
mantium fuerit. Sed eo quod natura bonum eſt , bene vti licet. Sint ergo & ipſæ materiæ
quæ fingentur,quàm ſimillimæ veritati. Et Declamatio inquantum maximè poteſt , imite-
tur eas actiones,in quarum exercitationem reperta eſt. Nam magos,& peſtilẽtiam,& reſpõ- K
ſa,& ſæuiores tragicis nouercas,aliâque magis adhuc fabuloſa,fruſtra inter ſponſiones & in-
terdicta quæremus. Quid ergo? Nunquam hæc ſupra fidem, & POETICA (vt vere di
xerim) THEMATA iuuenibus pertractare permittemus: Vt expatiẽtur,& gaudeãt ma-
teria,& quaſi in corpus eant,erit optimum. Sed certe ſint grãdia & tumida,non ſtulta etiam,
& acrioribus oculis intuenti ridicula: ac ſi iam cedendum eſt,impleat ſe Declamator aliquã-
do,dum ſciat,vt quadrupedes cum viridi pabulo diſtẽtæ ſunt,ſanguinis detractione curãtur,
& ſic ad cibos viribus conſeruandis idoneos redeunt, ita ſibi quoque tenuandos adipes , &
quicquid humoris corrupti contraxerit,emittendum,ſi eſſe ſanus ac robuſtus volet. Alioqui
tumor ille inanis primo cuiuſcunque veri operis conatu deprehendetur. Totum autẽ De-
clamandi opus,qui diuerſum omnino à forenſibus cauſis exiſtimãt,ii profecto,ne rationem L
quidem, qua iſta exercitatio inuenta ſit,peruident. Nam ſi foro non præparat , aut ſcenicæ
oſtentationi,aut furioſæ vociferationi ſimillimum eſt. Quid enim attinet iudicem præpara-
re qui nullus eſt? narrare,quod omnes ſciant falſum? probationes adhibere cauſæ,de qua ne-
mo ſit pronunciaturus? Et hæc quidem ocioſa tantum. Affici vero,& ira vel luctu permoue-
re,cuius eſt ludibrii,niſi quibuſdam pugnæ ſimulacris ad verum diſcrimen aciẽmque iuſtam
conſueſcimus? Nihil ergo inter forenſæ genus dicendi, atque hoc Declamatorium intererit?
Si profectus gratia dicimus,nihil. Vtinãque adiici ad cõſuetudinẽ poſſet, vt nominibus vte-
remur,& perplexe magis,& longioris aliquando actus controuerſiæ fingerentur, & verba in
vſu quotidiano poſita minus timeremus , & iocos inſerere moris eſſet , quæ nos quamlibet
per alia in ſcholis exercitati ſimus,tyrones in foro inueniunt. Si vero in oſtentationẽ com- M
paretur Declamatio, ſane paulum aliquid * inclinare ad voluptatem audientium debemus.
Nam & in iis actionibus,quæ in aliqua ſine dubio veritate verſantur,ſed ſunt ad popularem
aptatæ delectationem,quales legimus Panegyricos, totúmque hoc Demonſtrationũ Genus,
permittitur adhibere plus cultus,omnémque artem, quæ latere plerunque in iudiciis debet,
non confiteri modo, ſed oſtentare etiam hominibus in hoc aduocatis. Quare Declama-

A tio, quoniam eſt iudiciorum conſiliorûmque imago, ſimilis eſſe debet veritati: quoniam autem aliquid in ſe habet ἐπιδεικτικόν, nonnihil ſibi nitoris aſſumere. Quod faciunt actores comici: qui nec ita prorſus, vt nos vulgo loquimur, pronunciant, quod eſſet ſine arte: nec tamen procul à natura recedunt, quo vitio periret imitatio: ſed morem communis huius ſermonis, decore quodam ſcenico exornãt. Sic quoque aliqua nos incommoda ex iis quas finxerimus materiis, conſequentur: in eo præcipuè quòd multa in his relinquuntur incerta, quæ ſumimus (vt videntur) ætates, facultates, liberi, parentes, vrbium ipſarum vires, iura, mores, alia his ſimilia. Quin aliquando, etiam argumẽta ex ipſis poſitionum vitiis ducimus. Sed hæc ſuo quæque loco. quanuis enim omne propoſitum operis à nobis deſtinati eò ſpectet, vt Orator inſtituatur, tamen ne quid ſtudioſi requirant, etiam ſiquid
B erit quod ad ſcholas pertineat propriè, in tranſitu non omittemus.

An Artis neceſſaria cognitio ſit. Cap. XI.

AM hinc ergo nobis inchoanda eſt ea pars ARTIS, ex qua capere initium ſolent, qui priora omiſerunt: quanquam video quoſdam in ipſo ſtatim
I limine obſtaturos mihi, qui nihil egere huiuſmodi præceptis Eloquentiam putent: ſed natura ſua, & vulgari modo, ſcholarum exercitatione contẽti rideant etiam diligentiam noſtram: exemplo quoque magni nominis profeſſorum, quorum aliquis, vt opinor, interrogatus, Quid eſſet ſchema, & noema? Neſcire ſequidem: ſed ſi ad rem pertineret, eſſe in ſua Declamatione, reſpõdit. Alius percontanti, Theo
C doreus an Apollodoreus eſſet? Ego, inquit, parmularius ſum. Nec ſane potuit vrbanius ex confeſſione inſcitiæ ſuæ elabi. Porro ii, quia & beneficio ingenii præſtantes ſunt habiti, & multa etiam memoria digna exclamauerunt, plurimos habent ſimiles negligentiæ ſuæ, pauciſſimos naturæ. Igitur & impetu dicere ſe, & viribus vti gloriantur. Nec enim opus eſſe probatione, aut diſpoſitione in rebus fictis: ſed cuius rei gratia plenum ſit auditorium, ſententiis grandibus, quarum optima quæque à periculo petatur. Quinetiam in cogitando, nulla ratione adhibita, aut tectum intuentes, magnum aliquid quod vltro ſe offerat, pluribus ſæpe diebus expectant: aut murmure incerto, velut claſſico inſtincti, concitatiſſimum corporis motum non enunciandis, ſed quærendis verbis accommodant. Nonnulli certa
D ſibi initia priuſquam ſenſum inuenerint deſtinant, quibus aliquid diſerti ſubiungendum ſit: eáque diu ſecum ipſi claréque meditari, deſperata connectendi facultate deſerunt, & ad alia deinceps atque inde alia non minus communia atque nota diuertunt. Qui plurimum videntur habere rationis, non in cauſas tantùm laborem ſuum, ſed in locos intendunt: atque iis non corpori proſpiciunt, ſed abrupta quædam, vt forte ad manum venere, iaculantur. Vnde fit vt diſſoluta & ex diuerſis congeſta oratio cohærere non poſſit: ſimilisque ſit commentariis puerorum, in quos ea quæ aliis declamantibus laudata ſunt, regerunt. Magnas tamen ſententias, & res bonas, ita enim gloriari ſolent, elidunt.* Nam & barbari & ſerui: &, ſi hoc ſat eſt, nulla eſt ratio dicendi.

Quare Ineruditi Ingenioſiores vulgo habeantur. Cap. XII.

E

EHoc quidem negauerim, ſequi plerunque hanc opinionem, vt FORTIVS DICERE VIDEANTVR INDOCTI.
N Primum, vitio male iudicantium: qui maiorem habere vim credunt ea quæ non habent artem: vt effringere, quàm aperire: rumpere, quàm ſoluere: trahere, quàm ducere putãt robuſtius. Nam & gladiator qui armorum inſcius in rixam ruit, & luctator qui totius corporis nixu in id quod ſemel inuaſit, incũbit, fortior ab iis vocatur: cum interim & hic frequenter ſuis viribus ipſe proſternitur, & illum vehemẽtis impetus excipit aduerſarii mollis articulus. Sed ſunt in hac parte, quæ imperitos etiam na
F turaliter fallant. Nam & Diuiſio, cum plurimum valeat in cauſis, ſpeciem virium minuit: & rudia politis maiora, & ſparſa compoſitis numeroſiora creduntur. Eſt præterea quædam virtutũ vitiorũmque Vicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effuſus pro copioſo accipitur. Maledicit autem ineruditus aptius & ſæpius, vel cum periculo ſuſcepti litigatoris, frequenter etiam ſuo. Affert & iſta res opinionem, quia libentiſſimè homines audiunt ea quæ ipſi dicere noluiſſent. Illud quoque alterum quod eſt in elocutione ipſa pe-

riculum,minus vitat, conaturque perditè.Inde euenit nonnunquam, vt aliquid grande in- G
ueniat qui ſemper quærit quod nimium eſt.verum & raro euenit,& * cætera vitia nō penſat.

Propter hoc quoque interdū videntur indocti copiam habere maiorē, quòd dicūt omnia: doctis eſt & electio & modus. His accedit,quòd à cura docendi quod intēderint,recedūt. Itaque illud quæſtionum,& argumentorum apud corrupta iudicia frigus euitant: nihilque aliud,quàm quo vel prauis voluptatibus aures aſſiſtentium permulceant, quærunt. Sententiæ quoque ipſæ,quas ſolas petunt,magis eminent,cum omnia circa illas ſordida & abiecta ſunt:vt lumina non inter vmbras(quemadmodum Cicero dicit) ſed plane in tenebris clariora ſunt. Itáque Ingenioſi vocentur,vt libet,dum tamen conſtet,contumelioſè ſic lauda ri diſertum. Nihilominus confitendum eſt,etiam detrahere doctrinam aliquid,vt limam ru H
dibus,& cotes hebetibus,& vino vetuſtatem,ſed vitia detrahit:atque eo ſolo minus eſt quod literæ perpolierunt,quo melius. Verum hi pronunciatione quoque famam dicendi fortius quærunt. Nam & clamāt vbique,& omnia leuata (vt ipſi vocāt) manu emugiunt,multo diſcurſu,anhelitu,iactatione,geſtu,motu capitis furētes. Iam collidere manus,terræ pedē incutere,femur pectus frontem cædere,mire ad pullatum circulum facit: cum ille eruditus, vt in oratione multa ſummittere,variare,diſponere, ita etiam in pronūciando ſuum cuique eorum quæ dicet,colori accōmodare actum ſciat: & ſi quid perpetua obſeruatione dignum, modeſtus & eſſe & videri malit. At illi hanc Vim appellāt,quæ eſt potius Violētia. Cum interim non actores modo aliquos inuenias,ſed (quod eſt turpius) præceptores etiam,qui bre uem dicendi exercitationē conſecuti,omiſſa ratione,vt tulit impetus,paſſim tumultuentur: I
eósque, qui plus honoris literis tribuerunt,& ineptos & ieiunos,& tepidos, & infirmos, vt quodq; verbū contumeliſiſſimum occurrit,appellent. Verū illis quidē gratulemur,ſine labore,ſine ratione,ſine diſciplina diſertis: nos quando & præcipiendi munus iampridem depre cati ſumus,& in foro quoque dicendi,quia honeſtiſſimum finem putabamus, deſinere dum deſideraremur, inquirendo ſcribendóque talia conſolemur ocium noſtrum: quæ futura vſui bonæ mentis iuuenibus arbitramur,nobis certe ſunt voluptati.

Quis modus in Arte. Cap. XIII.

NEMO autē à me exigat id PRAECEPTORVM Genus,quod eſt à pleriſque ſcriptoribus artiū traditū,vt quaſi quaſdā leges immutabili neceſſitate K
conſcriptas ſtudioſis dicendi ferā: vtique Prooemium,& id quale: proxima huic Narratio,quæ lex deinde narrādi: Propoſitio poſt hanc,vel,vt quibuſdam placuit,Excurſio:tū certus Ordo Quæſtionum,cæteráque: quæ velut ſi aliter facere fas non ſit, quidam tanquam iuſſi ſequuntur. Erat enim Rhetorica res prorſus facilis ac parua,ſi vno & breui præſcripto contineretur. Sed mutantur pleraque cauſis, temporibus, neceſſitate, occaſione. Atque ideo res in Oratore præcipua conſilium eſt, quia variē, & ad rerum momenta conuertitur. Quid ſi enim præcipias Imperatori, quoties aciem inſtruet, dirigat frontem,cornua vtrinque promoueat, equites pro cornibus locet? Erit hæc quidem rectiſſima fortaſſe ratio, quoties licebit: ſed mutabitur natura loci, ſi mons occurret, ſi flumen obſtabit, ſi collibus, ſyluis, aliave aſperitate * aliqua prohibebitur. Mutabit L
hoſtium genus,permutabit præſentis conditio diſcriminis: nunc acie directa,nunc cuneis, nunc auxiliis, nunc legione pugnabitur: nonnunquam terga etiam dediſſe ſimulata fuga proderit. Ita Prooemium neceſſarium an ſuperuacaneum, breue an longius: ad iudicem omni ſermone directo,an aliquando auerſo per aliquam figuram dicendum ſit:conſtricta an latius fuſa Narratio,continua an diuiſa,recta an ordine permutato,cauſæ docebūt. Itémque de Quæſtionum ordine,cum *in eadem cōtrouerſia aliud alii parti prius queri frequēter expediat. Neque enim rogationibus, plebisve ſcitis ſancta ſunt iſta præcepta: ſed hoc quicquid eſt vtilitas excogitauit. Non negabo autem ſic vtile eſſe plerunque, alioquin nec ſcriberem: verum ſi eadem illa nobis aliud ſuadebit vtilitas, hanc relictis Magiſtrorum au-
Aenei. iij. thoritatibus ſequemur. Equidem id maximè præcipiam,ac repetens iterum iterūmque M
monebo,Res duas in omni actu ſpectet Orator, QVID DECEAT, QVID EXPEDIAT. Expedit autem ſæpe mutare ex illo conſtituto traditóque ordine aliqua, & interim decet: Vt in ſtatuis atque picturis, videmus variari habitus, vultus, ſtatus. Nam recti quidem corporis vel minima gratia eſt. Neque enim aduerſa ſit facies, & demiſſa brachia, & iuncti pedes, & à ſummis ad ima rigens opus. Flexus ille, & vt ſic dixerim, motus,dat actum quendam * & factum. Ideo nec ad vnum modum formatæ manus, & in vul-

A tu mille ſpecies. Curſum habent quædam & impetum, ſedent alia vel incumbũt: nuda hæc, illa velata ſunt: quædam mixta ex vtroque. Quid tam diſtortum & elaboratum, quàm eſt ille Diſcobolos Myronis? Si quis tamen vt parum rectum improbet opus, nónne ab intellectu artis abfuerit, in qua vel præcipuè laudabilis eſt illa ipſa nouitas, ac difficultas? Quam quidem gratiam & delectationem afferũt figuræ, quæque in ſenſibus, quæque in verbis ſunt. Mutant enim aliquid à recto, atque hanc præ ſe virtutem ferunt, quòd à conſuetudine vulgari receſſerunt. Habet in pictura ſpeciem tota facies. Apelles tamen imaginem Antigoni latere tantùm altero oſtendit, vt amiſſi oculi deformitas lateret. Quid? non in Oratione operienda ſunt quædam, ſiue oſtendi non debent, ſiue exprimi pro dignitate non poſſunt? vt fecit Timantes (vt opinor) Cithnius in ea tabula, qua Colotem Teium vicit. Nam cum B in Iphigeniæ immolatione pinxiſſet triſtem Chalcantem, triſtiorẽ Vlyſſem, addidiſſet Menelao quem ſummum poterat ars efficere mœrorem, conſumptis affectibus, non reperiens quo digne modo patris vultum poſſit exprimere, velauit eius caput, & ſuo cuiusque animo dedit æſtimandum. Nonne huic eſt illud ſimile Salluſtianum? Nam de Carthagine tacere ſatius puto, quàm parum dicere. Propter quæ mihi ſemper moris fuit, quàm minimũ alligare me ad Præcepta, quæ καθολικὰ vocant, id eſt (vt dicamus quomodo poſſumus) vniuerſalia, vel perpetualia. Raro enim reperitur hoc genus, vt non labefactari parte aliqua & ſubrui poſſit. Sed de his plenius ſuo quicque loco tractabimus. Interim nolo ſe iuuenes ſatis inſtructos, ſiquem ex iis qui breues plerunque circunferuntur, Artis Libellum ediderint, & velut decretis Technicorum, tutos putent. Multo labore, aſſiduo ſtudio, varia exerci-
C tatione, pluribus experimẽtis, altiſſima prudentia, præſentiſſimo conſilio conſtat Ars dicẽ di. Sed adiuuatur his quoque, ſi tamen rectam viam, non vnam orbitam monſtrent: à qua declinare qui crediderit nefas, patiatur neceſſe eſt illam per funes ingredientium tarditatem. Itaque & ſtratum militari labore iter ſæpe deſerimus compendio ducti, & ſi rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circuire cogemur: & ſi ianua tenebitur incendio, per parietem exibimus. Late fuſum opus eſt, & multiplex, & propè quotidie nouum, & de quo nunquam dicta erunt omnia. Quæ ſunt tamen tradita, quid ex iis optimum, & ſiqua mutari, adiici, detrahi melius videbitur, dicere experiar.

Plin. lib. xxxv. cap. x. Cic. ĩ Orat. Plin. libro xxxv. ca. x. & Val. lib. viii. In Iugurtha.

D Rhetorices Etymon, & totius operis Diuiſio. Cap. XIIII.

RHETORICEN in Latinum transferentes, tum Oratoriam, tum Oratricem nominauerunt. Quos equidem nõ fraudauerim debita laude, quòd
R copiam Romani ſermonis augere tentauerunt. Sed non omnia nos ducentes ex Græco ſequuntur, ſicut ne illos quidem, quoties ſuis vtique verbis ſignare noſtra voluerunt: & hæc interpretatio non minus dura eſt, quàm illa
* Flauii, eſſentia atque entia, ſed ne propria quidem. Nam oratoria ſic effertur, vt elocutoria: oratrix, vt elocutrix. Illa autem de qua loquimur, Rhetorice, talis eſt, qualis eloquentia: nec dubie apud Græcos quoque duplicem intellectum habet. Nanque vno modo fit appoſitũ,
E ars Rhetorica, vt nauis piratica: altero nomẽ rei, qualis eſt philoſophia, amicitia. Nos ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam, vt Grammatice literatura eſt, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria, quemadmodum oratoria. Verum in Rhetorice non fit. Ne pugnemus igitur, cum præſertim plurimis alioqui Græcis ſit vtendum. Nam certè Phyſicos, Muſicos, & Geometras dicam, ne vim afferam iis nominibus, indecora in Latinũ ſermonem mutatione. Denique cum M. Tullius etiam ipſis librorum, quos de hac re primũ ſcripſerat, titulis Græco nomine vtatur, profecto nõ eſt verendum, ne temerè videamur oratori maximo de nomine artis ſuæ credidiſſe. Igitur Rhetorice (iam enim ſine metu cauillationis vtemur hac appellatione) ſic (vt opinor) optimè DIVIDETVR, vt de Arte, de Artifice, de Opere dicamus. Ars erit, quæ diſciplina percipi debet: ea eſt, bene dicẽdi ſciẽ
F tia. Artifex eſt, qui percipit hãc artẽ, id eſt Orator, cuius eſt ſumma, bene dicere. Opus, quod efficitur ab Artifice, id eſt bona oratio. Hæc omnia rurſus diducũtur in ſpecies. Sed illa ſequentia ſuo loco, nunc quæ de prima parte tractanda ſunt, ordiar.

Rhetoricę diuiſio.

Quid sit Rhetorice,& quis eius Finis. Cap. XV.

ANTE omnia, Quid sit RHEtorice: quæ finitur quidem variè, sed quæstionẽ habet duplicem: aut enim de qualitate ipsius rei, aut de comprehensione verborum dissensio est. Prima ac præcipua opinionum circa hæc differentia, quòd alii malos quoque viros posse Oratores dici putãt: alii (quorum nos sententiæ accedimus) nomen hoc, artémque de qua loquimur, bonis demum tribui volunt. Eorum autem, qui dicendi facultatem à maiore, ac magis expetenda vitæ laude secernunt, quidam Rhetoricen vim tantum, quidam scientiam, sed non virtutem: quidã vsum, quidam artem quidem, sed à scientia & virtute disiunctam: quidam etiam prauitatem quandam Artis, id est κακοτεχνίαν nominauerunt. Hi ferè aut in persuadendo, aut in dicendo apposite ad persuadendum, positum orandi munus sunt arbitrati. Id enim fieri potest ab eo quoque, qui vir bonus non sit. Est igitur frequentissimus Finis, Rhetoricen esse vim persuadendi. Quod ego Vim appello, plerique Potestatem, nonnulli Facultatẽ vocant: quæ res ne quid afferat ambiguitatis, vim dico τὴν δύναμιν. Hæc opinio originem ab Isocrate (si tamen re vera Ars, quæ circunfertur, eius est) duxit. Qui cum longè sit à voluntate infamantium Oratoris officia, finem Artis temerè comprehendit, dicens esse Rhetoricen persuadendi opificem, id est πειθοῦς δημιουργόν. Neque enim mihi permiserim eadem vti declinatione, qua Ennius M. Cethegum * Suadai medullam vocat. Apud Platonem quoque Gorgias in libro qui nomine eius inscriptus est, idem ferè dicit: sed hanc Plato illius opinionem vult accipi, non suam. Cicero pluribus locis scripsit, Oratoris officium esse, dicere appositè ad persuadendum. In Rhetoricis etiam, quos sinè dubio ipse nõ probat, finem facit persuadere. Verum & pecunia persuadet, & gratia, & authoritas dicentis, & dignitas, postremo aspectus etiam ipse sine voce, quo vel recordatio meritorum cuiusque, vel facies aliqua miserabilis, vel formæ pulchritudo sententiam dictat. Nam & M. Aquilium defendens Antonius, cum scissa veste cicatrices, quas is pro patria pectore aduerso susceperat, ostẽdit, non orationis habuit fiduciam, sed oculis Populi Romani attulit vim: quem illo ipso aspectu maximè motum in hoc vt absolueret reum, creditum est Seruium quidem Galbam miseratione sola, qua non suos modo liberos paruulos in concionem produxerat, sed Galli etiam Sulpitii filium suis ipse manibus circunstulerat, elapsum esse, cum aliorum monumẽtis, tum Catonis Oratione testatum est. Et Phrynen non Hyperidis actione quanquam admirabili, sed conspectu corporis, quod illa speciosissimum alioqui diducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam. Quæ si omnia persuadent, non est hic, de quo locuti sumus, idoneus finis. Ideóque diligentiores sunt visi sibi, qui cum de Rhetorice idem sentirent, existimarunt eam, Vim dicendo persuadendi. Quem finem Gorgias in eodem, de quo suprà diximus libro, velut coactus à Socrate facit. A quo non dissentit Theodectes, siue ipsius id opus est, quod de Rhetorice nomine eius inscribitur: siue vt creditum est, Aristotelis. in quo est, finem esse Rhetorices, Ducere homines dicendo in id, quod actor velit. Sed ne hic quidẽ satis est comprehensum. Persuadent enim dicendo, vel ducunt in id quod volunt, alii quoque, vt meretrices, adulatores, corruptores. At contrà non persuadet semper Orator, vt interim non sit proprius hic finis eius: interim sit communis cum iis qui ab Oratore procul absunt. Atqui non multum ab hoc fine abest Apollodorus, dicens, Iudicialis orationis primum & super omnia esse persuadere iudici, & sententiam eius ducere in id quod velit. Nam & ipse Oratorem fortunæ subiicit, vt si non persuaserit, nomen suum retinere non possit. Quidam recesserunt ab euentu, sicut Aristoteles, qui dicit, Rhetorice est vis * inueniendi omnia in oratione persuasibilia. Qui finis & illud vitium, de quo suprà diximus, habet: & insuper, quòd nihil nisi inuentionem complectitur, quæ sine elocutione non est oratio. Hermagoræ, qui finẽ eius esse ait, persuasibiliter dicere, & aliis, qui eandem sententiam non iisdem tamen verbis explicant, ac finem esse demonstrant, Dicere quæ oporteat omnia ad persuadendum, satis responsum est: cum persuadere non tantùm Oratoris esse conuicimus. Addita sunt his alia varie. Quidam enim circa res omnes, quidam circa ciuiles modo versari Rhetoricen putauerunt: quorum verius vtrum sit, in eo loco qui huius quæstionis proprius est, dicam. Omnia subiecisse Oratori videtur Aristoteles, cum dixit, Vim esse * dicendi, quid in quaque re possit esse persuasibile. Et Patrocles, qui non quidem adiicit in quaque re, sed nihil excipiendo idem ostendit: Vm enim vocat inueniendi quod sit in oratione persuasibile: qui fines & ipsi solam complectun-

Cic. in Bruto & Catone.

De Orat. i.

Cic. ii. de Orat. & vii. i Verrẽ.

Athenæus xii.

Valeri⁹ lib. ii. titul. xv.

Lib. i. Rhet.

A tur inuentionē. Quod vitium fugiens Theodorus,vim putat inueniendi,& eloquēdi cū ornatu credibilia in omni oratione.Sed cum eodem modo credibilia quo perſuaſibilia etiā nō Orator inueniat, adiiciendo in omni oratione,magis q̄ ſuperiores cōcedit ſcelera quoq; ſuadētibus,pulcherrimæ rei nomen. Gorgias apud Platonē,ſuadendi ſe artificē in iudiciis & aliis cœtibus eſſe ait:de iuſtis quoque & iniuſtis tractare:cui Socrates perſuadēdi,non dōcendi concedit facultatem. Qui vero non omnia ſubiiciebant Oratori,ſolicitius ac verbo ſius,vt neceſſe erat,adhibuerunt diſcrimina:quorum fuit Ariſton Critolai Peripatetici diſcipulus,cuius hic finis eſt,ſcientia videndi,& agendi in quæſtionibus ciuilibus per orationem popularis perſuaſionis.Hic ſcientiam,quia Peripateticus eſt,non,vt Stoici, virtutis loco ponit:popularem autem comprehendendo tantùm perſuaſionem,etiam contumelioſus
B eſt aduerſus artem orandi,quam nihil putat doctis perſuaſuram.Illud de omnibus, qui circa ciuiles demum quæſtiones Oratorem iudicant verſari,dictum ſit,Excludi ab iis plurima Oratoris officia:illam certè Laudatiuam totam,quæ eſt Rhetorices pars tertia. Cautius Theodorus Gadaræus,vt iam ad eos veniamus,qui artem quidem eſſe eam,ſed non virtutē, putauerunt. Ita enim dicit (vt ipſis eorum verbis vtar qui ex Græco tranſtulerunt) Ars inuentrix & iudicatrix & enunciatrix decente ornatu ſecundum menſionē eius quod in quoque poteſt ſumi perſuaſibile in materia ciuili.Itemque Cornelius Celſus,qui finem Rhetorices ait,Dicere perſuaſibiliter in dubia vel ciuili materia.Quibus ſunt non diſſimiles, qui ab aliis traduntur:qualis eſt & ille, Vis dicendi, & eloquendi de rebus ciuilibus ſubiectis ſibi,
C cum quadam perſuaſione,& quodam corporis habitu,& eorum quæ dicet pronunciatione. Mille alia,ſed aut eadem,aut ex iiſdem compoſita:quibus item cum de materia Rhetorices dicendum erit,reſpondebimus. Quidam eam neque vim,neque ſcientiam, neque artem putauerunt. Sed Critolaus vſum dicendi:nā hoc πρόβλημα ſignificat. Athenæus fallendi artem. Plerique autem dum pauca ex Gorgia Platonis,à prioribus imperitè excerpta,legere contenti,nec hoc totum,nec alia eius volumina euoluunt,in maximum errorem incidērūt: creduntque eum in hac eſſe opinione,vt Rhetoricen non artem,ſed peritiam quandam gratiæ ac voluptatis exiſtimet:& alio loco,ciuilitatis particulæ ſimulacrum,& quartam partem
D adulationis:quòd duas partes ciuilitatis corpori aſſignet, medicinam & quam interpretantur exercitatricem:duas animo,legalem atque iuſtitiam. Adulationem autem medicinæ, vocet coquorum artificium:& exercitatricis mangonum,qui colorem fuco,& verum robur inani ſagina mentiantur:legalis,cauillatricem:iuſtitiæ,Rhetoricen. Quæ omnia ſunt quidem ſcripta in hoc libro,dictaque à Socrate, in cuius perſona videtur Plato ſignificare quid ſentiat. Sed alii ſunt eius ſermones ad coarguendos qui contra diſputant compoſiti, quos ἐλεγκτικοὺς vocant:alii ad præcipiendum, qui δογματικοὶ appellantur. Socrates autem, ſeu Plato, eam quidem,quæ tum exercebatur,Rhetoricen,talem putat:nam & dicit his verbis, Τοῦτο τὸ πρόβλημα,οὗ ὑμεῖς πολιτεύεσθε. Non veram autem & honeſtam intelligit. Itaque diſputatio illa contra Gorgiam ita clauditur, ὑπὸ μὲν ἀνάγκης ἂρ ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια,καὶ πράττειν. Ad quod ille quidem conticeſcit,ſed ſermonem ſuſcipit Polus iuuenili calore inconſideratior:contra quem illa de ſimulacro & adulatione dicuntur. Tum Callicles adhuc concitatior,qui tamen ad hanc perducitur clauſulam, τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥη-
E τορικὸν ἔσεσθαι,δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων.vt appareat Platoni non Rhetoricen videri malum,ſed eam veram niſi iuſto ac bono non contingere.Adhuc autē in Phædro manifeſtius facit hanc Artem conſummari citra iuſtitiæ quoque ſcientiam non poſſe: cui opinioni nos quoque accedamus.An aliter defenſionem Socratis & eorum qui pro patria ceciderant,laudem ſcripſiſſet? quæ certè ſunt Oratoris opera.Sed in illud hominum genus,quod facultate dicendi male vtebatur inuectus eſt.Nam & Socrates inhoneſtam ſibi credidit orationem,quam ei Lyſias reo compoſuerat: & tum maximè ſcribere litigatoribus, quæ illi pro ſe ipſi dicerent,erat moris:atque ita iuri,quo non licebat pro altero agere, fraus adhibebatur.Doctoresque eius Artis parum idonei Platoni videbantur, qui Rhetoricen à iuſtitia ſeparārent,& veris credibilia præferrent. Nam id quoque dicit in Phædro. Conſen
F ſiſſe autem illis ſuperioribus videri poteſt etiā Cornelius Celſus:cuius hæc verba ſunt, Orator ſimile tantùm veri petit.Deinde paulo poſt,Non enim bona conſcientia, ſed victoria litigantis eſt præmium. Quæ ſi vera eſſent,peſſimorum hominum foret,hæc tam perniciosa nocentiſſimis moribus dare inſtrumenta,& nequitiam præceptis adiuuare. Sed illi rationē opinionis ſuæ viderint.Nos autem ingreſſi formare perfectum Oratorem,quem in primis eſſe bonum virum volumus,ad eos,qui de hoc opere melius ſentiunt, reuertamur. Rhe-

Cic.i.de Orat. Val. lib.vi.ti.iiii.

toricen autem quidam eandem ciuilitatem esse iudicauerunt. Cicero scientiæ ciuilis partem G
vocat: ciuilis autem scientia idem quod sapientia est. Quidam etiam philosophiæ, quorum
Rhetorice quid. est Isocrates. Huic eius substantiæ maximè conuenit Finitio, Rhetoricen esse bene dicendi
scientiam. Nam & orationis omnes virtutes simul complectitur: & protinus mores etiam
Oratoris, cum bene dicere non possit, nisi vir bonus. Idem valet Chrysippi finis ille ductus
â Cleanthe, scientia rectè diceudi. Sũt plures eiusdem, sed ad alias quæstiones magis perti-
nent. Idem sentiret finis hoc modo compræhensus, Persuadere quod oporteat, nisi quòd ar-
tem ad exitũ alligat. At bene Areus, Dicere secundum virtutem orationis. Excludunt à
Rhetorice malos & illi qui scientiam ciuilium officiorum eam putauerunt, si scientiam vir-
tutem iudicant: sed anguste intra ciuiles quæstiones coercẽt. Albutius non obscurus pro- H
fessor atque author, scientiam bene dicendi esse consentit: sed exceptionibus peccat, adiiciẽ-
do circa ciuiles quæstiones, & credibiliter: quarũ iam vtrique respodsum est. Probabilis &
illi voluntatis, qui rectè sentire, & dicere, Rhetorices finem putauerũt. Hi sunt ferè fines ma
ximè illustres, & de quibus præcipuè disputatur. Nam omnes quidem persequi, nec attinet,
nec possum: cum prauum quoddam (vt arbitror) studium circa scriptores artium extiterit,
nihil iisdem verbis quæ prior aliquis occupasset, finiendi: quæ ambitio procul aberit à me.
Dicam enim non vtique quæ inuenero, sed quæ placebunt: sicut hoc, Rhetoricen esse bene
dicendi scientiam: cum reperto quod est optimum, qui quærit aliud, peius velit. His appro-
batis, simul manifestum est illud quoque, quem finem, vel quid summum & vltimum ha-
beat Rhetorice, quod τέλος dicitur, ad quod omnis ars tendit. Nam si est ipsa bene dicen- I
Rhetorices finis. di scientia, finis eius & summum est, bene dicere.

An Vtilis sit Rhetorice. Cap. XVI.

Eloquẽtia mala. EQVITVR Quæstio, AN VTILIS RHETORICE. Nã quidam vehementer in eam inuehi solent: & quod sit indignissimum, in accu
S sationem orationis vtuntur orandi viribus, Eloquentiam esse quæ pœnis
eripiat scelestos, cuius fraude damnentur interim boni, cõsilia ducantur in
peius: nec seditiones modo turbæque populares, sed bella etiam inexpiabi-
lia excitentur: cuius denique tum maximus sit vsus, cum pro falsis contra veritatem valet.
Aristophanes Νεφελαῖς. Nam & Socrati obiiciunt comici, docere eum quomodo peiorem causam meliorem fa- K
ciat: & contra Tisiam & Gorgiam similia dicit polliceri Plato. Et his adiiciunt exempla Græ
corum Romanorumque, & enumerant qui pernicioſa non singulis tãtum, sed rebus etiam
publicis, vsi Eloquentia, turbauerunt status ciuitatum, vel euerterunt. Eóque & Lacedæmo-
niorum ciuitate expulsam, & Athenis quoque, vbi actor mouere affectus vetabatur, velut re-
cisam orandi potestatem. Quo quidem modo nec duces erunt vtiles, nec magistratus, nec
medicina, nec denique ipsa sapientia. Nam & dux Flaminius, & Gracchi, Saturnini, Glauciæ
magistratus, & in * medicis venena, & in iis qui philosophorum nomine male vtuntur, gra
uissima nonnunquam flagitia deprehensa sunt. Cibos aspernemur, attulerunt sæpe valetudi
nis causas: nunquam tecta subeamus, super habitantes aliquando procumbunt: non fabri-
cetur militi gladius, potest vti eodem ferro latro. Quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla L
sit vita, & (ne terrenis immorer) solem lunamque præcipua siderum, aliquando etiam noce-
re? Num igitur negabitur deformem Pyrrhi pacem Cæcus ille Appius dicendi viribus dire-
misse? Aut non diuina M. Tullii eloquentia & contra leges agrarias popularis fuit? & Cati-
linæ fregit audaciam? & supplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus da-
tur, in toga meruit? Nônne perterritos militum animos frequenter à metu reuocat Ora-
tor: & tot pugnandi pericula ineuntibus, laudem vita potiorem esse persuadet? Nec vero me
Lacedæmonii aut Athenienses magis mouerint, quàm populus Romanus, apud quẽ sum-
ma semper Oratoribus dignitas fuit. Equidem nec vrbium conditores reor aliter effectu-
ros, quàm vt vaga illa multitudo coiret in populos, nisi docta voce commota: nec legum re-
pertores sine summa vi orandi consecutos, vt se ipsi homines ad seruitutem iuris astringe- M
rent. Quin ipsa vitæ præcepta, etiam si natura sunt honesta, plus tamen ad formandas mẽ-
tes valẽt, quoties pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat. Quare etiã si in vtran-
que partem valent arma facundiæ, non tamen est æquum id haberi malum, quo bene vti li-
cet. Verum hæc apud eos forsitan quærantur, qui summam Rhetorices ad persuadendi vim
Eloquẽtiæ laus. * rettulerunt. Si vero est bene dicendi scientia, quem nos finem sequimur, vt sit Orator in
primis vir bonus, vtilem certè esse eam confitendum est. Et hercle deus ille princeps, pa-

A rens rerum,fabricatórque mundi,nullo magis hominem ſeparauit à cæteris, quæ quidem mortalia eſſent,animalibus,quàm dicendi facultate. Nam corpora quidem magnitudine, viribus,firmitate,patientia,velocitate præſtantiora in illis mutis videmus: eadē minus ege re acquiſitæ extrinſecus opis. Nam & ingredi citius,& paſci,& tranare aquas, citra docētem natura ipſa ſciunt. Et pleraque contra frigus ex ſuo corpore veſtiuntur, & arma iis ingenita quædam,& ex obuio ferè victus,circa quæ omnia multus hominibus labor eſt. Rationem igitur nobis præcipuam dedit,eiúsque nos ſocios eſſe cum diis immortalibus voluit. Sed ipſa ratio neque tam nos iuuaret,neque tam eſſet in nobis manifeſta, niſi quæ concepiſſemus mente,promere etiam loquendo poſſemus: quod magis deeſſe cæteris animalibus, quàm intellectum & cogitationem quandam videmus. Nam & moliri cubilia,& nidos te-
B xere,& educare fœtus,& excludere,quin etiam reponere in hyemem alimenta, opera quædam nobis inimitabilia, qualia ſunt cerarum & mellis,efficere,nonnullius fortaſſe rationis eſt:ſed quia carent ſermone quæ id faciunt,muta atque irrationabilia vocantur. Denique homines,quibus negata vox eſt,quantulum adiuuat animus ille cæleſtis? Quare ſi nihil à diis Oratione melius accepimus,quid tam dignū eſſe cultu ac labore ducamus, aut in quo malimus præſtare hominibus,quàm quo ipſi homines cæteris animalibus præſtēt? Eô quidem magis,quòd nulla in parte plenius labor gratiam refert. Id adeo manifeſtum erit, ſi cogitauerimus,& vnde,& quouſque iam prouecta ſit orandi facultas, & adhuc augeri poteſt. Nam vt omittam defendere amicos,regere conſiliis Senatum,populum, exercitum in quæ
C vult ducere,quàm ſit vtile,conueniatque bono viro, nónne pulchrum vel hoc ipſum eſt,ex communi intellectu verbisque,quibus vtuntur omnes,tantum aſſequi laudis & gloriæ, vt non loqui & orare,ſed quod Pericli contigit,fulgurare ac tonare videaris? Cic.i Or. ex Ariſtopha.

An Rhetorice ſit Ars. Cap. XVII.

FINIS nō erit ſi expatiari parte in hac,& indulgere voluptati velim. Trāſeamus igitur ad eam Quæſtionem quæ ſequitur, AN RHETORI-
F CE ARS SIT. Quod quidem adeo ex iis qui præcepta dicendi tradiderunt,nemo dubitauit, vt etiam ipſis librorum titulis teſtatum ſit ſcriptos eos,De Arte Rhetorica: Cicero vero etiam eam quæ Rhetorice vocetur,eſſe artificioſam Eloquentiam dicat. Quod non Oratores tantùm iudicauerunt, vt ſtu-
D diis aliquid ſuis præſtitiſſe videantur:ſed cum iis philoſophi,& Stoici,& Peripatetici plerique conſentiunt. Ac me dubitaſſe confiteor,an hanc partem quæſtionis tractandam putarem. Nam quis eſt adeo non ab eruditione modo,ſed à ſenſu remotus hominis, vt fabricandi quidem & texendi,& è luto vaſa ducendi Artem putet, Rhetoricen autem maximū ac pulcherrimum (vt ſupra diximus) opus,in tam ſublime faſtigium exiſtimet ſine arte veniſſe? Equidem illos,qui contra diſputarunt,non tam id ſenſiſſe quod dicerent, quàm exercere ingenia materiæ difficultate credo voluiſſe:ſicut Polycratem cum Buſyrim laudaret, & Clytemnæſtram:quanquam is,quod his diſſimile non eſſet, compoſuiſſe orationem, quæ eſt habita contra Socratem, dicitur. Quidam naturalem eſſe Rhetoricen volunt,& tamē adiuuari exercitatione non diffitentur. vt in libris Ciceronis de Oratore dicit Antonius, Lib.i. Antonius diſſimulator Artis.
E Obſeruationem quandam eſſe,non Artem. Quod non ideo, vt pro vero accipiamus,eſt poſitum,ſed vt Antonii perſona ſeruetur,qui diſſimulator artis fuit. Hanc autem opinionē habuiſſe Lyſias videtur,cuius ſentētiæ talis defenſio eſt,quòd indocti,& barbari, & ſerui pro ſe cum loquuntur,aliquid dicant ſimile principio,narrent,probent,refutent, & (quod vim habeat epilogi) deprecentur. Deinde adiiciunt illas verborum cauillationes. Nihil quod ex arte fiat,ante artem fuiſſe:atqui dixiſſe homines pro ſe,& in alios ſemper: doctores Artis ſero iam & circa Tiſiam & Coraca primum repertos: orationem igitur ante artē fuiſſe,eóque artem non eſſe. Nos porro quando cœperit huius rei doctrina,non laboramus exquirere,quanquam apud Homerum etiam, præceptorem Phœnicem, tum agendi, tum etiam eloquendi: & Oratores plures: & omne in tribus ducibus orationis genus: & certa-
F mina quoque propoſita eloquentiæ inter iuuenes inuenimus: & in cælatura clypei Achillis & lites ſunt & actores. Illud enim admonere ſatis eſt,omnia quæ Ars conſummarit,à natura initia duxiſſe:aut tollatur medicina,quæ ex obſeruatione ſalubrium atque his contrariorum reperta eſt,& vt quibuſdam placet,tota conſtat experimentis. Nam & vulnus deligauit aliquis antequàm hæc Ars eſſet: & febrem quiete & abſtinentia, non quia rationem videbat,ſed quia id valetudo ipſa coegerat,mitigauit. Nec fabrica ſit ars: caſas enim primi Prima obiectio. Iliad.ix. Iliad.xv. Iliad. xviii.

illi sine arte fecerunt. Nec musica cantatur ac saltatur per omnes gentes aliquo modo. Ita si G
Rhetorice vocari debet sermo quicunque, fuisse eam antequam esset ars, confitebor. Si vero
non quisquis loquitur Orator est, & tum non tanquam Oratores loquebantur, necesse est
II Oratorem factum arte, nec ante artē fuisse fateantur. Quo illud quoque excluditur, quod
dicunt, Non esse artis id quod faciant qui non didicerint: dicere autem homines, & qui nō
didicerint. Ad cuius rei confirmationem afferunt Demadem remigem & Aeschinem hypo
critem Oratores fuisse: falsò. Nam neque Orator esse qui non didicit, potest: & hos sero po-
tius quâm nunquam didicisse quis dixerit? quanquam Aeschines ab initio sit versatus in li-
teris, quas pater eius etiam docebat: Demadem neque non didicisse certum sit, & continua
dicendi exercitatio potuerit tantum, quantuscunque postea fuit, fecisse. Nam id potissimū
discendi genus est. Sed adhuc præstantiorem, si didicisset, futurum fuisse dicere licebit. Nec H
enim orationes scribere est ausus, vt eum multum valuisse in dicendo sciamus. Aristote-
les, vt solet, quærendi gratia, quædam subtilitatis suæ argumenta excogitauit in Gryllo: sed
idem & de arte Rhetorica tres libros scripsit, & in eorum primo non artem solum eam fa-
tetur, sed ei particulam ciuilitatis, sicut dialecticis, assignat. Multa Critolaus contrà, mul-
ta Rhodius Athenodorus. Agnon quidem detraxit sibi inscriptione ipsa fidem, qua Rheto
rices accusationem professus est. Nam de Epicuro, qui disciplinas omnes fugit, nihil miror.
Hi complura dicunt, sed ex paucis locis ducta. Itaque potentissimis eorum breuiter occur-
III ram, ne in infinitum quæstio euadat. Prima his argumentatio ex materia est. Omnes
enim artem aiūt habere materiam, quod est verum: Rhetorices nullam esse propriam, quod
IIII esse falsum in sequentibus probabo. Altera calumnia, nullam artem falsis assentire opi- I
nionibus, quia cōstitui sine * præceptione non possit, quæ semper vera sit: Rhetoricen assen
tiri falsis, non esse igitur artem. Ego Rhetoricen nonnunquam dicere falsa pro veris confite
bor, sed non ideo in falsa quoque esse opinione concedam: quia longe diuersum est sibi ipsi
quid videri, & vt alii videatur efficere. Nam & imperator falsis vtitur sæpe: vt Annibal, cum
inclusus a Fabio sarmentis circum cornua boum deligatis, incensisque, per noctem in ad-
uersos montes agens armenta, speciem hosti abeuntis exercitus dedit: sed illum fefellit, ipse
quid verum esset, non ignorauit. Nec vero Theopompus Lacedæmonius, cum permutato
cum vxore habitu è custodia vt mulier euasit, falsam de se opinionem habuit, sed custodi-
bus præbuit. Itidem Orator cum falso vtitur pro vero, scit esse falsum, eóque se pro vero vti:
non ergo falsam habet ipse opinionem, sed fallit alium. Nec Cicero cum se tenebras offu- K
disse iudicibus in causa Cluentii gloriatus est, nihil ipse vidit. Et pictor cum vi artis suæ effi-
cit, vt quædam eminere in opere, quædam recessisse credamus, ipse ea plana esse non nescit.
V Aiunt etiam, Omnes artes habere finem aliquem propositum ad quem tendant: hunc
modo nullum esse in Rhetorice, modo non præstari eum qui promittatur. Mentiūtur. Nos
enim esse finem iam ostendimus, & quis esset diximus. præstabit hunc semper Orator, sem
per enim bene dicet. Firmum autem hoc quod opponitur aduersus eos fortasse sit, qui per-
suadere finem putauerunt. Noster Orator, ars que à nobis finita non sunt posita in euentu.
Tendit quidem ad victoriam qui dicit, sed cum bene dixit, etiam si non vincat, id quod arte
continetur effecit. Nam & gubernator vult salua naue in portum peruenire: si tamen tem-
pestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator: dicétque notum illud, Dum clauū L
rectum teneam. Et medicus sanitatem ægri petit: si tamen aut valetudinis vi, aut intemperā
tia ægri, alióve quo casu summa non contigit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit,
medicinæ fine non excidit. Ita Oratori bene dixisse finis est. Nam est ars ea, vt post paulum
VI clarius ostendemus, in actu posita, non in effectu. Ita falsum erit illud quoque quod dici
tur, Artes scire quando sint finem consecutæ, Rhetoricen nescire. Nam se quisque bene dice-
VII re intelligit. Vti etiam vitiis Rhetoricen, quod ars nulla faciat, criminantur: quia & fal-
sum dicat, & affectus moueat. Quorum neutrum est turpe, cum ex bona ratione proficiscī-
tur, ideóque nec vitium. Nam & mendacium dicere, etiam sapienti aliquando cōcessum est:
& affectus, si aliter ad æquitatem perduci iudex non poterit, necessario mouebit Orator. Im
periti enim iudicant, & qui frequenter in hoc ipsum fallendi sunt, ne errent. Nam si mihi
sapientes iudices dentur, sapientum conciones, atque omne consilium, nihil inuidia valeat, M
nihil gratia, nihil opinio præsumpta, falsique testes, perquam sit exiguus Eloquentiæ locus,
* qui propè in sola delectatione ponatur. Sin & audientium mobiles animi, & tot malis ob
noxia veritas, arte pugnandum est, & adhibenda quæ prosunt: nec enim qui recta via depul-
VIII sus est, reduci ad eam, nisi alio flexu potest. Plurima vero ex eo contra Rhetoricen cauil-

A latio eſt,quòd ex vtraque cauſæ parte dicatur. Inde hoc,Nullam eſſe artem ſibi contrariam, Rhetoricam eſſe contrariam ſibi. Nullam artem deſtruere quod effecerit: accidere hoc IX Rhetorices operi. Item,Dicenda eam docere,& non dicenda.Itaque vel per hoc nõ eſſe X artem quôd non dicenda præcipiat:vel per hoc,quòd cum dicenda præceperit, etiam contraria his doceat. Quæ omnia apparent de ipſa Rhetorice dici,quæ ſit à bono viro,atque ab ipſa virtute ſeiuncta:alioqui vbi iniuſta cauſa eſt,ibi Rhetorice non eſt:adeo,vt vix ex admirabili quodam caſu poſſit accidere,vt ex vtraque parte Orator,id eſt vir bonus dicat. Tamen quoniam hoc quoque in rerum naturam cadit, vt duos ſapientes aliquando iuſtæ cauſæ in diuerſum trahant,quando etiam pugnaturos inter ſe eos ſi ratio ita duxerit,credunt,reſpon debo propoſitis:atque ita quidem,vt appareat hæc aduerſus eos quoque fruſtra excogitata,
B qui malis moribus nomen Oratoris indulgent. Nam Rhetorice non eſt contraria ſibi: cauſa enim cum cauſa,non illa ſecum ipſa componitur. Nec ſi pugnent inter ſe qui idem dicerint, iccirco ars,quæ vtriq; tradita eſt,nõ erit. Aliõqui nec armorũ,quia ſæpe gladiatores ſub eodem magiſtro eruditi inter ſe cõponũtur. Nec gubernandi, quia naualibus præliis gubernator eſt gubernatori aduerſus. Nec imperatoria, quia Imperator cum imperatore cõtendit. Item non euertit opus Rhetorice quod efficit. nec enim poſitum á ſe argumentum ſoluit Orator,ſed nc Rhetorice quidem. Quia apud eos, qui in perſuadendo finem putant, aut ſi quis(vt dixi)caſus,duos inter ſe bonos viros compoſuerit,veriſimilia quærentur. Non autem ſiquid eſt altero credibilius,id ei contrarium eſt,quod fuit credibile. Nam vt candido candidius, & dulci dulcius non eſt aduerſum, ita nec probabili probabilius. Nec
C præcipit vnquam non dicenda, nec dicendis contraria, ſed quæ in quâque cauſa dicenda ſunt. Non ſemper autem etiamſi frequentiſſimê, veritas tuenda erit, ſed aliquando exigit communis vtilitas, vt etiam falſa defendantur. Ponuntur hæ quoque in ſecundo XI Ciceronis de Oratore libro contradictiones, Artem earum rerum eſſe quæ ſciantur, Oratoris omnem actionem opinione nõ ſcientia contineri:quia & apud eos dicat qui neſciant, & ipſe dicat aliquando quæ neſciat. Ex his alterũ,id eſt an ſciat iudex de quo dicatur, nihil ad Oratoris artem:alteri reſpõdendum,Ars earum rerum eſt,quæ ſciuntur,Rhetorice eſt ars bene dicẽdi,bene autem dicere ſcit Orator.Sed neſcit an verum ſit,quod dicit. Ne hi quidẽ qui ignem,aut aquã,aut quatuor elementa,aut corpora inſeçabilia eſſe,ex quibus res omnes initium duxerunt,tradũt:nec qui interualla ſiderũ & menſuras ſolis ac terræ colligũt, diſci-
D plinam tamen ſuam Artem vocãt. Quod ſi ratio efficit vt hæc non opinari,ſed propter vim probationum ſcire videantur,eadem ratio idem præſtare Oratori poteſt. Sed an cauſa vera ſit,neſcit. Ne medicus quidẽ,an dolorem capitis habeat qui hoc ſe pati dicet,curabit tamen tanquàm id verum ſit,& erit ars medicina. Quid?quòd Rhetorice non vtique propoſitum habet ſemper vera dicẽdi,ſed ſemper veriſimilia,ſcit autẽ eſſe veriſimilia quæ dicit. Adii- XII ciunt his qui cõtra ſentiunt,quòd ſæpe quæ in aliis litibus impugnarunt actores cauſarum, eadem in aliis defendant. Quod non artis,ſed hominis eſt vitium. Hæc ſunt præcipua, Rhetorice quæ cõtra Rhetoricen dicantur:alia & minora,& tamen ex his fontibus deriuata. Confir eſt ars. matur autem eam eſſe Artem breuiter. Nã ſiue(vt Cleanthes voluit) Ars eſt poteſtas viã ac ordinem efficiẽs,eſſe certam viam atque ordinem in bene dicẽdo nemo dubitauerit:ſiue il-
E le ab omnibus ferè approbatus finis obſeruatur,Artẽ conſtare ex * præceptionibus cõſentiẽtibus & coexercitatis ad finem vtilem vitæ,iã oſtendimus nihil non horum in Rhetorice eſſe. Quid?quòd & inſpectione & exercitatione,vt artes cæteræ,conſtat? Nec poteſt ars non eſſe,ſi eſt ars Dialectice,quod ferè cõſtat, cum ab ea ſpecie magis quàm genere differat.

Sed nec illa omittenda ſunt,qua in re alius ſe inartificialiter,alius artificialiter gerat,in ea eſſe artem:& in eo quod qui didicerit,melius faciat quàm qui non didicerit,eſſe artẽ. Atqui non ſolum doctus indoctum,ſed etiam doctior doctum in Rhetorices opere ſuperabit: nec eſſent eius aliter tam multa præcepta,tamque magni qui docerent. Idque cum omnibus cõfitendum eſt,tum nobis præcipuè,qui rationem dicendi à bono viro non ſeparamus.

Generalis diuiſio Artium,& ex quibus ſit Rhetorica. Cap. XVIII.

F VM ſint autẽ ARTIVM aliæ poſitæ in Inſpectione, id eſt cognitione & æſtimatione rerũ,qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum, ſed ipſo
C rei,cuius ſtudium habet, intellectu contenta, quæ THEORETICE vocatur. Aliæ in agendo,quarum in hoc finis eſt, & ipſo actu perficitur, nihilque poſt actum operis relinquit,quæ PRACTICE dicitur,qualis

est saltatio: Aliæ in effectu,quæ operis,quod oculis subiicitur,consummatione finem ac- G
cipiunt,quam POETICEN appellamus, qualis est pictura ferè: iudicandum est Rhetoricen in actu consistere.Hoc enim quod est officii sui perficit, atque ita ab omnibus dictum est. Mihi autem videtur etiam ex illis cæteris artibus multum assumere. Nam & potest aliquando ipsa res per se inspectione esse contẽta.Erit enim Rhetorice in oratione etiã tacente,& si desierit agere,vel proposito, vel aliquo casu impeditus, non magis desinet esse Orator, quàm medicus, qui curandi fecerit finem. Nam est aliquis, ac nescio an maximus,etiam ex secretis studiis fructus, ac tum pura voluptas literarum, cum ab actu, id est opere recesserunt,& contemplatione sui fruuntur.Sed effectiuæ quoque aliquid simile, scriptis orationibus,vel historiis,quod ipsum opus in parte Oratoria merito ponimus, con- H
sequetur.Si tamen vna ex tribus Artibus habenda sit, quia maximus eius vsus actu continetur, atque est in eo frequentissima,dicatur actiua vel administratiua. Nam & hoc eiusdẽ rei nomen est.

Vtrum plus conferat Eloquentiæ Ars,an Natura. Cap. XIX.

CIO quæri etiam, NATVRA ne plus ad Eloquentiam conferat, an DOCTRINA. Quod ad propositum quidem nostri operis nihil perti-
S net:nec enim consummatus Orator,nisi ex vtroque, fieri potest: plurimum tamen referre arbitror,quam esse quæstionem in hoc loco velimus. Nam si parti vtrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam sine doctrina multũ valebit,doctrina nulla esse sine natura poterit.Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem I
vtrisque maius adhuc naturæ credam esse momentum, consummatos autem plus doctrinæ debere quàm naturæ putabo. Sicut terræ nullam fertilitatẽ habenti nihil optimus agricola profuerit,è terra vberi vtile aliquid etiam nullo colente nascetur. At in solo fœcundo plus cultor,quãm ipsa per se bonitas soli efficiet.Et si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere,Parium marmor mallem rude:at si illud idem artifex expoliisset,plus in manibus fuisset quàm in marmore. Denique Natura materiæ, Ars doctrinæ est.hæc fingit,illa fingitur.Nihil ars sine materia:materiæ etiam sine arte precium est. Ars summa,materia optima melior.

An Virtus sit Rhetorica. Cap. XX. K

LLA Quæstio est maior,An ex mediis artibus, quæ neque laudari per se, neque vituperari possunt,sed vtiles aut secus, secundum mores vtentiũ fiũt,
I habenda sit Rhetorice:an sit, vt compluribus etiam philosophorum placet, VIRTVS. Equidem illud quod in studiis dicendi plerique exercuerunt & exercent,aut nullam Artem,quæ ἀτεχνία nominatur,puto (multos enim video,sine ratione,sine literis,qua vel impudentia, vel fames duxit,ruentes) aut malam quasi Artem,quam κακοτεχνίαν dicimus. Nam & fuisse multos, & esse nonnullos existimo,qui facultatem dicendi ad hominum perniciem conuerterunt. Παπιοτεχνία quoque est quædam,id est superuacua Artis imitatio, quæ nihil sanè nec boni nec mali habeat, sed vanum laborem:qualis illius fuit qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum conti- L
nuo & sine frustratione inserebat. Quem cum spectasset Alexander, donasse eũ dicitur eiusdem leguminis modio. Quod quidem præmium fuit illo opere digniſſimum.His ego comparandos existimo,qui in Declamationibus,quas esse veritati dissimillimas volũt, ætatem
Rhetorice est virtus. multo studio ac labore consumunt. Verum hæc quam instituere conamur,& cuius imaginem animo concepimus,quæ bono viro conuenit,quæque est vera Rhetorice,virtus erit. Quod philosophi quidem multis & acutis conclusionibus colligunt: mihi vero etiam planiore hac,propriéque nostra probatione videtur esse perspicuum. Ab his hæc dicuntur, Si consonare sibi in faciendis ac non faciendis virtutis est, quæ pars eius Prudentia vocatur, eadem in dicendis ac non dicendis erit.Et si virtutes sunt, ad quas nobis etiam antequàm doceremur,initia quædam ac semina sunt concessa, natura: vt ad iustitiam, cuius rusticis M
quoque ac barbaris apparet aliqua imago:nos certè sic esse ab initio formatos, vt possemus orare pro bonis:& si non perfectè,tamẽ vt ineſſent quædam (vt dixi) semina eius facultatis,
Cic.ii.de Finib.i Orat. & in Partit.Orat. manifestum est. Non eadem autẽ his natura artibus est,quæ à virtute sunt remotæ. Itaque cum duo sint genera orationis, altera perpetua,quæ Rhetorice dicitur:altera cõcisa,quæ Dialectice:quas quidem Zenon adeo coniunxit,vt hanc compressæ in pugnum manus, il-

A lam explicitæ diceret [illegible],etiam disputatrix virtus erit : adeo de hac, quæ speciosior atque apertior tanto est,nihil dubitabitur.Sed plenius hoc idē atque apertius intueri ex ipsis operibus volo. Nam quid Orator in laudando faciet,nisi honestorum ac turpium peritus? aut in suadendo,nisi vtilitate perspecta?aut in iudiciis,si iustitiæ sit ignarus? Quid?non fortitudinem postulat res eadem,cum sæpe contra turbulentas populi minas,sæpe cum pericu losa potentium offensa,nonnunquam , vt in iudicio Miloniano , inter circunfusa militum arma dicendum sit:vt si virtus non est,ne perfecta quidem esse possit oratio . Quòd si ea in quoque animalium est virtus,qua præstat cætera vel pleraque,vt in leōne impetus , in equo velocitas,hominem porro ratione atque oratione excellere cæteris certum est, cur non tam in Eloquentia,quàm in oratione virtutem eius esse credamus?Rectéque hæc apud Ciceronē
B differit Crassus,Est enim Eloquentia vna quædam de summis virtutibus. Et ipse Cicero, in sua persona,cum ad Brutum in epistolis , tum etiam aliis locis,virtutem eam appellat . At proœmium aliquando & narrationem dicit malus homo & argumenta : sic, vt nihil sit in his requirendum. Nam & latro pugnabit acriter, virtus tamen erit fortitudo : & tormenta sine gemitu feret malus seruus,tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. Multa fiunt eadem,sed aliter.Sufficiant igitur hæc,quia de vtilitate supra tractauimus.

Quæ sit Materia Rhetorices. Cap. XXI.

MATERIAM RHETORICES quidam dixerūt esse Orationē,quā sententiā ponit apud Platonem Gorgias. Quæ si ita accipitur,vt sermo quacūque de re compositus dicatur oratio,non materia,sed opus est:vt statuarii,statua.nā & oratio efficitur arte,sicut statua.Si vero hac appellatione verba ipsa significari putamus,nihil hæc sine rerum subſtātia faciūt. Quidā Argumenta Persuasibilia : quæ & ipsa in parte sunt operis , & arte fiunt , & materia egent.
C M Quidam Ciuiles Quæstiones:quorū opinio nō qualitate,sed modo errauit.Est enim hæc materia Rhetorices, sed nō sola. Quidam, quia virtus sit Rhetorice , materiam eius totā Vitam vocant. Alii,quia non omnium virtutum materia sit tota vita,sed pleræque earum versentur in partibus,sicut iustitia,fortitudo,cōtinētia propriis officiis, & suo fine intelligū tur:Rhetoricen quoq; dicūt in vna aliqua parte ponendā,eique locū in Ethice negocialē assignāt,id est πραγματικὴν. Ego(neq; id sine authoribus)materiā esse Rhetorices iudico,Omnes
D res quæcunque ei ad dicendū subiectæ erunt. Nam Socrates apud Platonem dicere Gorgiæ videtur,non in verbis esse materiam, sed in rebus. Et in Phædro , palàm id non in iudciis modo & concionibus , sed in rebus etiam priuatis ac domesticis Rhetoricen esse demonstrat. Quo manifestum est,hāc opinionem ipsius Platonis fuisse.Et Cicero quodā loco ma- i.de Orat.
teriam Rhetorices vocat res quæ subiectæ sunt ei , sed certas demum putat esse subiectas. Alio vero,de omnibus rebus Oratori dicendum arbitratur,his quidem verbis, Quanquam vis Oratoris professioque ipsa bene dicēdi hoc suscipere ac polliceri videatur, vt omni de re quæcunque sit proposita,ornatè ab eo copioseque dicatur . Atque adhuc alibi , Enimuero iii.de Orat.
Oratori,quæ sunt in hominum vita (quandoquidem in ea versatur Orator , atque ea est ei subiecta materia) omnia quæsita,audita,lecta, disputata, tractata, agitata esse debent . Hanc
E autem quam nos materiam vocamus,id est res subiectas, quidam modo infinitam, modo non propriam Rhetorices esse dixerunt,eámque artem Circūcurrentem vocauerunt, quòd in omni materia diceret:cum quibus mihi minima pugna est . Nam de omni materia dicere eam fatentur:propriam habere materiam, quia multiplicem habeat , negant . Sed nec infinita est,etiam si est multiplex:& aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam,velut Architectonice. Nanque ea in omnibus quæ sunt in ædificio vtilia, versatur . Et Cælatura,quæ auro,argēto,ære,ferro,opera efficit. Nam Sculptura etiam lignum,ebur, mar mor,vitrum,gemmas,præter ea quæ supra dixi,complectitur. Nec protinus non est materia Rhetorices,si in eadem versatur & alius. Nam si quæram quæ sit materia statuarii,dicetur æs:si quæram quæ sit excusoris,id est eius fabricæ,quam Græci vocant χαλκευτικὴν,si-
F militer æs esse respondeant . Atqui plurimum statuis differunt vasa . Nec medicina ideo non erit ars, quia vnctio & exercitatio cum palæstrica , ciborum vero qualitas etiam cum coquorum ei sit arte communis. Quod vero de bono, vtili, iusto differere , philosophiæ officium esse dicunt,non obstat. Nam cum philosophum dicunt , hoc accipi volunt , virum bonum. Cur igitur Oratorem,quem à bono viro non separo , in eadem materia versari mirer ? Cum præsertim primo libro iam ostenderim,philosophos omissam hanc ab

Oratoribus partem occupaſſe, quæ Rhetorices propria ſemper fuiſſet, vt illi potius in noſtra materia verſentur. Denique cum ſit Dialectices materia de rebus ſubiectis diſputare, ſit autẽ Dialectices oratio cóciſa, cur non eadem perpetuæ quoque materia videatur? Solet à quibuſdam & illud poni, Omnium igitur artiũ peritus erit Orator, ſi de omnibus ei dicendum eſt. Poſſem hic Ciceronis reſpondere verbis, apud quem hæc inuenio, Mea quidẽ ſentẽtia nemo eſſe poterit omni laude cumulatus Orator, niſi erit omium rerũ magnarũ, atque artium ſciẽtiam conſecutus. Sed mihi ſatis eſt, eius eſſe Oratorem rei de qua dicit, nõ inſcium. Nec enim omnes cauſas nouit, & debet poſſe de omnibus dicere. De quibus ergo dicet? de quibus didicit. Similiter de artibus quoque, de quibus dicẽdum erit, interim diſcet: & de quibus didicerit, dicet. Quid ergo, nõ aut faber de fabrica melius, aut de Muſice muſicus? Si neſciat Orator quid ſit de quo quæratur, plane melius. Nã & litigator ruſticus illiteratusq; de cauſa ſua melius quàm Orator, qui neſciet quid in lite ſit, dicet. Sed accepta à muſico, à fabro, ſicut à litigatore, melius Orator quàm ipſe qui docuerit. Verũ & faber cũ de fabrica, & muſicus de muſica, ſiquid cõfirmationem deſideraverit, dicet: non erit quidẽ Orator, ſed faciet illud quaſi Orator. Sicut cũ vulnus imperitus deligabit, nõ erit medicus, ſed faciet vt medicus. An huiuſmodi res, nec in laudem, nec in deliberationem, nec in iudiciũ veniũt? Ergo cum de faciẽdo portu Hoſtienſi deliberatum eſt, nõ debuit dicere ſententiam Orator? Atqui opus erat ratione architectorum. Liuores & tumores in corpore, cruditatis an veneni ſigna ſint, nõ tractat Orator? at eſt id ex ratione medicinæ. Circa menſuras & numeros nõ verſabitur? Dicamus has Geometriæ eſſe partes. Equidẽ omnia ferè poſſe poſſe credo caſu aliquo venire in officiũ Oratoris: quod ſi nõ accidet, nõ erunt ei ſubiecta. Ita ſic quoque rectè diximus materiam Rhetorices eſſe, omnes res ad dicẽdum ei ſubiectas: quod quidem probat etiam ſermo cõmunis. Nam cum aliquid de quo dicamus accepimus, poſitam nobis eſſe materiam frequẽter etiam præfatione teſtamur. Gorgias quidem adeo Rhetori de omnibus putauit eſſe dicẽdum, vt ſe in auditoriis interrogari pateretur, qua quiſque de re vellet. Hermagoras quoque, dicẽdo materiam eſſe in cauſa & in quæſtionibus, omnes res ſubiectas erat cõplexus. Sed quæſtiones ſi neget ad Rhetoricen pertinere, diſſentit à nobis: ſi autẽ ad Rhetoricen pertinẽt, ab hoc quoque adiuuamur. Nihil eſt enim quod non in cauſam aut in quæſtiones cadat. Ariſtoteles tres faciendo Partes orationis, Iudicialem, Deliberatiuam, Demonſtratiuam, penè & ipſe Oratori ſubiecit omnia. nihil enim non in hæc cadit Quæſitum à pauciſſimis etiam de inſtrumento eſt. INſtrumentum voco, ſine quo formari materia in id quod velimus effici opus, non poſſit. Verum hoc ego non artem credo agere, ſed artificem. Neque enim ſcientia deſiderat inſtrumentum, quæ poteſt eſſe conſummata, etiam ſi nihil faciat: ſed ille opifex, vt cælator cælũ, & pictor penicilla. Itaque hæc in eum locum, quo de Oratore dicturi ſumus, differamus.

i. de Orat.

Cic. i. & iii. de Orat. itẽ de Finib.

Inſtrumentum.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER TERTIVS.

De Scriptoribus Artis Rhetorice. Cap. I.

QVONIAM in libro ſecundo quæſitum eſt, quid eſſet Rhetorice, & quis finis eius, artem quoque eſſe eã, & vtilẽ & virtutem, vt vires noſtræ tulerunt, oſtendimus: materiamque ei res omnes de quibus dicere oporteret, ſubiecimus: iam hinc vnde cœperit, quibus cõſtet, quo quæque in ea modo inuenienda atque tractanda ſint, exequar. Intra quem modum plerique ſcriptores artium conſtiterunt, adeo vt Apollodorus contẽtus ſolis Iudicialibus fuerit. Nec ſum ignarus hoc à me præcipuè, quod hic liber inchoat, opus, ſtudioſos eius deſideraſſe, vt inquiſitione opinionum, quæ diuerſiſſimæ fuerunt, longè difficillimum, ita neſcio an minimè legentibus futurũ voluptati: quippe quòd propè nudam præceptorum traditionẽ deſideret. In cæteris enim admiſcere tentauimus aliquid nitoris, non iactandi ingenii gratia (nãque in id eligi materia poterat vberior) ſed vt hoc ipſo alliceremus magis iuuẽtutem ad cognitionem eorum, quæ neceſſaria ſtudiis arbitrabamur, ſi ducti iucunditate aliqua lectionis libentius diſcerent ea, quorũ ne ieiuna atque arida tradi tio auerteret animos, & aures (præſertim tam delicatas) raderet, verebamur. Qua ratione ſe Lucretius dicit præcepta philoſophiæ carmine eſſe complexum. Nanque hac, vt eſt notum,

A similitudine vtitur, Ac veluti pueris absinthia tetra medētes Cũ dare conātur,prius oras pocula circum * Contingunt mellis dulci flauóque liquore,& quæ sequũtur. Sed nos nunc veremur,ne parum hic liber mellis,& absinthii multum habere videatur,sitque salubrior studiis quàm dulcior. Quin etiam hoc timeo,ne ex eo minorem gratiam ineat, quòd pleraque non inuenta per me,sed ab aliis tradita continebit:habeat etiam quosdam qui cõtra sentiant & aduersentur,propterea quôd plurimi authores,quanuis eodem tenderent,diuersas tamen vias * munierũt,atque in suam quisque induxit sequentes. Illi autem probant qualecunque ingressi sunt iter:nec facilè inculcatas pueris persuasiones mutaueris: quia nemo non didicisse mauult quàm discere. Est autem,vt procedēte libro patebit,infinita dissen
H sio authorum. primo ad ea quæ rudia atque imperfecta adhuc erant,adiicientibus quod in-
B uenissent scriptoribus:mox,vt aliquid sui viderentur afferre,etiam recta mutātibus. Nam primus post eos quos poetæ tradiderunt,mouisse aliqua circa Rhetoricen Empedocles dicitur. Artium autem scriptores antiquissimi Corax & Thisias Siculi:quos insecutus est vir eiusdem insulæ Gorgias Leontinus Empedoclis(vt traditur)discipulus. Is beneficio longissimæ ætatis (Nam centum & nouem vixit annos)cum multis simul floruit. Ideóque & illorum,de quibus supra dixi, fuit æmulus, & vltra Socratem vsque durauit. Trasymachus Chalcedonius cũ hoc,& Prodicus * Ceius,& Abderites Protagoras,à quo decem milibus denariorum didicisse artem, quam edidit, Euathlus dicitur:& Hippias Elæus, & quem Palameda Plato appellat, Alcidamas Eleates. Antiphon quoque & primus omniũ orationem scripsit,& nihilominus artem & ipse cõposuit, & pro se dixisse optimè,est creditus.
C Etiam Polycrates,à quo scriptam in Socratem diximus orationem. Et Theodorus Byzantius,ex iis & ipse,quos Plato appellat λογοδαιδάλους. Horum primi Cõmunes Locos tractasse dicuntur,Protagoras,Gorgias, Prodicus, & Trasymachus. Cicero in Bruto negat ante Periclem scriptum quicquam,quod ornatum Oratorium habeat:eius aliqua ferri. Equidem non reperio quicquam tantæ eloquētiæ fama dignum. Ideóque minus miror, esse qui nihil ab eo scriptum putent:hæc autem quæ feruntur,ab aliis esse composita. His succesſere multi,sed clarissimus Gorgiæ auditor Isocrates, quanquam de præceptore eius inter authores non conuenit. Nos autem Aristoteli credimus. Hinc velut diuersæ secari cœperunt viæ. In Phædro Cic.ī Orat.

Nam & Isocratis præstantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere, eóque iam seniore (octauum enim & nonagesimum impleuit annum) pomeridianis scholis Aristote-
D les præcipere artem Oratoriam cœpit,noto quidem illo(vt traditur) versu ex Philocteta frequenter vsus, αἰαχρὸν σιωπᾶν μὴ, μὴ Ἰσοκράτει ἐᾶν λέγειν, Turpe esse tacere, & Isocratem pati dicere. Ars est vtriusque,sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est. Eodem tempore Theodectes fuit,de cuius opere supra dictum est. Theophastus quoque Aristotelis discipulus,de Rhetorice diligēter scripsit:atque hinc vel studiosius philosophi quàm Rhetores,præcipuéque Stoicorum atque Peripateticorum principes. Fecit deinde velut propriã Hermagoras viam,quam plurimi sunt secuti:cui maximè par atque æmulus videtur Athenæus fuisse. Multa pòst Apollonius Mõlon, multa Areus, multa Cecilius,& Halicarnasseus Dionysius. Præcipuè tamẽ in se cõuerterũt studia Apollodorus Pergamenus,qui præceptor Apolloniæ Cæsaris Augusti fuit:& Theodorus Gadareus,qui se dici maluit Rho
E diũ:quem studiosè audisse cum in eam insulam secessisset,dicitur Tyberius Cæsar. Hi diuersas opiniones tradiderunt,appellatique inde Apollodorei & Theodorei,ad morem certas in philosophia sectas sequendi. Sed Apollodori præcepta magis ex discipulis cognoscas: quorũ diligentissimus in tradendo latine,fuit C. Valgius, græcè Atticus. Nam ipsius sola videtur ars edita ad Matium,quia cæteras missa ad Domitium epistola non agnoscit. Plura scripsit Theodorus,cuius auditorem Hermagoram sunt qui viderint. Romanorum primus (quantum ego quidem sciam) condidit aliqua in hanc materiam M. Cato ille Censorius post M. Antonius inchoauit. Nam hoc solum opus eius, & id ipsum imperfectum, manet. Secuti minus celebres,quorum memoriam si quo loco res poscet,non omittam. Præcipuum vero lumen sicut Eloquentiæ,ita præceptis quoque eius dedit vnicũ apud nos spe-
F cimen orandi,docendique Oratorias artes M. Tullius, post quem tacere modestissimum foret,nisi & Rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret : & in Oratoriis hæc minora quæ plerique desiderant,sciens omisisset. Scripsit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio: accuratius vero priores Gallione Celsus & Lenas,& ætatis nostræ Virginius, Plinius, Rutilius. Sunt & hodie clari eiũdem operis authores : qui si omnia complexi forent, consuluissent labori meo:sed pa co Cic. iii. de Orat. & i. Tuscul. Romani scriptores Rhetoricorum. i. de Orat.

nominibus viuentium:veniet eorum laudi ſuum tempus. ad poſteros enim virtus durabit, G
non perueniet inuidia. Non tamen poſt tot ac tantos ſcriptores pigebit meam quibuſdam
locis poſuiſſe ſententiam. Nec enim me cuiuſquam ſectæ,velut quadam ſuperſtitione imbu
tus,addixi, & electuris quæ volent facienda copia fuit. Sicut ipſe plurium in vnum confe-
ro inuenta,vbicunque ingenio non erit locus,curæ teſtimonium promeruiſſe contentus.

Quod Initium Rhetorices. Cap. II.

EC diu nos moretur quæſtio,quæ RHETORICES ORIGO ſit.
Nam cui dubium eſt,quin ſermonem ab ipſa rerum natura geniti protinus
N homines acceperint? quod certè principium eſt eius rei. Huic ſtudium & H
incrementum dederit vtilitas,ſummam ratio & exercitatio? Nec video qua-
re curam dicendi putent quidam inde cœpiſſe,quòd ii qui in diſcrimen ali-
quod vocabantur, accuratius loqui defendendi ſui gratia inſtituerint. Hæc enim vt hone-
ſtior cauſa, ita non vtique prior eſt,cum præſertim accuſatio præcedat defenſionẽ: niſi quis
dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius qui ferrum in tutelam ſui,quàm qui in pernicié
alterius compararit. Initium ergo dicendi dedit natura:initium artis,obſeruatio. Homines
enim ſicut in medicina cum viderent alia ſalubria,alia inſalubria, ex obſeruatione eorũ effe
cerunt artem:ita cum in dicendo alia vtilia,alia inutilia deprehenderent,notarũt ea ad imi-
tandum vitandũmque,& quædam ſecundum rationem eorum adiecerunt ipſi quoque:hæc
confirmata ſunt vſu,tum quæ ſciebat quiſque docuit. Cicero quidem initium orandi condi- I
toribus vrbium ac legum latoribus dedit,in quibus fuiſſe vim dicendi neceſſe eſt:cur tamẽ
hanc primam originem putet,non video,cum ſint adhuc quædam vagæ, & ſine vrbibus ac
ſine legibus gentes,& tamen qui ſunt in iis nati,& legationibus fungantur, & accuſent ali-
qua ac defendant,& denique alium melius alio loqui credant.

Quinque eſſe partes Rhetorices. Cap. III.

OMNIS autem orandi ratio, vt plurimi maximique authores tradiderũt,
quinque Partibus conſtat, Inuentione, Diſpoſitione, Elocutione, Memo-
O ria,Pronunciatione ſiue Actione: vtroque enim modo dicitur. Omnis
vero Sermo,quo quidem voluntas aliqua enunciatur, habeat neceſſe eſt & K
Rem,& Verbum. Ac ſi eſt breuis,& vna concluſione finitur, nihil fortaſſe
vltrà deſideret: at oratio longior plura exigit. Non enim tantùm refert,quid,& quomo
do dicamus,ſed etiam quo loco: opus ergo eſt Diſpoſitione. Sed nec omnia quæ res po-
ſtulat, dicere, nec ſuo quæque loco poterimus, niſi adiuuante Memoria. Quapropter ea
pars quarta erit. Verum hæc cuncta corrumpit ac propemodum perdit indecora vel vo-
ce vel geſtu Pronunciatio. Huic quoque igitur neceſſariò tribuẽdus eſt quintus locus. Nec
audiendi quidam, quorum eſt Albutius, qui treis modo primas eſſe partes volunt, quia
Memoria atque Actio natura, non arte contingant: quarum nos præcepta ſuo loco dabi-
mus:licet Traſymachus quoque idem de Actione crediderit. His adiecerũt quidam ſex-
tam partem, ita vt Inuentioni Iudicium ſubnecterent: quia primum eſſet inuenire, dein- L
de iudicare. Ego porro ne inueniſſe quidem credo eum, qui non iudicauit: nec enim con-
traria, communia, ſtulta inueniſſe dicitur quiſquam,ſed non *vitaſſe. Et Cicero quidem
in Rhetoricis Iudicium ſubiecit Inuentioni. Mihi autem adeo primis tribus partibus vi-
detur eſſe permixtum. nam nec Diſpoſitio ſine eo,nec Elocutio fuerit, vt Pronunciatio-
nem quoque vel plurimum ab eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quòd in
Partitionibus Oratoriis ad eaſdem, de quibus ſupradictum eſt, quinque peruenit partes.
Nam cum dupliciter primum diuiſiſſet in Inuentionem atque Elocutionem,Res ac Diſpo
ſitionem Inuentioni,Verba & Pronunciationem Elocutioni dedit:quintam quoque conſti
tuit communem,ac velut cuſtodem omnium,Memoriam. Idem in Oratore,quinque rebus
conſtare Eloquentiam dicit. In quibus poſtea ſcriptis certior eius ſententia eſt. Non mi- M
nus mihi cupidi nouitatis alicuius videtur fuiſſe,qui adiecerunt Ordinẽ, cũ Diſpoſitionem
dixiſſent:quaſi aliud ſit Diſpoſitio, quàm rerum ordine quàm optima collocatio. Dion
Inuẽtionem modo & Diſpoſitionem tradidit,ſed vtranque duplicem,rerum ac verborum,
vt ſit Elocutio Inuẽtionis,Pronunciatio Diſpoſitionis: his quinta pars Memoria accedat.
Theodorei fere Inuentionem duplicem,rerum atque elocutionis,deinde treis partes cæ-
teras. Hermagoras,Iudiciũ,Partitionẽ, Ordinẽ,quæque Elocutionis ſunt,ſubiecit Oeco-

A nomiæ: quæ Græce appellata ex cura rerum domeſticarum,& hic per abuſionem poſita,no
mine latino caret. Eſt etiã circa hoc quæſtio:quòd memoriam in ordine partiũ quidam
Inuẽtioni,quidã Diſpoſitioni ſubiũxerũt: nobis quartus * ſit ei locus,maximè placet. Non
enim tantum inuẽta tenere,vt diſponamus,nec depoſita vt eloquamur,ſed etiam verbis for
mata memoriæ mandare debemus. Hac enim omnia quæcunque in oratione collata ſunt,
continentur. Fuerunt etiã in hac opinione non pauci, vt has non Rhetorices partes eſſe
exiſtimarent,ſed opera Oratoris. Eius enim eſſe inuenire,diſponere,eloqui,& cætera. Quod
ſi accipiamus,nihil arti relinquimus. Nam bene dicere,eſt Oratoris: Rhetorice tamen eſt
bene dicendi ſcientia:vel,vt alii putant, artificis eſt perſuadere:vis autem perſuadendi,artis.
Ita inuenire quidem & diſponere,Oratoris:inuentio autem & diſpoſitio,Rhetorices pro-
B pria videri poteſt. In eo plures diſſenſerunt,vtrũ ne hæ partes eſſent Rhetorices,an eiuſ-
dem opera,an (vt Athenæus credit) elementa, quæ vocantur στοιχεῖα. Sed neque elementa
rectè quis dixerit,alioqui tantum initia erunt,vt mundi, vel humor, vel ignis, vel materia,
vel corpora inſecabilia:nec operum rectè nomen accipient,quæ nec ab aliis perficiuntur,ſed
& aliud ipſa perficiunt: Partes igitur. Nam cum ſit ex iis Rhetorice,fieri non poteſt,vt cum
totum ex partibus conſtet,non ſint partes totius,ex quibus conſtat. Videtur autem mihi,
qui hæc opera dixerunt,eo quoque moti,quòd in alia rurſus diuiſione nollent in idem no-
men incidere. Partes enim Rhetorices eſſe dicebãt Laudatiuam, Deliberatiuam,Iudicialẽ.
Quæ ſi partes ſunt, materiæ ſunt potius quàm artis. Nanque in his ſingulis Rhetorice to-
ta eſt,quia & Inuentionem,& Diſpoſitionem,& Elocutionem,& Memoriam, & Pronun-
C ciationem,quæcunque earum deſiderat. Itaque quidam genera tria Rhetorices dicere ma-
luerunt:optimè autem ii,quos ſecutus eſt Cicero,qui genera Cauſarum.

Tria eſſe genera Cauſarum. Cap. IIII.

ED TRia an plura ſint ambigitur. Nec dubiè,propè omnes vtique ſummæ
apud antiquos authoritatis ſcriptores Ariſtotelem ſecuti,qui nomine tãtùm
S alio Concionalem pro Deliberatiua appellat, hac partitione contenti fue-
runt. Verum & tunc leuiter eſt tentatum, tum apud Græcos quoſdam, tum
apud Ciceronem in libris de Oratore, & nunc maximo temporum noſtro- Lib.ii.
rum authore propè impulſum,vt non modo plura hæc genera, ſed etiam penè innumera-
D bilia videantur. Nam ſi laudandi ac vituperandi officium in parte tertia ponimus, in quo
genere verſari videmur,cum querimur,conſolamur,mitigamus,concitamus,terremus,con-
firmamus, præcipimus, obſcure dicta interpretamur, narramus, deprecamur, gratias
agimus,gratulamur,obiurgamus,maledicimus,deſcribimus,mandamus,renũciamus, opta
mus, opinamur, & plura alia: vt mihi in illa vetere perſuaſione permanenti, velut peten-
da ſit venia: quærendũmque,quo moti priores,rem tam late fuſam, tam breuiter aſtrinxe-
rint. Quos qui erraſſe putant,hoc ſecutos arbitrantur,quòd in his ferè verſari tum Oratores
videbant. Nam & laudes & vituperationes ſcribebantur,& ἐπιταφίους dicere erat moris, &
plurimum in conſiliis ac iudiciis inſumebatur operæ, vt ſcriptores artium pro ſolis com-
prehenderint frequentiſſima. Qui vero defendũt, Tria faciunt genera Auditorum:vnum
E quod ad delectationem conueniat, alterum quod conſilium accipiat, tertium quod de cau-
ſis iudicet. Mihi cuncta rimanti talis quædã ratio ſuccurrit, quòd omne Oratoris offi-
cium,aut in iudiciis eſt,aut extra iudicia. Eorum de quibus in iudicio quæritur, manifeſtũ
genus eſt:ea quæ ad iudicem non veniunt,aut præteritum habent tempus,aut futurũ. Præ-
terita laudamus aut vituperamus,de futuris deliberamus. Item omnia,de quibus dicendum
eſt,aut certa ſint neceſſe eſt,aut dubia. Certa,vt cuique eſt animus, laudat aut culpat:ex du-
biis partim nobiſipſis ad electionem ſunt libera,de his deliberatur:partim aliorum ſenten-
tiæ commiſſa,de his lite cõtenditur. Anaximenes Iudicialem & Cõcionalem generales
partes eſſe voluit. Septem autem ſpecies,hortandi,dehortandi,laudandi, vituperandi, accu-
ſandi,defendendi,exquirendi,quod ἐξεταστικὸν dicunt:quarum duæ primæ Deliberatiui,duæ
F ſequentes Demõſtratiui, tres vltimæ Iudicialis generis ſunt partes. Protagoram tranſeo,
qui interrogandi,reſpondendi,mandandi,precandi, quod εὐχωλὴν dixit, partes ſolas pu-
tat. Plato in Sophiſte,Iudiciali & Concionali tertiam adiecit πεσομιλητικὴν, quam ſa-
nè permittamus nobis dicere Sermocinatricem: quæ à forenſi ratione diſiungitur, & eſt
accommodata priuatis diſputationibus: cuius vis eadem profecto eſt,quæ Dialecticæ. Iſo-
crates in omni genere ineſſe laudem ac vituperationem exiſtimauit. Nobis autem & tu-

tissimum est authores plures sequi,& ita videtur ratio dictare. Est igitur,vt dixi,vnum ge G
nus,quo laus aç vituperatio continetur,sed est appellatum à parte meliore Laudatiuum:idē
alii Demonstratiuum vocant,vtrunque nomen ex Græco creditur fluxisse. Nam & ἐγκω-
μιαστικὸν & ἐπιδεικτικόν dicunt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non tam demonstrationis vim habere,
quàm ostentationis videtur,& multum ab illo ἐγκωμιαστικῷ differre. nam vt continet lau-
datiuum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquam negauerit Panegyri-
cos ἐπιδεικτικοὺς esse? Atqui formam suadendi habent,& plerunque de vtilitatibus Græciæ
loquũtur, vt Causarum quidem genera tria sint,sed ea tum in negociis,tum in ostentatione
posita. Nisi forte non ex Græco mutuantes Demonstratiuum vocant: verum id sequuntur
quòd laus ac vituperatio quale sit quicque demonstrat. Alterum est,Deliberatiuũ. Ter-
tium,Iudiciale. Cæteræ species in hæc tria incidẽt genera. Nec inuenietur ex his vlla,in qua H
non laudare aut vituperare,suadere aut dissuadere, intẽdere quid vel depellere debeamus. Il-
la quoque sunt communia,conciliare,narrare,docere,augere,diminuere, concitandis com-
ponendisque affectibus animos audientium fingere. Ne iis quidem accesserim, qui Lau
datiuam materiam honestorum, Deliberatiuam vtiliũ,Iudicialem iustorum quæstione cõ-
tineri putant, celeri magis ac rotunda vsi distributione quàm vera. Stant enim quodammo
do mutuis auxiliis omnia. Nam & in laude iustitia vtilitásque tractantur,& in consiliis ho
nestas:& raro inueneris iudicialem causam,in cuius non parte aliquid eorum,quæ suprà di-
ximus,reperiatur.

Quibus contineatur omnis ratio dicendi. Cap. V. I

OMNIS autem ORATIO constat aut ex iis quæ significantur, aut ex
iis quæ significant,id est Rebus,& Verbis. FACVLTAS orandi cõsum
Cic. in Bru to,ĩ Qrat. O matur natura, arte, exercitatione: cui quartam partem adiiciunt quidam
Imitationis,quam nos arti subiicimus. TRIA sunt autem quæ præ-
stare debeat Orator,vt doceat,moueat,delectet. Hæc enim clarior diuisio,
quàm eorum qui totũ opus in Res & in Affectus partiũtur. Nõ semper autẽ omnia in eam
quæ tractabitur materiam,cadẽt. Erunt enim quædã remotæ ab affectibus:qui vt nõ vbique
habent locũ,ita quocunque irrũpunt,plurimũ valent. Præstantissimis authoribus placet,
alia in Rhetorica esse quæ probationem desiderent,alia quæ non desiderent:cũ quibus ipse
consentio. Quidam vero,vt Celsus,de nulla re dicturum Oratorem,nisi de qua quæritur K
existimant:cui cum maxima pars scriptorum repugnat,tum etiã ipsa partitio: nisi forte lau
dare quæ constet esse honesta,& vituperare quæ ex confesso sint turpia,non est Oratoris of-
ficium. Illud iam omnes fatentur,esse Quæstiones aut in scripto,aut in non scripto. In
scripto sunt de iure,in non scripto de re. Illud Legale,hoc Rationale Hermagoras atque eũ
secuti vocant,id est νομικὸν & λογικόν. Idem sentiunt,qui omnem quæstionem ponunt in
rebus & in verbis. Item conuenit Quæstiones esse aut Infinitas aut Finitas. INFI-
NITAE sunt,quæ remotis personis,& tẽporibus,& locis,cæterisque similibus,in vtran-
que partem tractantur:quod Græci θέσιν dicunt, Cicero Propositum,alii Quæstiones Vni-
uersales ciuiles,alii Quæstiones philosopho conuenientes, Athenæus Partem causæ appel-
lat. Hoc genus Cicero scientia & actione distinguit:vt sit scientiæ,an prouidentia mun- L
dus regatur: actionis,an accedendum ad Rempub. administrandam. Prius trium generum,
an sit,quid sit,quale sit: omnia enim hæc ignorari possunt. Sequens duorum, quomodo
adipiscamur,quomodo vtamur. FINITAE autem sunt ex complexu rerum, perso-
narum,temporum,cæterorũmque:hæ ὑποθέσεις à Græcis dicuntur,Causæ à nostris. In his
omnis quæstio videtur circa res personásque cõsistere. Amplior est semper infinita, in-
de enim finita descendit. Quod vt exemplo pateat,infinita est,an vxor ducenda: finita, an
Catoni ducenda. Ideóque esse suasoria potest. Sed etiam remotæ à personis propriis ad ali-
quid referri solent. Est enim simplex,an Respub. administranda:refertur ad aliquid,an in ty
rannide administranda. Sed hic quoque subest velut latens persona, tyrannus enim ge-
minat quæstionem, subestque & temporis & qualitatis tacita vis,nondum tamẽ hoc pro- M
prie dixeris Causam. Hæ autem quas Infinitas voco,& generales appellantur:quod si est ve-
rum,Finitæ speciales erunt. In omni autem speciali vtique inest generalis, vt quæ sit prior.
Ac nescio an in Causis quoque quicquid in quæstionem venit qualitatis, generale sit.
Milo Clodium occidit, iure occiderit insidiatorem, nónne hoc quæritur, an sit ius in-
sidiatorem occidi? Quid in coniecturis? non illa generalia, an causa sceleris odium,

A cupiditas:an tormentis credendum:teſtibus,an argumentis maior fides habēda? Nam Finitione quidem comprehendi nihil non in vniuerſum certum erit. Quidam putant etiam eas poſſe Theſeis aliquando nominari, quæ perſonis cauſisque contineantur, aliter tātummodo poſitas:vt Cauſa ſit,cum Oreſtes accuſatur:Theſis, an Oreſtes rectè ſit abſolutus. Cuius generis eſt,an Cato rectè Martiam Hortenſio tradiderit. Hi Theſim à Cauſa ſic diſtingunt,vt illa ſit ſpectatiuæ partis,hæc actiuæ. Illic enim veritatis gratia tantùm diſputari,hic negocium agi. Quanquam inutiles quidam Oratori putant vniuerſales quæſtiones, quia nihil profit,quòd conſtet ducendā eſſe vxorem, vel admiuiſtrandem Rempub. ſiquis vel ætate vel valetudine impediatur. Sed non in omnibus eiuſmodi quæſtionibus ſic occurri poteſt:vt illis,ſit ne virtus finis,regatur ne mundus prouidentia. Quinetiam in iis quæ ad
B perſonam referuntur,vt non eſt ſatis generalem tractaſſe quæſtionem, ita peruenīri ad ſpeciem niſi illa prius excuſſa,non poteſt. Nam quomodo an ſibi vxor ducenda ſit deliberabit Cato,niſi conſtiterit vxores eſſe ducendas? Et quomodo an ducere debeat Martiam quæretur,niſi Catoni ducenda vxor eſt? Sunt tamen inſcripti nomine Hermagoræ libri, qui cōfirmēt illā opinionē ſiue falſus eſt titulus,ſiue hic Hermagoras alius fuit. Nā eiuſdē eſſe quomodo poſſunt,qui de hac arte mirabiliter multa cōpoſuit? Cū ſicut ex Ciceronis quoq; Rhetorico primo manifeſtum eſt,materiā Rhetorices in Theſeis & Cauſas diuiſerit. Quod reprehendit Cicero,ac Theſim nihil ad Oratorē pertinere contendit,totūque hoc genus quæſtionis ad philoſophos refert. Sed me liberauit reprehēdendi verecundia,& quòd ipſe hos li
bros improbat,& quōd in Oratore,atq; iis quos de Oratore ſcripſit libris,& Topicis,præci- Lib.iii.
C pit, vt à propriis perſonis atque tēporibus auocemus cōtrouerſiā,quia latius liceat dicere de genere quàm de ſpecie,& quod in vniuerſo probatū eſt,id in parte probatum eſſe neceſſe ſit.

Status autē in hoc omne genus materiæ iidem qui in Cauſam cadunt. Adhuc adiicitur, alias eſſe Quæſtiones in rebus ipſis,alias quæ ad aliud referātur. Illud,an vxor ducēda:hoc, an ſeni ducenda. Illud,an fortis,hoc an fortior,& ſimilia. Cauſam finit Apollodorus, vt interpretatione Valgii diſcipuli eius vtar,ita,Cauſa eſt negocium omnibus ſuis partibus ſpectans ad quæſtionem:aut,Cauſa eſt negocium,cuius finis eſt controuerſia. Ipſum deinde Negocium ſic finit,Negocium eſt congregatio perſonarum,locorum, temporum, cauſarū, modorum,caſuum,factorum,inſtrumentorum,ſermonum,ſcriptorum,& non ſcriptorum. Cauſam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, Negocium πρᾶγμα. Sed ipſam Cauſam quidam
D ſimiliter finierunt,vt Apollodorus Negocium. Iſocrates Cauſam eſſe ait,quæſtionē finitam ciuilem,aut rerum controuerſiam in perſonarum finitarum complexu. Cicero his verbis, In Topicis. Cauſa certis perſonis,locis,temporibus,actionibus, negociis cernitur,aut in omnibus, aut in pleriſque eorum.

Cauſa. Negocium

Quid ſit Status. Cap. VI.

E ERGO cum omnis Cauſa contineatur aliquo Statu,priuſquam dicere aggredior quomodo genus quodque Cauſæ ſit tractandum,id quod commune eſt omnibus, quid ſit Status, & vnde ducatur,& quot,& qui ſint,intuendum puto:quanquam id nonnulli ad Iudiciales tātum pertinere materias
E putauerunt. Quorum inſcitiam cum omnia tria genera fuero executus,res ipſa deprehendet. Quod nos STATVM,id quidam conſtitutionem vocant,alii quæſtionem,alii quod ex quæſtione appareat. Theodorus generale caput, id eſt κεφάλαιον γενικώτατον, ad quod referuntur omnia. Quorum diuerſa appellatio, vis eadem eſt: nec intereſt diſcentium quibus quicque nominibus appelletur, dum res ipſa manifeſta ſit. Statum Græci στάσιν vocant, quod nomen primum ab Hermagora traditum putant: ſed alii ab * Naucrate Iſocratis diſcipulo: alii à Zopyro Clazomenio: quanquam videtur Aeſchines quoque in Oratione contra Cteſiphontem vti hoc verbo,cum à iudicibus petit,ne Demoſthenem permittant euagari, ſed eum dicere de ipſo cauſæ Statu cogant. Quæ appel-
F latio dicitur ducta vel ex eo quòd ibi ſit primus cauſæ congreſſus, vel quòd in hoc cauſa conſiſtat. Et nominis quidem hæc origo. Nunc quid ſit. Statum quidā dixerunt primam Status.
cauſarum conflictionem,quos rectè ſenſiſſe,parum elocutos puto. Non enim eſt Status prima conflictio,feciſti,non feci:ſed quod ex prima conflictione naſcitur, id eſt genus quæſtionis, feciſti, non feci, an fecerit: hoc feciſti, non hoc feci, quid fecerit: quia ex his appareret, illud coniectura, hoc finitione quærendum: atque in quo pars vtraque inſiſtit, erit

quæſtio coniecturalis vel finitiui Status. Quid enim? ſi dicat quis, Sonus eſt duorum inter ſe G
corporum conflictio, erret, vt opinor: non enim ſonus eſt conflictio, ſed ex conflictione.
Et hoc leuius. intelligitur enim vtcunque dictum: inde vero ingens male interpretantibus
innatus eſt error, qui quia primam conflictionem legerant, crediderunt Statum ſemper ex
prima quæſtione ducendum, quod eſt vitioſiſſimum. Nam quæſtio nulla non habet vtique
Statum. conſtat enim ex intentione & depulſione: ſed aliæ ſunt propriæ cauſarum, de qui-
bus ferenda ſententia eſt: aliæ adductæ extrinſecus, aliquid tamen ad ſummam cauſæ confe-
rentes, velut auxilia quædam. quo fit, vt in controuerſia vna, plures quæſtiones eſſe dican-
tur. Porro harum plerunque leuiſſima quæque primo loco fungitur. Nanque & illud fre-
quens eſt, vt ea quibus minus confidimus, cum tractata ſint, omittamus: interim ſponte no
ſtra velut donantes, interim ad ea quæ ſunt potentiora gradum ex iis feciſſe contenti. Sim- H
plex autem cauſa etiam ſi variè defenditur, non poteſt habere plus vno de quo pronuncie-
tur, atque erit inde Status cauſæ, quod & Orator præcipuè ſibi obtinendum, & iudex ſpectã
dum maximè intelligit. In hoc enim cauſa conſiſtet. cæterum quæſtionum poſſunt eſſe di-
uerſi. Quod vt breuiſſimo pateat exemplo, cum dicit reus, etiam ſi feci, rectè feci, qua-
litatis vtitur Statu: cum dicit, non feci, coniecturam mouet. Semper autem firmius eſt non
feciſſe. Ideóque Statum eſſe in eo iudicabo. quod dicerem, ſi mihi plus quàm vnum dicere
non liceret. Rectè igitur eſt appellata cauſarum prima conflictio, non quæſtionum. Nam
pro Rabirio Poſthumo Cicero prima parte Orationis hoc intendit, vt actionem com-
petere in Equitem Romanum neget: ſecunda, nullam ad eum pecuniam perueniſſe confir-
mat. Statum tamen dicam in eo fuiſſe quod eſt potentius. Nec in cauſa Milonis circa pri- I
mas quæſtiones, quæ ſunt * ante proœmium poſitæ, iudicabo conflixiſſe cauſam: ſed vbi
totis viribus inſidiator Clodius, ideóque iure interfectus oſtenditur. Et hoc eſt quod ante
omnia conſtituere in animo ſuo debeat Orator, etiam ſi pro cauſa plura dicturus eſt, quod
maximè liquere iudici velit. Quod tamen vt primum cogitandum, ita nõ vtique primum
dicendum erit. Alii Statum crediderunt primam eius cum quo ageretur * deprecatio-
Vnde duca nem. Quam ſententiam his verbis Cicero complectitur, In quo primum conſiſtit quaſi
tur Status. ad repugnandum congreſſa defenſio. Vnde rurſus alia Quæſtio, An eum ſemper is fa-
ciat, qui reſpondet. Cui rei præcipuè repugnat Cor. Celſus, dicens non à depulſione ſumi,
ſed ab eo qui propoſitionem ſuam confirmet: vt ſi hominem occiſum reus negat, Status ab
accuſatore naſcatur, quia is velit probare: ſi iure occiſum reus dicit, translata probationis K
neceſſitate idem à reo fiat, & ſit eius intentio. Cui non accedo equidem: nam eſt vero
propius quod contrà dicitur, Nullam eſſe litem, ſi is cum quo agitur nihil reſpondeat:
ideóque fieri Statum à reſpondente. Mea tamen ſententia varium id eſt, & accidit pro con-
ditione cauſarum: quia videri poteſt propoſitio aliquando Statum facere, vt in coniectura-
libus cauſis: vtitur enim coniectura magis qui agit. Quo moti quidam, eundem à reo In-
ficialem eſſe dixerunt, & in ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt qui intendit. Sed quia vi-
detur illis quoque neceſſitatem hos Status exequendi facere qui negat (is enim ſi dicat, non
feci, coget aduerſarium coniectura vti: & ſi dicat, non habet legem, ſyllogiſmo) concedamus
ex depulſione naſci Statum: nihilominus enim res eò reuertetur, vt modo is qui agit,
modo is cum quo agitur, Statum faciat. Sit enim accuſatoris intentio, hominem occidiſti: L
ſi neget reus, faciet Statum qui negat. Quid ſi confitetur, ſed iure à ſe adulterum dicit occi-
ſum? Nempe legem eſſe certum eſt, quæ permittat. Niſi aliquid accuſator reſpondeat, nulla
lis eſt. Non fuit (inquit) adulter. Ergo depulſio incipit eſſe actoris, ille Statum faciet. Ita
erit quidem Status ex prima depulſione, ſed ea fiet ab accuſatore, non à reo. Quid? quòd
eadem quæſtio poteſt eundem vel accuſatorem facere, vel reum? Qui artem ludicram ex-
ercuerit, in quatuordecim primis ordinibus ne ſedeat: qui ſe Prætori in hortis oſtende-
rat, neque erat productus, ſedit in quatuordecim ordinibus. Nempe intentio eſt, Artem
ludicram exercuiſti: depulſio, non exercui artem ludicram: quæſtio, quid ſit artem ludi-
cram exercere. Si accuſabitur theatrali lege, depulſio erit rei: ſi excitatus fuerit de ſpectacu-
lis, & aget iniuriarum, depulſio erit accuſatoris. Frequentius tamen illud accidet, quod M
eſt à pluribus traditum. Effugerunt has quæſtiones, qui dixerunt Statum eſſe id, quod
appareat ex intentione & depulſione, vt feciſti, non feci, aut rectè feci. Viderimus
tamen, vtrum id ſit Status, an in eo Status. Hermagoras Statum vocat, per quem
ſubiecta res intelligatur, & ad quem probationes etiam partium referantur. No-
ſtra opinio ſemper hæc fuit, vt cum eſſent frequenter in cauſa diuerſi quæſtionum Sta-

A tus,in eo crederem Statum cauſæ,quod eſſet in ea potentiſſimum,& in quo maximè res ver
teretur.Id ſiquis generalem Quæſtionẽ,vel Caput generale dicere malit,cum hoc mihi non
erit pugna: non magis quàm ſi aliud adhuc, quo idem intelligatur, eius rei nomen inuene-
rit:quanquam tota volumina in hanc diſputationem impendiſſe multos ſciam , nobis Sta-
tum dici placet. Sed cum in aliis omnibus inter ſcriptores ſumma diſſenſio eſt , tum in hoc
videtur mihi præcipuum ſtudium quoque diuerſa tradendi fuiſſe:adeo nec qui ſit numerus,
nec quæ nomina,nec qui generales,quive ſpeciales ſint Status,conuenit.Ac primum Ariſto
teles Elemẽta decem cõſtituit,circa quæ verſari videatur omnis quæſtio. οὐσίαν,quam * Fla Lib.Cate-
uius eſſentiam vocat,nec ſane aliud eſt eius nomen Latinũ:ſed ea quæritur,An ſit. QVali goriarum.
tatem,cuius apertus intellectus eſt. QVantitatem , quæ dupliciter à poſterioribus diuiſa
B eſt,quàm magnum,& quàm multum ſit. Ad Aliquid, vnde ductæ Trãslatio & Compara
tio. Poſt hæc,VBi, & QVãdo, deinde FAcere, PAti, HAbere,quod eſt quaſi arma-
tum eſſe,& veſtitum eſſe. Nouiſſimè συνηκθαι, quod eſt compoſitum eſſe quodammo-
do,vt * ſedere,ſtare,iacere.Sed ex his omnibus prima quatuor ad Status pertinere, cætera ad
quoſdam locos argumentorum videntur. Alii nouem Elementa poſuerunt. PErſonam,
qua de animo,corpore, & extra poſitis quæratur, quod pertinere ad coniecturæ & qualitatis
inſtrumenta video. TEmpus,quod χρόνον vocant,ex quo quæſtio,An is,quem dum addi-
cta eſt mater peperit,ſeruus ſit natus. *LOcum,vnde cõtrouerſia videtur,An fas fuerit ty-
rannum in templo occidere:an exulauerit qui domi latuit. TEmpus iterum, quod καιρὸν
appellant:hanc autem videri volunt ſpeciem illius temporis,vt æſtatem, vel hyemem. Huic
C ſubiicitur ille in peſtilentia comeſſator. ACtum,id eſt πρᾶξιν,quod eò referunt,Sciẽs com
miſerit an inſciens,neceſſitate an caſu,& talia. NVmerum, qui cadit in ſpeciem quantita
tis,An Thraſybulo triginta præmia debeãtur,qui tot tyrãnos ſuſtulerit. CAuſam, cui plu
rimæ ſubiacent lites,quoties factum non negatur: ſed quia iuſta ratione fit, factum defendi-
tur. τρόπον,cum id quod alio modo fieri licet,alio dicitur factum:hinc eſt ,adulter loris cæ
ſus,vel fame necatus. OCcaſionem factorum,quod eſt apertius,quàm vt vel interpretan-
dum,vel exemplo ſit demonſtrandum : tamen ἀφορμὰς ἐρωτων vocant . Hi quoque nullam
quæſtionem extra hæc putant. Quidam detrahũt duas partes , Numerũ & Occaſionem,
& pro illo quẽ dixi * Actu ſubiiciunt Res,id eſt πράγματα.Quæ ne præteriſſe viderer,ſatis ha
bui attingere.Cæterum his nec Status ſatis oſtendi,nec omnes contineri locos credo : quod
D apparebit diligentius legentibus quæ de vtraque re dicam. Erunt enim plura multo , quàm
quæ his elementis comprehenduntur. Apud plures authores legi, placuiſſe quibuſdam, Qui vnum
VNVM omnino Statum eſſe,Cõiecturalem.Sed quibus placuerit, neque illi tradiderunt, Statũ fece-
nec ego vſquam reperire potui. Rationem tamen hanc ſecuti dicũtur, quòd res omnes ſignis runt.
* colliguntur : quo modo licet qualitatis quoque ſolum Statum faciãt:quia vbique qualis ſit
cuiuſque rei natura,quæri poteſt.ſed vtrocũque modo ſequatur ſumma confuſio. Neque in-
tereſt,vnum quis Statum faciet an nullum,ſi omnes cauſæ ſint cõditionis eiuſdẽ. COnie Cõiectura.
ctura dicta eſt à coniectu,id eſt directione quadam rationis ad veritatẽ : vnde etiam ſomnio-
rum atque ominum interpretes Cõiectores vocamus . Appellatum tamen eſt hoc genus va-
rie,ſicut in ſequentibus apparebit. Fuerunt qui DVOS STATVS facerent. Archi Qui duos
E demus Coniecturalẽ & Finitiuum excluſa Qualitate,quia ſic de ea quæri exiſtimabat, Quid
eſſet iniquum,quid iniuſtum,quid dicto audientem non eſſe: quod vocat,de eodem & alio.

Huic diuerſa ſententia eorum fuit,qui duos quidem Status eſſe voluerunt, ſed vnum Infi
cialem,alterum Iuridicialem. * Inficialis,quem nos dicimus.Cõiecturalem,cui ab inficiãdo Inficialis.
nomen alii totum dederunt: alii in partem, quia accuſatorem coniectura, reum inficiatione
vti putauerunt. Iuridicialis eſt qui δικαιολογικὸς Græce dicitur. Sed quemadmodum ab Ar- Iuridicialis
chidemo Qualitas excluſa eſt,ſic ab his repudiata Finitio.Nã ſubiiciũt eam Iuridiciali:quæ-
rendúmque arbitrantur,Iuſtum ne ſit ſacrilegium appellari quod obiiciatur, an furtum, vel
amentiam.Qua in opinione Pamphilus fuit:ſed Qualitatem in plura partitus eſt. Pluri-
mi deinceps,mutatis tantum nominibus,In rem de qua non conſtet,& in rem de qua con-
F ſtet,partiti ſunt.Nam eſt verũ,nec aliter fieri poteſt,quàm vt aut certum ſit factum eſſe quid,
aut non ſit:ſi non eſt certum,Coniectura ſit:ſi certum eſt,reliqui Status. Nam idem dicit
Apollodorus, cum quæſtionem aut in rebus extra poſitis quibus coniectura explicatur, aut
in noſtris opinionibus exiſtimet poſitam:quorum illud πραγματικὸν,hoc περὶ ὀνόματος vocat.

Idémque ἄπορον & πολιτικὸν dicunt,* quo & dubiũ & præſumptum ſignificatur,de quo
liquet. Item Theodorus,qui de eo an ſit,& de accidentibus ei quod eſſe conſtet,id eſt περὶ

οὐσίας καὶ συμβεβηκότων existimat quæri. Nam in his omnibus prius genus Coniecturam ha G
bet,ſequens reliqua.Sed hæc reliqua Apollodorus duo vult eſſe, Qualitatem, & de nomine,
id eſt Finitiuam: Theodorus, Quid, Quale, Quantum, Ad aliquid. Sunt qui & de eodem,&
de alio,modo Qualitatem eſſe, modo Finitionem velint. In duo & Poſidonius diuidit,
in Vocẽ,& Res.In Voce quæri putat *an ſignificet quid,quàm multa,quomodo:In Rebus
Coniecturam:quod κατ' αἴσθησιν vocat,& Qualitatem,& Finitionem, cui nomen dat κατ'
ἔννοιαν, & ad Aliquid. Vnde & alia diuiſio eſt, Alia eſſe Scripta, & alia Inſcripta. Celſus
Cornelius duos & ipſe fecit Status generales,An ſit,Quale ſit.Priori ſubiecit Finitionẽ,quia
æque quæratur,an ſit Sacrilegus qui nihil ſe ſuſtuliſſe de templo dicit, & qui priuatam pecu-
niam confitetur ſe ſuſtuliſſe. Qualitatem, in Rem & Scriptũ diuidit.Scripto quatuor par- H
tes legales,excluſa Translatione,Quantitatem,& mentis quæſtionem Coniecturæ ſubiecit.

Eſt etiam alia in *DVO diuidendi Status ratio,quæ docet, aut de Subſtantia contro-
uerſiam eſſe,aut de Qualitate:ipſam porro Qualitatem, aut in ſummo genere conſiſtere,aut
in ſuccedẽtibus. De Subſtãtia eſt Coniectura. Quæſtio enim tractatur rei,an facta ſit,an fiat,
an futura ſit.Interdum etiam mentis,idque melius,quàm quod iis placuit,qui Statum eun-
dem Facti nominauerũt,tanquàm de præterito tantùm,& tantũm de facto quæreretur.Pars
Qualitatis,quæ eſt de ſummo genere,raro in iudicium venit: Quale eſt,id ne ſit honeſtum,
quod vulgo laudatur.Succedentium autem aliæ de communi appellatione, vt ſit ne Sacrile-
gus qui pecuniam priuatam ex templo furatus eſt:aut de re denominata, vbi & factum eſſe
certum eſt,nec dubitatur quid ſit,quod factum eſt. Cui ſubiacent omnes de honeſtis, iuſtis, I
vtilibus,quæſtiones.His etiam cæteri Status contineri dicũtur, quia & Quantitas modo ad
Coniecturam referatur, vt maior ne ſol quàm terra:modo ad Qualitatẽ,quãta pœna quem-
piam,quantóue præmio ſit affici iuſtum: & Translatio verſetur circa Qualitatem,& Defini
tio pars ſit Translationis.Quinetiam Cõtrariæ Leges,& Ratiocinatiuus Status,id eſt ſyllo-
giſmus,& plerunque Scripti & Volũtatis,æquo nitantur:niſi quòd hic tertius aliquãdo Con
iecturam accipit,quid ſenſerit legis conſtitutor. Ambiguitatem vero ſemper Coniectura ex-
plicari neceſſe ſit:quia cum ſit manifeſtũ verborum duplicem eſſe intellectum,de ſola quæri-
Qui tres. ritur volũtate. A plurimis TRES ſunt facti generales Status, quibus & Cicero in Ora
tore vtitur,& omnia quæ aut in controuerſiam,aut in contentionem veniant,contineri pu-
tat,Sit ne,Quid ſit,Quale ſit:quorũ nomina apertiora ſunt quàm vt dicenda ſint. Idem Pa- K
Lib.ij. de Orat. trocles ſentit.Tres fecit & M.Antonius,his quidem verbis,Paucæ res ſunt, quibus ex rebus
omnes orationes naſcuntur,factum non factum,ius iniuria, bonum malum. Sed quoniam
quod iure dicimur feciſſe,non hunc ſolũ intellectum habet, vt lege:ſed illum quoque vt iuſte
feciſſe videamur,ſecuti Antonium apertius voluerunt eoſdem Status diſtinguere. Itáque di-
xerunt Coniecturalem,Legalem,Iuridicialem.Qui & Verginio placent.Horum deinde fece
runt ſpecies,ita vt Legali ſubiicerent Finitionem,& alios qui ex ſcripto dicũtur,Legum con-
trariarum,quæ Antinomia dicitur: & Scripti, & Sententiæ vel Volũtatis, id eſt τῷ ῥητῷ καὶ
διάνοιαν: & μεταλήψιν,quam nos varie translatiuam, tranſſumptiuam, tranſpoſitiuam voca-
mus:συλλογισμὸν,quem accipimus ratiocinatiuum vel collectiuum:Ambiguitatis,quæ ἀμφι-
βολία nominatur.quos poſui,quia & ipſi à pleriſque Status appellantur, quibuſdam Legales L
Qui qua- tuor. potius quæſtiones eas dici placuit. QVATVOR fecit Athenæus, προτρεπτικὸν στά-
σιν, vel παραινετικὸν exhortatiuum, qui Suaſoriæ eſt proprius: σωτηλικὸν, qua Coniecturam
ſignificari magis ex iis quæ ſequuntur,quàm ex ipſo nomine appareat: ὑπαλλακτικὸν, ea Fi-
nitio eſt (mutatione enim nominis conſtat.) Iuridicialem,eadem appellatione Græca,qua
cæteri,vſus.Nam eſt (vt dixi) multa in nominibus differẽtia.Sunt qui ὑπαλλακτικὸν Trãs-
lationem exiſtiment,ſecuti hanc mutationis ſignificationem. Fecerunt alii totidem Sta-
tus,ſed alios,An ſit,Quid ſit,Quale ſit,Quantum ſit, vt Cecilius & Theon. Ariſtoteles in
Lib.ij. Rhetoricis etiam ſic omne opus diuidit,in veritatem,& petẽda ac fugienda,quod eſt Suaſo-
riæ,& de eodem *atque alio.partiẽdo tamen ad hoc peruenit,vt An ſit,Quid, Quale,Quã-
tum,& quàm multum ſit,quærendum putet. Quodam tamen loco Finitionis quoque vim M
intelligit,quando dicit quædam ſic defendi,ſuſtuli,ſed non furtum feci:percuſſi,ſed non in-
iuriam feci.Poſuerat & Cicero in libris Rhetoricis,facti,nominis,generis,actionis: vt in fa-
cto Coniectura,in nomine Finitio,in genere Qualitas,in actione Ius intelligeretur:Iuri ſub
In partitio nibus. iecerat Trãslationẽ.Verum hic Legales quoque quæſtiones alio loco tractat vt ſpecies actio-
nis. Fuerunt qui facerent QVINQVE, Coniecturam,Finitionẽ,Qualitatẽ,Quan-
Qui qnq. titatem,ad Aliquid. Theodorus quoque (vt dixi) iiſdem generalibus Capitibus vtitur, An

A sit, Quid sit, Quale sit, Quantum sit, Ad Aliquid. Hoc vltimum maximè in Comparatiuo genere versari putat: quoniam melius ac peius, maius & minus, nisi aliò relata non intelligũ tur. Sed in illas quoque Translatiuas, vt supra signaui, quæstiones incidunt, an huic ius agen di sit, vel facere aliquid conueniat, an contra hunc, an hoc tempore, an sic. Omnia enim ista referri ad aliquid necesse est. Alii SEX Status putant, Coniecturam, quam γένεσιν vocant: & Qualitatem, & Proprietatem, id est ἰδιότητα, quo verbo Finitio ostenditur: & Quantitatem, quam ἀξίαν dicunt: & Comparationẽ, & Translationem,* cuius ab hoc nouum nomen inuentum est μετάστασις, ñouum * tanquam in Statu, alioqui ab Herma gora inter species Iuridiciales vsitatũ. Aliis SEPTEM esse placuit, à quibus nec Trãs- latio, nec Quantitas, nec Comparatio recepta est. Sed in horum trium locum subditæ qua- B tuor Legales, adiectæque illis tribus Rationalibus. Alii peruenerunt vsque ad OCTO, Translatione ad septem superiores adiecta. A quibusdam deinde diuisa ratio est, vt Status Rationales appellarẽtur, quæstiones, quemadmodum supra dixi, Legales. In illis de re, in his de scripto quæreretur. Quidam in diuersum, hos Status esse, illas quæstiones maluerũt. Sed alii Rationales tres putauerunt, An sit, Quid sit, Quale sit. Hermagoras solum quatuor, Cõiecturam, Propietatem, Translationem, Qualitatem, quam per accidentia, id est κατὰ συμβεβηκὸς vocat, hac interpretatione, an illi accidat viro bono esse vel malo. Hæc ita diuidit, De appetendis & fugiendis, quæ est pars Deliberatiua. De persona, ea ostẽditur laudatiua: Negocialem, quam πραγματικὴν vocat, in qua de rebus ipsis quæritur remoto personarum com- C plexu, vt sit ne liber qui est in assertione, an diuitiæ superbiam pariant, an iustum quid, an bonum sit: Iuridicialem, in qua ferè eadem, sed de certis destinatisque personis quæratur, an ille iuste hoc fecerit vel bene. Nec me fallit in primo Ciceronis Rhetorico, aliã esse loci Negocialis interpretationem: cum ita scriptum sit, Negocialis est, in qua quid iuris ex ciuili mo re & æquitate sit, consideratur: cui diligentiæ præesse apud nos Iurisconsulti existimãtur. Sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, supra dixi. Sunt enim velut regestæ in hos commẽ tarios, quas adolescens deduxerat, scholæ: & siqua est in his culpa, tradentis est: siue eum mo uit, quòd Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus iuris, siue quòd Græci πραγματικὸς vocant iuris interpretes. Sed Cicero quidem his pulcherrimos illos de Oratore substituit, ideóque culpari tanquam falsa præcipiat, non potest. Nos ad Hermago ram. Translationem hic primus omnium tradidit, quãquam semina eius quædam citra no- D men ipsum apud Aristotelem reperiũtur. Legales autem quæstiones has fecit, Scripti, & Vo- luntatis, quam ipse vocat κατὰ ῥήματος, καὶ ὑπεξαιρέσεως, id est secundum dictum & exceptionem, quorum prius ei cum omnibus commune est, exceptionis nomẽ minus vsitatum: Ratio- cinatiuum, Ambiguitatis, Legum cõtrariarũ. Albutius eadem diuisione vsus detrahit Trãs- lationem, subiiciens eam Iuridiciali. In Legalibus quoque quæstionibus nullum putat esse qui dicatur Ratiocinatiuus. Scio plura inuenturos adhuc, qui legere antiquos studiosius volent. Sed ne hæc quoque excesserint modum, vereor. Ipse me paulum in alia, quàm prius habuerim, opinione nunc esse confiteor. Et fortasse tutissimum erat modo famæ studentem, nihil ex eo mutare, quod multis annis non sensissem modo, verumetiam approbassem. Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulanti, in eo præsertim opere, quod ad bonorum iuue E num aliquam vtilitatem componimus, in vlla parte iudicii mei. Nam & Hippocrates cla- rus arte medicinæ, videtur honestissimè feciſſe, quòd quosdam errores suos, ne posteri erra- rent, confessus est. Et M. Tullius non dubitauit aliquos suos libros iam editos, aliis postea scriptis ipse damnare, sicut Catulum atque Lucullum, & hos ipsos de quibus modo sum lo- cutus artis Rhetorices. Etenim superuacuus foret in studiis lõgior labor, si nihil liceret me- lius inuenire præteritis. Neque tamẽ ex his quicquam quæ tum præcepi, superuacuũ fuit: ad easdem enim particulas hæc quoque, quæ nunc præcipiam, reuertentur. Ita neminem didi- cisse pœniteat. Colligere tantum eadem, ac disponere paulo significantius conor. Omnibus autem * patefactum volo, non me hæc serius demonstrare aliis, quàm mihi ipsi persuaserim.

Secundum plurimos authores seruabam treis Rationales Status, Coniecturam, Finitio- F nem, Qualitatem: vnum Legalem. Hi mihi Status Generales erant. Legalem in quinque spe- cies partiebar, Scripti & Voluntatis, Legum contrariarum, Collectiuum, Ambiguitatis, Trãslationis: nunc quartum ex generalibus intelligo posse remoueri. Sufficit enim prima diuisio, qua diximus alios Legales, alios Rationales esse: ita non erit Status, sed quæstionum genus, alioqui & Rationalis Status esset. Ex iis etiã quos Speciales vocabã, remoui Trans- lationem: frequenter quidem, sicut omnes, qui me secuti sunt, meminisse possunt, testatus, &

Qui sex.

Qui septẽ.

Qui octo.

ἐπιδημιῶν ε.

Epist. ad Att. xiii.

Rationales Stat⁹ tres.

Trãslatio- nẽ non esse Statum.

in ipſis etiam illis ſermonibus me nolente vulgatis tamen hoc complexus, vix in vlla con- G
trouerſia, Translationis Statum poſſe reperiri, vt non & alius in eadem rectè dici videretur:
ideóque à quibuſdam eum excluſum. Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus ferè
cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, An huic, An cũ hoc, An
hac lege, An apud hunc, An hoc tempore liceat agere, & ſiqua ſunt talia. Sed Perſonæ, Tem
pora, Actiones, cæteraque propter aliquam cauſam transferuntur. Ita non eſt in Translatio-
ne quæſtio, ſed in eo propter quod transferuntur. Non debes apud Prætorẽ petere fideicom-
miſſum, ſed apud Cõſules: maior enim prætoria cognitione ſumma eſt. Quæritur an maior
ſumma ſit: facti controuerſia eſt. Non licet tibi agere mecum, cognitor enim fieri non po-
tuiſti. Iudicatio eſt, an potuerit. Nõ debuiſti interdicere, ſed petere. an rectè interdictum ſit,
ambigitur. Quæ omnia ſuccedunt legitimis quæſtionibus. An non præſcriptiones, etiam in H
quibus maximè videtur manifeſta Translatio, eaſdem omnes ſpecies habent, quas eæ leges,
quibus agitur, vt aut de nomine, aut ſcripto, & ſententia, vel ratiocinatione, quæratur, dein-
de Status ex quæſtione oriatur: Translatio non habeat quæſtionem de qua contendit Ora-
tor, ſed propter quam contendit? Hoc apertius. Occidiſti hominem, non occidi: quæſtio, an
occiderit: Status, Coniectura. Non eſt tale, Habeo ius actionis, non habes: vt ſit quæſtio, an
habeat, & inde Status. Accipiat enim actionem nec ne, ad euẽtum pertinet, non ad cauſam:
& ad id quod pronunciat Iudex, non id propter quod pronunciat. Hoc illi ſimile eſt, Puniẽ
dus es, non ſum: videbit Iudex, an puniẽdus ſit. Sed non hic erit quæſtio, nec hic Status. Vbi
ergo? puniendus es, hominem occidiſti: non occidi, an occiderit. Honorandus ſum, non es,
num Statum habet? Non id puto. Honorandus ſum, quia tyrannum occidi, non occidiſti: I
quæſtio, & Status. Similiter, non rectè agis, rectè ago, non habet Statum. Vbi eſt ergo? non
rectè agis ignominioſus, quæritur an ignominioſus ſit, aut an agere ignominioſo liceat, &
quæſtio eſt & Status. Ergo Translatiuum genus cauſæ eſt, vt Comparatiuum, & mutuæ accu
ſationis. At enim ſimile eſt illi, ius habeo, ius nõ habes: occidiſti, rectè occidi, non nego. Sed
nec hæc res Statum facit. Non enim ſunt hæ propoſitiones, alioqui cauſa non explicabitur,
ſed cum ſuis rationibus. Scelus commiſit Horatius, ſororem enim occidit: non commiſit,
debuit enim occidere eam, quæ hoſtis morte mœrebat. quæſtio, an hæc iuſta cauſa. Ita Qua-
litas. at ſimiliter in Translatione, non habes ius abdicandi, quia ignominioſo non eſt actio:
habeo ius, quia abdicatio actio non eſt: quæritur quid ſit actio: finiemus, non licet abdicare:
ſyllogiſmus. Item cætera per omnes & Rationales, & Legales Status. Nec ignoro fuiſſe quoſ K
dam, qui Translationem in rationali quoque genere ponerent, hoc modo, Hominem occi-
di iuſſus ab Imperatore, dona templi cogenti tyranno dedi, deſerui tempeſtatibus, flumini-
bus, valetudine impeditus: id eſt non per me ſtetit, ſed per illa. A quibus etiam liberius diſ-
ſentio. Non enim actio transfertur, ſed cauſa facti: quod accidit penè in omni defenſione.
Deinde is, qui tali vtitur patrocinio, non recedit à forma Qualitatis. dicit enim ſe culpa va-
care. vt magis Qualitatis duplex ratio faciẽda ſit: altera, qua & factum defenditur: altera, qua
tantùm reus. Credẽdum eſt igitur iis, quorum authoritatem ſecutus eſt Cicero, TRIA
Tria quę in omni diſputatiõe quę- eſſe, quæ in omni diſputatione quærãtur, AN SIT, QVID SIT, QVALE SIT
rantur Quod etiam ipſa nobis natura præſcribit. Nam primum oportet ſubeſſe aliquid, de quo am
bigitur: quod quid, & quale ſit, certe non poteſt exiſtimari, niſi prius eſſe conſtiterit. Ideo L
ca prima quæſtio, ſed non ſtatim quod eſſe manifeſtum, etiam quid ſit apparet. Hoc quoque
conſtituto, nouiſſima Qualitas ſupereſt: nec his exploratis aliud eſt vltrà. His Infinitæ quæ-
ſtiones, his Finitæ continẽtur. Horum aliqua in Demonſtratiua, Deliberatiua, Iudiciali ma-
teria vtique tractantur. Hæc rurſus Iudicialeis cauſas, & Rationali parte & Legali continet.
Nec enim vlla iuris diſceptatio, niſi Finitione, Qualitate, Coniectura poteſt explicari. Sed
inſtituentibus rudes, non erit inutilis latius primo fuſa ratio, etſi non ſtatim rectiſſima li-
nea tenſa, facilior tamen & apertior via. Diſcãt igitur ante omnia quadripertitã in omni-
Quadripartita ratio. bus cauſis eſſe rationem, quam primam intueri debeat, qui acturus eſt. Nam vt à defenſore
potiſſimum incipiam, longè fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi quod obiicitur, negari poteſt.
Proxima, ſi non id quod obiicitur, factum eſſe dicitur. Tertia honeſtiſſima, qua rectè fa- M
ctum defenditur. Quibus ſi deficiamur, vltima quidẽ, ſed iam ſola ſupereſt ſalus, aliquo iu-
ris adiutorio elabendi ex crimine, quod nec negari, nec defendi poteſt, vt non videatur iure
actio intendi. Hinc illæ quæſtiones ſiue Actionis, ſiue Translationis. Sunt enim quædã non
laudabilia natura, ſed iure conceſſa, vt in XII Tabulis, debitoris corpus inter creditores di
uidi licuit, quam legem mos publicus repudiauit. Eſt aliquid æquum, ſed prohibitum iure:

A vt libertas teſtamentorum. Accuſatori nihilo plura intuenda ſunt,* vt probet factum eſſe, hoc eſſe factum,non rectè factum,iure ſe intendere.Ita circa ſpecies eaſdem lis omnis verſabi tur:translatis tantùm aliquando partibus,vt in cauſis,in quibus de præmio agitur,rectè fa ctum petitor probat. Hæc quatuor velut propoſita formæque actionis , quæ tum generales Status vocabam,in duo (vt oſtendi) genera * deſcendunt,Rationale & Legale. Rationale ſimplicius eſt,quia ipſius tantum naturæ contemplatione conſtat. Itaque in eo ſatis eſt oſtẽdiſſe Coniecturam,Finitionem,Qualitatem. Legalium plures ſint ſpecies neceſſe eſt, propterea quòd multæ ſunt leges , & varias habẽt formas.Alia eſt cuius verbis nitimur, alia cuius voluntate:alias nobis,cum ipſi nullam habemus,adiungimus, alias inter ſe comparamus,alias in diuerſum interpretamur. Sic naſcuntur hæc veluti ſimulacra ex illis tribus, in- Legales ſpecies quatuor.

Б terim ſimplicia,interim & mixta, propriam tamen faciem oſtẽdentia: vt Scripti & Voluntatis,que ſine dubio aut Qualitate,aut Coniectura continentur: & Syllogiſmus,qui eſt maximè qualitatis: & Leges Contrariæ,quæ iiſdem quibus Scriptum & Voluntas, cõſtant: & ἀμφιβολία,quæ ſemper Cõiectura explicatur: Finitio quoque vtrique generi,quòdque Rerum,quódque Scripti contemplatione conſtat,communis eſt. Hæc omnia etiam ſi in illos tres Status veniunt,tamen quia (vt dixi) habent aliquid velut proprium, videntur demonſtranda diſcentibus:& permittendum ea dicere,vel Status Legales,vel quæſtiones, vel capita quædam minora : dum ſciant, nihil ne in his quidem præter tria, quæ prædiximus, quæri. At Quantum,& Quàm multum,& Ad aliquid,& (vt nonnulli putauerũt) Comparatiuus, non eandem rationem habẽt. Sunt enim hæc non ad * varietatem iuris, ſed ad ſolam ratio-

C nem referenda.Ideóque ſemper in parte,aut Coniecturæ,aut Qualitatis ponẽda ſunt, vt qua mente,& quo tempore,& quo loco.Sed de ſingulis dicemus quæſtionibus,cum tractare præcepta Diuiſionis cœperimus. Hoc inter omnes conuenit,in Cauſis Simplicibus ſingulos Status eſſe cauſarum:quæſtionum autem,quæ velut ſubiacentes ad illud,quo iudicium continetur, referuntur, ſæpe in vnam cadere plures poſſe. Etiam credo aliquando dubitari, quo Statu ſit vtendum cum aduerſus vnam intentionem plura opponuntur, & ſicut in colore dicitur Narrationis, eum eſſe optimum quem actor optimè tueatur:ita hic quoque poſſe dici, eum Statum eſſe faciendum,in quo tuendo plurimum adhibere virium poſſit Orator.Ideôque pro Milone,aliud Ciceroni agenti placuit, aliud Bruto, cum exercitationis gratia componeret orationem:cum ille iure tanquàm inſidiatorem occiſum,& tamẽ non Milonis con- Cauſæ ſimplices.

D ſilio dixerit:hic etiam gloriatus ſit, occiſo malo ciue. In Cõiunctis vero poſſe duos vel tres inueniri,vel diuerſos,vt ſiquis aliud ſe non feciſſe,aliud rectè feciſſe defendat:vel generis eiuſdem, vt ſiquis duo crimina vel omnia neget. Quod accidit etiam ſi de vna re quæratur aliqua,ſed eam plures petant:vel eodem iure,vt proximitatis:vel diuerſo,vt cum hic teſtamento,ille proximitate nitatur. Quoties autem aliud alii petitori opponitur,diſſimiles eſſe Status neceſſe eſt:vt in illa controuerſia, Teſtamenta legibus facta,rata ſint.Inteſtatorum parentum liberi hæredes ſint.Abdicatus,ne quid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimum natus,legitimus filius ſit,poſt legitimũ natus tãtùm ciuis.In adoptionẽ dare liceat. In adoptionẽ dato redire in familiã liceat,ſi pater naturalis ſine liberis deceſſit.Qui ex duobus legitimis alterũ in adoptionẽ dederat,alterũ abdicauerat,ſuſtulit nothũ,inſtituto hærede abdica-

E to deceſſit.Omnes de bonis cõtendunt.Nothũ,qui nõ ſit legitimus, Græci vocãt, Latinũ rei nomen,vt Cato quoque in oratione quadã teſtatus eſt,non habemus, ideóque vtimur peregrino.Sed ad propoſitum. Hæredi ſcripto opponitur lex abdicatus , ne quid de bonis patris capiat:fit Status Scripti & Voluntatis,an vllo modo capere poſſit,an ex voluntate patris,an hæres ſcriptus.Notho duplex fit quæſtio,quòd poſt legitimos natus ſit,& quòd non ſit ante legitimos natus.Prior ſyllogiſmũ habet, an pro non natis ſint habendi,qui à familia ſunt alienati.Altera Scripti & Voluntatis, Non enim eſſe hunc natum ante legitimum conuenit:ſed voluntate legis ſe tuebitur,quia dicet talem fuiſſe,vt legitimus eſſet nothus, tum natus,cum alius legitimus in domo non eſſet. Scriptum quoque legis excludet dicẽs, non vtique ſi poſtea legitimus natus non ſit,notho nocere : vteturque hoc argumento, finge ſolum

F natum nothum,cuius cõditionis erit?tantùm ciuis?atqui non erit poſt legitimum natus.filius?atqui non erit ante legitimos natus.quare ſi verbis legis ſtari non poteſt, voluntate ſtandum eſt. Nec quéquam turbet,quòd ex vna lege duo Status fiant:duplex eſt,ita vim duarum habet.Redire in familiam volenti dicitur ab altero,Primum,vt tibi redire liceat, hæres ſum : idem Status qui in petitione abdicati : quæritur enim an poſſit eſſe hæres abdicatus. Adiicitur communiter à duobus,redire tibi in familiam non licet,nõ enim pater ſine libe-

ris deceſſit. Sed in hoc propria quiſque eorum quæſtione nitetur. Alter enim dicet, abdica- G
tum quoque inter liberos eſſe, & argumẽtum ducet ex ipſa qua repellitur lege. Superuacuum enim fuiſſet prohiberi patris bonis abdicatum, ſi eſſet numero alienorum: nũc quia filii iure futurus fuerit inteſtati hæres, oppoſitam eſſe legem, quæ tamen id non efficiat, ne filius ſit, ſed ne hæres. Status Finitiuus, quid ſit filius. Rurſus nothus eiſdem colligit argumentis, non ſine liberis patrem deceſſiſſe, quibus in petitione vſus eſt, vt probaret ſe eſſe filium: niſi forte & hic finitionem mouet, an liberi ſint etiam non legitimi. Cadent ergo in vnam Cõtrouerſiam, vel ſpecialiter duo legitimi Status, Scripti & Voluntatis, & Syllogiſmus, & præterea Finitio: vel tres illi, qui natura ſoli ſunt, Coniectura in Scripto & Voluntate, Qualitas in Syllogiſmo, & quæ per ſe eſt aperta Finitio. Cauſa quoque, & Iudicatio, & Cõtinẽs eſt in omni
genere cauſarum. Nihil enim dicitur, cui non inſit, ratio, & quò iudicium referatur, & quod H
rem maximè contineat. Sed quia magis hæc variantur in litibus, & ferè tradita ſunt ab iis, qui de iudicialibus cauſis aliqua compoſuerunt, in illam partem differantur. Nunc quia in tria genera cauſas diuiſi, ordinem ſequar.

De Demonſtratiuo, quod conſtat Laude & Vituperatione. Cap. VII.

C potiſſimum incipiam ab ea, quæ conſtat Laude & Vituperatione. Quod genus videtur Ariſtoteles, atquæ eum ſecutus Theophraſtus, à parte negocia
A li, hoc eſt πραγματικῆς remouiſſe, totámque ad ſolos auditores relegaſſe: & id
πραγματικ. eius nominis, quod ab oſtentatione ducitur, proprium eſt. Sed mos Roma- I
nus etiam negociis hoc muuus inſeruit. Nam & funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio, atque ex Senatuſconſulto magiſtratibus ſæpe mãdantur: & laudare teſtem, vel contrà, pertinet ad momentum iudiciorum: & ipſis etiam reis dare laudatores licet: & editi in competitores, in L. Piſonem, & Clodium, & Curionem libri, vituperationem continent, & tamen in Senatu loco ſunt habiti ſententiæ. Nec inficias eo, eſſe quaſdam ex hoc genere materias ad ſolam compoſitas oſtentationem, vt laudes Deorum Virorũmque, quos priora tempora tulerũt. Quo ſoluitur quæſtio ſuprà tractata, manifeſtũmque eſt errare eos, qui nunquam Oratorem dicturum, niſi de re dubia putauerunt. An laudes * Capitolini Iouis, perpetua ſacri certaminis materia, vel dubiæ ſunt, vel nõ Oratorio genere tractantur? Vt deſiderat autem Laus quæ negociis adhibetur, probationem: ſic K
etiam illa quæ oſtẽtationi componitur, habet interim aliquam ſpeciem probationis. Vt qui Romulum Martis filium, educatũmque à lupa dicat, in argumentum cæleſtis ortus vtatur his, quòd abiectus in profluentem non potuerit extingui, quòd omnia ſic egerit vt genitum præſide bellorum deo incredibile non ſit, quòd ipſum quoque cælo receptum temporis eius homines non dubitauerint. Quædam vero etiam in defenſionis ſpeciem cadent, vt ſi in laude Herculis, permutatum cum Regina Lydiæ habitum, & imperata (vt traditur) penſa Orator excuſet. Sed proprium LAVDIS eſt, res amplificare & ornare. Quæ materia præcipuè quidem in Deos & Homines cadit: eſt tamẽ & aliorum animalium, etiã carẽtium
Laus deorum. anima. Verum in DEIS, generaliter primum maieſtatem ipſius eorum naturæ venerabimur: deinde propriam vim cuiuſque: & inuenta, quæ vtile aliquid hominibus attulerũt. L
Vis oſtẽditur, vt in Ioue, regũdorum hominum: in Marte, belli: in Neptuno, maris. Inuenta, vt artium, in Minerua: Mercurio, literarum: medicinæ, Apolline: Cerere, frugũ: Libero, vini. Tum ſiqua ab his acta vetuſtas tradidit, commemorãda. Addunt etiam Diis honorem Parẽtes, vt ſiquis ſit filius Iouis. Addit Antiquitas, vt iis qui ſunt ex Chao. Progenies quoque, vt Apollo ac Diana Latonæ. Laudãdum in quibuſdã, quòd geniti immortales, in quibuſdã quòd immortalitatẽ virtute ſunt cõſecuti: quod pietas Principis noſtri, præ-
Laus hominũ a tẽpore. ſentium quoque tẽporum decus, fecit. Magis eſt varia LAVS HOMINVM. Nã primũ diuiditur in tẽpora, quódque ante eos fuit, quódque ipſi vixerunt. In iis autem qui fato ſunt functi, etiam quod eſt inſecutum. Ante hominem, patria, ac parentes, maiorésque erunt. quorum duplex tractatus eſt: aut enim reſpondiſſe nobilitati, pulchrum erit: aut humilius genus illuſtraſſe factis. Illa quoque interim ex eo, quod ante ipſum fuit, tẽpore tra- M
hentur, quæ reſponſis vel auguriis futuram claritatem promiſerũt. Sicut eum qui ex Thetide natus eſſet, maiorem patre ſuo futurum, ceciniſſe dicũtur oracula. Ipſius vero Laus Ho
A corpore. minis ex animo, & corpore, & extra poſitis peti debet. Et CORporis quidẽ fortuitorũm-
Iliad. iiij. que cum leuior, tum non vno modo tractanda eſt. Nam & pulchritudinem interim robur-

A que prosequimur honore verborum,vt Homerus in Agaménone atque Achille.Interim cõ fert admirationi multum etiam infirmitas,vt cum idem Tydea paruum, sed bellatorem dicit fuisse. FORtuna vero tum dignitatẽ affert,vt in regibus principibusque(nãque est hæc materia ostendendæ virtutis vberior) tum quô minores opes fuerunt, eô maiorem benefactis gloriam parit.Sed omnia quæ extra nos bona sunt, quæque hominibus forte obtigerũt, non ideo laudantur,quòd habuerit quis ea,sed quod iis honestè sit vsus. Nam diuitiæ,& potentia,& gratia,cum plurimum virium dent in vtranque partem, certissimum faciunt morum experimẽtum:aut enim meliores propter hæc, aut peiores sumus. Animi semper vera Laus.Sed non vna per hoc opus via ducitur. Nãque alias ætatis gradus, gestarúmque rerũ ordiné sequi speciosius fuit: vt in primis annis laudaretur indoles,tum disciplinæ, post hoc
B operum,id est factorum dictorũmque contextus:alias in species virtutum diuidere laudem, fortitudinis,iustitiæ,continentiæ,cæterarûmque,ac singulis assignare quæ secundum quanque earum gesta erunt. Vtra sit autem harum via vtilior, cum materia deliberabimus : dum sciamus gratiora esse audientibus,quæ solus quis,aut primus,aut certe cum paucis feciſſe dicetur.Siquid præterea supra spem aut expectationem, præcipuè quòd aliena potius causſa, quàm sua. TEMpus quod finem hominis insequitur,non semper tractare contingit:non solum quẽd viuentes aliquando laudamus,sed quòd rara hæc occasio est,vt referri possint diuini honores & decreta,vt publicè statuæ constitutæ.Inter quæ enumerauerim ingeniorum monumenta,quæ seculis probarentur. Nam quidam,sicut Menander,iustiora posterorum, quàm suæ ætatis iudicia sunt consecuta. Afferũt Laudem liberi parentibus, vrbes condi-
C toribus,leges latoribus,artes inuẽtoribus,necnõ instituta quoque authoribus, vt à Numa traditũ deos colere,à Publicola fasces populo submittere. Qui etiã omnis in VITVPERATIONE ordo constabit, tãtùm in diuersum. Nam & Turpitudo generis oppro brio multis fuit:& quosdã Claritas ipsa notiores circa vitia, & inuisos magis fecit.Et in quibusdam,vt in Paride traditũ est,prædicta pernicies. Corporis & formæ quibusdam mala cõtemptum,vt Thersitæ:at vero quibusdam bona vitiis corrupta, odium attulerunt, vt Nirea imbellem * Plisthenem impudicum,à poetis accepimus. Et Animi totidem vitia,quot virtutes sunt.nec minus quàm in laudibus, duplici ratione tractantur. Et post mortem adiecta quibusdam ignominia est:vt Melio,cuius domus solo æquata. M.que Manlio,cuius præno men e familia in posterum exemptum est.Et parentes malorum odimus.Et est cõditoribus
D vrbium infamiæ,contraxisse aliquam pernicioſam cæteris gentem, qualis est primus Iudaicæ superstitionis author,& Gracchorum leges inuisæ.Et siquod est exemplum deforme poste ris traditũ,quale libidinis vir Perses in muliere * Samia instituere ausus dicitur primus. Sed in viuentibus quoque iudicia hominum velut argumẽta sunt morum,& honos aut ignominia veram esse laudem vel vituperationem probat. Interesse tamen Aristoteles putat, VBI quisque laudetur aut vituperetur. Nam plurimum refert, qui sint audientium mores,quæ publice recepta persuasio: vt illa maximè quæ probãt, esse in eo qui laudabitur, credant:aut in eo contra quem dicemus, ea quæ oderunt. ita non dubium erit iudicium,quod orationem præcesserit.Ipsorum etiam iudicum permiscenda laus semper:nam id beneuolos facit : quoties autem fieri poterit,cum materiæ vtilitate iungenda. Minus Lacedæmone stu
E dia literarum,quàm Athenis, honoris merebuntur:plus patientia, fortitudo. Rapto viuere quibusdam honestum,aliis cura legum.Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret,veteribus Romanis summum luxuriæ crimen.Eadem in singulis differẽtia. Maximè fauet iudex, qui sibi dicẽtem * assentiri putat. Idem præcipit illud quoque quod mox Cornelius Celsus prope supra modum inuasit: quia sit quædam virtutibus ac vitiis vicinitas, vtẽdum proxima deriuatione verborum,vt pro temerario fortem, pro prodigo liberalem, pro auaro parcum vocemus: quæ eadem etiam contrà valẽt. Quod quidem Orator,id est vir bonus nunquam faciet,nisi forte communi vtilitate ducatur. Laudantur autem VRBES similiter atque homines.Nam pro parente est conditor: & multum authoritatis affert vetustas,vt iis qui Terra dicuntur orti:& virtutes ac vitia circa res gestas, eadémque in singulis. Illa
F propria, quæ ex Loci positione aut munitione sunt : ciues illis,vt hominibus liberi,decori.

Est laus & OPERũ,in quibus honor,vtilitas,pulchritudo,author spectari solet. honor,vt in tẽplis:vtilitas,vt in muris:pulchritudo vel author,vtrobique. Est & LOCORVM, qualis Siciliæ apud Ciceronem,in quibus similiter speciem & vtilitatem intuemur:speciem, maritimis,planis,amœnis:vtilitatem,salubribus,fertilibus. Erit etiam Dictorum honestorum Factorúmque Laus generalis : erit & rerum omnis modi. Nam & somni & mortis

Iliad.ij.
Iliad.v.
A fortuna.
Ab animo. Cic. in Partit.
A tẽpore
Liuiꝰ.i.&.ij
Liuius.ij.
Vituparío hominum.
Iliad.vi.
Iliad.ij.
Animorũ vitia.
Loci discretio.
Vrbiũ laudes.
Actiõe.iiij.

ſcriptæ Laudes,& quorundam à medicis ciborum. Itaque vt non conſenſi hoc Laudatiuum G
genus circa ſolam verſari honeſti quæſtionem,ſic Qualitate maximè contineri puto: quanquam omnes tres Status cadere in hoc opus poſſint. His quoque vſum C. Cæſarem in vitu-
In Top. perando Catone,notauit Cicero. Totum autem habet aliquid ſimile Suaſoriis: quia plerunque eadem illic ſuaderi,hic laudari ſolent.

De Suaſoria ſeu Deliberatiua,& Proſopopœia. Cap. VIII.

ij. de Orat. DELIBERATIVAS quoque miror à quibuſdam ſola vtilitate finitas. Ac ſiquid in his vnum ſequi oporteret, potior fuiſſet apud me Ciceronis ſen
D tentia,qui hoc materiæ genus dignitate maximè contineri putat. Nec dubi H
to quin ii, qui ſunt in illa priore ſententia, ſecundum opinionem pulcherrimam,ne vtile quidem,niſi quod honeſtum eſſet,exiſtimarint. Et eſt hæc ratio veriſſima, ſi conſilium contingat ſemper bonorum ac ſapientum. Verum apud imperitos,apud quos frequenter dicenda ſententia eſt,populúmque præcipuè,qui ex pluribus conſtat indoctis,diſcernenda ſunt hæc, & ſecundum communes magis intellectus loquendum. Sunt enim multi,qui etiam quæ credunt honeſta,non tamen ſatis eadem vtilia quoque exiſtiment,quæ turpia eſſe dubitare non poſſunt, vtilitatis ſpecie ducti probent: vt fœdus Numantinum,iugúmque Caudinum. Ne Qualitatis quidem ſtatu,in quo & honeſtorũ & vtilium quæſtio eſt,complecti ea ſatis eſt. Nam frequenter in iis etiam Coniecturæ locus eſt.

Nonnunquam etiã tractatur aliqua Finitio. Aliquando etiã incidere poſſunt Legales tra I
ctatus,in priuata maximè conſilia,ſiquãdo ambigitur an liceat. De Cõiectura paulo poſt plu
In olinth. ribus. Interim eſt Finitio apud Demoſthenem,Det Haloneſum Philippus,an reddat. Apud
Philip. ix. Ciceronem in Philippicis,quid ſit Tumultus. Quid? nõ illa ſimilis iudicialium quæſtio,de
Philip. viij. ſtatua Seruii Sulpitii? an iis demum ponenda ſit,qui in legatione ferro ſunt interẽpti. Ergo pars Deliberatiua (quæ eadem Suaſoria dicitur,de tempore futuro cõſultat, quærit etiam de præterito) officiis conſtat duobus, ſuadendi & diſſuadendi. PROOEMIO, quale eſt in Iudicialibus,non vbique eget,quia conciliatus eſt ei quiſque,quem conſulit. Initium tamen quodcunque debet habere aliquam Proœmii ſpeciem. nec enim abrupte, nec vnde libuit, incipiendum : quia eſt aliquid in omni materia naturaliter primum. In Senatu vtique & in concionibus,eadem ratio quæ apud iudices, acquirendæ ſibi plerunque eorũ apud K
quos dicendum ſit,beneuolentiæ. Nec mirum,cum etiam in Panegyricis petatur audientium fauor,vbi emolumentum non vtilitate aliqua, ſed in ſola làude conſiſtit. Ariſtoteles quidem,nec ſine cauſa,putat & à noſtra,& ab eius quæ diſſentiet, perſona duci frequenter in conſiliis Exordium, quaſi mutuantibus hæc nobis à Iudiciali genere: nonnunquam etiam, vt minor res maiórue videatur. In Demonſtratiuis vero Proœmia eſſe maximè libera exiſtimat. Nam & longe à materia duci hoc, vt in Helenes laude Iſocrates fecerit: & ex aliqua rei vicinia,vt idem in Panegyrico * conqueritur, plus honoris corporum quàm animorum virtutibus dari. Et Gorgias in Olympico laudans eos,qui primi tales inſtituerunt conuentus. Quos ſecutus videlicet Criſpus Salluſtius in bello Iugurthino & Catilinario, nihil ad hiſtoriam pertinentibus principiis orſus eſt. Sed nunc ad Suaſoriam, in qua etiam L
cum Proœmio vtemur, breuiore tamen & velut quodam capite tantûm, & initio debebimus eſſe contenti. NARRATIONEM vero nunquam exiget priuata Deliberatio,eius duntaxat rei,de qua dicenda ſententia eſt:quia nemo ignorat id de quo conſulit. Extrinſecus poſſunt pertinentia ad Deliberationẽ multa narrari. In cõcionibus ſæpe eſt etiam illa,quæ ordinem rei docet,neceſſaria:& affectus,vt quæque maximè poſtulabit. Nam & cõciranda & leniẽda frequenter eſt ita,& ad metum,cupiditatem,odium,conciliationem impellendi animi. Nonnunquam etiam mouenda miſeratio, ſiue vt auxilium obſeſſis feratur ſuadere oportebit,ſiue ſociæ ciuitatis euerſionem deflebimus. Valet autẽ in conſiliis AVthoritas plurimum. Nam & prudentiſſimus eſſe haberique & optimus debet, qui ſententiæ ſuæ de vtilibus atque honeſtis credere omnes velit. In iudiciis enim vulgo fas habetur indul M
gere aliquid ſtudio ſuo: Conſilia nemo eſt qui neget ſecũdum mores dari. Græcorum quidem plurimi omne hoc officium Concionale eſſe iudicauerunt,& in ſola Reipublicæ admi
niſtratione poſuerunt. Quin & Cicero in hac maximè parte verſatur. Ideóque ſuaſuris de pa
ij. de Orat. ce,bello,copiis,operibus, vectigalibus, hæc duo præcipuè nota eſſe voluit, vires ciuitatis & mores: vt ex natura tum ipſarum rerum,tum audientium,ratio ſuadendi duceretur. Nobis maior in re videtur varietas. nam & conſultantium & conſiliorum plurima ſunt genera.

A Quare in ſuadendo & diſſuadendo TRIA primum ſpectanda erunt, Quid ſit de quo deliberetur, Qui ſint qui deliberent, Qui ſit qui ſuadeat. Rem de qua deliberatur, aut certum eſt poſſe fieri, aut incertum. Si incertum, hæc erit quæſtio ſola, aut potentiſſima: ſæpe enim accidet, vt prius dicamus, ne ſi poſſit quidem fieri, eſſe faciendum, deinde fieri non poſſe. Cum autem de hoc quæritur, Coniectura eſt, an Iſthmos intercidi, an ſiccari palus Pontina, an portus fieri Hoſtiæ poſſit, an Alexander terras vltra Oceanum ſit inuenturus. Sed in iis quoque, quæ conſtabit poſſe fieri, Coniectura erit aliquando: vt ſi quæratur, an vtique futurum ſit, vt Carthaginem ſuperent Romani. Vt redeat Hannibal, ſi Scipio exercitum in Aphricam tranſtulerit. Vt ſeruent fidem Samnites, ſi Romani arma depoſuerint. Quædam & fieri poſſe, & futura eſſe credi- Liuius.i. Dec.
B bile eſt: ſed aut alio tempore, aut alio loco, aut alio modo. Vbi Coniecturæ non erit locus, alia ſunt intuenda. Et primum, aut propter ipſam rem, de qua ſententiæ rogantur, conſultabitur: aut propter alias interuenientes extrinſecus cauſas. Propter ipſam deliberant P.C. an ſtipẽdium militi conſtituant. Hæc materia ſimplex erit. Accedunt cauſæ aut faciẽdi Liui⁹ De-
vt deliberant P. C. an Fabios dedant Gallis bellum minitantibus: aut non faciendi, vt de- cad.i. lib.v.
liberat C. Cæſar, an perſeueret in Germaniam ire, cum milites paſſim teſtamenta face- Cõmẽt.i.
rent. Hæ Suaſoriæ duplices ſunt. Nam & illic cauſa deliberandi eſt, quòd bellum Galli minitentur: eſſe tamen quæſtio poteſt, dedendi ne fuerint etiam citra hanc denunciationem, quia contra fas cum Legati miſſi eſſent, prælium inierint: regẽmque ad quem mandata acceperant, trucidarint. Et hic nihil Cæſar ſine dubio deliberet, niſi propter
C hanc militum perturbationem: eſt tamen locus quærendi, an citra hunc quoque caſum penetrandum in Germaniam fuerit. Semper autem de eo prius loquemur, de quo deliberari etiam detractis ſequentibus poſſet. PARTES SVADENDI quidam putauerunt Honeſtum, Vtile, Neceſſarium: ego non inuenio huic tertiæ locum. Quantalibet enim vis ingruat, aliquid fortaſſe pati neceſſe ſit, nihil facere: de faciendo autem deliberatur. Quòd ſi hanc vocant neceſſitatem, in qua homines grauiorum metu coguntur, vtilitatis erit quæſtio. Vt enim ſi obſeſſi, & impares, & aqua cibóque defecti de facienda ad hoſtem deditione deliberent, & dicatur neceſſe eſt, nempe ſequitur vt hoc ſubiiciatur, alioqui pereundum eſt: ita propter id ipſum non eſt neceſſe, quia perire potius licet. Denique non fecerunt Saguntini, nec in rate Opitergina circunuenti. Igitur
D in his quoque cauſis, aut de ſola vtilitate ambigetur, aut quæſtio inter vtile atque honeſtum conſiſtet. At enim ſiquis liberos procreare volet, neceſſe habeat vxorem ducere. quis dubitat? ſi ei qui pater vult fieri, liqueat neceſſe eſſe vxorem eſſe ducendam. Itaque mihi ne conſilium quidem videtur, vbi neceſſitas eſt: non magis quàm vbi conſtat, quid fieri omnino non poſſe. Omnis enim Deliberatio de dubiis eſt. Melius igitur, qui tertiam partem dixerunt δυνατὸν, quod noſtri Poſſibile nominant: quæ vt dura videatur appellatio, tamen ſola eſt. Quas partes non omnes in omnem cadere Suaſoriam, manifeſtius eſt quàm vt docendum ſit. Tamen apud pleroſque earum numerus augetur, à quibus ponuntur vt partes, quæ ſpecies ſunt partium. Nam fas, iuſtum, pium,
E æquum, manſuetum quoque, ſic enim ſunt interpretati ὅσιον, & ſiqua adhuc adiicere quis eiuſdem generis velit, ſubiici poſſunt honeſtati. An ſit autem facile, magnum, iucundum, ſine periculo, ad quæſtionem pertinet vtilitatis, qui loci oriuntur ex cõtradictione. Eſt quidem vtile, ſed difficile,* prauum, iniucundum, periculoſum. Tamen quibuſdam videtur Ariſtot. in
eſſe nonnunquam de iucunditate ſola conſultatio, vt ſi de ædificando theatro, inſtituẽdis lu- Rhet ad
dis, deliberetur. Sed neminem adeo ſolutũ luxu puto, vt nihil in cauſa ſuadẽdi ſequatur præ- Alexãdrũ.
ter voluptatem. Præcedat enim ſemper aliquid neceſſe eſt, vt in ludis honor deorũ, in theatro non inutilis laborum remiſſio, deformis & incommoda turbæ, ſi id non ſit, cõflictatio: & nihilominus eadem illa religio, cum theatrum veluti quoddam illius ſacri templum vocabimus. Sæpe vero & vtilitatem deſpiciendam eſſe dicimus, vt honeſta faciamus: vt cum illis
Opiterginis damus conſilium, ne ſe hoſtibus dedant, quanquam perituri ſint, niſi fecerint.
F Et vtilia honeſtis præferimus, vt cum ſuademus vt bello Punico ſerui armentur. Sed tamen nec hic plane concedendum eſt, eſſe id inhoneſtum. Liberos enim natura omnes, & iiſdem conſtare elementis, & fortaſſe antiquis etiam nobilibus ortos, dici poteſt. Et illic vbi manifeſtum periculum eſt, opponenda alia ſunt pericula: vt crudelius etiam perituros affirmemus, ſi ſe dediderint, ſiue hoſtis non ſeruauerit fidem, ſiue Cæſar vicerit, quod eſt veroſimilius. Hæc autem, quæ tantum inter ſe pugnant, plerunque nominibus deflecti ſo-

Tria ĩ Suaſoriis ſpectanda.

Partes ſuadendi.

lent. Nam & vtilitas ipſa expugnatur ab iis, qui dicunt non ſolum potiora eſſe hone- G
ſta quàm vtilia, ſed ne vtilia quidem eſſe, quæ non ſunt honeſta: & contrà, quod nos
honeſtum, illi vanum, ambitioſum, ſtolidum, verbis quàm re probabilius vocant. Nec
Vtilia inter ſe. tantùm inutilibus comparantur vtilia, ſed inter ſe quoque ipſa: vt ſi è duobus eligamus, in altero quid ſit magis, in altero quid ſit minus. Creſcit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam Suaſoriæ incidunt, vt cum Pompeius deliberauit, Parthos, an Aphricam, an AEgyptum peteret. Ita non tantùm vtrum ſit melius, ſed quid ſit optimum quæritur. Item contra. Nec vnquam incidet in hoc genere materiæ Dubitatio rei, quæ vndique ſecundum nos ſit. Nam vbi contradictioni locus non eſt, quæ poteſt eſſe cauſa dubitandi? Item fere omnis Suaſoria nihil eſt aliud quàm Comparatio. Videndúmque, quid conſecuturi ſimus, & per quid, vt æſtimari poſſit, plus in eo, quod petimus, H
ſit commodi: an vero in eo per quod petimus, incommodi. Eſt vtilitatis & in Tempore quæſtio, Expedit, ſed non nunc. Et in Loco, Non hic. Et in Perſona, Non nobis, non
Perſona de coris cauſa intuenda. contra hos. Et in Genere agendi, Non ſic. Et in Modo. Non in tantum. Sed PERSONAM ſæpius decoris cauſa intuemur, quæ & in nobis, & iis qui deliberant, ſpectanda eſt. Itaque quanuis exempla plurimum in conſiliis poſſint, quia facillimè ad conſentiendum homines ducuntur experimentis, refert tamen, quorum authoritas, & quibus adhibeatur. Diuerſi ſunt enim deliberantium animi, duplex conditio. Nam conſultant aut plures, aut ſinguli: ſed in vtriſque differentia: quia & in pluribus multum intereſt, Senatus ſit, an populus: Romani, an Fidenates: Græci, an Barbari. & in ſingulis, Catoni petendos honores ſuadeamus, an C. Mario: de ratione belli Scipio prior, I
an Fabius deliberet. Proinde intuenda, Sexus, Dignitas, AEtas. Sed Mores præcipuè diſcrimen dabunt. Et honeſta quidem honeſtis ſuadere facillimum eſt: ſi vero apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diuerſam vitæ ſectam, cauendum eſt. Et animus deliberantis, non ipſa honeſti natura, quam ille non reſpicit, permouendus: ſed laude, vulgi opinione (etſi parum proficiet hæc vanitas) ſecuturam ex his vtilitatem: aliquanto vero magis obiiciendo aliquos, ſi diuerſa fecerit, metus. Nam præter id quòd his leuiſſimi cuiuſque animus facillimè terretur, neſcio an etiam naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quàm ſpes bonorum: ſicut facilior eiſdem turpium, quàm honeſtorum intellectus eſt. Aliquando bonis quoque ſuadentur parum decora, dantur parum bonis conſilia: in quibus ipſorum, qui conſulunt, ſpectatur vtilitas. Nec me fallit, quæ ſtatim cogitatio K
ſubire poſſit legentem. Hoc ergo præcipis? & hoc fas putas? Poterat me liberare M. Cicero, qui ita ſcribit ad Brutum, Propoſitis plurimis quæ honeſtè ſuaderi Cæſari poſſent, Sim ne bonus vir, ſi hæc ſuadeam? minimè. Suaſoriæ enim eſt finis, non vtilitas eius cui quiſque ſuadet. At recta ſunt: quis negat? ſed non eſt ſemper rectis in ſuadendo locus. Sed quia eſt altior quæſtio, nec tantùm ad Suaſorias pertinet, deſtinatus eſt mihi hic locus duodecimo, qui ſummus futurus eſt, libro. Nec ego quicquam fieri turpiter velim, verum interim hæc, vel ad ſcholarum exercitationes pertinere credantur: nam & iniquorum ratio noſcenda eſt, vt melius æqua tueamur. Interim ſiquis bono inhoneſta ſuadebit, memineCOlor deformibus dandus. rit non ſuadere tanquam inhoneſta, vt quidam Declamatores Sext. Pompeium ad piraticam, propter hoc ipſum quòd turpis ac crudelis ſit, impellũt. Sed dandus illis DEFOR- L
MIBVS COlor, idque etiam apud malos. Nec enim eſt quiſquam tam malus, vt malus videri velit. Sic Catilina apud Salluſtium loquitur, vt rem ſceleratiſſimam non malitia, ſed indignatione videatur audere. Sic Atreus apud Varium, Iam fero (inquit) infandiſſima, iam facere cogor. Quanto magis eis, quibus fuit cura famæ conſeruandus eſt hic vel ambitus? Quare & cum Ciceroni dabimus conſilium, vt Antonium roget, vel etiam vt Philippicas (ita vitam pollicente eo) exurat, non cupiditatem lucis allegabimus? (Hæc enim ſi valet in animo eius, tacẽtibus quoque nobis valet) ſed vt ſe Reipublicæ ſeruet, hortabimur. Hac illi opus eſt occaſione, ne eum talium precum pudeat. Et C. Cæſari ſuadentes regnum, affirmabimus ſtare iam Rempub. niſi vno regẽte, non poſſe. Nam qui de re nefaria deliberat, id ſolum quærit, quomodo quàm minimum peccare videatur. Multum refert etiam M
Perſona ſuadentis. quæ ſit Perſona ſuadentis, quia anteacta vita, ſi illuſtris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, affert expectationem. Prouidendum eſt, Ne quæ dicuntur, ab eo qui dicit, diſſentiant. At his contraria ſummiſſiorem quendam modum poſtulãt. Nam quæ in aliis Libertas eſt, in aliis Licentia vocatur. Et quibuſdã ſufficit authoritas, quoſdã ratio ipſa ægre tuetur.

Ideóque longè mihi videntur difficillimæ PROSOPOPOEIAE, in quibus ad reli-

A quum Suasoriæ laborem, accedit etiam personæ difficultas. Nanque vnum & idem aliter Cæsar, aliter Cicero, aliter Cato suadere debebit. Vtilissima vero hæc exercitatio, vel quòd duplicis est operæ, vel quòd poetis quoque, aut historiarum futuris scriptoribus plurimum confert: verum & Oratoribus necessaria. Nam sunt multæ à Græcis Latinisque compositæ orationes, quibus alii vterentur, ad quorum conditionem vitámque aptanda quæ dicebantur fuerunt. An eodem modo cogitauit, aut eandem personam induit Cicero cum scriberet Cn. Pompeio, & cum C.* Appio cæterisve: ac non vniuscuiusque eorum fortunam, dignitatem, res gestas intuitus: omnium etiam, quibus vocem dabat, imaginem expressit? vt melius quidem, sed tamen ipsi dicere viderétur. Nec minus vitiosa est oratio, si ab homine, quàm si à re, cui accommodari debuit, dissidet. Ideóque Lysias optimè videtur in iis quæ scribebat in-
B doctis, seruasse veritatis fidem. Enimuero præcipuè Declamatoribus considerandum est, quid cuique personæ conueniat. qui paucissimas controuersias ita dicunt vt aduocati: plerũque filii, patres, diuites, senes asperi, lenes, auari, denique superstitiosi, timidi, derisores fiunt: vt vix comœdiarum actoribus plures habitus in pronunciando concipiendi sint, quàm his in dicẽdo. Quæ omnia videri possunt Prosopopœiæ, quas ego Suasoriis subieci, quia nullo alio ab his quàm persona distant. Quanquam hoc aliquando etiam in cõtrouersias ducitur, quæ ex historiis compositæ, certis agentium nominibus continentur. Neque ignoro plerunque exercitationis gratia poni, & poeticas & historicas, vt Priami verba apud Achillem, aut Syllæ Dictaturam deponentis in concione. Sed hæc in partem cedent trium generum, in quæ causas diuisimus. Nam & rogare, indicare, rationem reddere, & alia de quibus supra
C dictum est, varie atque, vt res vult, in materia Iudiciali, Deliberatiua, Demonstratiua, subiicere solemus. Frequentissimè tamen in his vtimur ficta personarũ, quas ipsi substituimus, oratione, vt apud Ciceronem pro Cælio in Clodiam, & Cæcus Appius, & Clodius frater: ille in castigationem, hic in rationem amorum compositus, alloquitur. Solent in scholis fingi materiæ ad deliberandum similiores controuersiis, & ex vtroque genere commixtæ: vt cum apud C. Cæsarem consultatio de pœna Theodoti ponitur. Constat enim accusatione & defensione causæ, quod est Iudicialium proprium. Permixta autem est & vtilitatis ratio, an pro Cæsare fuerit occidi Pompeium, an timendum à Rege bellum, si Theodotus sit occisus: an id minime opportunum hoc tempore, & periculosum, & certe longum sit futurum. Quæritur & de honesto, deceat ne Cæsarem vltio Pompeii: an sit verendum ne
D peiorem faciat suarum partium causam, si Pompeium indignum morte fateatur. Quod genus accidere etiam veritati potest. Non simplex autem circa Suasorias error in plerisque Declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his diuersum, atque in totum illi Iudiciali contrarium esse existimauerunt. Nam & principia abrupta, & concitatam semper orationem, & in verbis effusiorem (vt ipsi vocant) cultum affectauerunt, & earum breuiores vtique commentarios quàm Iudicialis materiæ facere elaborauerunt. Ego porro vt Proœmio video non vtique opus esse Suasoriis, propter quas dixi supra causas: ita cur initio furiosè sit exclamandum, non intelligo: cum proposita consultatione rogatus sententiam, si modo est sanus, non quiritet, sed quàm maximè potest ciuili & humano ingressu mereri assensum deliberantis velit. Cur igitur torrens, & vtique
E æqualiter concitata sit in ea dicentis oratio, cum vel præcipuè moderationem rationémque consilia desiderent? Neque ego negauerim sæpius subsidere in controuersiis impetum dicendi Proœmio, Narratione, Argumentis: quem si detrahas, id ferè supererit, quo Suasoriæ cõstãt. Verum id quoque æqualius erit, non tumultuosius atque turbidius. Verborum autem Magnificentia non validius est affectanda Suasorias declamantibus, sed contingit magis. Nam & personæ ferè magnæ fingentibus placent, Regum, Principum, Populi, Senatus, & res ampliores: ita cum verba rebus aptentur, ipso materiæ nitore clarescunt. Alia veris consiliis ratio est. Ideóque Theophrastus quàm màximè remotum ab omni affectatione in Deliberatiuo genere voluit esse sermonem: secutus in hoc au-
F thoritatem præceptoris sui, quanquam dissentire ab eo non timide solet. Nanque Aristoteles idoneam maximè ad scribendum Demonstratiuam, proximámque ab ea Iudicialem putauit: videlicet quoniam prior illa tota esset ostentationis, hæc secunda egeret artis vel ad fallendum, si ita popposciſſet vtilitas: Consilia fide prudentiáque constarent. Quibus in Demonstratiua consentio. Nam & omnes alii scriptores idem tradiderunt. In iudiciis autem consiliisque, secundum conditionem ipsius quæ tractabitur rei, accommodãdam dicendi credo rationem. Nam & Philippicas Demosthenis iisdẽ quibus habitas in iudiciis

Dicendi genus in Suasorijs.

Verborum magnificentia in Suasorijs crebrior dũtaxat fictis.

orationes, video eminere virtutibus. Et Ciceronis ſententiæ & conciones, non minus cla- G
rum quàm eſt in accuſationibus ac defenſionibus eloquentiæ lumen oſtendunt. Dicit tamẽ
de Suaſoria idem hoc modo, Tota autem oratio ſimplex, & grauis, & ſententiis debet orna-
tior eſſe quàm verbis. Vſum exemplorum nulli materiæ magis cõuenire merito ferè omnes
conſentiunt, cum plerũque videantur reſpondere futura præteritis: habeaturque experimen-
tum, velut quoddam rationis teſtimonium. Breuitas quoque aut Copia non genere mate
riæ, ſed modo conſtãt. Nam vt in conſiliis plerunque ſimplicior quæſtio eſt, ita ſæpe in cau-
ſis minor. Quæ omnia vera eſſe ſciet, ſiquis non orationes modo, ſed hiſtorias etiam (nan-
que in his conciones atque ſententiæ plerunque ſuadendi ac diſſuadendi funguntur officio)
legere maluerit, quàm in commentariis Rhetorum conſeneſcere. Inueniet enim nec in con-
ſiliis abrupta initia, & concitatius ſæpe in iudiciis dictum, & verba aptata rebus in vtroque H
genere, & breuiores aliquando cauſarum orationes quàm ſententiarum. Ne illa quidem in
iis vitia deprehendet, quibus quidam Declamatores laborãt, quòd & contra ſentientibus in-
humanè conuiciantur: & ita plerunque dicunt, tanquam ab iis qui deliberant, vtique diſſen-
tiant. Itaque obiurgantibus ſimiliores ſunt quàm ſuadentibus. Hæc adoleſcentes ſibi ſcri-
pta ſciant, ne aliter quàm dicturi ſint, exerceri velint, & in deſueſcendis morentur. Cæterum
cum aduocari cœperint in conſilia amicorum, dicere ſententiam in Senatu, ſuadere, ſiquid
conſulet princeps, quod præceptis fortaſſe non credunt, vſu docebuntur.

De Partibus Cauſarum Iudicialium. Cap. IX.

I

Quinque partes cauſarũ iudicialium.

VNC de IVDICIALI genere, quod eſt præcipuè multiplex, ſed offi-
N ciis conſtat duobus, Intentionis ac Depulſionis. Cuius PARtes, vt pluri
mis authoribus placuit, quinque ſunt, Prooemium, Narratio, Probatio, Re-
futatio, Peroratio. His adiecerũt quidam Partitionem, Propoſitionem, Ex-
ceſſum: quarum priores duæ Probationi ſuccedunt. Nam proponere qui-
dem quæ ſis probaturus, neceſſe eſt, ſed & concludere. Cur igitur, ſi illa pars cauſæ eſt, non &
hæc ſit? Partitio vero Diſpoſitionis eſt ſpecies, ipſa Diſpoſitio pars Rhetorices: & per omnes
materias totũmque earum corpus æqualiter fuſa, ſicut Inuentio, Elocutio. Ideóque eam non
orationis tantùm partem vnàm eſſe, credendum eſt, ſed quæſtionum etiam ſingularũ. Quæ
nanque eſt quæſtio, in qua non promittere poſſit Orator, quid primo, quid ſecũdo, quid ter- K
tio ſit loco dicturus? quod eſt proprium Partitionis. Quàm ergo ridiculum eſt, Quæſtionẽ
quidem ſpeciem eſſe Probationis: Partitionem autem, quæ ſit ſpecies Quæſtionis, partem
totius orationis vocari? Egreſſio vero, vel (quod vſitatius eſſe cœpit) Exceſſus, ſiue eſt extra
Exceſſus. cauſam, non poteſt eſſe pars cauſæ: ſiue eſt in cauſa, adiutorium vel ornamentum partium
earum eſt, ex quibus egreditur. Nam ſi quicquid in cauſa eſt, pars cauſæ vocabitur, cur non ar
gumentum, ſimilitudo, locus communis, affectus, exempla, partes vocentur? Tamen nec
iis aſſentior, qui detrahunt Refutationem, tanquam Probationi ſubiectam, vt Ariſtoteles.
Refutatio. Hæc enim eſt quæ cõſtituat, illa quæ deſtruat. Hoc quoque idem aliquatenus nouat, quòd
Prooemio non Narrationem ſubiungit, ſed Propoſitionem. Verum id facit, quia Propoſitio
Propoſitio genus, Narratio ſpecies videtur: & hac non ſemper, illa ſemper, & vbique credit opus eſſe. L

Verum ex his quas conſtitui partibus, non vt quicque primum dicendum, ita primum
cogitandum eſt. Sed ante omnia intueri oportet, Quod ſit genus cauſæ, Quid in ea quæra-
tur, Quid profit, Quid noceat: deinde, Quid confirmãdum atque refellendũ ſit: Tum, Quo-
modo narrandum. Expoſitio enim Probationum eſt præparatio: nec eſſe vtilis poteſt, niſi
prius conſtiterit, quid debeat de Probatione promittere: Poſtremo intuendum quemad-
modum Iudex ſit conciliandus. Nec enim niſi totis cauſæ partibus diligenter inſpectis, ſci-
re poſſimus qualem nobis facere animum cognoſcentis expediat, ſeuerum an mitem, concи-
tatum an remiſſum, aduerſum gratiæ an obnoxium. Nec ideo tamẽ eos probauerim, qui
ſcribendum quoque Prooemium nouiſſimè putant. Nam vt conferri materiam omnẽ opor
tet, & quid quoque loco ſit opus, conſtare, antequàm dicere aut ſcribere ordiamur, ita incipiẽ M
dum ab iis, quæ prima ſunt. Nam nec pingere quiſquam, aut fingere cœpit à pedibus. Nec
denique ars vlla conſummatur ibi, vnde ordiendum eſt. Quid fiet alioqui, ſi ſpatium compo
nendi orationem ſtylo non fuerit? nonne nos hæc inuerſa conſuetudo deceperit? Inſpicien
da igitur materia eſt, quo præcipimus ordine: ſcribenda, quo dicimus.

A De Generibus Iudicialium Controuerſiarum. Cap. X.

AETERVM Cauſa omnis,in qua pars altera agẽtis eſt,altera recuſantis, aut vnius rei controuerſia conſtat,aut plurium. Illa SIMPLEX dicitur,
C hæc CONIVNCTA.Vna controuerſia eſt per ſe furti, per ſe adulterii. Plures aut eiuſdem generis,vt in pecuniis repetundis: aut diuerſi,vt ſiquis ſacrilegii & homicidii ſimul accuſetur.Quod nunc in publicis iudiciis non accidit,quoniam Prætor certa lege ſortitur. Principum autem & Senatus cognitionibus frequens eſt,& populi fuit. Priuata quoque iudicia ſæpe vnum iudicem habere multis & diuerſis formulis ſolent,nec aliæ ſpecies erunt,etiam ſi vnus à duobus duntaxat eandem rem,
B atque ex eadem cauſa petet:aut duo ab vno:aut plures à pluribus.quod accidere in hæreditariis litibus interim ſcimus:quia quanuis in multis perſonis,cauſa tamen vna eſt, niſi conditio perſonarum quæſtiones variauerit. Diuerſum his Tertiũ Genus,quod dicitur COMPARATIVVM,cuius rei tractatus in parte cauſæ frequens eſt: vt cum apud Centumuiros poſt alia quæritur & hoc,vter dignior hæreditate ſit. Rarum eſt autem vt in foro iudicia propter id ſolum conſtituantur: ſicut DIVINATIONES,quæ fiunt de accuſatore conſtituendo:& nonnunquam inter delatores, vter præmium meruerit. Adiecerunt quidam numero, MVTVAM ACCVSATIONEM,quæ ἀντικατηγορία vocatur: aliis ſuccedere hanc quoque Comparatiuo generi exiſtimantibus. Cui ſimilis erit PEtitionum inuicem diuerſarum,quod accidit vel frequentiſſimè. Id ſi & ipſum vocari debet ἀντικατηγορία (nam proprio caret nomine) duo erunt genera eius:Alterum,quo litigatores idem
C crimen inuicem intentant:Alterum,quo aliud atque aliud.Cui & Petitionum conditio par eſt.Cum apparuerit genus cauſæ,tum intuebimur,negetúrne factum quod intẽditur, an defendatur,an alio nomine appelletur,an à genere actionis repellatur:vnde ſunt Status.

Quid Quæſtio,& quæ ſit Ratio,Iudicatio,Continens,& quatenus neceſſaria.

Cap. XI.

IS inuentis intuẽdum deinceps Hermagoræ videtur,quid ſit Quæſtio, Ratio,Iudicatio, Continens,id eſt, σωέχον, vel vt alii vocant Firmamentum.
D H QVAESTIO latius intelligitur omnis,de qua in vtranque partem, vel in plures dici credibiliter poteſt. In Iudiciali autem materia dupliciter accipienda eſt:Altero modo,quo dicimus multas quæſtiones habere cõtroueꝛſiam,quo etiam minores omnes complectimur : Altero, quo ſignificamus ſummam illam,in qua cauſa vertitur:de hac nunc loquor,ex qua naſcitur Status, an factum ſit, quid factum ſit,an rectè factum ſit.Has Hermagoras & Apollodorus,& alii plurimi ſcriptores proprie Quæſtiones vocãt: Theodorus (vt dixi) Capita generalia:ſicut illas minores,aut ex illis pẽdentes,ſpecialia. Nam & Quæſtionem ex Quæſtione naſci, & ſpeciem in ſpecies diuidi, conuenit. Hanc igitur Quæſtionem veluti principalem,vocant ζήτημα. RATIO autem eſt, qua id quod factum eſſe conſtat,defenditur. Et cur non vtamur eodem, quo ſunt
E vſi ferè omnes exemplo? Oreſtes matrem occidit.hoc conſtat,dicit ſe iuſtè feciſſe.Status erit Qualitatis.Quæſtio,an iuſtè fecerit.Ratio,quòd Clytæmneſtra maritũ ſuum patrẽ Oreſtis occidit.Hoc αἴτιον dicitur. κρινόμενον autẽ IVDICATIO,An oportuerit vel nocentẽ matrẽ à filio occidi. Quidã diuiſerunt αἴτιον & αἰτίαν,vt eſſet altera,propter quam iudiciũ cõſtitutum eſt,vt occiſa Clytæmneſtra:altera,qua factum defenditur,vt occiſus Agamẽnon. Sed tanta eſt circa verba diſſenſio,vt alii αἰτίαν cauſam iudicii,αἴτιον autem facti vocent: alii eadem in contrarium vertant. Latinorum quidam hæc Initium & Rationem vocauerunt, quidam vtrunque eodem nomine appellant. Cauſa quoque ex cauſa, id eſt αἴτιον ἐξ αἰτίου naſci videtur, quale eſt, Occidit Agamemnonem Clytæmneſtra , quia ille filiam communem immolauerat,& captiuam pellicem adducebat. Iidem putant & ſub vna Quæſtione
F plures eſſe Rationes,vt ſi Oreſtes & alteram afferat cauſam matris necatæ , quòd reſponſis ſit impulſus : quot autem cauſas faciendi , totidem Iudicationes. Nam & hæc erit Iudicatio,an reſponſis parere debuerit. Sed & vna cauſa plures habere Quæſtiones,& Iudicationes (vt ego arbitror) poteſt,vt in eo, qui cum adulteram deprehenſam occidiſſet , adulterum , qui tum effugerat , poſtea in foro occidit. Cauſa enim eſt vna, adulter fuit. Quæſtiones & Iudicationes,an illo tẽpore,an illo loco licuerit occidere. Sed ſicut , cum ſint plu-

Quæſtio.

Ratio.

Iudicatio.

res Quæstiones,omnesque suos Status habeant,causæ tamen Status vnus sit,ad quem referantur omnia:ita Iudicatio maximè propria,de qua pronunciatur. Σωέχον autem,quod, G

Continens Rhet.i. vt dixi, CONTINENS alii, FIRMAMENTVM alii putant, Cicero Firmissimam Argumentationem defensoris, & appositissimam ad Iudicationem, quibusdam id videtur esse,post quod nihil quæritur,quibusdam id quod ad Iudicationem firmissimum af-

Causa facti fertur. Causa facti non in omnes controuersias cadit. Nam quæ fuerit causa faciendi,vbi factum negatur? At vbi causa tractatur,negant eodem loco esse Iudicationem,quo Quæstionem.Idque & in Rhetoricis Cicero,& in Partitionibus dicit. Nã & in Cõiectura est Quæstio ex illo,factum,nõ factum,an factum sit.Ibi ergo Iudicatio,vbi Quæstio: quia in eadem re prima Quæstio,& extrema Disceptatio.At in Qualitate,matrem Orestes occidit:rectè,nõ H rectè,an rectè occiderit Quæstio,nec statim Iudicatio.Quando ergo? illa patrem meum occiderat. sed non ideo tu matrem debuisti occidere: an debuerit, hic Iudicatio. Firmamentum autem verbis ipsius ponam, Si velit Orestes dicere eiusmodi animum matris suæ in patrem suum,in seipsum ac sorores,in regnum, in famam generis ac familiæ, vt merito ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Vtuntur alii & talibus exemplis, Qui bona paterna consumpserit,ne concionetur:in opera publica consumpsit:Quæstio,an quisquis consumpserit, prohibendus sit: Iudicatio, an qui sic. Velut in causa militis Arunci,qui * Cusium Tribunum vim sibi inferentem interfecit. Quæstio, an iure fecerit.Ratio, quòd is vim afferebat. Iudicatio, an indemnatum, an Tribunum à milite occidi oportuerit. Alterius etiam Status Quæstionem, alterius Iudicationem putant. Quæstio Qualitatis, an rectè Clodium Milo occiderit. Iudicatio Coniecturalis, an Clodius insidias fecerit. Ponunt & illud, sæpe causam in aliquam rem dimitti, quæ non sit propria Quæstionis, & de ea iudicari. A quibus multum dissentio. nam & illa Quæstio, an omnes qui paterna bona consumpserint, concione sint prohibendi, habeat oportet suam Iudicationem: ergo non alia Quæstio,alia Iudicatio erit, sed plures Quæstiones, & plures Iudicationes. Quid? non in causa Milonis ipsa Coniectura refertur ad Qualitatem? Nam si est insidiatus Clodius,sequitur vt rectè sit occisus.Cum vero in aliquam rem missa causa est recessum à Quæstione,quæ erat constituta,hic Quæstio,vbi Iudicatio est. Paulum in his secum etiam Cicero dissentit. Nam in Rhetoricis (quemadmodum supra dixi) Hermagoram est secutus:in Topicis,ex Statu effectam contentionem τὸ κρινόμενον existimat. idque Trebatio, qui K iuris erat consultus, alludens, de qua re agitur appellat:quibus id contineatur,Continentia, quasi firmamenta defensionis:quibus sublatis defensio nulla sit. At in Partitionibus Oratoriis,Firmamentum,quod opponitur defensioni:quia Continens quod primum sit, ab accusatore dicatur:Ratio,à reo: ex rationis & firmamenti Quæstione,Disceptatio sit Iudicationum. Verius igitur & breuius,qui Statum & Continés & Iudicationem,idem esse voluerunt. Continens autem id esse,quo sublato,lis esse non possit.Hoc mihi videtur vtranque causam complecti,& quòd Orestes matrem,& quòd Clytæmnestra Agamemnonem occiderit. Iidem Iudicationem & Statum consentire semper existimant.Nec enim aliud eorum rationi conueniens fuisset.Verum hæc affectata subtilitas, cum circa nomina rerum ambitiosè laboret, à nobis in hoc assumpta solum, ne parum diligenter inquisisse de ope- L re, quod aggressi sumus, videremur. Simplicius autem instituenti non est necesse per tam minutas rerum particulas rationem dicendi concidere. Quo vitio multi quidem laborauerunt, præcipuè tameu Hermagoras, vir alioqui subtilis, & in plurimis admirandus, tantum diligentiæ nimium solicitæ, vt ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit. Hæc autem breuior, & vel ideo lucidior multo via, nec discentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta diducendo consumet. Nam qui viderit, quid sit quod in controuersiam veniat, quid in eo, & per quæ velit efficere pars diuersa, quid nostra (quod in primis intuendum) nihil eorum ignorare, de quibus supra diximus, poterit. Nec est ferè quisquam, modo non stultus, atque ab omni

Causa vel continens. prorsus vsu dicendi remotus, quin sciat & quid litem faciat, quod ab illis Causa,vel Con- M tinens dicitur:& quæ sit inter litigantes Quæstio, & de quo iudicari oporteat: quæ omnia idem sunt. Nam & de eo Quæstio est, quod in controuersiam venit: & de eo iudicatur,de quo Quæstio est.Sed non perpetuo intendimus in hæc animum,& cupiditate laudis vtcunque acquirendæ,vel dicẽdi voluptate euagamur,quando vberior semper extra causam materia est,quia in cõtrouersia pauca sunt,extrà omnia:& hic dicitur de iis, quæ accepimus, illic de quibus volumus. Nec tam hoc præcipiendum est, Vt Quæstionem,Continẽs,Iu-

A dicationem inueniamus,(Nam id quidem facile eſt) quàm vt intueamur ſemper: aut certe ſi digreſſi fuerimus, ſaltem reſpiciamus,ne plauſum affectantibus arma excidant. Theodori ſchola (vt dixi) omnia refert ad capita. His plura intelliguntur: Vno modo ſumma quæſtio, item vt Status: Altero,cæteræ,quæ ad ſummam referantur: Tertio,propoſitio cum affirmatione:vt dicimus,caput rei eſt apud Menandrũ,κεφάλαιόν ἐστιν. In vniuerſum autem quicquid probandum eſt,erit caput,ſed id maius aut minus. Et quoniam quæ de his erant à ſcriptoribus artium tradita verboſius etiã quàm neceſſe erat expoſuimus :præterea quæ partes eſſent Iudicialium cauſarum,dictum eſt:proximus liber principia,id eſt Exordia incipiet. Caput.

M. FAB. QVINTIL. DE INSTITVTIONE ORATORIA LIB. IIII.

PROOEMIVM.

B ERFECTO Marcelle Victori operis tibi dedicati tertio libro, & iam quarta ferè laboris parte tranſacta, nouæ inſuper mihi diligentiæ cauſa,& altior ſolicitudo,quale iudicium hominum emererer,acceſſit. Adhuc enim velut ſtudia inter nos conferebamus, & ſi parum noſtra inſtitutio probaretur à cæteris, contenti fore domeſtico vſu vi
P debamur, vt tui meique filii diſciplinam formare, ſatis putaremus. Cum vero mihi DOMITIANVS AVGVSTVS ſororis ſuæ nepotum delegauerit curam,non ſatis honorem iudiciorum cæleſtium intelligam, niſi ex hoc oneris quoque magnitudinem me-
C tiar. Quis enim mihi aut mores excolẽdi ſit modus,vt eos nõ immerito probauerit ſanctiſſimus Cenſor? aut ſtudia,ne fefelliſſe in his videar Principem,vt in omnibus, ita in Eloquentia quoque eminentiſſimum ? Quod ſi nemo miratur poetas maximos ſæpe feciſſe, vt non ſolum initiis operum ſuorum Muſas inuocarent, ſed prouecti quoque longius, cum ad aliquem grauiorem veniſſent locum,repeterent vota,& velut noua precatione vterentur : mihi quoque profecto poterit ignoſci,ſiquod initio,quum primum hanc materiam inchoaui,
D non feceram, nunc omnes in auxilium Deos , ipſúmque in primis , quo neque præſentius aliud, neque ſtudiis magis propitium numen eſt, inuocem : vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii aſpiret, dexterque ac volens adſit, & me qualem eſſe credidit, faciat. Cuius mihi religionis non hæc ſola ratio , quæ maxima eſt , ſed alioqui ſic procedit ipſum opus , vt maiora præteritis , ac magis ardua ſint quæ ingredior. Sequitur enim vt Iudicialium Cauſarum, quæ ſunt maximè variæ ac multiplices,ordo explicetur: Quod Prooemii officium: Quæ Ratio Narrandi: Quæ Probationum ſit fides , ſeu propoſita confirmamus, ſeu contradicta diſſoluimus. Quanta vis in Perorando, ſeu reficienda breui repetitione rerum,memoria eſt iudicis: ſiue affectus (quod eſt longe potentiſſimum) commouendi. De quibus partibus ſingulis quidam ſeparatim ſcribere maluerunt, velut onus tomotius corporis veriti , & ſic quoque complureis de vnaquaque earum libros ediderunt : quas
E ego omnes auſus contexere,propè infinitum mihi laborem proſpicio, & ipſa cogitatione ſuſcepti muneris fatigor. Sed durandum eſt,quia cœpimus:& ſi viribus deficiemur, animo tamen perſeuerandum. Hoc libro tractanda.

De Exordio. Cap. I.

Q VOD Principium latine vel Exordium dicitur, maiore quadam ratione Græci videntur προοίμιον nominaſſe: quia à noſtris modo initium ſignifica
Q tur, illi ſatis clare partem hanc eſſe ante ingreſſum rei de qua dicendum ſit, oſtendunt. Nam ſiue propterea quòd ὀίμη cantus eſt,& citharœdi pauca illa quæ antequam legitimũ * certamen inchoent,emerẽdi fauoris gratia canũt,
F Prooemiũ vocauerunt: Oratores quoque ea quæ priuſquàm cauſam exordiantur,ad conciliãdos ſibi iudicũ animos præloquũtur,eadem appellatione ſignarunt: ſiue quòd ὀίμον iidẽ Græci viã appellãt, id quod ante ingreſſum rei ponitur , ſic vocare eſt inſtitutũ. Certè PROOEMIVM eſt,quod apud iudicẽ dici priuſquam cauſam cognouerit,poſſit. Vitioſéque in ſcholis facimus,quod Exordio ſic vtimur,quaſi cauſam iudex iam nouerit. Cuius rei licentia ex hoc eſt,quòd ante Declamationẽ,illa velut imago litis exponitur. Sed in foro quoque cõ-

tingere istud Principiorum genus secundis actionibus potest, primis quidem raro, nũquam G
nisi forte apud eum cui res aliunde iam nota sit, dicimus. Causa Principii nulla alia est,
quàm vt auditorem, quo sit nobis in cæteris partibus accommodatior, præparemus. Id fie
ri tribus maximè rebus inter authores plurimos constat, si beneuolum, attentum, docilem
fecerimus: non quia ista non per totam actionem sint custodienda, sed quia in initiis maxi-
mè necessaria, per quæ in animum iudicis, vt procedere vltra possimus, admittimur. BE-
Beneuolẽ- NEVOLENTIAM, aut à Personis ducimus, aut à Causis accipimus. Sed Persona-
tia a perso- rum non est, vt pleripue crediderũt, triplex * ratio, ex litigatore, & aduersario, & iudice. Nam
na agentis. Exordium duci nonnũquam etiam ab Actore causæ solet. Quanquam enim pauciora de se-
ipso dicit & parcius, plurimum tamen ad omnia momenti est in hoc positum, si vir bonus
creditur. Sic enim continget, vt non studium aduocati videatur afferre, sed penè testis fidem. H

Quare in primis existimetur veniisse ad agendum ductus officio vel cognationis, vel ami-
citiæ, maximéque si fieri potest, reip. aut alicuius certe non mediocris exempli. Quod sine
dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendum est, vt ad agendum magna atque honesta
ratione, aut etiam necessitate accessisse videantur. Sed vt præcipua in hoc dicentis authori-
tas, si omnis in subeundo negocio suspitio sordium, aut odiorum, aut ambitionis abfuerit:
ita quædam in iis quoque commendatio tacita, si nos infirmos & impares agentium con-
trà ingeniis dixerimus: qualia sunt pleraque Messalæ proœmia. Est enim naturalis fauor pro
laborantibus: & iudex religiosus libentissimè patronum audit, quem iustitiæ suæ minimè ti
met. Inde illa veterum circa occultandam eloquentiam Simulatio, multum ab hac nostro-
rum temporum iactatione diuersa. Vitandum etiam, ne contumelios, maligni, superbi, I
maledici in quenquam hominem ordinémve videamur: præcipuè eorum, qui lædi, nisi ad-
uersa iudicum voluntate, non possunt. Nam in iudicem ne quid dicatur, non modo palàm,
A persona sed quod omnino intelligi possit, stultum erat monere, nisi fieret. Etiam Partis Aduersæ pa
aduersæ tronus dabit Exordio materiam: interim cum honore, si eloquentiam eius ac gratiam nos
partis. timere fingendo, vt ea suspecta sint iudici, fecerimus: interim per contumeliam, sed hoc per-
quam raro, vt Asinius pro Vrbiniæ hæredibus Labienum aduersarii patronum inter argu-
menta causæ malæ posuit. Negat hæc esse Proœmia Cornelius Celsus, quia sint extra litem.
Sed ego cum authoritate summorum authorum magis ducor, tum pertinere ad causam pu-
to, quicquid ad dicentem pertinet: cum sit naturale, vt iudices iis quos libentius audiunt,
A persona etiam facilius credant. Ipsius autẽ LItigatoris persona tractanda varie est. Nam tum di- K
litigatoris. gnitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas: nonnunquam contingit relatio meri-
torum: de quibus verecundius dicendum erit sua, quàm aliena laudandanti. Multum agit
sexus, ætas, conditio: vt in fœminis, senibus, pupillis, liberos, parentes, coniuges allegan-
tibus. Nam sola rectum quoque iudicem inclinat miseratio. Degustanda tamen hæc Proœ-
A persona mio, non consumenda. ADuersarii vero persona propè iisdem omnibus, sed econtrario
aduersarij. ductis, impugnari solet. Nam & potentes sequitur inuidia, & humiles abiectósque con-
temptus, & turpes ac nocentes odium. Quæ tria sunt ad alienandos iudicum animos
potentissima. Neque hæc dicere satis est, quod datur etiam imperitis: pleraque augen-
A persona da aut minuenda, vt expediet. Hoc enim Oratoris est, illud causæ. IVdicem con-
iudicis. ciliabimus nobis non tantùm laudando eum, quod & fieri cum modo debet, & est ta- L
men parti vtrique commune: sed si laudem eius ad vtilitatem nostræ causæ coniun-
xerimus, vt allegemus pro honestis dignitatem illi suam, pro humilibus iustitiam, pro
infelicibus misericordiam, pro læsis seueritatem, & similiter cætera. Mores quoque (si
fieri potest) iudicis velim nosse. Nam prout asperi, lenes, iucundi, graues, duri, remis-
si erunt, aut assumere in causam naturas eorum qua competent, aut mitigare qua repugna-
bunt, oportebit. Accidit autem interim hoc quoque, vt aut nobis inimicus, aut aduersa-
rio sit amicus, qui iudicat, quæ res vtrique parti tractanda est, ac nescio an ei magis, in quam
videtur propensior. Est enim nonnunquam * prauis hic ambitus, aduersus amicos: aut pro
iis quibuscum simultates gerãt, pronũciandi, faciẽdique, iniuste ne feciisse videantur. Fue-
runt etiam quidam rerum suarũ iudices. Nam & in libris Obseruationum à * Septimio edi M
tis, affuisse Ciceronem tali causæ inuenio. Et ego pro Regina Beronice apud ipsam causam di
xi. Similis hic quoque superioribus ratio est. aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat, pa-
tronus timet cognoscentis verecundiã. Præterea detrahẽda vel cõfirmãda Opinio, siquam
præcipuè domo videbitur iudex attulisse. Metus etiã nõnũquam est amouẽdus. vt Cicero
pro Milone, ne arma Pompeii dispositа cõtra se putarẽt, laborauit. Nõnunquã adhibẽdus,

A vt idem in Verrem facit:sed adhibendi modus alter ille,frequens & fauorabilis,ne male sen Act.ii.
tiat populus Romanus,ne iudicia transferantur:alter autē asper & rarus,quo minatur cor-
ruptis accusationem.& id quidem in concilio ampliore,vtcunque tutius:nam & mali inhi-
bentur,& boni gaudent: apud singulos vero nunquam suaserim, nisi defecerint omnia.
Quòd si necessitas exigit,non erit iam ex arte Oratoria:non magis quàm appellare, etiam
si id quoque sæpe vtile est,aut antequam pronunciet reum facere.Nam & minari & deferre,
etiam non Orator potest. Si CAusa conciliandi nobis iudicis materiā dabit,ex hac po- A causa.
tissimum aliqua in vsum principii,quæ maximè fauorabilia videbuntur,decerpi oportebit.
Quo in loco Virginius fallitur,qui Theodoro placere tradit,vt ex singulis quæstionibus sin
guli sensus in Proœmium conferātur. Nam ille non hoc dicit,sed ad potētissimas quæstio-
B nes iudicem præparandum.In quo vitii nihil erat, nisi in vniuersum id præciperet: quod
nec omnis actio patitur,nec omnis causa desiderat. Nam protinus à petitore primo loco,
dum ignota iudici lis est,quo modo ex quæstionibus ducemus sententias?nimirū res erunt
indicandæ prius.Demus aliquas,nam id exigit ratio:nonnunquam etiam nē potentissimas
omnes,id est totam causam?sic erit in Proœmio peracta narratio. Quid vero,si,vt frequen-
ter accidit,paulo est durior causa, non beneuolentia iudicis petenda ex aliis partibus erit?
sed non ante conciliato eius animo,nuda quæstionum committetur asperitas. quæ si rectè
semper initio dicendi tractarentur,nihil Proœmio opus esset.Aliqua ergo nonnunquam,
quæ erunt ad conciliandum nobis iudicem potentissima, non inutiliter interim ex quæ-
stionibus in Exordio locabuntur.Quæ sint porro in causis fauorabilia, enumerare non est
C necesse,quoniam & manifesta erunt cognita cuiusque controuersiæ conditione, & omnia
colligi in tanta litium varietate non possunt.Vt autem hoc inuenire & augere, ita quod læ
dit,aut omnino repellere,aut certè minuere,ex causa est.Miseratio quoque aliquando ex ea-
dem venit,siue quid passi sumus graue,siue passuri. Nec enim sum in hac opinione, qua
quidam,vt eo distare Proœmium ab Epilogo credam,quòd in hoc præterita, in illo futura
dicantur.Sed quòd in ingressu parcius & modestius prætentanda est iudicis misericordia:in
Epilogo vero liceat totos effundere affectus,& fictam orationem induere personis,& defun
ctos excitare,& pignora eorum producere:quæ minus exordiis sunt vsitata.Sed hæc quæ su
pra dixi,non tentare tantum,verum ex diuerso amoliri quoque Proœmio, opus est. Vt au-
tem nostrum miserabilem,si vincamur,exitum:ita aduersariorum superbum,si vicerint,vti
D le est credi. Sed ex iis quoque,quæ nō sunt personarum nec causarum,verum adiūcta per- Ab adiun-
sonis & causis,duci Proœmia solent.Personis applicantur non pignora modo,de quibus su ctis psonis,
prà dixi,sed propinquitates,amicitiæ interim,regiones etiam,ciuitatesque, & si quid aliud & causæ.
eius,quem defendimus,causa dici * potest. Ad causam extra pertinet Tempus,vnde prin-
cipium pro Cælio. Locus,vnde pro Deiotaro. Habitus,vnde pro Milone. Opinio,vn
de in Verrem. Deinceps ne omnia enumerentur,fama iudiciorum,expectatio vulgi:nihil
enim horum in causa est,ad causam tamen pertinent. Adiicit Theophrastus ab Actione Act.i.
Principium,quale videtur esse Demosthenis pro Ctesiphonte:vt sibi dicere suo potius arbi-
trio liceat rogantis,quàm eo modo,quem accusator actione præscripserat. Fidutia ipsa solet
opinione arrogantiæ laborare. Faciunt Fauorem & illa pene communia,nō tamen omit Fauorē cō
E tenda,vel ideo ne occupentur,optare,abominari, rogare, solicitum agere. Quæ plerunque ciliantia.
ATTENTVM quoque iudicem faciunt,si res agi videtur noua,magna,atrox, pertinēs
ad exemplum: præcipuè tamen si iudex aut sua vice,aut Reipub.commouetur: cuius ani-
mus spe,metu,admonitione,precibus,vanitate denique,si id profuturum credimus, agitan
dus est. Sunt & illa excitandis ad audiendum non inutilia,si nos nec diu moraturos,nec
extra causam dicturos existiment. DOCILEM sine dubio & hæc ipsa præstat atten-
tio:sed & illud,si breuiter & dilucide summā rei,de qua cognoscere debeat, iudicauerimus:
quod Homerus atque Virgilius operum suorum principiis faciunt. Nam istius rei modus
est,vt Propositioni similior sit quàm Expositioni:nec quomodo quicque sit actum, sed de
quibus sit dicturus,Orator ostendat.Nec video quod huius rei apud Oratores possit reperi-
F ri melius exemplum,quàm Ciceronis pro Cluentio, Animaduerti iudices omnem accusa-
toris orationem in duas diuisam esse partes:quarum altera mihi niti, & magnopere confi-
dere videbatur,inuidia iam inueterata iudicii Iuniani: altera tantummodo consuetudinis
causa timidè & diffidēter attingere rationem veneficii criminum,qua de re lege hæc est quæ
stio constituta.Id tamen totum respondenti facilius est quàm proponenti, quia hic admo-
nendus iudex,illic docendus est. Nec me quanquam magni authores in hoc duxerint, vt

non ſemper facere attentum ac docilem iudicem velim: non quia neſciam id quod ab illis G
dicitur, eſſe pro mala cauſa: qualis ea ſit, non intelligi: verum quia iſtud non negligentia iudicis contingit, ſed errore. Dixit enim aduerſarius, & fortaſſe perſuaſit: nobis opus eſt eius diuerſa opinione, quæ mutari non poteſt, niſi illum fecerimus ad ea quæ dicemus, docilem & attentum. Quid ergo? imminuenda quædam & eleuanda, & quaſi contemnenda eſſe cõſentio ad remittendam intentionem iudicis, quam aduerſario præſtat: vt fecit pro Ligario Cicero. Quid enim agebat aliud Ironia illa, quàm vt Cæſar minus ſe in rem tanquàm non nouam intenderet? Quid pro Cælio, quàm vt res expectatione minor videretur? Verũ ex iis quæ propoſui, aliud in alio genere cauſæ deſiderari palàm eſt. GENERA porro

Cauſarum genera. CAVSARVM plurimi fecerunt, Honeſtum, Humile, Dubium vel Anceps, Admirabi
le, Obſcurum, id eſt, ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. Sunt quibus re- H
cte videatur adiici Turpe, quod alii Humili, alii Admirabili ſubiiciunt. Admirabile autẽ vocant, quod eſt præter opinionem hominum conſtitutum. In Ancipiti maximè beneuolum iudicem, in Obſcuro docilem, in Humili attentum parare debemus. Nam Honeſtum quidem ad conciliationem ſatis per ſe valet. In Admirabili & Turpi, remediis opus.

Principiũ Inſinuatio. Et eô quidam Exordium in duas diuidunt partes, in Principium & Inſinuationem: vt ſit in Principiis recta beneuolentiæ & attentionis poſtulatio. Quæ quia eſſe in Turpi genere cauſæ non poſſit, IN ſinuatio ſurrepat animis, maximè vbi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt: vel quia res ſit improba, vel quia ab hominibus parũ probetur: aut ſi facie ipſa quoque premitur, vel inuidia conſiſtentis ex diuerſo patroni, aut patris, vel miſerabilis ſenis, cæci, infantis. Et quidam, quibus aduerſus hæc modis ſit medendum, verboſius tradunt, ma I
teriasque ſibi ipſi fingunt, & ad morem actionum perſequuntur: ſed cum hæc oriantur ex cauſis, quarum ſpecies conſequi omnes non poſſumus, niſi generaliter comprehendantur, in infinitum ſunt extrahenda. Quare ſingulis conſilium ex propria ratione naſcetur. Illud in vniuerſum præceptum ſit, Vt ab iis quæ lædunt, ad ea quæ proſunt, refugiamus. Si enim cauſa laborabimus, perſona ſubueniat: ſi perſona, cauſa: ſi nihil quod nos adiuuet, erit, quæramus quid aduerſarium lædat. Nam vt optabile eſt, plus fauoris mereri: ſic proximũ, odii minus. In iis quæ negari non poterunt elaborandum, vt aut minora quàm dictum eſt, aut alia mente facta, aut nihil ad præſentem quæſtionem pertinere, aut emendari poſſe pœnitentia, aut ſatis iam punita videantur. Ideóque agere aduocato quàm litigatori facilius: quia & laudat ſine arrogantiæ crimine, & aliquando vtiliter etiam reprehendere poteſt. Nã K
ſe quoque moueri interim fingit, vt pro Rabirio Poſthumo Cicero, dum aditum ſibi ad au
res facit, & authoritatem induit vera ſentientis, quo magis credatur vel defendẽti eadem vel neganti. Ideóque primum hoc intueamur, litigatoris an aduocati perſona ſit vtendum, quoties vtrunque fieri poteſt. Nam illud in ſchola liberum eſt, in foro rarum, vt ſit idoneus ſuæ rei quiſque defenſor. Declamaturus autem maximè poſitas in affectibus cauſas propriis perſonis debet induere. Hi ſunt enim qui mandari nõ poſſunt: nec eadem vi perferuntur alieni animi, qua ſui, motus. His etiam de cauſis Inſinuatione videtur opus eſſe, ſi ad-

Quando Inſinuatione ſit opus. uerſarii actio iudicum animos occupauerit, vel ſi dicendum apud fatigatos eſt: quorum alte
rum promittendo noſtras probationes, & aduerſas eluendo vitabimus: alterum & ſpe breuitatis, & iis quibus attentum fieri iudicem docuimus. Et VRbanitas opportuna reficit L
animos, & vndecunque petita iudicis voluptas leuat tædium. Non inutilis etiam eſt Ra-

Occupatio Actii. tio occupandi quæ videntur obſtare. vt Cicero dicit, ſcire ſe mirari quoſdam, quòd is qui per
tot annos defenderit multos, læſerit neminem, ad accuſandum Verrem deſcenderit: deinde oſtendit hanc ipſam ſociorum defenſionem. Quod ſchema PRolepſis dicitur. Id cum ſit vti

Prolepſis. le aliquando, nunc à Declamatoribus quibuſdam penè ſemper aſſumitur, qui fas nõ putant niſi à contrario incipere. Negant Apollodorum ſecuti, Tres eſſe (de quibus diximus) præparãdi iudicis partes: ſed ſpecies multas enumerãt, vt ex moribus iudicis, ex opinionibus ad cauſam extrà pertinentibus. ex opinione de ipſa cauſa, quæ ſunt propè infinitæ: tum iis, ex quibus omnes conſtant controuerſiæ, perſonis, factis, dictis, cauſis, temporibus, locis, occaſionibus cæteris. Quas veras eſſe fateor, ſed in hæc tria genera recidere. Nam ſi iudicem beneuolum, attentum, docilem habeo, quid amplius debeam optare non reperio: cum metus M
ipſe, qui maximè videtur eſſe extra hæc, & attentum iudicem faciat, & ab aduerſo fauore de-

De ratione Exordii. terreat. Verum quoniam non eſt ſatis demonſtrare diſcẽtibus, quæ ſint in ratione Prooemii, ſed dicẽdum etiam quomodo perfici facillimè poſſint: hoc adiicio, Vt dicturus intueatur, Quid, Apud quem, Pro quo, Contra quem, Quo tempore, Quo loco, Quo rerum ſtatu,

A Qua vulgi fama dicẽdũ ſit: Quid iudicẽ ſentire credibile ſit anteq̃ incipiamus: tũ, Quid aut deſideremus, aut deprecemur: ipſa illum natura eò ducet, vt ſciat quid primum dicendũ ſit. At nunc omne quod cœperint, Proœmium putant: & vt quicque ſuccurrerit, vtique ſi aliqua ſententia blandiatur, Exordium. * Multa autem ſine dubio ex aliis partibus ſunt, aut aliis partibus cauſæ communia: nihil tamen in quoquam melius dicitur, quàm quod æquè bene dici alibi nõ poſſit. Multũ Gratiæ Exordio eſt, quod ab Actione Diuerſæ Partis materiam trahit: hoc ipſo quòd non compoſitum domi, ſed ibi, atque ẽ re natum, & facilitate famam ingenii auget, & facie ſimplicis ſumptique ex proximo ſermonis fidem quoque acquirit: adeo vt etiam ſi reliqua ſcripta atque elaborata ſint, tamen plerunque videatur tota extemporalis oratio, cuius initium nihil præparatum habuiſſe manifeſtum eſt. Frequen
B tiſſime vero Proœmium decebit, & Sententiarum, & Cõpoſitionis, & Vocis, & Vultus modeſtia: adeo vt in genere cauſæ etiam indubitabili, fidutia ſe ipſa nimium * exerere non debeat. Odit enim iudex fere litigantis ſecuritatem: cúmque ius ſuum intelligat, tacitus reuerentiam poſtulat. Nec minus diligenter, ne ſuſpecti ſimus in vlla parte, vitandum: propter quod minime oſtentari debet in Principiis cura, quia videtur ars omnino dicentis contra iudicem adhiberi. Sed ipſum iſtud euitare, ſummæ artis eſt. Nam id ſine dubio ab omnibus, & quidem optimè præceptum eſt, verum aliquatenus temporum conditione mutatur: quia iam quibuſdam in iudiciis, maximéque capitalibus, vt apud Centumuiros, ipſi iudices exigunt ſolicitas & accuratas actiones: contemnique ſe niſi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt: nec doceri tantùm, ſed etiam delectari volunt. Et eſt difficilis huius rei
C moderatio: quæ tamen ita temperari poteſt, vt videamur accuratè, non callidè dicere. Illud ex præceptis veteribus manet, Nequod inſolẽs verbum, ne audacius translatum, ne aut obſoleta vetuſtate, aut poetica licentia ſumptum in Principio deprehẽdatur. Nondũ enim recepti ſumus, & cuſtodit nos recens audientium intentio: magis conciliatis animis, & iam calentibus, hæc libertas feretur, maximéque cum in locos fuerimus ingreſſi, quorum naturalis vbertas licentiam verbi notari circunfuſo nitore non patitur. Nec argumentis autem, nec locis, nec narrationi ſimilis eſſe in Proœmio debet oratio. Nec tamen deducta ſemper, atque * circumlata, ſed ſæpe ſimplici ac inelaboratæ ſimilis, nec verbis vultuque nimia promittens. Diſſimulata enim, & vt Græci dicunt, ἀνεπίφατον actio, melius ſæpe ſurrepit. Sed hæc prout formari animum iudicum expediet. Turbari memoria, vel conti-
D nuandi verba facilitate deſtitui, nuſquam turpius: cum vitioſum Proœmium poſſit videri, vt cicatricoſa facies: & peſſimus certè gubernator, qui nauem dum portum egreditur, impegit. MOdus autem Principii pro cauſa. Nam breuius ſimplices, longius perplexæ, ſuſpectæque & infames deſiderant. Ridendi vero, qui velut leges Proœmiis omnibus dederunt, vt intra quatuor ſenſus terminarentur. Nec minus euitanda eſt immodica eius longitudo, ne in caput excreuiſſe videatur, & quo præparare debet fatiget. SErmonem à perſona iudicis auerſum, qui ἀπόστροφὴ dicitur, quidam in totum à Proœmio ſubmouent, nonnulli quidem in hanc perſuaſionem ratione ducti. Nam prorſus eſſe hoc magis ſecundum naturam confitendum eſt, vt eos alloquamur potiſſimum, quos conciliare nobis ſtudemus. Interim tamen eſt & hoc Proœmio * neceſſarium, ſenſus aliquis, & is acrior fit atque vehemẽ-
E tior ad perſonam directus alterius. Quod ſi accidat, quo iure, aut qua tãta ſuperſtitione prohibemur dare per hanc figuram ſententiæ vires? Nec enim iſtud ſcriptores artium, quia nõ liceat, ſed quia non putent vtile, vetant. Ita ſi vincet vtilitas, propter eandem cauſam facere debemus, propter quam vetamur. Et Demoſthenes ad Aeſchinem orationem in Proœmio conuertit. Et Marcus Tullius cum pro aliis quibuſdam, ad quos ei vſum eſt, tum pro Ligario, ad Tuberonem. Nam erat multo futura languidior, ſi eſſet aliter figurata. quod facilius cognoſcet, ſi quis illam totam partem vehementiſſimam. cuius hæc forma eſt, Habes igitur Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum, & cæt. cõuertat ad iudicem: tum enim verè auerſa videatur oratio, & langueſcat vis omnis dicentibus nobis, Habet igitur Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum. Illo enim modo preſſit atque inſtitit, hoc tantùm
F indicaſſet. Quod idem in Demoſthene, ſi flexum illum mutaueris, accidet. Quid? non Sallu ſtius directo ad Ciceronem, in quem ipſum dicebat, vſus eſt Principio, & quidem protinus? Grauiter & iniquo animo maledicta tua, paterer Marce Tulli. Sicut & Cicero fecerat in Catilinam, Quouſque tandem abutêre patientia noſtra? Ac nequis Apoſtrophen miretur, ipſe Cicero pro Scauro ambitus reo, quæ cauſa eſt in Commentariis (Nam bis eundem defendit) Proſopopeia loquentis pro reo vtitur: pro Rabirio vero Poſthumo, eodémque Scauro

Quæ in Proœmio vitanda vitia.

Proœmii modus.

reo repetundarum, etiam exemplis: pro Cluentio (vt modo oſtendi) partitione. Non tamen hæc, quia poſſunt bene aliquando fieri, paſſim facienda ſunt, ſed quoties præceptū vicerit ratio: quo modo & ſimilitudine dum breui, & translatione, atque aliis tropis, quæ omnia cauti illi ac diligentes prohibent, vtemur interim: niſi ſicui illa diuina pro Ligario Ironia, de qua pauloante dixeram, diſplicet. Alia EXORDIORVM VITIA verius tradiderunt. Quod in plures cauſas accommodari poteſt, VVLgare dicitur. Id minus fauorabile: aliquando tamen non inutiliter aſſumimus, à magnis ſæpe Oratoribus non euitatum. Quo & aduerſarius vti poteſt, COMmune appellatur. Quod aduerſarius in ſuam vtilitatem deflectere poteſt, COMmutabile. Quod cauſæ non cohæret, SEparatum. Quod aliunde trahitur TRanslatum. Præterea quod LOngum, Quod COntra præcepta eſt. Quorum pleraque non Principii modò ſunt vitia, ſed totius orationis. Hæc de Proœmio, quoties erit eius vſus: non ſemper autem eſt. Nam & ſuperuacuum aliquando eſt, vt ſi ſit præparatus ſatis etiam ſine hoc iudex, aut ſi res præparatione nō egeat. Ariſtoteles quidem in totum id neceſſarium apud bonos iudices negat: aliquando tamen vti nec ſi velimus, eo licet, cum iudex occupatus, cum anguſta ſunt tempora, cum maior poteſtas ab ipſa re cogit incipere. Contraque eſt interim Proœmii vis etiā non in Exordio. Nā iudices & in narratione nōnunquam, & in argumentis, vt attendant, & vt faueāt, rogamus. quo Prodicus velut dormitātes eos excitari putabat: quale eſt Ciceronis,* Tū C. Varenus, is qui à familia Anchariana occiſus eſt: Hoc, quæſo, iudices, diligenter attendite. Vtique ſi multiplex cauſa eſt, ſua quibuſque partibus dāda præfatio eſt. vt, Audite nūc reliqua. &, Trāſeo nūc illuc. Sed in ipſis etiā probationibus multa funguntur Proœmii vice, vt facit Cicero pro Cluētio, dicturus cōtra Cenſores: pro Murena, cū Seruio ſe excuſat. Verū id frequētius eſt, q̄ vt exemplo cōfirmandum ſit. Quoties autē Proœmio fuerimus vſi, tum ſiue ad Expoſitionem tranſibimus, ſiue protinus ad Probationem, id debebit in Principio poſtremū eſſe, cui accōmodiſſimē iungi initium ſequētiū poterit. Illa vero frigida & puerilis eſt in ſchola affectatio, vt ipſe Tranſitus efficiat aliquam vtique ſententiam, & huius velut præſtigiæ plauſum petat: vt Ouidius laſciuire in Metamorphoſi ſolet, quem tamen excuſare neceſſitas poteſt, res diuerſiſſimas in ſpeciem vnius corporis colligentem. Oratori vero, quid eſt neceſſe ſurripere hanc Trāſgreſſionem, & iudicem fallere? qui vt ordini rerū animum intēdat, etiā cōmonēdus eſt. Peribit enim prima pars Expoſitionis, ſi iudex nōdū narrari ſciet. Quapropter, vt non abrupte cadere in Narrationem, ita non obſcure tranſcendere, eſt optimum. Si vero longior ſequetur ac perplexa magis Expoſitio, ad eā ipſam præparandus iudex erit: vt Cicero ſæpius, ſed hoc præcipuè loco fecit, Paulo longius exordium rei demonſtrandæ gratia repetam, quod quæſo iudices, ne moleſtè patiamini. principiis enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis. Hæc mihi ferè ſunt de Exordio comperta.

Rhet. iii. Proœmio non ſemper locus.

Pro Cluēt.

G H I K

De Narratione. Cap. II.

M AXIME naturale eſt, & fieri frequentiſſimè debet, vt præparato per hæc quæ ſuprà dicta ſunt, iudice, res de qua pronunciaturus eſt, indicetur. Ea eſt NARRATIO. In qua ſciens tranſcurram ſubtiles nimium diuiſiones quorundam, plura eius genera facientium. Non enim ſolam volunt eſſe illam negocii, de quo apud iudices quæritur, expoſitionem: ſed Perſonæ: vt, Marcus Acilius Palicanus, humili loco, Picens, magis loquax quàm facūdus. Loci: vt, Oppidum eſt in Helleſponto Lampſacum, Iudices. Temporis: vt, Vere nouo gelidus canis cum mōtibus humor Liquitur. Cauſarum, quibus hiſtorici frequentiſſimè vtuntur, cum exponunt, vnde bellum, ſeditio, peſtilentia. Præter hæc, alias perfectas, alias imperfectas vocant: quod quis ignorat? Adiiciūt Expoſitionem, & præteritorum eſſe temporum, quæ eſt frequentiſſima: & præſentium, qualis eſt Ciceronis de diſcurſu amicorum, Chryſogonus poſtquàm eſt nominatus: & futurorum, quæ ſolis dari vaticinantibus poteſt. Nā ὑπότυπωσις nō eſt habenda Narratio. Sed nos potioribus vacemus. Plerique SEMPER NARRANDVM putauerūt: quod falſum eſſe pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quædā tam breues cauſæ, vt propoſitionē potius habeant quàm narrationē. Id accidit aliquādo vtrique parti, cū vel nulla expoſitio eſt, vel de re cōſtat, de iure quæritur: vt apud Cē tūuiros, Filius an frater debeat eſſe inteſtato hæres: Pubertas annis, an habitu corporis æſtimetur. Aut cum eſt quidem in re Narrationi locus, ſed aut antè iudici nota ſunt omnia, aut priore loco rectè expoſita. Accidit aliquando alteri, & ſæpius actori cauſæ, vel quia ſatis eſt

Pro Cluēt. In Verrē. Act. iij. Georg. i.

Pro Sext. Roſc. Am. An ſemper narrandū.

L M

A proponere: vel quia ſic magis expedit,ſatis eſt dixiſſe. Certam creditam pecuniam peto ex ſtipulatione,legatum peto ex teſtamento. Diuerſæ partis expoſitio eſt,cur ea non debeantur. Et ſatis eſt actori,& magis expedit ſic indicare,Dico ab Horatio ſororem ſuam interfectam. Nanque & * cum Propoſitione iudex crimen omne cognoſcit,& ordo & cauſa facti pro aduerſario magis eſt. Reus contrà tunc Narrationem ſubtrahit,cum id quod obiicitur, nec negari,nec excuſari poteſt,ſed in ſola iuris quæſtione conſiſtit:vt in eo qui cum pecuniam priuatam ex æde ſacra ſurripuit,ſacrilegii reus eſt:confeſſio verecundior eſt quàm expoſitio. Nō negamus pecuniam de templo eſſe ſublatam,calumniatur tamen accuſator actione ſacrilegii,cum priuata fuerit,nō ſacra:vos autem de hoc * cognoſcitis, an ſacrilegiū ſit admiſſum. Sed vt has aliquando non narrandi cauſas puto,ſic ab illis diſſentio, qui non eſſe narrandū
B exiſtiment,cum reus,quod obiicitur,tantùm negat. In qua eſt opinione Cornelius Celſus, qui conditionis huius eſſe arbitratur pleraſque cædis cauſas,& omnes Ambitus ac Repetundarum. Nō enim putat eſſe Narrationé,niſi quæ ſummam criminis,de quo iudicium eſt, continet. Deinde fatetur ipſe pro Rabirio Poſthumo narraſſe Ciceronem:atqui ille & negauit peruenisſe ad Rabirium pecuniam,qua de re erat quæſtio cōſtituta: & in hac Narratione nihil de crimine expoſuit. Ego autem magnos alioqui ſecutus authores,Duas eſſe in iudiciis NARRATIONVM SPECIES exiſtimo:alteram ipſius cauſæ, alteram rerum ad cauſam pertinentium expoſitionem. Nō occidi hominem,nulla Narratio eſt: cō
C uenit. Sed erit aliqua,& interim etiam longa circa argumenta eius criminis,de antè acta vita,de cauſis propter quas innocens in periculum deducatur,quibus incredibile id quod obiicitur,fiat. Nec enim accuſator hoc tantùm dicit,occidiſti. ſed quibus id probet,narrat: vt in tragœdiis,cum Teucer Vlyſſem reum facit Aiacis occiſi,dicens inuentum eum in ſolitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento:non id modo Vlyſſes reſpondet,non eſſe à ſe id facinus admiſſum,ſed ſibi nullas cū Aiace inimicitias fuiſſe, de laude inter ipſos certatum:deinde ſubiungit,quomodo in eam ſolitudinem venerit, iacentem exanimem ſit conſpicatus,gladium è vulnere extraxerit:his ſubtexitur argumentatio. Sed ne illud quidem ſine Narratione eſt,dicēte accuſatore, Fuiſti in eo loco,in quo tuus inimicus occiſus eſt:nō fui:dicendum enim vbi fuerit. Quare Ambitus quoque cauſæ & Repetūdarum hôc etiam plures eiuſmodi Narrationes habere poterunt, quo plura crimina. In quibus ipſa quidem neganda ſunt,ſed argumentis expoſitione contraria reſiſtendum,& interdum ſingulis, in-
D terdum vniuerſis. An reus ambitus male narrabit quos parentes habuerit,quemadmodum ipſe vixerit,quibus meritis frætus ad petitionem deſcenderit? Aut qui repetundarum inſimulabitur,nónne anteactam vitam,& quibus de cauſis vel prouinciam vniuerſam,vel accuſatorem,aut teſtem offenderit,non inutiliter exponet? Quæ ſi Narratio non eſt,ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima,cuius eſt initium, A. Cluentius Habitus. Nihil enim hic de veneficio,ſed de cauſis,quibus ei mater inimica ſit,dicit. Illæ quoque ſunt pertinētes ad cauſam,ſed non ipſius cauſæ Narrationes, vel exempli gratia, vt in Verrem de L. Domitio,qui paſtorem,quòd is aprum quem ipſi muneri obtulerat,exceptum eſſe à ſe venabulo confeſſus eſſet,in crucem ſuſtulit. Vel excutiendi alicuius extrinſecus criminis,vt pro Rabirio Poſthumo,Nam vt ventum Alexandriam eſt,iudices,hæc vna ratio à rege propo-
E ſita Poſthumo eſt ſeruandæ pecuniæ,ſi curationem, & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet. Vel augendi,vt deſcribitur iter Verris. Ficta interim Narratio introduci ſolet, vel ad concitandos iudices,vt pro Roſcio contra Chryſogonum, cuius paulo ante habui mentionem: Vel ad ſoluendos aliqua vrbanitate, vt pro Cluentio, contra fratres Cepaſios: Interdum per digreſſionem decoris gratia, qualis rurſus in Verrem de Proſerpina, In his quondam locis mater filiam quæſiſſe dicitur. Quæ omnia eò pertinent, vt appareat non vtique non narrare eum qui negat,ſed illud ipſum narrare quod negat. Ne hoc quidem ſimpliciter accipiēdū,quod eſt à me poſitum, SVPERVACVAM eſſe NARRATIONEM rei quam iudex nouerit. Quod ſic intelligi volo,ſi non modo factum
F quid ſit,ſciet:ſed ita factum etiam,vt nobis expedit,opinabitur. Neque enim Narratio in hoc reperta eſt,vt tantùm cognoſcat iudex,ſed aliquanto magis, vt conſentiat. Quare etiā ſi non erit docendus,ſed aliquo modo afficiendus, narrabimus cum præparatione quadā, Scire quidem eum in ſumma quid actum ſit,tamen rationem quoque facti cuiuſque cognoſcere ne grauetur. Interim propter aliquem in cōſilium adhibitum nos repetere illa ſimulemus:interim vt rei quæ ex aduerſo proponatur, iniquitatem omnes etiam circūſtantes intelligant. In quo genere plurimis figuris erit varianda Expoſitio ad effugiendum tædium

Narratio nū ſpecies duæ.

Act.vij.

Act.iij.

Act.vi.

An Proœmio subijcia tur Narratio.

* audiẽtis, Sicut meministi, & fortasse superuacuum fuerit hic commorari. Sed quid ego diu- G
tius, cum tu optimè noris? Illud quale sit, tu scias? & his similia. Alioqui si apud iudicem, cui
nota causa est, Narratio semper videtur superuacua, potest videri non semper esse etiam ipsa
actio necessaria. Alterũ est de quo frequentius quæritur, An sit vtique NARRATIO
PROOEMIO SVBIICIENDA. Quod qui opinantur, non possunt videri nul-
la ratione ducti. Nam cum Proœmium idcirco comparatum sit, vt iudex ad rem accipien-
dam fiat conciliatior, docilior, & intentior: & Probatio, nisi causa prius cognita non possit
adhiberi, protinus iudex notitia rerum instruendus videtur. Sed hoc quoque interdum mu
tat conditio causarum: nisi forte M. Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone scri
ptam reliquit, male distulisse Narrationẽ videtur tribus præpositis quæstionibus: aut pro- H
fuisset exponere quomodo insidias Miloni feciſſet Clodius, si reum qui à se hominem occi-
sum fateretur, defendi omnino fas non fuisset: aut si iã præiudicatione Senatus damnatus
esset Milo: aut si Cn. Pompeius, qui propter aliquam gratiam iudicium militibus armatis
clausérat, tanquam aduersus existimaretur. Ergo hæ quoque quæstiones vim Proœmii obti-
nebunt, cum omnes iudicem præparauerint. Sed aliter pro L. Murena quoque postea nar-
rauit, cum obiecta diluit. Quod fiet vtiliter quoties crimen non repellendum tantùm, sed
etiam transferendum erit, vt prius iis defensis velut initium sit aliũ culpandi Narratio: Vt
in armorum ratione antiquior cauendi quàm ictum inferendi, cura est. Erunt quædam cau
sæ (nec id raro) criminẽ quidem, de quo * cognitio est, faciles ad diluẽdum, sed multis ante
actæ vitæ flagitiis, & grauibus criminibus oneratæ: quæ prius amouenda sunt, vt propitius I
iudex defensionem ipsius negocii, cuius propria quæstio est, audiat. Vt si defendendus est
M. Cælius, nónne optimè patronus occurrat prius conuiciis luxuriæ, petulantiæ, impudici
tiæ, quàm veneficii? in quibus solis omnis Ciceronis versatur oratio. Deinde tum narret de
bonis paulatim, totámque deinde explicet causam, quæ est ipsius actione defensa? Sed nos
ducit scholarum consuetudo, in quibus certa quædam ponuntur, quæ THemata dicimus,
præter quæ nihil est diluendum. Ideóque Narratio Proœmio semper subiungitur. Inde li-
bertas Declamatoribus, vt etiam secundo partis suæ loco narrare videãtur. Nam quum pro
petitore dicunt, & Expositione, tanquam priores agãt, vti solent: & Contradictione, tãquàm
respondeãt: * idque fit non rectè. Nam cum sit Declamatio forensium actionum meditatio,
cur non vtrunque protinus locum exerceant? Cuius rationis ignari, ex more cui assueuerũt, K
nihil in foro putant esse mutandum. Sed in scholasticis quoque nonnunquam euenit, vt
pro Narratione sit Propositio. Nam quid exponet, quæ zelotypum malæ tractationis accu
sat? aut qui Cynicum apud Censores reum de moribus facit, cum totum crimen vno verbo
in qualibet actionis parte proposito, satis indicetur? Sed hæc hactenus. Nunc quæ sit
Ratio narrandi subiungam, NARRATIO est rei factæ, aut * non factæ vtilis ad per-
suadendum expositio. Vel (vt Apollodorus finit) Oratio docens auditorem, quid in cõtro-
uersia sit. Eam plerique scriptores, maximè qui sunt ab Isocrate, volunt esse Lucidam, Bre
uem, Verisimilem. Nec enim refert, an pro lucida Perspicuam, pro verisimili Probabilem,
Rhet.iij. Credibilémve dicamus. Eadem nobis placet diuisio: quanquam & Aristoteles ab Isocrate
parte in vna dessenserit, præceptum breuitatis irridens, tanquàm necesse sit longam aut bre L
uem esse Expositionem, nec liceat ire per medium. Theodorei quoque solam relinquunt vl
timam partem, quia nec breuiter vtique nec dilucidè semper sit vtile exponere. Quo diligen
tius distinguenda sunt singula, vt quid quoque loco prosit ostendam. Narratio est aut
Narratio tota pro nobis tota pro nobis, aut tota pro aduersariis, aut mixta ex vtrisq;. Si erit TOTA PRO NO-
BIS, contenti simus tribus partibus, per quas efficitur, quo iudex facilius intelligat, memi
nerit, credat. Nec quisquam reprehensione dignum putet, quòd proposuerim eam quæ sit to
ta pro nobis, debere esse verisimilem, cum vera sit. Sunt enim plurima vera quidem, sed parũ
credibilia, sicut falsa quoque frequenter verisimilia. Quare non minus laborandum est, vt iu
dex, quæ vera dicimus, quàm quæ fingimus, credat. Sunt quidem hæ, quas supra retuli, virtu
tes, aliarum quoque partium. Nam & per totam actionem vitanda est obscuritas, & modus M
vbique custodiendus, & credibilia esse oportet omnia quæ dicuntur. Maximè tamen hæc in
ea parte custodienda sunt, quæ prima iudicem docet, in qua si acciderit, vt aut non intelli-
gat, aut nõ meminerit, aut nõ credat, frustra in reliquis laborabimus. Erit autẽ NAR-
Narratio aperta sit. RATIO APERTA atque DILVCIDA, si fuerit primum exposita verbis pro-
priis & significantibus, & non sordidis quidem, non tamen exquisitis, & ab vsu remotis: tũ
distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis, ipsa etiam pronunciatione in hoc accom

A modata, vt iudex, quæ dicuntur,quàm facillimè accipiat. Quæ quidem virtus negligitur à plurimis,qui ad clamorem diſpoſitæ,vel etiam forte circunfuſæ multitudinis cõpoſiti,non ferunt illud intentionis ſilentium:nec ſibi diſerti videntur, niſi omnia tumultu ac vociferatione concuſſerint:rem indicare,ſermonis quotidiani,& in quencunque etiam indoctorũ cadentis,eſſe exiſtimant:cum interim,quod tanquàm facile contemnunt, neſcias præſtare velint minus, an poſſint. Neque enim aliud in eloquentia * coacta experti difficilius reperient, quã id quod ſe dicturos fuiſſe omnes putant, poſtquàm audierunt, quia non bona iudicant eſſe illa,ſed vera. Tum autem optimè dicit Orator,cum videtur vera dicere. At nũc velut campum nacti Expoſitionis,hic potiſſimum & vocem flectunt,& ceruicem reponũt, & brachium in latus iactant,totóque & rerum & verborum,& compoſitionis genere laſci-
B uiunt:deinde (quod ſit monſtro ſimile) placet actio,cauſa nõ intelligitur. Verum hoc omittamus,ne minus gratiæ præcipiendo recta,quàm offenſæ reprehendendo praua mereamur.

BREVIS erit NARRATIO ante omnia,ſi inde cœperimus rem exponere, vn- Breuis narratio.
de ad iudicem pertinet:deinde, ſi nihil extra cauſam dixerimus: tum etiam, ſi reciderimus omnia,quibus ſublatis,nec cognitioni quicquam, nec vtilitati detrahatur. Solet enim eſſe quædam partium breuitas, quæ longam tamen efficit ſummam. In portum veni, nauim proſpexi,quanti veheret interrogaui,de precio conueni,conſcendi,ſublatæ ſunt ancoræ,ſoluimus * oram,prouecti ſumus. Nihil horum dici celerius poteſt,ſed ſufficit dicere, è portu nauigaui. Et quoties exitus rei ſatis oſtendit priora,debemus hoc eſſe contenti, quo reliqua intelliguntur. Quare cum dicere liceat,eſt mihi filius iuuenis: omnia illa ſuperuacua, cupi-
C dus ego liberorum vxorem duxi,natum ſuſtuli,filium educaui, in adoleſcentiam perduxi. Ideóque Græcorum aliqui aliud Circunciſam Expoſitionem,id eſt σώτομον,aliud breuẽ pu Circunciſa expoſitio.
tauerunt:quòd illa ſuperuacuis careret,hæc poſſet aliquid ex neceſſariis deſiderare. Nos autem breuitatem in hoc ponimus,non vt minus,ſed ne plus dicatur quàm oporteat. Nam iterationes quidem,& παλιλογίας & πολυσολογίας, quas in Narratione vitandas quidam ſcriptores artium tradiderũt, tranſeo. Sunt enim hæc vitia,non tantum breuitatis gratia fugienda. Nõ minus autem cauenda erit,quæ nimium corripiẽtes omnia ſequitur,Obſcuritas. Satiusque aliquid Narrationi ſupereſſe quàm deeſſe. Nam ſuperuacua cum tædio dicuntur,neceſſaria cum periculo ſubtrahuntur. Quare vitanda etiam illa Salluſtiana (quanquam Salluſtius.
in ipſo virtutis obtinet locum)breuitas,& abruptum ſermonis genus, quod ocioſum fortaſ-
D ſe lectorem minus fallat:audientem tranſuolat,nec dum repetatur expectat:cum præſertim lector non ferè ſit niſi eruditus,iudicem rura plerunque in decurias mittant,de eo pronunciaturum,quod intellexerit. Vt fortaſſe vbique,in Narratione tamen præcipuè media hæc tenenda ſit via dicendi, Quantũ opus eſt, Quantum ſatis eſt. Quantum opus eſt autem, nõ ita ſolum accipi volo,quantum ad indicandum ſufficit,quia non inornata debet eſſe breuitas,alioqui ſit indocta:nam & fallit voluptas,& minus longa quæ delectant,videntur: Vt amœnum ac molle iter, etiamnum eſt ſpatii amplioris,minus fatigat, quàm durum arduũque compendium. Nec enim mihi vnquam tanta fuerit cura breuitatis, vt non ea quæ credibilem faciunt expoſitionem,inſeri velim. Simplex enim & vndique præciſa,non tã Narratio poteſt vocari,quam confuſio. Sunt porro multæ conditione ipſa rei longæ Narratio-
E nes,quibus extrema(vt præcepi) Prooemii parte ad intentionem præparandus eſt iudex:deinde curandum,vt omni arte vel ex ſpatio eius detrahamus aliquid,vel ex tædio, vt minus longa ſit efficiamus,quæ poterimus differendo:non tamen ſine mentione eorum,quæ differimus. Quas cauſas occidendi habuerit,quos aſſumpſerit conſcios, quemadmodum diſpoſuerit inſidias,Probationis loco dicam. Quædam vero ex ordine prætermittenda,quale eſt apud Ciceronem,Moritur Fulcinius. Multa enim quæ ſunt in re,quia remota ſunt à cauſa, Pro Cecina.
prætermittam. At Partitio tædium leuat. Dicam quæ acta ſint ante ipſum rei cõtractum,di
cã quæ in re ipſa, dicam quæ poſtea. Ita tres potius modicæ videbũtur Narrationes,quàm vna lõga. Interim expediet Expoſitiones breui Interfatione diſtinguere. Audiſtis quæ antè Interfatio.
acta ſunt,accipite nunc quæ inſequuntur. Reficietur enim iudex priorum fine,& ſe velut ad
F nouum rurſus initium præparabit. Si tamen adhibitis quoque his artibus in longum exierit ordo rerum,erit non inutilis in extrema parte commonitio,quod Cicero etiam in breui Narratione facit, Adhuc Cæſar Q. Ligarius omni culpa caret,domo eſt egreſſus,nõ modo nullum ad bellum,ſed ne ad minimam quidem belli ſuſpitionem, & cætera. CREDI- Narratio credibilis.
BILIS autem erit Narratio ante omnia,ſi prius conſuluerimus noſtrum animũ, ne quid naturæ dicamus aduerſum:deinde ſi cauſas ac rationes factis præpoſuerimus: nõ omnibus,

ſed de quibus quæritur. Si perſonas conuenientes iis quæ facta credi volemus,conſtitueri G
mus,vt furti reum,cupidum:adulterii,libidinoſum:homicidii,temerarium. Vel cõtrà,ſi defendemus. Præterea loca,& tempora,& ſimilia. Eſt autem quidam etiam ductus rei credibilis,qualis in Comœdiis etiam,& in Mimis. Aliqua enim naturaliter ſequuntur & cohærent,vt ſi bene priora narraueris,iudex ipſe,quod poſtea ſis narraturus,expectet. Ne illud quidem fuerit inutile,ſemina quædam Probationum ſpargere:verum ſic, vt Narrationem eſſe meminerimus,non Probationem. Nonnunquam etiam tamen argumento aliquo confirmabimus,quod propoſuerimus,ſed ſimplici & breui:vt in veneficiis,Sanus bibit,ſtatim concidit,liuor ac tumor confeſtim eſt inſecutus. Hoc faciunt & illæ Præparationes, cũ reus dicitur robuſtus,armatus,ſolicitus,contra infirmos,inermes,ſecuros. Omnia denique,quæ Probatione tractaturi ſumus,Perſonã,Cauſam,Locum,Tempus, Inſtrumentum, H
Occaſionem,Narratione delibabimus: Aliquando ſi deſtituti fuerimus his, fatebimur vix eſſe credibile,ſed verum:& hoc maius habendum ſcelus, neſcire nos quomodo factum ſit: aut quare, mirari, ſed probaturos. Optimæ vero Præparationes erunt, quæ latuerint, vt à Cicerone ſunt quidem vtiliſſime omnia prædicta,per quæ Miloni Clodius, non Clodio Milo inſidiatus eſſe videatur:plurimum tamen facit illa callidiſſima ſimplicitatis imitatio: Milo autem,cum in Senatu fuiſſet eo die, quoad Senatus eſt dimiſſus, domum venit: calceos & veſtimenta mutauit,pauliſper dum ſe vxor,vt fit,comparat,commoratus eſt. Quàm nihil præparatò,nihil feſtinatò feciſſe videtur Milo? Quod non ſolum rebus ipſis vir eloquẽtiſſimus,quibus moras,& lentum profectionis ordinem ducit, ſed verbis etiam vulgaribus I
& quotidianis,& arte occulta conſecutus eſt. quæ ſi aliter dicta eſſent,ſtrepitu ipſum iudicẽ, deinde patronũ excitaſſent. Frigida vidẽtur iſta pleriſque: ſed hoc ipſum manifeſtum,quomodo iudicem fefellerint,quod vix a lectore deprehenditur. Hæc ſunt, quæ Credibilem faciant Expoſitionem: nam ne contraria aut ſibi repugnantia in Narratione dicamus, ſicui præcipiendum eſt,is reliqua fruſtra docetur:etiamſi quidam ſcriptores artium, hoc quoque tanquam occultum,& a ſe prudenter erutum, tradunt. His tribus narrandi virtutibus adiiciunt quidam Magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant,quæ neque in omnes cauſas cadat. Nam quid in pleriſque iudiciis priuatis de re certa,credita,locato & cõducto, interdictis,habere loci poteſt ſupra modum ſe tollens oratio? nec ſemper eſt vtilis,vt vel proximo Miloniano exemplo patet. Et meminerimus multas eſſe cauſas, in quibus confitendum,excuſandum,ſubmittendum ſit quod exponimus: quibus omnibus aliena eſt illa Ma K
gnificentiæ virtus. Quare non magis proprium Narrationis eſt magnificè dicere,quàm miſerabiliter,inuidioſè,grauiter,dulciter,vrbanè: quæ cum ſuo loco ſint laudabilia, non ſunt huic parti propiè aſſignata,& velut dedita. Illa quoque vt Narrationi apta, ita cum cæteris partibus communis eſt virtus,quam Theodectes huic vni propriè dedit:non enim Magnificam modo vult eſſe,verum etiam IVCVNDAM Expoſitionem. Sunt qui adiiciant his EVIdentiam,quæ ἐνάργεια græce vocatur. Nec ego quenquam decerperim,vt diſſimilem Ciceroni quoque plures partes placere. Nã præterquam Planam, & Breuem,& Credibilem,vult eſſe Euidentem,* Moderatam cum dignitate. Sed in oratione * Moderata debent eſſe omnia cum dignitate quæ poterunt. Euidentia in Narratione,quãtum ego intelligo,eſt quidem magna virtus,cum quid veri non dicendum,ſed quodammodo etiã oſtẽ L
dendum eſt:ſed ſubiici Perſpicuitati poteſt. Quam quidam etiam contrariam interim putauerunt,quia in quibuſdam cauſis obſcuranda veritas eſt:quod eſt ridiculum. Nam qui obſcurare vult,narrat falſa pro veris:& is qui narrat,debet laborare,vt videantur quàm euidentiſſima. Sed quatinus etiam forte quadam peruenimus ad difficilius Narrationum genus,iam de his loquamur, IN QVIBVS RES CONTRA NOS erit:quo loco nonnulli prætereundam Narrationem putauerunt. Et ſanè nihil eſt facilius,niſi prorſus totam cauſam omnino non agere. Sed ſi aliqua iuſta ratione ſuſceperis litem, cuius artis eſt malam eſſe cauſam ſilentio confiteri? niſi forte tam hebes futurus eſt iudex,vt ſecundum id pronunciet,quod ſciet narrare te noluiſſe. Neque inficias eo,in Narratione,vt aliqua negãda,aliqua adiicienda,aliqua mutanda,ſic aliqua etiam tacenda:ſed tacenda quæ tacere oportebit,& liberum erit. Quod fit nonnunquam breuitatis quoque gratia:quale illud, Reſpondit quæ ei viſum eſt. Diſtinguamus igitur genera cauſarum. Nanque in quibus non de culpa quæritur,ſed de actione,etiam ſi erunt contra nos themata,cõfiteri nobis licebit. Pecuniã de templo ſuſtulit,ſed priuatam,nõ ideo ſacrilegus eſt.* Virginem rapuit,nõ tamẽ optio patri dabitur. Ingenuum ſtuprauit,& ſtupratus ſe ſuſpẽdit,nõ tamen ideo ſtuprator capite, vt M

An plura tribus requirantur.

In Topicis

Narratio tota contra nos.

A tis cauſa,puniatur:ſed decem millia,quæ pœna ſtupratori cõſtituta eſt,dabit. Verum in his quoque confeſſionibus eſt aliquid,quod ex inuidia,quam Expoſitio aduerſarii fecit,detrahi poſſit,cum etiam ſerui noſtri de peccatis ſuis mollius loquantur. Quædam enim quaſi non narrantes mitigabimus. Non quidem(vt aduerſarius dicit)conſilium furti in templum attulit,nec diu captauit eius rei tempus: ſed occaſione & abſentia cuſtodum corruptus, & pecunia,quæ nimiumquam in animis hominum poteſt,victus eſt. Sed quid refert? peccauit,& fur eſt. Nihil attinet id defendere, cuius pœnam non recuſamus : interdum quaſi damnemus ipſi. Vis te dicam vino impulſum? errore lapſum? nocte deceptum? vera ſunt iſta fortaſſe,tu tamen ingenuum ſtupraſti,ſolues decem milia. Nonnunquam Propoſitione præmuniri poteſt cauſa,& deinde exponi. Contraria ſunt omnia tribus filiis,qui in mortem patris
B coniurarant,ſortiti noctem ſinguli per ordinem , cum ferro cubiculum intrauerunt patre dormiente,cum occidere eum nemo potuiſſet,excitato omnia indicauerunt. Si tamen pater,qui diuiſit patrimonium,& reos parricidii defendit,ſic agat , Quod contra legem ſufficit,parricidium obiicitur iuuenibus,quorum pater viuit,atque etiam liberis ſuis adeſt. Ordinem rei narrare quid mihi neceſſe eſt,cum ad legem nihil pertineat ? Sed ſi confeſſionem culpæ meæ exigitis,ego fui pater durus,& patrimonii,quod iam melius ab his adminiſtrari poterat,tenax cuſtos. Deinde ſubiicitur, ſtimulatos ab iis quorum indulgentiores parentes erant,ſemper tamen eum habuiſſe animum,qui ſit euentu deprehenſus,vt occidere patrem non poſſent. Nec enim iureiurando opus fuiſſe,ſi alioqui hoc mentis habuiſſent:nec ſorte, niſi quòd ſe quiſque eximi voluerit. Omnia hæc qualiacunque placidioribus animis accipié
C tur,illa breui primæ Propoſitionis defenſione mollita. At cum quæritur an factum ſit , vel quale factum ſit,licet omnia contra nos ſint, quomodo tamen euitare Expoſitionem ſalua cauſæ ratione poſſumus? Narrauit accuſator,nec ita,vt * quæque eſſent acta,tantũ indicaret: ſed adiecit inuidiã,rem verbis exaſperauit,acceſſerunt probationes,peroratio incẽdit, & plenos iræ reliquit. Expectat naturaliter iudex quid narretur à nobis. Si nihil exponimus , illa eſſe,quæ aduerſarius dixit,& talia qualia dixit,credat neceſſe eſt. Quid ergo? eadem exponemus? Si de qualitate agetur,cuius tum demum quæſtio eſt,cum de re conſtat,eadem, ſed nõ eodem modo:alias cauſas,aliam atque aliam rationem dabo . Verbis eleuare quædam licebit,luxuria hilaritatis,auaritia parſimoniæ,negligentia ſimplicitatis nomine lenietur. Vultu denique,voce,habitu,vel fauoris aliquid,vel miſerationis merebor . Solet nonnunquam
D mouere lachrymas ipſa Cõfeſſio. Atque ego libenter interrogem, ſint illa defenſuri quæ nõ narrauerint, nẽcne? Nam ſi nec defenderint , nec narrauerint,tota cauſa prodetur. At ſi defenſuri ſunt, proponere certè plerunque id quod confirmaturi ſumus,oportet. Cur ergo non exponamus quod & dilui poteſt? Vt hoc contingat, vtique indicandum eſt . Aut quid inter Probationem & Narrationem intereſt , niſi quòd Narratio eſt Probationis continua Propoſitio, rurſus Probatio Narrationi congruens confirmatio? Videamus ergo, num Expoſitio hæc longior demum eſſe debeat , & paulo verboſior præparatione,* & quibuſdam argumentis (argumentis dico, non argumentatione , cui tamen plurimum confert frequens affirmatio) effecturos nos * quidem dicemus,non poſſe vim rerum oſtendi prima Expoſitione:expectent,& opiniones ſuas differant,& bene ſperent. Denique vtique narran-
E dum eſt,quicquid aliter quàm aduerſarius expoſuit,narrari poteſt , aut eo etiam Prooemia ſunt in his cauſis ſuperuacua,quæ quid magis agunt,quàm vt cognitioni accommodatiorẽ iudicem faciãt? Atqui conſtat nuſquam eorum maiorem vſum,quàm vbi animus iudicis ab aliqua cõtra nos inſita opinione flectẽdus eſt. Coniecturales autẽ cauſæ in quibus de facto quæritur,nõ tam ſæpe rei de qua iudiciũ eſt,quàm eorum per quæ res colligẽda eſt,Expoſitionem habẽt. Quæ cum accuſator ſuſpitioſe narret,reus leuare ſuſpitionem debeat , aliter ab hoc,atque ab illo ad iudicem perferri oportet. At enim quædam argumẽta turba valent, diducta leuiora ſunt. Id quidem non eò pertinet,vt quæratur an narrandum , ſed quomodo narrandum ſit. Nam & congerere plura Expoſitione,quis prohibet , ſi id vtile eſt cauſæ? & promittere,ſed & diuidere Narrationem,& Probationes ſubiũgere partibus,atque ita trãſire
F ad ſequentia? Nam ne iis quidem accedo,qui ſemper eo putant ORdine,quo quid actũ ſit,eſſe narrandum:ſed eo modo quo EXPEDIT. Quod fieri pluribus figuris licet . Nã & aliquando excidiſſe ſimulamus,cum quid vtiliore loco reducimus,& interim nos reducturos reliquum ordinem teſtamur, quia ſic futura ſit cauſa lucidior : Interim re expoſita, ſubiungimus cauſas,quæ anteceſſerunt. Nec enim eſt vna lex defenſionis , certúmque * eſt præſcriptum:Pro re,pro tempore intuenda quæ proſint:atque vt erit vulnus, ita vel curãdũ

Narrandi ordo & forma.

Narrandũ interdũ ſæpius.

protinus:vel ſi curatio differri poteſt,interim deligandum. Nec dixerim SAEPIVS G
NARRARE nefas,quod Cicero pro Cluentio fecit: eſtque non conceſſum modo, ſed aliquando etiam neceſſarium,vt in cauſis repetundarum, omnibúsque quæ ſimplices non ſunt. Amentis eſt enim ſuperſtitione præceptorum contra rationem cauſæ trahi. Narrationem ideo ante probationes ponere eſt inſtitutũ, ne iudex,qua de re quæratur,ignoret. Cur igitur ſi ſingula probanda aut refellenda erunt,non ſingula etiam narrentur? Me certè,quãtacunque noſtris experimentis habenda eſt fides,feciſſe hoc in foro,quoties ipſa deſiderabat vtilitas,probantibus & eruditis,& iis qui iudicabant,ſcio:&,quod non arroganter dixerim, quia ſunt plurimi,quibuſcum egi,qui me refellere poſſint,ſi mentiar, ferè ponẽdæ à me cauſæ officium exigebatur. Neque ideo tamen non ſæpius facere oportebit, vt rerum ordinem H

Expoſitio præpoſtera

ſequamur. Quædam vero etiam turpiter conuertuntur,vt ſi peperiſſe narres, deinde concepiſſe:apertum teſtamẽtum,deinde * ſignatum. In quibus,ſi id quod poſterius eſt, dixeris, de priore tacere optimum eſt. Sunt quædam & FALSAE Expoſitiones, quarũ in foro duplex genus eſt. Alterum,quod inſtrumentis adiuuatur, vt Publius Clodius fidutia teſtium,qua nocte inceſtum Romæ commiſerat,Interamnæ ſe fuiſſe dicebat. Alterum,quod eſt tuendum dicentis ingenio. Id interim ad ſolam verecundiam pertinet, vnde eiam mihi videtur dici Color:interim ad quæſtionem. Sed vtruncunque erit, prima ſit curarum, vt id quod fingimus,fieri poſſit:deinde,vt perſonæ,& loco,& tempori congruat,& credibilem ratio-

Falſa.

nem,& ordinem habeat.* ſi contingat etiã vt veræ alicui rei cohæreat, aut argumento, quod ſit in cauſa,confirmetur. Nam quæ tota extra rem petita ſunt, mentiendi licentiam I

Fingendi & mentiendi cautelæ.

produnt. Curandum præcipuè,quod fingentibus frequenter accidit,nequa inter ſe pugnẽt. Quædam enim partibus blandiuntur, ſed in ſummam non conſentiũt. Præterea,Ne iis quæ vera eſſe conſtabit, aduerſa ſint. In ſchola etiã,Ne Color extra Themata quæratur. Vtrobique autem Orator meminiſſe debebit actione tota quid finxerit,quoniam ſolent excidere quæ falſa ſunt:verúmque eſt illud,quod vulgo dicitur,Mendacem memorẽ eſſe oportere. Sciamus autem, ſi de noſtro facto quæratur, vnum nobis aliquid eſſe dicendum: ſi de alieno,mittere in plures ſuſpitiones licere. Eſt tamen quibuſdam ſcholaſticis controuerſiis,in quibus ponitur aliquem non reſpondere ad quæ interrogatur,libertas omnia enumerandi,quæ reſponderi potuiſſent. Fingenda vero meminerimus ea, quæ nõ cadent in teſtem. Sunt autem quæ noſtro dicuntur animo,cuius ipſi tãtum conſcii ſumus. Item K
quod à defunctis:nec enim hoc eſt qui neget. Itémque ab eo cui idem expediet: is enim non negabit. Ab aduerſario quoque:quia non eſt habiturus in negãdo fidem. Somniorum & Superſtitionum Colores ipſa iam facilitate authoritatem perdiderunt. Non eſt autem ſatis,in Narratione vti Coloribus,niſi per totam actionem conſentiunt: cum præſertim quorundam probatio ſola ſit in aſſeueratione & perſeuerantia: vt ille paraſitus, qui ter abdicatum à diuite iuuenem,& abſolutum, tanquàm ſuum filium aſſerit, habebit quidem Colorem,quo dicat,& paupertatem ſibi cauſam exponendi fuiſſe, & ideo à ſe paraſiti perſonam eſſe ſuſceptam,quia in illa domo filium haberet:& ideo illum innocentem ter abdicatum,quia filius abdicantis non eſſet:niſi tamen omnibus verbis,& amorem patrium,atque hunc quidem ardentiſſimum oſtenderit,& odium diuitis,& metum pro iuuene,quem peri- L
culoſè manſurum in illa domo in qua tam inuiſus ſit,ſciat,ſuſpitione ſubiecti petitoris non carebit. Euenit aliquando in ſcholaſticis cõtrouerſiis,quod in foro an poſſit accidere, dubito,vt eodem Colore pars vtraque vtatur,deinde eum pro ſe quiſque defendat. Vt in illa cõtrouerſia,Vxor marito dixit appellatam ſe de ſtupro à priuigno, & ſibi cõſtitutum tempus & locum:eadem contrà filius detulit de nouerca,edito tantùm alio tempore ac loco:quia pater in eo quem vxor prædixerat,filium inuenit: in eo quem filius,vxorem:illam repudiauit, qua tacente filium abdicat. Nihil dici poteſt pro iuuene,quod non idem ſit pro nouerca. Ponentur tamen omnia communia,deinde ex perſonarum comparatione,& indicii ordine,& ſilentio,repudiatæ argumenta ducentur. Ne illud quidem ignorare oportet,quædam eſſe quæ Colorem non recipiãt,ſed tamen defendenda ſint:qualis eſt ille diues,qui ſtatuã paupe- M
ris inimici flagellis cecidit,reus eſt iniuriarũ. Nam factum eius modeſtum eſſe nemo dixerit:fortaſſe,vt ſit tutum,obtinebit. Quòd ſi pars Expoſitionis PRO NOBIS, pars

Narratio partim pro nobis, partim contra.

CONTRA NOS erit,miſcenda ſit,an ſeparanda Narratio,cum ipſa cauſæ conditione deliberandum eſt. Nã ſi plura ſunt quæ nocent,quæ proſunt obruẽtur. Itaque tunc diuidere optimum erit,& iis quæ partem noſtram adiuuabunt,expoſitis & confirmatis,aduerſus reliqua vti remediis,de quibus ſupra dictum eſt. Si plura proderunt,etiam coniungere licebit,vt

A quæ obſtant in medio velut auxiliis noſtris poſita minus habeant virium. Quæ tamen nõ erunt nuda ponenda,ſed vt & noſtra,aliqua argumentatione firmemus:& diuerſa,cur credibilia non ſint,adiiciamus.quia niſi diſtinxerimus, verendum eſt ne bona noſtra permixtis malis inquinent. Illa quoque de Narratione præcipi ſolent, Ne qua ex ea fiat Excurſio, Ne auertatur à iudice ſermo, Ne alienæ perſonæ vocem demus, Ne argumẽtemur: adiiciunt quidam etiam, Ne vtamur affectibus. Quorum pleraque frequẽtiſſimè cuſtodiẽ da:immo nunquam,niſi ratio coegerit,mutanda:vt ſit Expoſitio perſpicua & breuis. Nihil quidem tam raro poterit habere rationem,quàm Excurſio:nec vnquam debebit eſſe niſi breuis:& talis,vt vi quadam videamur,velut recto itinere depulſi. Qualis eſt Ciceronis circa nuptias Saſſiæ,O mulieris ſcelus incredibile, & præter hanc vnam,in omni vita inauditũ. Pro Cluẽt.

B O libidinem infrenatam & indomitam. O audaciam ſingularẽ,non timuiſſe,ſi minus vim deorum hominúmque famam,at illam ipſam noctem,facésque illas nuptiales ? non limen cubiculi,non cubile filiæ,non parietes denique ipſos ſuperiorum teſtes nuptiarum? Sermo auerſus à iudice,& breuius indicat interim,& coarguit magis interim. Qua de re idem, quod de Prooemio dixerim,ſentio.Sicut de Proſopopeia quoque:qua tamen nõ Seruius modo Sulpitius vtitur pro Aufidia,Somno ne te languidum,an graui lethargo putem preſſum? Sed M.quoque Tullius circa nauarchos. Nam ea quoque rei expoſitio eſt, Vt adeas, tantum dabis,& reliqua. Quid pro Cluentio,Staleni Bulbique colloquium, nónne ad * celeritatem plurimum & fidem confert? Quæ ne feciſſe ſine obſeruatione quadam videatur, quanquam hoc in illo credibile nõ eſt,in Partitionibus præcipit, Vt habeat Narratio ſuauitatem,admi- Act.vij.

C rationes,expectationes,exitus inopinatos,colloquia perſonarum,omnes affectus. ARGVMENTABIMVR in Narratione,vt dixi,nunquã : argumentũ ponenus aliquãdo. Quod facit pro Ligario Cicero,cum dicit,ſic eũ prouinciæ præfuiſſe,vt ei pacé eſſe expediret. Inſeremus Expoſitioni & breuem,cum res poſcet,defenſionem, & rationem factorum. Nec enim narrandum eſt tanquam teſti,ſed tãquam patrono. Rei ordo per ſe talis eſt, Q.Ligarius Legatus in Aphricam cum COS.C.Conſidio profectus eſt. Quid ergo Marcus Tullius? Q.igitur,inquit,Ligarius,cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpitio, Legatus in Africam cum COS. C.Conſidio profectus eſt. Alibi,Nõ modo nullũ ad bellum , ſed ne ad minimã quidem ſuſpitionem belli. Et cum eſſet indicanti fatis, Q.Ligarius nullo ſe implicari negocio paſſus eſt,adiecit, Domum ſpectans,& ad ſuos redire cupiens. Ita quod exponebat,& ra- Argumẽta in Narratione.

D tione fecit credibile,& affectus quoque impleuit. Quo magis miror eos, qui nõ putant VTENDVM in Narratione AFFECTIBVS. Qui ſi hoc dicũt, non diu,nec vt in Epilogo,mecum ſentiũt. Sunt enim effugiendæ moræ. Cæterum cur ego iudicem nolim, cũ eũ docco etiã moueri? Cur quod in ſumma parte ſum actionis petiturus,nó in primo ſtatim rerum ingreſſu,ſi fieri poteſt,conſequar? cum præſertim etiã in Probationibus faciliore ſim animo eius abuſurus,occupato vel ira vel miſeratione. An non Marcus Tullius circa verbera ciuis Romani omnes breuiſſime mouet affectus? non ſolum conditione ipſius,loco iniuriæ,genere verberũ,ſed animi quoque commendatione. Summum enim virum oſtẽdit,qui cum virgis cæderetur,non ingemuerit,non rogauerit: ſed tantùm ciuem ſe Romanum eſſe cum inuidia cædentis,& fidutia iuris clamauerit. Quid Philodami caſum? nónne cum per Affectus in Narratione Act.vij. Act.iij.

E totam Expoſitionem incédit inuidia,tum in ſupplicio ipſo lachrymis impleuit, cum flẽtes non tam narraret quàm oſtenderet,patrem de morte filii,filium de patris? Quid vlli Epilogi poſſunt magis habere miſerabile? Serum eſt enim aduocare his rebus affectum in Peroratione,quas ſecurus narrauerit. Aſſueuit illis iudex,iámque eas ſine motu mẽtis accipit,quibus commotus nouus non eſt,& difficile eſt nobis mutare habitum animi ſemel conſtitutum.

Ego vero(neque enim diſſimulabo iudicium meum,quãquam id quod ſum dicturus,exẽplis magis quàm præceptis vllis cõtinetur) Narrationẽ,vt ſi vllã partẽ orationis , omni qua poteſt GRATIA ET VENERE EXORNANDAM puto. Sed plurimũ refert, quæ ſit natura eius rei,quam exponimus. In PARuis ergo,quales ſunt ferè priuatæ,ſit ille preſſus,& velut applicitus rei cultus:in verbis ſumma diligẽtia,quæ in locis impetu ferũtur, Narratio venuſtanda decenter.

F & circũiectæ orationis copia latét:hic expreſſa,&,vt vult Zeno,ſenſu tincta eſſe debebũt: Cõpoſitio diſſimulata quidẽ,ſed tamen quamiucũdiſſima: Figuræ non illæ poeticæ,& cõtra rationẽ loquend authoritate veterum receptæ. Nã debet eſſe quampuriſſimus ſermo,& qui varietate tædiũ effugiat,& mutationibus animũ leuet:ne in eundẽ caſum, ſimilẽ * poſitionẽ, pares elocutionũ tractus incidamus. Caret enim cæteris lenociniis Expoſitio,& niſi cõmendetur hac venuſtate,iaceat neceſſe eſt. Nec in vlla parte intẽtior eſt iudex, eóq; nihil rectè di-

ctum perit. Præterea neſcio quomodo etiam facilius credit,quæ audienti iucũda ſunt,& voluptate ad * fidem ducitur. Vbi vero MAior Res erit,& atrocia inuidioſè,& triſtia miſerabiliter dicere decebit: non vt conſumantur affectus,ſed * tamen vt velut primis lineis deſignentur, vt planè qualis futura ſit imago rei, ſtatim appareat. Ne SEntentia quidem, velut FATIGATVM INTENTIONE STOMACHVM IVDICIS REFICERE diſſuaſerim,maximè quidem breui interiecta:qualis eſt illa, Fecerunt ſerui Milonis,quod ſuos quiſque ſeruos in re tali facere voluiſſet. Interim paulo liberiore: qualis eſt illa, Nubit genero ſocrus,nullis auſpicibus,nullis authoribus,funeſtis ominibus omniũ. Quod cum ſit factum iis quoque temporibus,quibus omnis ad vtilitatem potius quàm ad oſtentationem componebatur oratio,& erant adhuc ſeueriora iudicia:quanto nunc faciundum magis,cum in ipſa capitis aut fortunarum pericula irrupit voluptas? Cui hominũ deſiderio quantum dari debeat,alio loco dicam. Interim aliquid indulgendum eſſe confiteor.

Pro Milone.

Pro Cluẽtio.

Multum confert adiecta veris, CREDIBILIS RERVM IMAGO, quæ velut in rem præſentem perducere audientes videtur:qualis eſt illa M.Cælii in Antonium deſcriptio, Nanque ipſum offendunt temulento ſopore profligatum,totis præcordiis ſtertẽtem, ructuoſos ſpiritus geminare,præclarásque contubernales ab omnibus ſpõdis tranſuerſas incubare,& reliquas circumiacere paſſim:quæ * tamen exanimatæ terrore, hoſtium aduentu percepto,excitare Antonium conabantur,nomen inclamabant,fruſtra ceruicibus tollebãt: blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat. Quarum cum omnium vocem tactúmque noſcitaret, proximæ cuiuſque collũ amplexu petebat,nec dormire excitatus,nec vigilare ebrius poterat:ſed ſemiſomno ſopore inter manus Centurionũ concubinarúmque iactabatur. Nihil his nec credibilius fingi,nec vehementius exprobrari, nec manifeſtius oſtendi poteſt. Ne id quidem præteribo,quantam afferat fidem Expoſitioni NARRANTIS AVTHORITAS, quam mereri debemus ante omnia quidem vita,ſed & ipſo genere orationis. Quod quo fuerit grauius,ſanctius,hoc plus habeat neceſſe eſt in affirmando quoque ponderis. Effugienda ergo in hac præcipuè parte omnis calliditatis ſuſpicio:(Neque enim ſe vſquam cuſtodit magis iudex)nihil videatur fictum:nihil ſolicitum. omnia potius à cauſa,quàm ab Oratore profecta credantur. Sed hoc pati non poſſumus,& perire artem putamus niſi * apparet:cum deſinat ars eſſe,ſi apparet. Pẽdemus ex laude,atque hanc laboris noſtri ducimus ſummam. Ita quæ circũſtantibus oſtentare volumus,iudicibus prodimus. Eſt quædam & REPETITA NARRATIO, quæ ἐπαναλήψεις dicitur,ſanè res Declamatoria magis,quàm forenſis. ideo autem reperta, vt quia Narratio breuis debet eſſe,fuſius & ornatius res poſſet exponi. Quod fit,vel inuidiæ gratia, vel miſerationis. Id raro faciendum iudico: neque ſic vnquam,vt totus ordo repetatur. Licet enim per partes idem conſequi. Cæterum qui vti ἐπαναλήψει volet, Narrationis rem loco ſtringat,& contentus indicare quid factũ ſit:quo ſit modo factum,plenius ſe loco ſuo expoſiturũ eſſe promittat. INITIVM NARRATIONIS quidam vtique faciendũ à Perſona putãt:eámque,ſi noſtra ſit,ornãdam:ſi aliena,infamandã ſtatim. Hoc ſanè frequẽtiſſimum eſt,quia perſonæ ſunt inter quas litigatur. Sed hæ quoque interim cum ſuis accidentibus ponendæ,cum id profuturum eſt:vt,A.Cluentius Habitus fuit pater huiuſce,Iudices,homo non ſolum municipii Larinatis,ex quo erat,ſed etiam regionis illius,& vicinitatis,virtute,exiſtimatione,nobilitate facile princeps. Interim ſine his:vt,Q.Ligarius cũ eſſet. Frequenter vero & à Re:ſicut pro Tullio,Cicero,Fundum habet in agro Turino M. Tullius paternum. Demoſthenes pro Cteſiphonte,τὸν ὑπὲρ φωκαϊκὸν συσάντα πολέμον. De FINE NARRATIONIS cum his contentio eſt,qui perduci Expoſitionem volũt eò,vnde quæſtio oritur. His rebus ita geſtis, P.Dolabella Prætor interdixit,vt eſt conſuetudo,de vi hominibus armatis ſine vlla exceptione,tantum vt vnde deiciſſet, reſtitueret:reſtituiſſe ſe dixit,ſponſio facta eſt:hac de ſponſione vobis iudicandũ eſt. Id à petitore ſemper fieri poteſt,à defenſore non ſemper

Authoritas dicentis emerenda. Ars non oſtentãda.

Repetita Narratio.

Narrationis initium.

Pro Cluẽt.

Pro Lig.

Narrationis Finis.

Pro Cecina.

De Egreſſione. Cap. III.

ORDINE ipſo Narrationem ſequitur CONFIRMATIO. Probãda ſunt enim quæ propter hoc expoſuimus. Sed priuſquam ingrediar hanc partem,pauca mihi de quorundam opinione dicenda ſunt. Pleriſque moris eſt, prolato rerũ ordine protinus vtique in aliquẽ lætũ atque plauſibilẽ locũ q̃ maximè poſſint fauorabiliter excurrere. Quod quidẽ natũ ab oſten

A tatione Declamatoria,iã in forũ venit,poſtquã agere cauſas non ad vtilitatẽ litigatorũ,ſed ad patronorum iactationem repertum eſt: ne ſi preſſæ illi (qualis ſæpius deſideratur) Narrationis gracilitati coniuncta argumentorum pugnacitas fuerit,dilatis diutius dicendi voluptatibus, oratio refrigeſcat. In quo vitium illud eſt, quôd ſine diſcrimine cauſarum atque vtilitatis hoc (tanquam ſemper expediat,aut etiam neceſſe ſit) faciunt: eo quòd deſumptas ex iis partibus, quarum alius erat locus,ſentẽtias in hanc congerunt,vt plurima aut iterũ dicenda ſint,aut quia alieno loco dicta ſunt, dici ſuo non poſſint. Ego autem confiteor hoc expatiandi genus non modo Narrationi quidem, ſed etiam quæſtionibus vel vniuerſis,vel interim ſingulis opportunè poſſe ſubiungi cum res poſtulat, aut certè permittit:atque eo vel maximè illuſtrari,ornarique orationem,ſed ſi cohæret,& ſequitur,non ſi per vim
B * cuneatur,& quæ natura iuncta erãt, diſtrahit. Nihil enim tam conſequens quàm Narrationi Probatio: niſi Excurſus ille, vel quaſi finis Narrationis, vel quaſi initium Probationis eſt. Excurſionis loci. Erit ergo illi nonnunquam locus, vt ſi Expoſitio circa finem atrox fuerit, proſequamur eam velut ſpiritu erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fieri oportebit, ſi res dubitationem non habebit: alioqui prius eſt, quod obiicias, verum efficere,quàm magnum,quia criminum inuidia pro reo eſt priuſquam probatur. Difficillima eſt enim grauiſſimi cuiuſque ſceleris fides. Idem fieri non inutiliter poteſt, vti ſi merita in aduerſarium aliqua expoſueris,in ingratum inueharis: aut ſi varietatem criminum Narratione demonſtraueris, quantum ab ea periculum intentetur, oſtendas. Verum hæc breuiter omnia. Iudex enim ordine audito feſtinat ad Probationem,& quam primum certus eſ-
C ſe ſententiæ cupit. Præterea cauendum eſt,ne ipſa Expoſitio vaneſcat,auerſis in aliud animis,& inani mora fatigatis. Sed vt non ſemper eſt neceſſaria poſt Narrationem illa Procurſio, ita frequenter vtilis ante quæſtionem Præparatio. Vtique ſi prima ſpecie minus erit fauorabilis,ſi legem aſperam tuebimur,aut pœnarias actiones inferemus. Eſt hic locus velut * ſequentis exordium,ad conciliandum probationibus noſtris iudicem, mitigandum, concitandum. Quod liberius hic,& vehementius fieri poteſt,quia iudici cauſa iam nota eſt. His igitur velut fomentis,ſiquid erit aſperũ,præmolliemus,quô facilius aures iudicum,quæ poſt dicturi erimus, admittant,ne ius noſtrum oderint. Nihil enim facilè perſuadetur inuitis. Quo loco tamen iudicis quoque natura noſcenda eſt, iuri magis an æquo ſit appoſitus: Proinde enim magis aut minus hoc erit neceſſarium. Cæterum res eadem, &
D poſt quæſtionem Perorationis vice fungitur. Hanc partem πρόκβασιν vocant Græci, Latini Egreſſum, vel Egreſſionẽ. Sed hæ ſunt plures,vt dixi, quæ per totam cauſam varios habent excurſus, vt laus hominum locorúmque, deſcriptio regionum,expoſitio quarundam rerum geſtarum,ſed etiam fabuloſarum. Quo ex genere eſt in orationibus contra Verrem cõpoſitis, Siciliæ laus, Proſerpinæ raptus, pro L. Cornelio popularis illa virtutum Cn. Pompeii commemoratio. In quam ille diuinus Orator velut nomine ipſo ducis curſus dicendi teneretur, abrupto quem inchoauerat, ſermone diuertit. Ac * tum πρόκβασις eſt (vt mea quidem fert opinio) alienæ rei, ſed ad vtilitatem cauſæ pertinentis extra ordinem excurrens tractatio. Quapropter non video, cur hunc ei potiſſimum locum aſſignent, qui rerum ordinem ſequitur non magis quàm illud, cur hoc nomen ita demum proprium pu-
E tent,ſi aliquid in digreſſu ſit exponendum, cum tot modis à recto itinere declinet oratio. Nam quicquid dicitur præter illas quinque (quas fecimus) partes, egreſſio eſt, indignatio, miſeratio,inuidia,conuicium,excuſatio,cõciliatio,maledictorum refutatio:ſimilia iis, quæ non ſunt in quæſtione, amplificatio, minutio,omne affectus genus:atque ea maximè iucũdam & ornatam faciunt orationem,de luxuria,de auaritia,de religione,de officiis:quæ cum ſint argumentis ſubiecta ſimilium rerum, quia cohærent, egredi non videntur. Sed plurima ſunt,quæ rebus nihil ſecum cohærentibus inſeruntur, quibus iudex reficitur, admonetur,placatur, rogatur, laudatur. Innumerabilia ſunt hæc, quorum alia ſicut præparata afferimus, quædam ex occaſione, vel ex neceſſitate dicimus, ſiquid nobis agentibus noui accidit,interpellatio, interuentus alicuius, tumultus. Vnde Ciceroni quoque in Proœmio
F cum diceret pro Milone, digredi fuit neceſſe, vt ipſa oratiuncula, qua vſus eſt, patet. Poterit autem paulo longius exire, qui præparat aliquid ante quæſtionem,& qui finitæ probationi velut commendationem adiicit: At qui ex media erumpit, cito ad id redire debet, vnde diuertit. Act.iiij. Act.vi.

De Propoſitione. Cap. IIII. G

Lib.iij.c. xi.

VNT qui Narrationi RROPOSITIONEM ſubiungant,tãquam partem Iudicialis materiæ:cui opinioni reſpondimus.Mihi autem Propoſi-
S tio videtur omnis confirmationis initium, quod non modo in oſtendenda quæſtione principali,ſed nonnunquam etiam in ſingulis argumentis propo ni ſolet,maximeque in iis quæ ἐπιχειρήματα vocantur. Sed nunc de priore lo

Propoſitioni nõ ſemper locus. Pro Milone.

quimur. EA NON SEMPER VTI neceſſe eſt. Aliquando enim ſine Propoſitione vlla ſatis manifeſtum eſt,quid in quæſtione verſetur:vtique ſi Narratio ibi finem habet,vbi initium quæſtio:adeo vt aliquando ſubiungatur Expoſitioni, quæ ſolet in argumentis eſſe ſumma collectio.Hæc ſicut expoſui,ita geſta ſunt iudices,inſidiator ſuperatus eſt, vi H
Vtilis eſt. victa vis,vel potius oppreſſa virtute audacia eſt. Sed nonnunquam valde VTILIS eſt, præcipuè vbi res defendi non poteſt,& de fine quæritur:vt pro eo qui pecuniam priuatam de templo ſuſtulit,ſacrilegii agitur,De ſacrilegio cognoſcitis.vt iudex intelligat id vnum eſſe officii ſui,quærere an id quod obiicitur,ſacrilegium ſit. Item in cauſis obſcuris, ac multiplicibus. Nec ſemper propter hoc ſolum,vt ſit cauſa lucidior,ſed aliquando etiam vt magis moueat.Mouet autem,ſi protinus ſubtexantur aliqua quæ proſint . Lex apertè ſcripta eſt,Vt peregrinus qui murum aſcenderit,morte multetur.Peregrinum te eſſe certũ eſt:quin aſcenderis murum non quæritur:quid ſupereſt,niſi vt te puniri oporteat?Hæc enim Propoſitio confeſſionem aduerſarii premit,& quodammodo iudicandi moram tollit:nec indicat quæſtionem, ſed adiuuat. Sunt autem Propoſitiones & SIMplices,& DVplices,vel Mul I
tiplices.Quod accidit non vno modo,nam & plura crimina iungũtur:vt cum Socrates accuſatus eſt,quòd corrumperet iuuentutem, & nouas ſuperſtitiones induceret. Et ſingula ex pluribus colliguntur:vt cum legatio male geſta obiicitur Aeſchini, quòd mentitus ſit,quòd nihil ex mandatis fecerit,quòd moratus ſit,quòd munera acceperit. Recuſatio quoque plures interim Propoſitiones habet, vt contra petitionem pecuniæ, Male petis, procuratori enim tibi eſſe non licuit: ſed nec illi, cuius nomine litigas, habere procuratorem : ſed neque es hæres eius à quo accepiſſe mutuum dicor, nec ipſi debui . Multiplicari hæc in quantumlibet poſſunt,ſed rem oſtendiſſe ſatis eſt.Hæ ſi ponantur ſingulæ,ſubiectis Probationibus, plures erunt Propoſitiones : ſi coniungantur, in Partitionem cadunt. Eſt & Nuda Propoſitio, qualis ferè in Coniecturalibus,Cædis ago,furtum obiicio. Eſt Ratione K
Subiecta: vt, Maieſtatem minuit* Caius Cornelius, nam codicem Tribunuſplebis ipſe pro concione legit. Præter hoc vtimur Propoſitione, aut Noſtra, vt, adulterium obiicio : aut Aduerſarii, vt, adulterii mecum agitur:aut Communi,vt,inter me & aduerſarium quæſtio eſt,vter ſit inteſtato propior. Nonnunquam diuerſas quoque coniungimus,Ego hoc dico,aduerſarius hoc. Habet interim vim Propoſitionis,etiam ſi per ſe non eſt Propoſitio,cum expoſito rerum ordine,ſubiicimus,De his cognoſcitis: vt ſit hæc commonitio iudicis,quo ſe ad quæſtionem acrius intendat,& velut quodam tactu excitatus finẽ eſſe Narrationis,& initium Probationis intelligat, & nobis Confirmationem ingredientibus ipſe quodammodo nouum audiendi ſumat exordium.

L

De Partitione. Cap. V.

Partitione quatinus vtendum.

PARTITIO eſt noſtrarum,aut aduerſarii propoſitionum,aut vtrarumque ordine collata enumeratio. Hac quidam VTENDVM SEM-
P PER putant,quòd & ea fiat cauſa lucidior,& iudex intentior ac docilior, ſi ſcierit & de quo dicimus,& de quo dicturi poſtea ſumus. Rurſus quidã Periculoſum id Oratori arbitrantur, duabus ex cauſis,quòd nonnunquam excidere ſoleant quæ promiſimus , & ſiquá in partiendo præterierimus,occurrere . Quod quidem nemini accidit,niſi qui plane vel nullo fuerit ingenio,vel ad agendum nihil cogitati præmeditatique detulerit. Alioqui quæ tam manifeſta & lucida eſt ratio,quàm rectæ Partitionis?Sequitur enim naturam ducem,adeo vt memoriæ id maximũ ſit auxilium,via dicẽ M
di non decedere. Quapropter ne illos quidem probauerim,qui Partitionẽ vetant vltra treis propoſitiones extendere. Quæ ſine dubio,ſi nimium ſit multiplex,fugiet memoriam iudicis,& turbabit intentionem.Hoc tamen numero velut lege non eſt alliganda,cũ poſſit cauſa plures deſiderare. Alia ſunt magis,propter quæ Partitione non eſt ſemper vtendum.

Quando Partitione nõ vtendũ.

Primum,quia pleraque gratiora ſunt,ſi inuenta ſubito,nec domo allata,ſed inter dicendum

A è re ipſa nata videantur. Vnde illa non iniucunda ſchemata, Pene excidit mihi: &, Fugerat me: &, Rectè admones. Propoſitis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis præcerpitur. Interim vero etiam fallendus eſt iudex, & variis artibus ſubeundus: vt aliud agi, quàm quod nos petimus, putet. Nam eſt nonnunquam dura propoſitio, quam iudex, ſi prouidet, non aliter præformidat, quàm qui ferrum medici, antequàm curetur, aſpexit. At ſi re non antè propoſita ſecurum, ac nulla denunciatione in ſe conuerſum intrarit oratio, efficiet quod promittenti non crederetur. Interim refugienda non modo diſtinctio quæſtionum eſt, ſed omnino tractatio: affectibus perturbatioribus eſt ab intentione auferendus auditor. Non enim ſolum Oratoris eſt docere, ſed plus eloquentia circa mouendum valet. Cui rei contraria eſt maximè tenuis illa, & ſcrupuloſè in partes ſe-
B ctæ diuiſionis diligentia, eo tempore, quo * cognoſcenti iudicium conamur auferre. Quid? quòd interim, quæ per ſe leuia ſunt & infirma, turba valent? Ideóque congerenda ſunt potius, & velut eruptione pugnandum: quod tamen rarum eſſe debet, & ex neceſſitate demum, cum ipſum hoc, quod diſſimile rationi eſt, coegerit ratio. Præter hæc in omni Partitione eſt vtique aliquid potentiſſimum, quod cum audiuit iudex, cætera tanquam ſuperuacua grauari ſolet. Itaque ſi plura, vel obiicienda ſunt, vel diluenda, & vtilis & iucunda Partitio eſt, vt quid quaque de re dicturi ſumus, ordine appareat. At ſi vnum crimen variè defendimus, ſuperuacua: vt ſi ita partiamur, Dicam non talem eſſe hunc, quem tueor, vt in eo credibile videri poſſit homicidium: dicam occidendi cauſam huic non fuiſſe: dicam hunc eo tempore quo homo occiſus eſt, trans mare fuiſſe. Omnia quæ an-
C tequam id quod vltimum eſt, * exequeris, inania videri neceſſe eſt. Feſtinat enim iudex ad id quod potentiſſimum eſt, & velut obligatum promiſſo patronum, ſi eſt patientior, tacitus appellat: ſi vel occupatus, ſi vel in aliqua poteſtate, vel etiam ſi moribus incompoſitus, cum conuicio efflagitat. Itaque non defuerunt qui Ciceronis illam pro Cluentio Partitionem improbarent, qua ſe dicturum eſſe promiſit: primum, neminem maioribus criminibus, grauioribus teſtibus, in iudicium vocatum, quàm Oppianicum: deinde, præiudicia eſſe facta ab his ipſis iudicibus, à quibus damnatus ſit: poſtremo, iudicium pecunia tentatum non à Cluentio, ſed contra Cluentium. Quia ſi probari * poteſt, quod eſt tertium, nihil neceſſe fuerit dicere priora. Rurſus nemo erit tam aut iniuſtus, aut ſtultus, quin eum fateatur optimè pro Murena eſſe partitum, Intelligo iudices tres totius ac-
D cuſationis partes fuiſſe, & earum vnam in reprehenſione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus eſſe verſatam. Nam ſic & oſtendit lucidiſſimè cauſam, & nihil fecit altero ſuperuacuum. De illo quoque genere defenſionis plerique dubitant, Si occidi, rectè feci, ſed non occidi. quò enim prius pertinere, ſi ſequens firmum ſit? hæc inuicem obſtare, & vtroque vtentibus in neutro haberi fidem. Quod ſanè in parte verum eſt, & illo ſequenti (ſi modo indubitabile ſit) ſolo vtendum. At ſi quid * in eo quod eſt fortius, timebimus, vtraque probatione nitemur. Alius enim alio moueri ſolet: & qui factum putauit, iuſtum credere poteſt: qui tanquam iuſto non mouebitur, factum fortaſſe non credet. Vr certa manus vno telo poſſet eſſe contenta, incertæ plura ſpargenda ſunt, vt ſit & fortunæ locus. Egregiè verò Cicero pro Milone, inſidia-
E torem primo Clodium oſtendit: tum addit ex abundanti, etiam ſi id non fuiſſet, talem tamen ciuem cum ſumma virtute interfectoris & gloria, necari potuiſſe. Nec illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnauerim: quia quædam, etſi ipſa ſunt dura, in id tamen valent, vt ea molliant quæ ſequuntur. Nec omnino ſine ratione eſt id quod vulgo dicitur, Iniquum petendum vt æquum feras. Quod tamen nemo ſic accipiat, vt omnia credat audenda. Rectè enim Græci præcipiunt, Non tentanda quæ effici omnino non poſſunt. Sed quoties hac, de qua loquor, duplici defenſione vtemur, id laborandum eſt, vt in illam partem ſequentem fides ex priore ducatur. Poteſt enim videri, qui tuto etiam confeſſurus fuit, mentiendi cauſam in negando non habere: & illud vtique faciendum eſt, vt quoties ſuſpicabimur à iudice aliam probationem deſiderari,
F quàm * de quo loquimur, promittamus nos plene, & ſtatim de eo ſatis eſſe facturos: præcipueque ſi de pudore agitur. Frequenter autem accidit, vt cauſa parum verecunda, iure tuta ſit, de quo ne inuiti iudices audiant & aduerſi, frequentius ſunt admonendi: ſecuturam defenſionem probitatis ac dignitatis, expectent paulum, & agi ordine ſinant. Quædam interim nos, & inuitis litigatoribus ſimulandum eſt dicere. Quod Cicero pro Cluentio facit circa iudiciariam legem. Nonnunquam quaſi interpellemur ab his, * ſubſiſtere. Sæpe

Partitio quãdo, neceſſaria.

An liceat ſic partiri, ſi occidi rectè feci, ſed nõ occidi.

auertenda ad ipſos oratio. Hortandi, vt ſinant nos vti noſtro conſilio. Ita ſurrepetur animo G
iudicis, & dum ſperat probationem pudoris, aſperioribus illis minus repugnabit. Quæ cum
receperit, etiam verecundiæ defenſioni facilior erit. Sic vtraque res inuicem iuuabit, eritque
iudex circa ius noſtrum ſpe modeſtiæ attentior, circa modeſtiam iuris probatione procli-
Partitionis vtilitas. uior. Sed vt non ſemper neceſſaria, ac etiam ſuperuacua Partitio eſt, ita opportune adhi-
bita plurimum orationi lucis & gratiæ confert. Neque enim id ſolum efficit, vt clariora fiãt
quæ dicuntur, rebus velut ex turba extractis, & in cõſpectu iudicum poſitis: ſed reficit quo-
que audientem certo ſingularum partium fine, non aliter quàm facientibus iter multum
detrahunt fatigationis notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Nam & * exhauſti laboris noſſe
menſuram voluptati eſt, & hortatur ad reliqua fortius exequenda, ſcire quantum ſuperſit. H
Nihil enim longum videri neceſſe eſt, in quo quid vltimum ſit, certum eſt. Nec imme-
Pro Quintio, & in Diuin. in Q. Cæcilium. rito multum ex diligentia partiendi tulit laudis Q. Hortenſius: cuius tamen diuiſionem in
digitos diductam, nonnunquam Cicero leuiter eludit. Nam eſt certus eius modus, & euitã-
da vtique maximè, conciſa nimium & velut Articuloſa Partitio. Nam & authoritati pluri-
mum detrahunt minuta illa, nec iam membra, ſed fruſta: & huius gloriæ cupidi, quõ ſub-
tilius & copioſius diuiſiſſe videantur, & ſuperuacua aſſumunt, & quæ natura ſingularia ſunt
ſecant, nec tam plura faciunt quàm minora: deinde, cum fecerunt mille particulas, in ean-
dem incidunt obſcuritatem, contra quam Partitio inuenta eſt. * Diuiſa & ſimplex pro-
poſitio quoties vtiliter adhiberi poteſt, primum debet eſſe aperta atque lucida. Nam quid
ſit turpius, quàm id eſſe obſcurum ipſum, quod in eum ſolum adhibetur vſum, ne ſint cæte- I
ra obſcura? Tum breuis, nec vllo ſuperuacuo onerata verbo. Non enim * quid dicamus,
ſed de quo dicturi ſimus, oſtendimus. Obtinendum etiam, nequid in ea deſit, nequid
Partitio ſuperflua. ſuperſit. Supereſt autem ſic ferè, cum aut in ſpecies partimur, quod in * genera partiri ſit
ſatis: aut genere poſito, ſubiicitur ſpecies: vt, Dicam de virtute, iuſtitia, continentia:
cum iuſtitia atque continentia virtutis ſint ſpecies. Partitio * proponit, quid ſit de quo
conueniat, quid de quo ambigatur. In eo quod cõuenit, quid aduerſerius fateatur, quid nos.
In eo de quo ambigitur, quæ dicturi ſimus, quæ noſtræ propoſitiones, quæ partis diuerſæ.
Turpiſſimum vero eſt, non eodem ordine exequi, quo quicque propoſueris.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBER V. K

De Probationibus Inartificialibus. Cap. I.

VERVNT & clari quidam Authores, quibus ſolum videretur
Oratoris officium, docere. Nanque & affectus duplici ratione exclu-
dendos putabãt: primum, quia vitium eſſet omnis animi perturba-
tio: deinde, quia iudicem à veritate depelli miſericordia, vel ira, ſi-
F milibusque, non oporteret: & voluptatem audientium petere, cum
vincendi gratia tantùm diceretur, non modo agenti ſuperuacuum, L
ſed vix etiam viro dignum arbitrabantur. Plures vero, qui nec ab il-
lis ſine dubio partibus rationem orandi ſubmouerunt, hoc ta-
men proprium atque præcipuum crediderunt opus, ſua Confir-
mare, & quæ ex aduerſo proponerentur Refutare. V truncunque eſt (nec enim hoc loco meã
interpono ſententiam) hic erit liber illorum opinione maximè neceſſarius, quo toto hæc
ſola tractantur, quibus ſanè & ea quæ de Iudicialibus cauſis iam dicta ſunt, ſeruiunt. Nam
neque Procemii, nec Narrationis eſt alius vſus, quàm vt iudicem præparent. Et Status noſ-
ſe, atque ea, de quibus ſuprà ſcripſimus, intueri, ſuperuacuum foret, niſi ad hanc peruenire-
mus. Denique ex quinque, quas Iudicialis materiæ fecimus, partibus, quæcunque alia po-
teſt aliquando neceſſaria cauſæ non eſſe, lis nulla eſt: cui Probatione opus non ſit. Eius M
præcepta ſic optimè diuiſuri videmur, vt prius quæ in commune ad omnes quæſtiones
pertinent, oſtendamus: deinde quæ in quoque cauſæ genere propria ſunt exequamur.

Probationũ Diuiſio. Ac Prima quidem illa Partitio ab Ariſtotele tradita, conſenſum ferè omnium meruit,
Alias eſſe PROBATIONES quas extra dicendi rationem acciperet Orator: Alias
quas ex cauſa traheret ipſe. & quodãmodo gigneret. Ideóq; illas ἀτέχνους, id eſt INARTI-
FICIALES, has ἐντέχνους, id eſt ARTIFICIALES vocauerunt. Ex illo priore ge-

A nere sunt Præiudicia, Rumores, Tormenta, Tabulæ, Iusiurãdum, Testes. In quibus pars maxima contentionum forensium consistit. Sed vt ipsa carent arte per se, ita summis Eloquẽtiæ viribus & alleuanda sunt plerunque, & refellenda. Quare mihi vidẽtur magnopere dãnãdi, qui totum hoc genus à præceptis remouerunt. Nec tamen in animo est omnia, quæ aut pro his dici, aut contrà dici solent complecti. Non enim Communes Locos tradere destinamus, quod esset operis infiniti, sed viam quandam atque rationẽ. Quibus demonstratis non modo in exequendo suas quisque vires debet ahibere, sed etiam inueniendo similia, vt quæque cõditio litium poscet. Nec enim de omnibus causis dicere quisquam potest saltem præteritis, vt taceam de futuris.

B De Præiudiciis. Cap. II.

*AM PRAEIVDICIORVM vis omnis tribus in generibus versatur: Rebus, quæ aliquãdo ex paribus causis sunt iudicatæ, quæ Exempla rectius dicuntur, vt de rescissis patrum testamentis, vel contrà in filios confirmatis: Iudiciis, ad ipsam causam pertinentibus, vnde etiam nomen ductum est, qualia in Oppianicum facta dicũtur, & à Senatu aduersus Milonem: Aut cum de eadem causa pronunciatum est, vt in reis deportatis, & assertione secunda, & de partibus Cẽtumuiralium, quæ in duas hastas diuisæ sunt. CONfirmantur præcipuè duobus, Authoritate eorum qui pronũciauerũt, & Similitudine rerum de quibus quæritur. REfelluntur autem raro per contumeliam iudicum, nisi forte manifesta in iis culpa erit. Vult enim recognoscentium quisque firmam esse alterius sententiam: & ipse pronũciaturus, exemplum non libenter, quod in se fortasse recidat, facit. Confugiendum ergo est in duobus superioribus, si res feret, ad aliquam dissimilitudinem causæ. Vix autem vlla est per omnia alteri similis. Si id non continget, ac eadem causa erit, aut actorum incusanda negligentia, aut de infirmitate personarum quærẽdum, contra quas erit iudicatum: aut de gratia quæ testes coruperit, aut de inuidia, aut de ignorantia, aut inueniẽdum quid causæ postea accesserit. Quorum si nihil erit, licet tamen dicere multas iudiciorum causas ad inique pronunciandum valere: ideóque damnatum Rutilium, absolutos Clodium atque Catilinam. Rogandi etiam Iudices, vt rem potius intueantur ipsam, quàm iuriiurando alieno suum donent. Aduersus Consulta autem Senatus, & Decreta Principũ & Magistratuum, remedium nullũ est, nisi aut inuẽta quantulacunque causæ differẽtia, aut aliqua vel eorundem vel eiusdem potestatis hominum posterior constitutio, quæ sit priori contraria: quæ si deerunt, lis non erit.

I

C

D

Pro Cluẽt.

Cap. III.

De Rumore & Fama.

AMAM atque RVMOREM pars altera consensum ciuitatis, & velut publicum testimonium vocat: altera sermonem sine vllo certo authore dispersum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas, quod nulli non etiam innocẽtissimo posset accidere, fraude inimicorum falsa vulgantium. Exempla vtrinque non deerunt.

F

Cic. in Topicis.

Cap. IIII.

E De Tormentis.

ICVT in TORMENTIS quoque, qui est locus frequẽtissimus, cum pars altera quæstionem, vera fatẽdi necessitatem vocet: altera sæpe etiam causam falsa dicendi, quod aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas necessarium. Quid attinet plura de his? Plenæ sunt orationes veterum ac nouorum. Quædam tamen in hac parte erunt propria cuiusque litis. Nam siue de habenda quæstione agetur, plurimum intererit, quis, & quem postulet aut offerat, & in quem, & ex qua causa, siue iam erit habita, quis ei præfuerit, quis, & quo modo sit tortus, an credibilia dixerit, an inter se constãtia: perseuerauerit in eo quod cœperat, an aliquid dolore mutauerit: prima parte quæstionis, an procedente cruciatu. Quæ vtrinque tam infinita

S

F sunt, quàm ipsa rerum varietas.

Cap. V.

De Tabulis, & iis quæ contra Tabulas.

CONTRA TABVLAS quoque sæpe dictum, sæpe dicẽdum est, cum eas non solum refelli, sed etiam accusari, sciamus esse vsitatum. Cum sit autem in his aut scelus signatorum, aut ignorantia, tutius ac facilius id quod

C

ſecundo loco diximus, tractatur, quòd ſcilicet pauciores rei fiunt. Sed hoc ipſum argumenta G
ex cauſa trahit, ſi forte aut incredibile eſt, id actum eſſe, quod tabulæ continent: aut (vt frequẽ
tius euenit) aliis probationibus æque inartificialibus ſoluitur: ſi aut is in quem ſignatum eſt,
aut aliquis ſignator dicitur abfuiſſe, vel prius eſſe defunctus: ſi tempora non congruunt:
ſi vel antecedentia, vel inſequentia Tabulis repugnant. Inſpectio ipſa etiam ſæpe falſum
deprehendit.

De Iureiurando. Cap. VI.

VSIVRANDVM litigatores aut offerũt ſuum, aut non reſpuunt obla
tum: aut ab aduerſario exigunt, aut recuſant cum ab ipſis exigatur. Offerre
I ſuum ſine vlla conditione, vt vel aduerſarius iuret, ferè improbum eſt. Qui H
tamen id faciet, aut vita ſe tuebitur, vt eum non ſit credibile peierare: aut ipſa
vi religionis. In qua & plus fidei conſequetur, ſi id egerit, vt non cupide ad
hoc deſcendere, ſed ne hoc quidem recuſare videatur: aut, ſi cauſa patietur, modo litis, propter
quam deuoturus ſe ipſe non fuerit: aut ſi præter alia * cauſæ inſtrumenea, adiicit ex abundan-
ti hanc quoque cõſcientiæ fiduciam. Qui non recipiet, iniquam cõditionem, & à multis cõ-
Cic. de Na tura Deo- temni Iuriſiurãdi metum dicet: cum & philoſophi quidam ſint reperti, qui deos habere re-
rum i. rum humanarum curam negarẽt. Eum vero qui nullo offerẽte iurare ſit paratus, & ſe ipſum
velle de cauſa ſua pronunciare, & quàm id quod offert leue ac facile credat, oltẽdere. At is qui
defert, alioqui agere modeſte videtur, cum litis aduerſarium iudicem faciat, & eum cuius co-
gnitio eſt, onere liberet, qui profecto alieno iureiurando ſtare quàm ſuo mauult. quó diffici- I
lior recuſatio eſt, niſi forte res eſt ea, quam credibile ſit notam ipſi nõ eſſe. Quæ excuſatio ſi
deerit, hoc vnum relinquetur, vt inuidiam ſibi quæri ab aduerſario dicat: atque id agi, vt in
ea cauſa, in qua vincere nõ poſſit, queri poſſit. Itaque hominem quide malum occupaturum
hanc cõditione fuiſſe, ſe aute probare malle quæ affirmet, quàm dubium cuiquam relinque-
re, an peierarit. Sed nobis adoleſcetibus ſeniores in agedo facti præcipere ſolebãt, ne vnquam
Iuſiurãdum deferremus: ſicut nec optio iudicis aduerſario eſt permittẽda: nec ex aduocatis
partis aduerſæ iudex eligẽdus. Nam ſi dicere cõtraria turpe aduocato videatur, certe turpius
habẽdum, facere quod noceat.

De Teſtibus. Cap. VII.

K
MAXIMVS tamen patronis circa TESTIMONIA ſudor eſt. Ea di-
cuntur aut per tabulas, aut à præſentibus. Simplicior contra tabulas pugna.
M Nam & minus videtur obtitiſſe pudor inter paucos ſignatores, & pro diffi
dentia premitur abſentia. Si reprehẽſionem non capit ipſa perſona, infama-
re ſignatores licet. Tacita præterea * quadam ſignificatione refragatur his
omnibus, quòd nemo per tabulas dat teſtimonium, niſi ſua voluntate: quo ipſo non ſe eſſe
amicum ei, contra quem dicit, fatetur. Nec tamen protinus ceſſerit Orator, quo minus &
amicus pro amico, & inimicus contra inimicum poſſit verum (ſi integra ſit ei fides) dicere.
Sed late locus vterque tractatur. Cum præſentibus vero ingens dimicatio eſt, * ideóque velut
duplici contra eos, próque his acie conſligitur, Actionum, & Interrogationum. In Actio- L
nibus primum generaliter pro teſtibus, atque in teſtes dici ſolet. Eſt hic cõmunis locus, cum
pars altera nullam firmiore probationẽ eſſe contẽdit, quàm quæ ſit hominum ſciẽtia nixa:
altera ad detrahẽdam illis fidẽ, omnia per quæ fieri ſoleãt falſa teſtimonia, enumerat. Sequẽs
ratio eſt, cum ſpecialiter quidem, ſed tamẽ multos pariter inuadere patroni ſolẽt. Nam & gẽ
Pro Seſt. Cic. tium ſimul vniuerſarum eleuata teſtimonia ab Oratoribus ſcimus, & tota genera teſtimonio
rum, vt de * auditionibus, non enim ipſos eſſe teſtes, ſed iniuratorum afferre voces: vtque in
cauſis repetundarum, qui ſe reo numeraſſe pecunias iurant, litigatorum non teſtium habẽ-
dos loco. Interim aduerſus ſingulos dirigitur Actio. Quod inſectationis genus & permi-
Cic. pro Ce- cinna. xtum defenſioni legimus in orationibus plurimis, & ſeparatim editum, ſicut in Vatinium
teſtem. Totum igitur excutiamus locum, quãdo vniuerſam inſtitutionẽ aggreſſi ſumus. Suf- M
ficiebãt alioqui libri duo à Domitio Afro in hanc rem compoſiti, quem adoleſcentulus ſenẽ
colui: vt non lecta mihi tãtùm ea, ſed pleraque ex ipſo ſint cognita. Is veriſſimè præcipit, pri-
mum eſſe in hac parte officiũ Oratoris, vt totam cauſam familiariter norit, quod ſine dubio
ad omnia pertinet. Id quomodo cõtingat explicabimus, quum ad deſtinatũ huic parti locũ
venerimus. Ea res ſuggeret materiam interrogationi, & veluti tela ad manũ ſubminiſtrabit.

A Eadem docebit,ad quæ iudicis animus actione ſit præparandus. Debet enim vel fieri, vel detrahi teſtibus fides oratione perpetua:quia ſic dictis quiſque mouetur,vt eſt ad credẽdum, vel non credẽdũ,antè formatus. Et quoniã DVO GẼERA ſunt TESTIVM, aut Volũtariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudiciis lege denunciare ſolet: quorum altero vtraque pars vtitur,alterum accuſatoribus tantùm conceſſum eſt,ſeparemus officium dantis teſtes,& refellentis. Qui VOLVNTARIVM producit,ſcire quid is dicturus eſt,poteſt: ideóque faciliorem videtur in rogãdo habere rationem. Sed hæc quoque pars acumen & vigilantiam poſcit:prouidendúmque,ne timidus,ne inconſtans, ne imprudens ſit teſtis. Turbantur enim, & à patronis diuerſæ partis inducuntur in laqueum. ſed & plus deprehenſi nocent, quàm firmi & interriti profuiſſent. Multum igitur domi antè verB ſandi,ac variis percontationibus,quales haberi ab aduerſario poſſunt, explorãdi ſunt. Sic fit, vt aut conſtent ſibi,aut ſiquid titubauerint, opportuna rurſus eius, à quo producti ſunt, interrogatione velut in gradum reponantur.In his quoque adhuc qui conſtiterint ſibi, vitandæ ſunt inſidiæ:nam frequenter ſubiici ab aduerſario ſolent, & omnia profutura polliciti diuerſa reſpondent,& authoritatem habent non arguentium illa,ſed confitentium.Explorandum igitur quas cauſas lædendi aduerſarium afferant: nec idſatis eſt, inimicos fuiſſe, ſed an deſierint,an per hoc ipſum reconciliari velint,ne corrupti ſint,ne pœnitentia propoſitũ mutauerint. Quod cum in iis quoque,qui ea quæ dicturi videntur re vera ſciunt,neceſſarium eſt præcauere,tum multo magis in iis,qui ſe dicturos quæ falſa ſunt,pollicentur. Nam & frequẽtior eorum pœnitentia eſt, & promiſſum ſuſpectius: & ſi pereuerauerint, reprehenſio faciC lior. Eorum vero, QVibus DEnũciatur,pars teſtiũ eſt quæ eum lædere velit,pars quæ nolit.Idque interim ſcit accuſator, interim neſcit. fingamus in præſentia ſcire,in vtroque enim genere ſummis artibus interrogantis opus eſt.Nam ſi habet teſtem cupidum lædendi,cauere debet hoc ipſum,ne cupiditas eius appareat: nec ſtatim de o quod in iudicium venit,rogare, ſed aliquo circuitu ad id peruenire, vt illi quod maximè licere voluit, videatur expreſſum:nec nimium inſtare interrogationi, ne ad omnia reſpondendo teſtis fidem ſuam minuat,ſed in tantum euocare eum,quantum ſumere ex vno ſati eſt. At in eo,qui verum inuitus dicturus eſt, prima felicitas interrogantis eſt extorquere quod is noluerit. Hoc non alio modo fieri poteſt,quàm longius interrogatione repetita. Reſpondebit enim quæ nocere cauſæ non arbitrabitur.Ex pluribus deinde quæ cõfeſſus erit,eò producetur, vt quod dicere non D vult,negare non poſſit. Nam vt in oratione,ſparſa plerunque olligimus argumẽta,quæ per ſe nihil reum aggrauare videantur,congregatione deinde eorum factum cõuincimus:ita huiuſmodi teſtis multa de anteactis,multa de inſecutis, loco, tempre, perſona, cæterisque,eſt interrogandus,vt in aliquod reſponſum incidat,poſt quod illi vi fateri quæ volumus neceſſe ſit,vel iis quæ iam dixerat,repugnare.Id ſi non contingit,reliquum erit, vt eum nolle dicere manifeſtum ſit:protrahendusque,vt in aliquo, quod vel extra cauſam ſit, deprehendatur. Tenendus etiam diutius,vt omnia,ac plura quàm res deſiderat præceo dicendo,ſuſpectus iudici fiat:quo nõ minus nocebit,quàm ſi vera in reum dixiſſet. At (quod ſecundo loco diximus) neſciet actor quid propoſiti teſtis attulerit,paulatim,& vt dicitur,pedetentim,interrogando experietur animum eius, & ad id reſponſum quod eliciendum erit, per gradus duE cet. Sed quia nonnunquam ſunt hæ quoque Teſtium artes,vt primo a voluntatem reſpondeant, quo maiore fide diuerſa poſtea dicant, eſt accuſatoris, ſuſpectum teſtem dum prodeſt, dimittere. Patronorum in parte expeditior,in parte difficilior interrogatio eſt:Difficilior hoc,quòd raro vnquam poſſunt ante iudicium ſcire,quid teſtis dicturus ſit. Expeditior,quòd cum interrogandus eſt, ſciunt quid dixerit. Itaque in eo quod incertum eſt cura & inquiſitione opus eſt, quis reum premat,quas & quibus ex cauſis inimicitias habet,eaque in oratione prædicenda atque amolienda ſunt,ſiue odio conflatos teſtes, ſiue inuidia, ſiue gratia, ſiue pecunia videri volumus. Et ſi deficietur numero pars diuerſa,paucitatem ſi abundabit, conſpirationem: ſi humiles producet,vilitatem: ſi potẽtes,gratiam oportebit i ceſſere. Plus tamen proderit cauſas,propter quas reum lædant,exponere:quæ ſunt variæ,& pro conditioF ne cuiuſque litis,aut litigatoris. Nam contra illa quæ ſupra diximus, ſimili ratione reſpondere locis communibus ſolet, quia & in paucis atque humilibus accuſator ſimplicitate gloriari poteſt,quòd neminem præter eos quos putarit ſcire,quæſierit,& multos atque honeſtos cõmendare aliquando eſt facilius. Verum interim & ſingulos,vt exornare,ita deſtruere contingit,aut recitatis in actione,aut nominatis teſtibus. Quod iis temporibus quibus teſtis * non niſi poſt finitas actiones rogabatur,& facilius & frequentius fuit. Quid autem in quẽque

Teſtiũ duo genera.

Voluntarij teſtis interrogandi ratio.

Denunciati interrogandi forma.

Defenſoris partes i interrogãdo.

Hæc facit Cic. p Flac.

teſtium dicẽdum ſit,ſumi niſi ab ipſorum perſonis non poteſt. Reliquæ interrogandi ſunt G
partes.qua in re primum eſt,noſſe teſtem.nam timidus terreri,ſtultus decipi,iracundus con
citari,ambitioſus inflari,longus protrahi poteſt:Prudens verò & conſtans,vel tanquam ini-
micus peruicax dimittendus ſtatim:vel non interrogatione, ſed breui interlocutione patro-
ni refutandus eſt:aut aliquo,ſi cõtinget,vrbane dicto refrigerandus: aut ſiquid in eius vitam
dici poterit,infamia criminum deſtruendus.Probos quoſdam & verecundos non aſperè in-
ceſſere profuit: nam ſæpe qui aduerſus inſectantem pugnaſſent, modeſtia mitigantur.

Interroga-tio i cauſa. Omnis autẽ INTERROGATIO eſt aut in Cauſa,aut extra Cauſam. In CAV-
ſa, ſicut accuſatori præcepimus, patronus quoque altius, & vnde nihil ſuſpecti ſit, repetita
percontatione priora ſequentibus applicando,cò ſæpe perducit homines, vt ab inuitis quod H
proſit,extorqueat. Eius rei ſine dubio nec diſciplina vlla in ſcholis , nec exercitatio traditur:
& naturali magis acumine, aut vſu contingit hæc virtus. Siquod tamen exemplum ad imita
tionem monſtrandum ſit,ſolum eſt , quod ex dialogis Socraticorum, maximêque Platonis
duci poteſt : in quibus adeo ſcitæ ſunt Interrogationes, vt cum in pleriſque bene reſpondea-
tur,res tamen ad illud,quod volunt efficere,perueniat.Illud fortuna interim præſtat,vt ali-
quid , quod inter ſe parum conſentiat,à teſte dicatur : interim (quod ſæpius euenit) vt teſtis
teſti diuerſa dicat. Acuta autem Interrogatio ad hoc quod caſu fieri ſolet , etiam ratione per-
Extra cau ſam. ducet. Extra CAVSAM quoque multa quæ proſint interrogari ſolent,de vita teſtium
aliorum,de ſua quiſque,ſi turpitudo, ſi humilitas, ſi amicitia accuſatoris , ſi inimicitiæ cum
reo: in quibus aut dicant aliquid quod proſit,aut in mendacio,vel cupiditate lædendi depre I
Interrogã di lex. hendantur. Sed in primis Interrogatio debet eſſe circunſpecta , quia multa contra patro-
nos venuſtè teſtis ſæpe reſpondet, eique præcipuè vulgo fauetur : tum verbis quàm maximè
ex medio ſumptis,vt qui rogatur (is autem eſt & ſæpius imperitus) intelligat,aut ne intelli-
gere ſe neget,quod interrogantis non leue frigus eſt. Illæ vero peſſimæ artes,teſtem ſubor-
natum in ſubſellia aduerſari mittere , vt inde excitatus plus noceat , vel dicendo contra
reum, cum quo ſederit: vel cum adiuuiſſe teſtimonio videbitur, faciendo ex induſtria mul-
ta immodeſtè atque intempeanter,per quæ non à ſe tantùm dictis detrahat fidem, ſed cæte
ris quoque qui profuerant,auerat authoritatem. Quorum mentionem habui,non vt fierẽt,
Colliſio i-uicem. ſed vt vitarentur. Sæpe inter ſe collidi ſolent,inde teſtatio,hinc teſtes:locus vtrinque. Hæc
enim pars ſe iureiurando,illi conſenſu ſignantium tuetur. Sæpe inter teſtes & argumenta K
quæſitum eſt : inde ſcientiam in teſtibus & religionem , ingenia eſſe in argumentis dicitur:
hinc teſtem gratia,metu,pecunia,ira,odio,amicitia,ambitu fieri, argumenta ex natura duci:
in his iudicem ſibi,in illis ſui credere. Communia hæc pluribus cauſis, multûmque iactata
ſunt, ſemperque tamen iactabuntur. Aliquando vtrinque ſunt teſtes, * ſed quæſtio ſequi-
tur ex his, vtri meliores viri : Ex cauſis,vtri magis credibilia dixerint : Ex litigatoribus, vtri
Diuina te-ſtimonia, gratia magis valuerint. His adiicere ſiquis volet ea, quæ Diuina Teſtimonia vocantur, ex
Reſponſis,Oraculis,Ominibus, duplicem ſciat eorum eſſe tractatum : Generalẽ alterum, in
quo inter Stoicos & Epicuri ſectam ſecutos pugna perpetua eſt, Regatûrne prouidẽtia mun-
dus:Specialem alterum,cõtra * parteis diuinationis,vt quæque in quæſtionem cadit. Aliter
enim Oraculorum, alter Aruſpicum, Augurum, Coniectorum & Mathematicorum fides L
confirmari, aut refelli poteſt, cum ſit rerum earum ratio diuerſa. Circa huiuſmodi quoque
* inſtrumẽta firmanda,vel deſtruẽda,multũ habet operis oratio,ſiquæ ſint voces per vinum,
ſomnium,demen iam emiſſæ,vel excepta paruulorum indicia: quos pars altera nihil ſingere,
re,altera nihil in icare dictura eſt. Nec tãtum * præſtari hoc genus poteſt, ſed etiam vbi non
Teſtimo-nia deſide-rata. eſt,deſiderari ſolet. Pecuniam dediſti,quis numerauit? vbi? vnde? Venenum arguis, vbi emi?
à quo? quanti? per quem dedi?quo conſcio ? Quæ ferè omnia pro Cluentio Cicero in crimi-
ne veneficii excutit. Hæc de Inartificialibus quàm breuiſſimè potui.

De Probatione Artificiali. Cap. VIII.

ARS altera Probationum,quæ eſt tota in arte,conſtatque rebus ad faciendam fidem appoſitis,plerunque aut omnino negligitur,aut leuiſſimè attingitur ab iis,qui argumenta velut horrida & confragoſa vitantes,amœnioribus locis deſident : neque aliter quàm ii qui traduntur à poetis guſtu cuiuſdam apud Lotophagos graminis, & Sirenum cantu deliniti voluptatem ſa-
M
P
Odyſſ.ix. Odyſſ.xij. luti prætuliſſe,dum laudis falſam imaginem perſequuntur,ipſa propter quam dicitur,victoria * cedunt. Atqui cætera quæ cõtinuo magis orationis tractu decurrunt,in auxilium atque

A ornamentum argumentorum comparantur, neruisque illis,quibus cauſa continetur, adiiciunt ſuperinducti corporis ſpeciem:vt ſi forte quid factum ira,vel metu,vel cupiditate dicatur,latius quæ cuiuſque affectus natura ſit,proſequamur.Iiſdem laudamus,incuſamus,augemus,minuimus,deſcribimus,deterremus,querimur,conſolamur,hortamur.Sed horum eſſe opera in rebus aut certis,aut de quibus tanquam certis loquimur,poteſt.Nec abnuerim eſſe aliquid in delectatione,multum vero in commouendis affectibus. Sed hæc ipſa plus valent, cum ſe didiciſſe iudex putat,quod cõſequi niſi argumẽtatione,aliaque omni fide rerum non poſſumus.Quorum prius quàm partiar ſpecies, indicandum reor, quædam in omni genere Probationum communia.Nam nec vlla quæſtio eſt, quæ non ſit aut in Re, aut in Perſona. Nec eſſe Argumentorum loci poſſunt,niſi quæ rebus aut perſonis accidunt.Eáque aut per ſe
B inſpici ſolent,aut ad aliud referri. Nec vlla CONFIRMATIO, niſi aut ex antecedentibus,aut ex conſequentibus,aut ex pugnãtibus:& hæc neceſſe eſt, aut ex præterito tempore,aut ex coniuncto,aut ex ſequenti petere. Nec vlla res probari niſi ex alia poteſt.Eáque ſit oportet aut maior,aut par,aut minor. ARGVMENTA vero reperiuntur aut in quæſtionibus,quæ etiam ſeparatæ à complexu rerum perſonarúmque ſpectari per ſe poſſint: aut in ipſa cauſa, cum inuenitur aliquid in ea non ex communi ratione ductum, ſed eius iudicii de quo cognoſcitur,proprium. Probationum præterea omnium aliæ ſunt Neceſſariæ, aliæ Credibiles,aliæ non Repugnantes. Adhuc,Omnium Probationũ quadruplex ratio eſt, vt vel quia aliquid eſt,aliud non ſit,vt quia dies eſt,nox non eſt : vel quia eſt aliquid, & aliud ſit,vt quia ſol eſt ſuper terram,dies eſt:vel quia aliquid non eſt,aliud ſit, vt quia nox non eſt,
C dies eſt:vel quia aliquid non eſt,nec aliud ſit,vt quia non eſt rationale,nec homo eſt. His in vniuerſum prædictis partes ſubiiciam.

Confirmatio.

Argumenta.

Probationũ quadruplex ratio.

De Signis. Cap. IX.

OMNIS igitur Probatio Artificialis conſtat aut Signis, aut Argumẽtis, aut Exemplis. Nec ignoro pleriſque videri SIGNA partem argumentorum.
O quæ mihi ſeparandi ratio hæc fuit prima,quòd ſunt penè ex illis Inartificialibus. Cruenta enim veſtis,& clamor,& liuor,& talia, ſunt inſtrumẽta, qualia tabulæ,rumores,teſtes:nec inueniuntur ab Oratore,ſed ad eum cum ipſa cauſa deferuntur. Altera,quòd ſigna ſiue indubitata ſint, non ſunt argumenta : quia vbi illa
D ſunt,quæſtio non eſt:argumento autem,niſi in re controuerſa,locus eſſe non poteſt: ſiue dubia non ſunt argumenta, ſed ipſa argumentis egent. DIuiduntur autem in has duas ſpecies,quòd eorum alia ſunt (vt dixi) quæ Neceſſaria ſunt,quæ Græci vocant τεκμήρια:alia non Neceſſaria,quæ σημεῖα. Priora illa ſunt, quæ aliter habere ſe non poſſunt, quæ mihi vix pertinere ad præcepta artis videntur. Nam vbi eſt Signum inſolubile,ibi ne lis quidem eſt.Id autem accidit,cum quid aut neceſſe eſt fieri factúmve eſſe,aut certè omnino non poteſt fieri vel eſſe factum:quo in cauſis poſito,lis non eſt,niſi facti.Hoc genus per omnia tempora perpen di ſolet. Nam & coiiſſe eam cum viro quæ peperit,quod eſt præteriti:& fluctus eſſe,cum magna vis venti in mare incubuit,quod coniuncti:& eum mori,cuius cor eſtvulneratum,quod futuri neceſſe eſt. Nec fieri poteſt,vt ibi meſſis ſit,vbi ſatum non eſt : vt quis Romæ ſit, cum
E eſt Athenis:vt ſit ferro vulneratus,qui ſine cicatrice eſt. Sed quædam & retrorſus idem valent, vt viuere hominem qui ſpirat, & ſpirare qui viuit. Quædam in contrarium non recurrunt. Nec enim quia mouetur qui ingreditur,iccirco ingreditur qui mouetur. Quare poteſt & coiiſſe cum viro quæ nõ peperit,& nõ eſſe vẽtus in mari cum eſſet fluctus , nec vtique cor eius vulneratũ eſſe qui perit,ac ſimiliter fatũ fuiſſe poteſt vbi non fuiſſet meſſis,nec fuiſſe Romæ qui fuit Athenis,nec fuiſſe ferro vulneratũ qui habet cicatricẽ. Alia ſunt Signa nõ Neceſſaria,quæ εἰκότα Græci vocãt,quæ etiãſi ad tollẽdã dubitationẽ ſola non ſufficiũt,tamẽ adiuncta cæteris plurimũ valent.Signũ vocant (vt dixi) σημεῖον, quanquam id quidam Indicium,quidam Veſtigium nominauerunt,per quod res intelligitur, vt per ſanguinem cædes. At quia ſanguis vel ex hoſtia reſperſiſſe veſtem poteſt , vel è naribus profluxiſſe , non vtique
F qui veſtem cruentam habuerit,homicidium fecerit. Sed vt per ſe non ſufficit, ita cæteris adiunctum teſtimonii loco dicitur,ſi inimicus,ſi antè minatus,ſi eodem loco fuit. Quibus Signum cum acceſſit,efficit,vt quæ ſuſpecta erãt,certa videantur. Alioqui ſunt quædam Signa vtrique parti communia, vt liuores,tumores. Nam videri poſſunt & veneficii & cruditatis. Et vulnus in pectore,ſua manu,& aliena periſſe dicentibus in quo eſt. Hæc perinde firma habentur atque extrinſecus adiuuantur.Eorum autem,quæ Signa ſunt quidem,ſed non Neceſ-

Signa neceſſaria.

Signa non neceſſaria.

ſaria,genus Hermagoras putat. Non eſſe virginem Atalantam, quia cum iuuenibus per ſyl- G
uas vagetur. Quod ſi receperimus,vereor ne omnia quæ ex facto ducuntur, Signa faciamus.
Eadem tamen ratione,qua Signa,tractantur. Nec mihi videntur Areopagitæ, cum damna-
uerunt puerum coturnicum oculos eruentem,aliud iudicaſſe,quàm id ſignum eſſe pernicio
ſiſſimæ mentis,multisque malo futuræ,ſi adoleuiſſet. Vnde Spurii Melii,M. que Manlii po
pularitas, ſignum affectati regni fuit exiſtimatum. Sed vereor ne longè nimium nos ducat
hæc via. Nam ſi eſt ſignum adulteræ,lauari cum viris , erit & conuiuere cum adoleſcẽtibus,
deinde etiam familiariter alicuius amicitia vti. * Vt fortaſſe corpus vulſum,fractũ inceſſum,
veſtem muliebrem dixerit mollis & parum viri ſigna, * ſicui,cum Signũ id proprie ſit, quod
ex eo,de quo quæritur,natũ ſub oculos venit,vt ſanguis ex cæde, ita illa ex impudicitia fluere
videantur. Ea quoque, quæ quia plerunque obſeruata ſunt, vulgo Signa creduntur, vt pro- H
Georg.i. Eodẽ lib. gnoſtica, Vento rubet aurea phœbæ: Et cornix plena pluuiam vocat improba voce : ſi cauſas
ex qualitate cæli trahunt,ſanè ita appellentur. Nam ſi vento rubet luna, ſignum venti eſt ru
bor. Et ſi vt idem poeta colligit, denſatus & laxatus aer facit vt ſit inde ille auium concẽtus,
idem ſentiemus. Sunt autem etiam Signa parua magnorum,vt hæc ipſa cornix. Nam maio
ra minorum eſſe nemo miratur.

De Argumentis. Cap. X.

VNC de ARGVMENTIS. Hoc enim nomine cõplectimur omnia
quæ Græci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant: quanquam apud il-
N los aliqua horum nominum differentia, etiam ſi vis eodem ferè tendit. I

Enthyme ma. Nam ENTHYMEMA (quod nos Commentum ſanè,aut Commẽ
tationem interpretemur,quia aliter non poſſumus,Græco melius vſuri) vnũ
intellectum habet,quo omnia mente concepta ſignificat,ſed nunc de eo non loquimur: alte
rum,quo ſententiam cum ratione : tertium,quo certam quandam argumẽti concluſionem,
vel ex conſequentibus,vel ex repugnantibus: quanquam de hoc parum conuenit. Sunt
enim qui id prius Epicherema dicant: pluresque inuenias in illa opinione, vt id de-
mum quo pugna conſtat, Enthymema accipi velint. Et ideo illud Cornificius Contrarium
Lib.iiij.ad Herẽnium. appellat. Hinc alii Rhetoricum Syllogiſmum , alii Imperfectum Syllogiſmum vocauerunt,
quia nec diſtinctis,nec totidem partibus concluderetur. Quod ſanè non vtique ab Oratore
Epichere- ma. deſideratur. EPICHEREMA Valgius AGGreſſionem vocat. Celſus autẽ iudicat non K
noſtram adminiſtrationem,ſed ipſam rem quã aggredimur,id eſt Argumẽtum, quo aliquid
probaturi ſumus,etiam ſi nondum verbis explanatum,iam tamen mente conceptum, Epi-
cherema dici. Aliis videtur non deſtinatam,vel inchoatam, ſed perfectam orationẽ hoc no-
men accipere,& vltimam ſpeciem. Ideóque propria eius appellatio,& maximè in vſu poſita
eſt: qua ſignificatur certa quædam ſententiæ comprehenſio, quæ ex tribus partibus conſtat.
In Rhet.& alibi. Quidam Epicherema, Rationem appellauerunt. Cicero melius Ratiocinationem: quãquam
& ille nomen hoc duxiſſe magis à Syllogiſmo videtur. Nam & Statum Syllogiſticum, Ra-
tiocinatiuum appellat, exemplisque vtitur philoſophorum. Et quoniam eſt quædam inter
Apodixis. Syllogiſmum & Epicherema vicinitas , poteſt videri hoc nomine rectè abuſus. ἀπόδειξις
eſt euidens probatio,ideóque apud geometras γραμμικὴ ἀπόδειξις dicũtur. Hanc & ab Epi L
cheremate Cecilius putat differre ſolo genere concluſionis,& eſſe Apodixin imperfectũ Epi
cherema,eadẽmque cauſa qua diximus & Enthymema ſyllogiſmo diſtare. Nam & Epichere
ma Syllogiſmi pars eſt. Quidam ineſſe Epicheremati Apodixin putant, & eſſe partem eius
confirmantẽ. * Vtcunque autem,quãquam diuerſi authores eodem modo finiunt, vt ſit * ra
tio per ea quæ certa ſunt fidem dubiis afferens. quæ natura eſt omnium argumentorum: ne-
que enim certa incertis declarantur. Hæc omnia generaliter πίστεις appellant , quod etſi pro-
pria interpretatione dicere Fidem poſſumus,apertius tamen Probationes interpretabimur.

Argumen tum quid. Sed ARGVMENTVM quoque plura ſignificat. Nam & Fabulæ ad actus ſcena-
rum compoſitæ, Argumenta dicuntur: & orationum Ciceronis velut thema ipſe exponens
Pædianus, Argumentum,inquit,tale eſt. Et ipſe Cicero ad Brutum ita ſcribit, Veritus fortaſ
ſe ne nos in Catonem noſtrum transferamus illinc mali quid, etſi argumentum ſimile non M
erat. Quo apparet omnẽ ad ſcribẽdum deſtinatam materiam ita appellari. Nec mirum,cum
Aene.vij. id inter opifices quoque vulgatum ſit. Vnde Virgilius, Argumentum ingens. Vulgóque pau
lo numeroſius opus, dicitur Argumẽtoſum. Sed nunc de eo dicendum Argumẽto eſt, quod
* Probationẽ, Indicium, Fidem, Aggreſſionem, eiuſdem rei nomina facit, parum diſtinctè,

A vt arbitror. Nam Probatio, & Fides efficitur non tantùm per hæc quæ ſunt rationis, ſed etiam per Inartificialia. Signum autem quod ille Indicium vocat, ab Argumentis iam ſeparaui. Ergo cum ſit Argumentum, ratio probationem præſtans, qua colligitur * aliud per aliud: & quæ quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt, confirmat, neceſſe eſt eſſe ali aliquid in cauſa, quod probatione non egeat. Alioqui nihil erit * quo probemus, niſi fuerit quod aut ſit verum, aut videatur, ex quo dubiis fides fiat. PRO CERTIS autem habemus, primum, quæ ſenſibus percipiũtur, vt quæ vidimus, audiuimus, & qualia ſunt Signa. Pro certis habenda.

Deinde ea, quæ communi opinione cõſenſum eſt, Deos eſſe, Præſtandam pietatem parentibus. Præterea quæ legibus cauta ſunt, quæ perſuaſione: etiam ſi nõ omnium hominũ, eius tamen ciuitatis, aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta ſunt: vt pleraque in iure non le
B gibus, ſed moribus conſtant. Siquid inter vtranque partem conuenit, ſiquid probatum eſt, denique cuicũque aduerſarius non cõtradicit. Sic enim fiet Argumentum, Cum prouidentia mundus regatur, adminiſtranda eſt Reſpublica: vt adminiſtranda Reſpublica erit, ſi liquebit mundum prouidentia regi. Debet etiam nota eſſe rectè Argumenta tractaturo, Vis & Natura omnium rerum, & quid quæque earum plerunque efficiat. Hinc enim ſunt quæ ἐνώτα dicuntur. CREDIBILIVM autem genera ſunt tria. Vnum firmiſſimum, * quod ferè accidit, vt liberos à parentibus amari. Alterum velut propenſius, Eum qui rectè valeat, in craſtinum peruenturum. Tertium tantùm non repugnans, In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Ideóque Ariſtoteles in ſecundo de arte Rhetorica libro diligentiſſimè eſt executus, quid cuique rei, & quid cuique homini ſolcat accidere: & quas res, quósque homi-
C nes, quibus rebus aut hominibus vel conciliaſſet vel alienaſſet ipſa natura: vt diuitias quid ſequatur, aut ambitum, aut ſuperſtitionem: quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid ruſtici: quo quæque modo res vitari vel appeti ſoleat. Verũ hoc exequi mitto. Non enim longum tantùm, ſed etiam impoſſibile, aut potius infinitum eſt: præterea poſitum in communi omnium intellectu. Siquis tamen deſiderauerit, à quo peteret, oſtendi. Omnia autem Credibilia, in quibus pars maxima conſiſtit argumentationis, ex huiuſmodi fontibus fluũt, An credibile ſit à filio patrem occiſum, inceſtum cum filia commiſſum: & cõtrà venefi cium in Nouerca, adulteriũ in luxurioſo. Illa quoque, An ſcelus palàm factum, an falſum dixerit propter exiguam ſummam: quia ſuos quiſque horum velut mores habet, plerunque tamen, non ſemper: alioqui indubitata eſſent, non argumẽta. Excutiamus nunc Argumẽ-
D torum Locos, quãquam quibuſdam ii quoque, de quibus ſupra dixi, videtur. LOCOS appello, non vt vulgo nunc intelligũtur, vt in luxuriam & adulterium, & ſimilia: ſed ſedes Argumẽtorum, in quibus latent, ex quibus ſunt petẽda. Nam vt in terra non omni generãtur omnia, nec auem aut feram reperias, vbi quæque naſci, aut morari ſoleat ignarus: & piſcium quoque genera alia planis gaudẽt, alia ſaxoſis, regionibus etiam littoribusque diſcreta ſunt: nec Helopem noſtro mari, aut Scarum ducas: Ita non omne Argumentum vndique venit, ideóque non paſſim quærendum eſt. Multus alioqui error eſt * & exhauſto labore, quod non ratione ſcrutabimur, non poterimus inuenire niſi caſu. At ſi * ſciemus vbi quicque naſcatur, cum ad locum ventum erit, facile quod in eo erit, peruidebimus. In primis igitur Argumẽta ſæpe A PERSONA ducẽda ſunt: cum ſit, vt dixi, diuiſio, vt omnia in
E hæc duo partiamur, Res atque Perſonas: vt Cauſa, Tempus, Locus, Occaſio, Inſtrumẽtum, Modus, & cætera, Rerum ſint accidẽtia. Perſonis autem non quicquid accidit, exequendum mihi eſt, vt plerique fecerũt, ſed vnde argumẽta ſumi poſſunt. Ea porro ſunt GENVS. nam ſimiles parẽtibus ac maioribus ſuis filii plerunque creduntur: & nonnunquam ad honeſtè turpiterque viuẽdum, inde cauſæ fluunt. NATIO. nam & gẽtibus proprii mores ſunt: nec idem in Barbaro, Romano, Græco, probabile eſt. PATRIA. quia ſimiliter etiam ciuitatum Leges, Inſtituta, Opiniones habent differentiam. SEXVS. vt latrocinium facilius in viro, veneficium in fœmina credas. AETAS. quia aliud aliis annis magis conuenit. EDVCATIO & DISCIPLINA. quoniam refert à quibus, & quo quiſque modo ſit inſtitutus. HABITVS CORPORIS. Ducitur enim frequenter
F in argumentum ſpecies libidinis, robur petulantiæ. His contraria in diuerſum. FORTVNA. nec enim tam idem credibile eſt in diuite ac paupere: propinquis, amicis, clientibus abundante, & his omnibus deſtituto CONDITIONIS etiam diſtãtia eſt. nam clarus an obſcurus, magiſtratus an priuatus, pater an filius, ciuis an peregrinus, liber an ſeruus, * maritus an cælebs, parens liberorum an orbus ſit, plurimũ diſtat. ANIMI NATVRA. etenim auaritia, ira, iracundia, miſericordia, crudelitas, ſcueritas, aliaque iis ſimi-

Credibiliũ tria gña.

Credibiliũ fontes.

Loci argumentorũ.

A perſona

A genere.

A natione

A patria.

A ſexu.

Ab ætate.

Ab educatione.

Ab habitu

A fortuna

Cõditione

Naturaanimi.

Victu. lia,afferũt frequẽter fidẽ,aut detrahũt:ſicut VICTVS,luxurioſus,an frugi,an ſordidus,quæri G
Studijs. tur. STVDIA quoque: nanque ruſticus,foréſis,negociator,miles,nauigator,medicus,
Affectibus aliud atque aliud efficiũt. Intuẽdum etiã QVID AFFECTET quiſque,locuples vi
Ab ante deri an diſertus,iuſtus an potẽs. Spectantur ANTE ACTA DICTAQVE.Ex
actis di- præteritis enim æſtimari ſolẽt præſentia. His adiiciũt quidã COMMOTIONEM:
ctisque. hãc accipi volũt tẽporariũ animi motũ,ſicut irã,pauoré, CONSILIA autẽ, & præſen
tis,& præteriti,& futuri tẽporis:quæ mihi etiã ſi perſonis accidũt, referẽda tamẽ ad illã par-
tem Argumẽtorum vidẽtur,quam ex Cauſis ducimus:ſicut HAbitus quidã animi,quo tra-
ctatur amicus an inimicus. Ponũt in Perſona & NOMEN,quod quidẽ ei accidere ne-
ceſſe eſt,ſed in Argumẽtum raro cadit:niſi cum aut ex Cauſa datũ eſt,vt ſapiẽs,magnus,* pla
nus:aut ipſum alicuius cogitationis attulit cauſam,vt Lẽtulo cõiurationis, quòd libris Sibyl H
linis aruſpicúmque reſponſis dominatio dari tribus Corneliis dicebatur,ſeque eum tertium
In Phœ- eſſe credebat poſt Syllã,Cinnámque,quia & ipſe Cornelius erat. Nam & illud extat apud Eu
niſſis. ripidẽ,frigidum ſanẽ,quòd nomẽ Polynicis vt argumẽtum frater morum inceſſit. Iocorum
Act.i.& iij enim ex eo frequẽs materia, qua Cicero in Verrẽ non ſemel vſus eſt. Hæc ferè circa Perſonas
ſunt,aut his ſimilia.Nec enim cõplecti omnia,vel in hac parte,vel in cæteris poſſumus,con
Arg.a reb⁹ tenti rationem plura quæſituris oſtẽdere. Nunc ad RES trãſeo,in quibus maximẽ ſunt
actis. Perſonis iuncta quæ agimus,ideóque prima tractãda. In omnibus porro quæ fiunt,quæritur
A cauſis fa aut Quare,aut Vbi,aut Quãdo,aut Quomodo,aut Per quæ facta ſunt. Ducũtur igitur Ar-
ctorũ vel guméta EX CAVSIS FACTORVM, vel FVTVRORVM, quorum mate
futurorum riam,quam ὑλὴν alii,δύναμιν alii nominauerunt,in duo genera,ſed quaternas vtriuſque di- I
uidunt ſpecies.Nam ferè verſatur ratio faciẽdi circa Bonorum Adeptionem, Incremẽtum,
Conſeruationem,Vſum:aut Malorum Euitationem,Liberationẽ,Imminutionẽ,Cõuerſio-
nem:nãque hæc in deliberando plurimum valent.Sed has cauſas habẽt Recta:Praua contrà
ex falſis opinionibus veniunt.Nam eſt his initium ex iis quæ creduntur bona aut mala:in-
de Errores exiſtunt,& peſſimi Affectus:in quibus ſunt Ira,Odium,Inuidia,Cupiditas,Spes,
Ambitus,Audacia,Metus, cæteráque eiuſdẽ generis. * Accedunt aliquãdo * Fortuita,Ebrie-
tas,Ignorãtia. Quæ interim ad veniam valent,interim ad probationẽ criminum. Vt ſiquis
Cauſæ. dum alii inſidiatur,alium dicitur interemiſſe. CAVSAE porro non ad conuincẽdum
modo quod obiicitur,ſed ad defendendum quoque excuti ſolent,cum quis ſe rectè feciſſe ho
A finitiõe. neſta cauſa cõtendit.qua de re latius in tertio libro dictũ eſt. FINITIONES interim K
ex cauſis pendent.An tyrannicida,qui tyrãnum, à quo deprehẽſus in adulterio fuerat, occi-
A loco. dit. An ſacrilegus,qui vt hoſtes vrbe expelleret,arma templo affixa detraxit. Ducũtur Ar-
guméta & EX LOCO.Spectatur enim ad fidem probationis,montanus an planus, ma
ritimus an mediterraneus,conſitus an incultus,frequens an deſertus, propinquus an remo-
tus , oportunus conſiliis an aduerſus. Quam partem videmus vehementiſſimè pro Milo-
ne tractaſſe Ciceronem.Et hæc quidem & ſimilia ad Cõiecturam frequẽtius pertinẽt.ſed in-
terim ad Ius quoque,priuatus an publicus, ſacer an prophanus,noſter an alienus:vt in Per-
ſona,magiſtratus,pater,peregrinus.Hinc enim quæſtiones oriuntur.Priuatam pecuniã ſuſtu
liſti:verũ quia de tẽplo,nõ furtũ,ſed ſacrilegiũ eſt.Occidiſti adulterũ, quod lex permittit : ſed
quia in lupanari,cædes eſt.Iniuriã feciſti,ſed quia magiſtratui,maieſtatis actio eſt. Vel cõtrà. L
Licuit,quia pater erã, quia magiſtratus. Sed circa facti Controuerſiã arguméta præſtãt, circa
iuris lites,materiam quæſtionum.Ad Qualitatem quoque frequẽter pertinet Locus. Neque
enim idem vbique, aut licet, aut decorum eſt. Quinetiam in qua ciuitate quicque quæratur
intereſt.Moribus enim & legibus diſtant. Ad commendationem quoque & inuidiam va
Meta.xiij. let.Nam & Aiax apud Ouidium inquit,Ante rates agimus cauſam,& mecũ confertur Vlyſ
ſes.Et Miloni inter cætera obiectum eſt,quòd Clodius in monumentis ab eo maiorum ſuo-
A tẽpore. rum eſſet occiſus. Ad ſuadendi momenta idem valet , ſicut TEMPVS, cuius tracta-
tum ſubiungam.Eius autem (vt alio loco iam dixi) duplex ſignificatio eſt. Generaliter enim
& ſpecialiter accipitur.Prius illud eſt,nunc,olim,tunc:ſub Alexãdro,cum apud Ilion pugna
tum eſt:denique præteritum,inſtans,futurum.Hoc ſequens habet & conſtituta Diſcrimina, M
ætate,hyeme,noctu,interdiu:& Fortuita,in peſtilẽtia,in bello,in conuiuio.Latinorũ quidã
ſatis ſignificari putauerunt,ſi illud Generale,hoc Speciale tempus vocarẽt. Quorũ vtrorun-
que ratio,& in Conſiliis quidem,& in illo Demonſtratiuo genere verſatur,ſed in Iudiciis fre
quẽtiſſima eſt.Nam & Iuris quæſtiones facit, & Qualitatem diſtinguit, & ad Coniecturam
plurimum confert.Vt cum interim probationes inexpugnabiles afferat,quales ſunt,ſi dica-

A tur (vt ſupra poſui) ſignator,qui ante diem tabularum deceſſit:aut cõmiſiſſe aliquid,vel cum infans eſſet,vel cum adhuc omnino natus non eſſet. Præter id, omnia facile argumenta,aut ex iis quæ antè rem facta ſunt,aut ex coniunctis rei,aut conſequẽtibus ducẽtur. Ex Antecedentibus,Mortem minatus es,noctu exiſti,proficiſcentem anteceſſiſti. Cauſæ quoque factorum præteriti ſunt temporis. Sed Tempus ſubtilius quidam quàm neceſſe erat diuiſerunt,vt eſſet Iuncti,ſonus auditus eſt: Adhærentis,clamor ſublatus eſt: Inſequẽtis ſunt illa, latuiſti,profugiſti,liuores & tumores apparuerũt.Iiſdem Temporum gradibus defenſor vtetur ad detrahendam ei,quod obiicitur,fidem.In his omnis factorum dictorũmque ratio verſatur,ſed dupliciter. Nam fiunt quædam,quia aliud poſtea futurum eſt: quædam,quia aliud ante factũ eſt:vt cum obiicitur reo lenocinii ſpecioſæ marito,quòd ſpecioſam adulterii dãna-
B tam quãdam emerit: aut parricidii reo luxurioſo,quòd dixerit patri, Non me amplius obiurgabis. Nam & ille,non quia emit, leno eſt: ſed quia leno erat, emit. Nec hic quia ſic erat locutus,occidit: ſed quia erat occiſurus,ſic locutus eſt. CASVS autem qui & ipſe præſtat Argumẽtis locum,ſine dubio eſt ex inſequentibus: ſed quadam proprietate diſtinguitur: vt ſi dicam,Melior dux Scipio quàm Annibal,vicit enim Annibalem.Bonus gubernator,nunquam fecit naufragium.Bonus agricola,magnos ſuſtulit fructus.Et cõtrà,Sumptuoſus fuit, patrimonium exhauſit,turpiter vixit,vel omnibus inuiſus eſt. Intuendæ ſunt,præcipuẽque in Coniecturis,& FACVLTATES.Credibilius eſt enim occiſos à pluribus paucioC res,à firmioribus imbecilliores,à vigilantibus dormientes,à præparatis inopinantes.Quorũ contraria in diuerſum valent. Hæc & in deliberando intuemur, & in iudiciis ad duas res ſolemus referre,An voluerit quis,An potuerit.Nam & volũtatem ſpes facit.Hinc illa apud Ciceronem coniectura,Inſidiatus eſt Clodius Miloni,non Milo Clodio: Ille cum ſeruis robuſtis,hic cum mulierum comitatu: ille equo,hic in rheda: ille expeditus,hic penula irretitus.

A caſu.

A faculta-te.

Facultati autem licet INSTRVMENTVM coniungere. Sunt enim in parte Facultatis,& COPIAE. Sed ex Inſtrumento aliquando etiam SIGNA naſcuntur,vt ſpiculũ in corpore inuẽtum. His adiicitur MODVS, quẽ τρόπον dicũt,quo quæritur,quemadmodum quid ſit factum. Idque tum ad Qualitatem,Scriptúmque pertinet: vt ſi negemus adulterum veneno occidiſſe,cum ferro licuiſſet occidere,ſed vel oportuiſſe. Tum ad Coniecturas quoque:vt ſi dicam,Bona mẽte factum,ideóque palàm: mala,ideóque ex inſidiis, noctu, in ſolitudine. In Rebus autem omnibus de quarum vi aut natura quæritur,
D quaſque etiam citra complexum perſonarum,cæterorũmque ex quibus fit Cauſa,per ſe intueri poſſumus,Tria ſine dubio rurſus ſpectãda ſunt, An ſit, Quid ſit, Quale ſit. Sed quia ſunt quidam loci Argumẽtorũ iis omnibus communes,diuidi * hæc in tria genera non poſſunt. Ideóque Locis potius,vt quoſque incurrent,ſubiiciẽda ſunt. Ducuntur ergo argumẽta ex FINITIONE,ſeu FINE: nã vtroque modo traditur. Eius duplex ratio eſt.Aut enim ſimpliciter quæritur,Sit ne hoc virtus:aut antecedẽte finitione, Quid ſit virtus. * Ita aut vniuerſam vim verbi complectimur, vt Rhetorice eſt bene dicendi ſcientia: aut per partes, vt Rhetorice eſt rectè inueniẽdi,& diſponendi,& eloquẽdi cum firma memoria, & cum dignitate actionis,ſcientia. Præterea Finimus aut Vi,ſicut ſuperiora:aut ἐτυμολογίᾳ,vt Aſſiduũ ab aſſe dando,& Locupletẽ à locorũ,Pecunioſum à pecorum copia. Finitioni ſubiecta maE ximè vidẽtur Genus,Species,Differẽs,Proprium.Ex his omnibus argumẽta ducũtur. GENVS ad probãdam ſpeciem minimum valet, plurimum ad refellendam. Itaque non quia eſt arbor,platanus eſt:at quod non eſt arbor,vtique platanus non eſt. Nec quod non eſt virtus,vtique poteſt eſſe iuſtitia.Itaque à genere perueniendum eſt ad vltimam ſpeciem: vt homo eſt animal,non eſt ſatis,id enim genus eſt: Mortale,etiam ſi ſpecies eſt,cum aliis tamen communis finitio: Rationale,nihil ſupererit ad demonſtrandum id quod velis. Contrà SPECIES firmam probationẽ habet generis,infirmã refutationẽ. Nam quod iuſtitia eſt, vtique virtus eſt: quod non eſt iuſtitia,poteſt eſſe virtus,vt ſi eſt fortitudo,continentia, conſtãtia. Nũquam itaq; tolletur à ſpecie genus,niſi omnes ſpecies,quæ ſunt generi ſubiectæ, remoueantur:hoc modo, Quod neque immortale eſt neque mortale, animal non eſt. His
F adiiciunt Propria,& Differẽtia.Propriis cõfirmatur Finitio,Differentibus ſoluitur. PROPRIVM autẽ eſt,aut quod ſoli accidit,vt homini ſermo,riſus: aut quod vtique accidit,ſed non ſoli,vt igni calefacere.Et ſunt eiuſdẽ rei plura propria,vt ipſius ignis lucere,calere.Itaque quodcũque propriũ deerit,ſoluet finitionẽ:non vtique quodcũque erit,confirmabit.Sæpiſſimè autẽ quid ſit propriũ cuiuſque,quæritur:vt ſi per ἐτυμολογίαν dicatur, Tyrãnicidæ propriũ eſt,tyrãnum occidere:negemus. non enim ſi traditũ ſibi eum carnifex occiderit, tyran-

An ſit. qd ſit , quale ſit.

Ex finitiõe

Finimus vi & etymologia.

Cic. ĩ top.
Plin. xviij.
Plin.xxxiij
Columel. vij.

A genere.
A ſpecie.

A proprio

Differens. nicida vocatur,nec ſi imprudẽs,vel inuitus. Quod autem Proprium non erit, DIFFE- G
RENS erit:vt aliud eſt ſeruũ eſſe,aliud ſeruire:qualis eſſe in addictis quæſtio ſolet. Qui ſeruus eſt,ſi manumittatur,fit libertinus,non itidem addictus:& plura,de quibus alio loco. Illud quoque differens vocãt,cum genere in ſpeciẽ diducto ſpecies ipſa diſcernitur. Animal genus,mortale ſpecies,terrenum vel bipes,differens. Nondum enim proprium eſt,ſed iam differt à marino vel quadrupede. Quod non tam ad argumẽtum pertinet,quàm ad diligẽtem fi
In topicis nitionis comprehẽſionẽ. Cicero genus & ſpeciem,quam eãdem formã vocat, à finitione diducit,& iis quæ ad aliquid ſunt,ſubiicit:vt ſi is,cui omne argẽtum legatum eſt, petat ſignatũ quoque,vtatur genere: at ſiquis cum legatum ſit ei, quæ viro materfamilias eſſet, neget deberi ei quæ in manum non cõuenerit,ſpecie:quoniã duæ formæ ſint matrimoniorũ. Di-
A diuiſiõe VISIONE autẽ adiuuari Finitionẽ docet,eamque differre à Partitione: quòd hæc ſit to- H
tius in partes,illa generis in formas. Partes incertas eſſe, vt quibus conſtet Reſpublica: Formas certas, vt quot ſint ſpecies rerum publicarum. Quas tres accipimus, Quæ populi, Quæ paucorum, Quæ vnius poteſtate regeretur. Et ille quidem non his exemplis vtitur,quia ſcribẽs ad Trebatium,ex iure ea ducere maluit:ego apertiora poſui.* Propria vero ad Coniecturæ quoque pertinẽt partem. vt proprium eſt boni,rectè facere:iracundi, verbis excandeſcere.
* Ac cõtra quædam in quibuſdam vtique non ſunt,& ratio quãuis ex diuerſo, eadem eſt. Diuiſio,& ad probãdum ſimili via valet,& ad refellẽdum. * Probãti interim ſatis eſt vnum habere: hoc modo,Vt ſit ciuis quis, aut natus ſit oportet aut factus. Negãti,vtrunque tollendum eſt,nec natus nec factus eſt. Fit hoc & multiplex,idque eſt Argumentorum genus EX
Ex remotione. REMOTIONE, quo modò efficitur totum falſum, modo id quod relinquitur,ve- I
rum. Totum falſum eſt, hoc modo,Pecuniam te credidiſſe dicis:aut habuiſti ipſe, aut ab aliquo accepiſti,aut inueniſti,aut ſurripũiſti. Si neque domi habuiſti,neque ab alio accepiſti, nec cætera,non credidiſti. Reliquum ſit verum ſic, Hic ſeruus, quem tibi vendicas, aut verna tuus eſt, aut emptus, aut donatus, aut teſtamento relictus, aut ex hoſte captus, aut alienus: deinde remotis prioribus, ſupererit alienus. Periculoſum, & cum cura intuendum genus: quia ſi in proponendo vnum quodlibet omiſerimus, cum riſu quoque tota res ſoluitur. Tutius quod Cicero pro Cecinna facit, cum interrogat,Si hæc actio non ſit, quæ ſit? Simul enim remouentur omnia. Vel cum duo * ponentur inter ſe contraria, quorum tenuiſſe vtrumlibet ſufficiat: quale Ciceronis eſt, Vnum quidem certe nemo erit tam iniquus
Cluentio, qui mihi non concedat, ſi conſtet corruptum illud eſſe iudicium, aut ab Habito, K
aut ab Oppianico eſſe corruptum: ſi doceo non ab Habito,vinco ab Oppianico: ſi oſtendo ab Oppianico,purgo Habitũ. Fit etiam ex duobus,quorum neceſſaria eſt * alterutrum eligendi aduerſario poteſtas: efficiturque,vt vtrum elegerit, noceat. Facit hoc Cicero pro Oppio,Vtrum cum Cottam appetiſſet, aut cum ipſe ſeſe conaretur occidere, telum ei è manibus ereptum eſt? Et pro Vareno,Optio vobis datur,vtrum velitis caſu illo itinere Varenum vſum eſſe,an huius perſuaſu & inductu. Deinde vtraque facit accuſatori contraria. Interim duo ita proponuntur, vt vtrumlibet electum, idem efficiat: quale eſt, Philoſophandum eſt,etiam ſi non eſt philoſophandum. Et illud vulgatum, Quò ſchema,ſi intelligitur? quò, ſi non intelligitur? Et,Mentietur in tormentis,qui dolorem pati poteſt:mẽtietur,qui non poteſt. Vt ſunt autem Tria Tempora, ita ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. habẽt L
enim omnia Initium,Incrementum,Summam:vt iurgium,deinde cædes, & ſtrages. Eſt er-
Ab initio. go hic quoque argumẽtorum locus inuicem probãtium. Nam EX INITIIS ſumma colligitur:quale eſt, Non poſſum togam prætextam ſperare, cum exordium pullũ videã. & contrà, Non dominationis cauſa Syllam arma ſumpſiſſe,argumentum eſt Dictatura depoſita. Similiter EX INCREMENTO in vtrãque partem ducitur rei ratio, cum in
Ab incremento. coniectura,tum etiam in tractatu æquitatis,an ad initium ſumma referenda ſit: id eſt an ei
A ſimilib⁹ cædes imputanda ſit,à quo iurgium cœpit. Eſt Argumẽtorum Locus EX SIMILI-
A diſſimilibus. BVS, Si continẽtia virtus,vtique & abſtinentia. Si fidem debet tutor,& procurator. Hoc eſt ex eo genere,quod & ἐπαγωγὴν Græci vocãt,Cicero Inductionẽ. EX DISSIMILI-
A contrarijs. BVS, Non ſi lætitia bonũ,& voluptas. Non quod mulieri,idem pupillo. EX CON- M
A repugnantibus TRARIIS, Frugalitas bonum, luxuria enim malum. Si malorum cauſa bellum eſt, erit emendatio pax. Si veniam meretur qui imprudens nocuit, non meretur præmium qui imprudẽs profuit. EX REPVGNANTIBVS, Qui eſt ſtultus,ſapiẽs non eſt. EX
A cõſequẽtibus adiũctisue. CONSEQVENTIBVS, ſiue ADIVNCTIS, Si iuſtitia eſt bonum, rectè iudicãdum. Si malum perfidia,non eſt fallẽdum. Idem retro. Nec ſunt his diſſimilia, ideóque huic

A loco ſubiicienda, cum & ipſa naturaliter congruunt. Quod quis non habuit, non perdidit. Quẽ quis amat,ſciẽs non lædit. Quẽ quis hæredem ſuũ eſſe voluit,charũ habuit,habet,habebit.Sed cum ſint indubitata,vim habẽt penè ſignorũ immutabiliũ. Sed Conſequentia dico ἀκόλουθα.eſt enim cõſequens ſapientiæ bonitas:illa Sequẽtia ἐπακόλουθα, quæ poſtea facta ſunt, aut futura. Nec ſum de nominibus anxius,vocet enim vt voluerit quiſque, dum vis rerũ ipſa manifeſta ſit:appareatque,hoc tẽporis,illud eſſe naturæ. Itaque non dubito hæc quoque Cõ ſequẽtia,quãuis ex prioribus dent Argumentũ ad ea quæ ſequũtur. Quorũ quidã duas ſpecies eſſe voluerũt:Actionis,vt pro Oppio,Quos educere inuitos in prouinciã nõ potuit,eos inuitos retinere quî potuit? Tẽporis,in Verrem,Si finẽ Prætoris edicto afferũt Calẽdæ Ianuarii, cur non initiũ quoque edicti naſcatur à Calẽdis Ianuarii? Quod vtrũque exẽplum tale eſt, vt
B idem in diuerſum,ſi retro agas,valeat.Cõſequens eſt enim eos,qui inuiti duci nõ potuerũt, inuitos non potuiſſe retineri. Illa quoque,quæ ex rebus mutuã cõfirmationem præſtãtibus ducũtur,quæ proprii generis quidam videri volunt,& vocant ἐκ τῶν πρὸς ἄλλα, Cicero EX REBVS SVB EANDEM RATIONEM VENIENTIBVS, * forte Cõſequẽtibus iunxerim,Si portoriũ Rhodiis locare honeſtũ eſt,& Hermacreonti cõducere:& quod diſcere honeſtũ,& docere.Vnde illa non hac ratione dicta,ſed efficiens idem Domitii Afri ſentẽtia eſt pulchra,Ego accuſaui,vos dãnaſtis. Eſt inuicẽ Cõſequẽs,& quod ex diuerſis idem oſtendit:vt qui mũdum naſci dicit,per hoc ipſum & deficere ſignificet, quia deficit omne quod naſcitur. Simillima eſt his argumentatio,qua colligi ſolẽt ex iis quæ fa
C ciunt,ea quæ efficiũtur,aut contrà:quod genus A CAVSIS vocãt.Hæc interim neceſſario fiũt,interim plerũque,ſed non neceſſario. Nam corpus in lumine vtique vmbram facit, & vmbra vbicũque eſt,ibi corpus eſſe oſtendit. Alia ſunt,vt dixi,non neceſſaria,vel vtrinque, vel ex altera parte.Sol colorat,non vtique qui eſt coloratus,à ſole eſt. Iter puluerulẽtum facit,ſed nec omne iter puluerem mouet:nec quiſquis eſt puluerulentus,ex itinere eſt.* Quæ vtique talia faciunt,talia ſunt.Si ſapientia bonum virum facit,bonus vir eſt vtique ſapiens. Ideóque boni eſt honeſte facere: mali,turpiter: & qui honeſte faciunt,boni: qui turpiter, mali rectè iudicantur.Ad hoc exercitatio plerunque robuſtum corpus facit, ſed non quiſquis eſt robuſtus,exercitatus:nec quiſquis exercitatus,robuſtus eſt. Nec quia fortitudo præſtat ne mortem timeamus,quiſquis mortem non timuerit,vir fortis erit exiſtimandus.Nec ſi capitis dolorem facit, inutilis hominibus ſol eſt. Et hæc ad Hortatiuum genus maximè
D pertinent.Virtus facit laudem,ſequenda igitur:Voluptas infamiam,fugienda igitur. Rectè autem monemur, Cauſas non vtique ab vltimo eſſe repetendas: vt Medea, Vtinam ne in nemore Pelio. Quaſi vero id eam fecerit miſeram, aut nocentem, quòd illic ceciderit abiegna ad terram trabes.Et Phylocteta Paridi,Si * par eſſes tibi, ego nunc non eſſem miſer.Quo modo peruenire quò libet, retro cauſas legentibus licet. His illud adiicere ridiculum putarem,niſi eo Cicero vteretur, quod CONIVGATVM vocant: vt, Eos qui rem iuſtam faciant, iuſte facere. quod certè non eget probatione.Quod compaſcuum eſt, compaſcere licere.Quidam hæc,quæ vel ex Cauſis,vel ex Efficientibus diximus,* alio nomine vocãt ἐκβάσεις,id eſt exitus. Nam nec hic aliud tractatur, quàm quid ex quoque eueniat.

APPOSITA vel COMPARATIVA dicũtur, quæ maiora ex minoribus,mi
E nora ex maioribus,paria ex paribus probãt. Cõfirmatur Coniectura Ex Maiore,Siquis ſacrilegium facit,faciet & furtũ: Ex Minore,Qui facile ac palàm mẽtitur,peierabit: Ex Pari,Qui ob rem iudicãdam pecuniã accipit,& ob dicendũ falſum teſtimoniũ accipiet. IVris cõfirmatio eſt huiuſmodi: Ex Maiore,Si adulterũ occidere licet,& loris cædere: Ex Minore,Si furem nocturnũ occidere licet,quid latronẽ? Ex Pari,Quæ pœna aduerſus interfectorem patris iuſta eſt,eadem aduerſus matris. Quorũ omnium tractatus verſatur in Syllogiſmis. Illa magis Finitionibus,aut Qualitatibus proſunt,Si robur corporibus bonũ non eſt,minus ſanitas.Si furtũ ſcelus,magis ſacrilegium.Si abſtinentia virtus,& cõtinẽtia. Si mũdus prouidẽtia regitur,adminiſtrãda eſt Reſpublica. Si domus ædificari ſine ratione non poteſt,quid agẽdum in naualium cura & armorum? Ac mihi quidem ſufficeret hoc genus, ſed
F in ſpecies ſecatur. Nam ex pluribus ad vnum,& ex vno ad plura (Vnde eſt,quod ſemel,& ſæpius) & ex parte ad totũ, & ex genere ad ſpeciem, ex eo quod continet ad id quod cõtinetur, & ex difficilioribus ad faciliora,& ex longe poſitis ad propiora,& ad omnia quæ contra hæc ſunt,eadem ratione argumenta ducũtur. Sunt enim & hæc maiora & minora,aut certè vim ſimilem obtinent: quæ ſi proſequamur, nullus erit ea concidendi modus. Infinita eſt enim rerum Comparatio,iucundiora,* grauiora,magis neceſſaria, honeſtiora, vtiliora.Sed omit-

Act.iij.

Rhet.i. ἐκ τῶν πρὸς ἄλλα.

Ab efficiẽtibus & effectis,ſiue a cauſis.

Ab euẽtis.

Ennius in Med.

Actius.

A coniugatis.

In Top.

Ab appoſitis vel cõparatiuis.

Ad coniecturã,a maiori, minori,pari.

Ex iure,a maiori,minori, pari.

Ad finitionẽ,a minori,maiori, pari.

Cõparationis ſpecies.

tamus plura,ne in eam ipſam quam vito,loquacitatem incidam.Exẽplorum quoque ad hæc G
A maiori. infinitus eſt numerus:ſed pauciſſima attingam. Ex Maiore, pro Cecinna, Quod exercitus
A faciliori armatos mouet,id aduocationem togatorum non videbitur mouiſſe? Ex Faciliore, in Clo
A difficiliori. dium & Curionem,Ac vide,an facile fieri tu potueris,cum is factus non ſit, cui tu cõceſſiſti?
Pro Liga. Ex Difficiliore,Vide quæſo Tubero, vt qui de meo facto non dubitem, de Ligarii audeam
A minori. cõfiteri?Et ibi,An ſperãdi Ligario cauſa non ſit, cum mihi apud te locus ſit etiam pro altero
deprecãdi? Ex Minore,pro Cecinna,Itáne vero ſcire eſſe armatos ſat eſt,vt vim factam pro-
bes,in manus eorum incidere nõ eſt ſatis? Ergo,vt breuiter cõtraham ſummã, Ducũtur Ar
guméta à Perſonis,Cauſis,Locis,Tempore(cuius tres partes diximus,præcedẽs,cõiunctum,
inſequẽs) Facultatibus,(quibus Inſtrumẽtum ſubiecimus) Modo, id eſt vt quicque ſit factũ, H
Finitione,Genere,Specie,Differentibus,Propriis,Remotione,Diuiſione,Initio,Incremẽtis,
Summa,Similibus,Diſſimilibus,Pugnantibus,Cõſequẽtibus,Efficiẽtibus,Effectis, Euentis,
Iugatis,Cõparatione,quæ in plures diducitur ſpecies. Illud adiiciẽdum videtur,Duci Ar-
A fictione guméta non à Cõfeſſis tantùm,ſed etiam A FICTIONE,quam Græci κατ' ὑπόθεσιν vo
cant.Et quidem ex omnibus iiſdem locis quibus ſuperiora,quia totidem ſpecies eſſe poſſunt
fictæ,quot veræ. Nam Fingere hoc loco, eſt proponere aliquid : quod ſi verum ſit,aut ſoluat
quæſtionẽ,aut adiuuet:deinde id de quo quæritur,facere illi ſimile. Id quô facilius accipiant
iuuenes,nõdum ſcholam egreſſi,primo familiaribus magisque vſitatis exẽplis oſtẽdam.Lex
eſt, Qui parẽtes nõ aluerit,vinciatur. Nõ alit quis,& vincula nihilominus recuſat.Vtitur fi-
ctione,ſi miles,ſi infans ſit,ſi Reipub.cauſa abſit.Et illa cõtra optionẽ fortium,ſi tyrãnidem I
petat,ſi tẽplorum euerſionẽ.Plurimũmque virium ea res habet cõtra ſcriptũ. Vtitur his Ci-
cero pro Cecinna,Vnde tu,aut familia,aut procurator tuus,ſi me villicus tuus ſolus deieciſ-
ſet,nõ familia deieciſſet,vt opinor,ſed aliquis de familia.Si vero ne habeas quidem ſeruũ præ
Cic.pro ter eum,qui me deiecerit,& alia in eodẽ libro plurima.Verum eadẽ fictio valet & ad Qualita
Mur. tes,Si L.Catilina cum ſuo cõſilio nefariorũ hominũ,quos ſecũ eduxit,hac de re poſſet iudica
Philip. ij. re,condemnaret L.Murenam. Et ad Amplificationem,Si inter cœnam in tuis immanibus
illis poculis hoc tibi accidiſſet. Sic,Et ſi Reſpub.vocẽ haberet. Has ferè Sedes accepimus
Probationũ in vniuerſum: * quas nec generatim tradere ſat eſt, cum ex qualibet earum innu
merabilis Argumentorum copia oriatur:nec per ſingulas exequi patitur natura rerum.quod
qui ſunt facere conati , duo pariter ſubierunt incommoda,vt nimium dicerent , nec tamen K
totum.Vnde plurimi cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt , omnem etiam quem
ex ingenio ſuo potuerant habere conatum, velut aſtricti certis legum vinculis perdiderunt,
& magiſtrum reſpicientes,naturam ducem ſequi deſierunt. Nam vt per ſe non ſufficiet ſci-
re , omnes probationes , aut à perſonis , aut à rebus peti , quia vtrunque in plura diuiditur:
ita ex antecedentibus , & iunctis,& inſequentibus trahenda eſſe Argumenta qui acceperit,
protinus in hoc ſit inſtructus , vt quid in quaque cauſa dicendum ſit , ex his ſciat : præſer-
tim cum plurimæ probationes in ipſo cauſarum complexu reperiantur , ita vt ſint cum alia
lite nulla communes. * eôque ſunt & potentiſſimæ & minimè obuiæ , quia communibus
A circun- ex præceptis propria inuenienda ſunt. Hoc genus Argumentorum ſanè dicamus EX
ſtantia. CIRCVNSTANTIA, quia περίστασιν dicere aliter non poſſumus,vel ex iis,quæ cu- L
iuſque cauſæ propria ſunt: vt in illo adultero ſacerdote, qui lege qua vnius ſeruandi poteſta-
tem habebat,ſe ipſe ſeruare voluit, proprium eſt controuerſiæ dicere, Non vnum nocentem
ſeruabis,quia te adultero dimiſſo,adulteram occidere non licebit. Hoc enim Argumentum
lex facit,quæ prohibet adulteram ſine adultero occidi.Et illa,in qua lata eſt lex,Vt argentarii
dimidium ex eo quod debebant,ſoluerent,creditum ſuum totum exigerent. Argentarius ab
argentario ſolidum petit. Proprium ex materia eſt argumẽtum creditoris. Idcirco adiectum
eſſe in lege,vt argẽtarius totũ exigeret.Aduerſus enim alios nõ opus fuiſſe lege,cum * omnes
præterquam ab argentariis totum exigẽdi ius habeant. Cum multa autẽ nouantur in omni
genere materiæ,tum præcipuè in his quæſtionibus,quæ ſcripto conſtant , quia vocum eſt in
ſingulis ambiguitas frequens,adhuc in coniunctis magis.Et hæc ipſa plurium legum alio- M
rũmve ſcriptorum, vel congruentium , vel repugnantium complexu varientur , neceſſe eſt:
cum res rei , aut ius iuris quaſi ſignum eſt . Non debui tibi pecuniam , nunquam me
appellaſti , vſuram non accepiſti , vltro à me mutuatus es. Lex eſt, Qui patri proditionis
reo non affuerit , exhæres ſit. Negat , niſi pater abſolutus ſit. Quid ſigni ? Lex altera, Pro-
ditionis damnatus , cum aduocato exulet . Cicero pro Cluentio , P. Popilium , & * Ti-
tum Guttam dicit non iudicii corrupti,ſed ambitus eſſe damnatos. Quid ſigni ? quòd accu-

A ſatores eorum,qui erant & ipſi ambitus damnati, è lege ſint poſt hanc victoriam reſtituti.

Nec minus in hoc curæ debet adhiberi, quid proponendum, quàm quomodo ſit quod propoſueris, probandum. Hic omnino vis inuentionis, ſi non maior, certè prior. Nam vt tela ſuperuacua ſunt neſcienti quid petat: ſic Argumenta, niſi præuideris cui rei adhibenda ſint. Hoc eſt, quod comprehendi arte non poſſit. Ideóque cum plures eadem didicerint, generibus quidem Argumentorum ſimilibus vtentur: alius tamen alio plura, quibus vtatur, inueniet. Sit exempli gratia propoſita controuerſia, quæ minimè communes cum aliis quæſtiones habet. Cum Thebas euertiſſet Alexander, inuenit tabulas, quibus centum talenta mutuo Theſſalis dediſſe Thebanos continebatur. Has quia erat vſus commilitio Theſſalorum, donauit iis vltro: poſtea reſtituti à Caſſandro, repoſcunt The- Probandū qd ꝓpoſitionis eſt.
B bani Theſſalos. Apud Amphictyonas agitur. Centum talenta & credidiſſe eos conſtat, & non recepiſſe. Lis omnis ex eo quòd Alexander ea Theſſalis donaſſe dicitur, pendet: conſtat quoque illud, non eſſe iis ab Alexandro pecuniam datam. Quæritur ergo, an perinde ſit quod datum eſt, acſi pecuniam dederit. Quid proderunt argumentorum loci, niſi hæc prius videro, nihil eum egiſſe donando? non potuiſſe donare? non donaſſe? Et prima quidem actio facilis ac fauorabilis, repetentium iure quod vi ſit ablatum. ſed hinc aſpera & vehemens quæſtio exoritur de iure belli, dicentibus Theſſalis, hoc regna, populos, fines gentium atque vrbium contineri. Inueniendum contrà eſt, quo diſtet hæc cauſa à cæteris, quæ in poteſtatem victoris venirent: nec circa probationem res hæret, ſed circa propoſitionem. Dicamus primum in eo, quod in iudicium deduci poteſt,
C nihil valere ius belli, nec armis erepta, niſi armis poſſe retineri. Itaque vbi illa valeant, non eſſe iudicem: vbi iudex ſit, illa nihil valere. Hoc inueniendum eſt, vt adhiberi poſſit argumentum. Ideo captiuos ſi in patriam ſuam redierint, liberos eſſe, quia bello parta non niſi eadem vi poſſideantur. Proprium eſt & illud cauſæ, quòd Amphictyones iudicant: vt alia apud Centumuiros, alia apud iudicem priuatum in iiſdem quæſtionibus ratio ſit. Tum ſecundo gradu non potuiſſe donari à victore ius, quia id demum ſit
D eius quod ipſe teneat. Ius, quod ſit incorporale, apprehendi manu non poſſe. Hoc reperire difficilius, quàm cum inueneris, argumentis adiuuare: vt alia ſit conditio hæredis, alia victoris: quia ad illum ius, ad hunc res tranſeat. Proprium deinde materiæ, ius publici crediti tranſire ad victorē non potuiſſe, quia quod populus crediderit, omnibus debeatur: & quā-
diu quilibet vnus ſuperfuerit, eſſe cum totius ſummæ creditorem. Thebanos autē nō omnes in Alexādri manus tuiſſe. Hoc non extrinſecus probatur, quæ vis eſt argumēti, ſed ipſum per ſe valet. Tertii loci pars prior magis vulgaris, Non in tabulis eſſe ius: idque multis argumentis defendi poteſt. Mens quoque Alexādri duci debet in dubium, * exonerarit eos an decepe-
rit. Illud iam rurſus materiæ proprium, & velut nouæ controuerſiæ, quòd reſtitutione recepiſſe ius, etiam ſiquid amiſerint, Thebani videtur. Hic & quid Caſſander velit, quæritur. Sed vel potētiſſima apud Amphictyonas æqui tractatio eſt. Hæc non iccirco dico, quòd inutilē horum locorum, ex quibus argumēta ducūtur, cognitionem putem, alioqui nec tradidiſſem: ſed ne ſiqui cognouerint iſta, ſi cætera negligāt, perfectos ſe protinus atque conſummatos pu-
E tent: & niſi in cæteris, quæ mox præcipienda ſunt, elaborauerint, mutā quandam ſcientiam conſecutos intelligant. Nec enim artibus editis factum eſt, vt argumenta inueniremus: ſed dicta ſunt omnia, antequam præciperentur, mox ea ſcriptores obſeruata, & collecta ediderūt. Cuius rei probatio eſt, quòd exemplis eorū veteribus vtuntur, & ab Oratoribus illa repetūt: ipſi nullum nouum, & quod dictum non ſit, inueniūt. Artifices ergo illi, qui dixerūt. Sed habenda iis quoque gratia eſt, per quos labor nobis detractus eſt. Nam quæ priores beneficio ingenii ſingula inuenerūt, nobis & non ſunt requirēda, & nota omnia. Sed non magis hoc ſat eſt, quàm palæſtram didiciſſe, niſi corpus exercitatione, continentia, cibis, ante omnia natura iuuetur. Sicut contrà, ne illa quidem ſatis ſine arte profuerint. Illud quoque ſtudioſi Eloquētiæ cogitēt, Neque in omnibus cauſis ea quæ demonſtrauimus, cuncta poſſe reperiri: Neque cum propoſita fuerit materia dicēdi, ſcrutanda ſingula, & velut oſtiatim pulſanda, vt
F ſciant, an ad probādum id quod intēdimus, forte reſpondeant, niſi cum diſcunt, & adhuc vſu carēt. Infinitam enim faciet ipſa res dicendi tarditatem, ſi ſemper ſit neceſſe vt tētantes vnūquodque eorum, quod ſit aptum atque conueniēs, experiēdo noſcamus. Neſcio an etiā impedimento futura ſint, niſi & animi quædam ingenita natura, & ſtudio exercitata velocitas, recta nos ad ea, quæ cōueniunt cauſæ, ferāt. Nam vt cantus vocis plurimum iuuat ſociata neruorum cōcordia, ſi tamen tardior manus, niſi inſpectis dimēſisque ſingulis, quibus quæque

vox fidibus iungenda ſit,dubitet,potius fuerit eſſe contentum eo quod ſimplex canendi natura tulerit:Ita huiuſmodi præceptis debet quidem apta eſſe, & citharæ modo intenta ratio doctrinæ,ſed hoc exercitatione multa conſequendum. Vt quemadmodum illorum artificũ, etiam ſi alio ſpectent,manus tamen ipſa conſuetudine ad graues,acutos, mediosque horum ſonos fertur:ſic Oratoris cogitationem nihil moretur hæc varietas argumentorum:& copia quaſi offerat ſe & occurrat : & vt literæ ſyllabæque ſcribentium cogitationem non exigũt,ſic ratione ſponte quadam ſequantur. G

De Exemplis. Cap. XI.

TERTIVM *genus ex iis, quæ extrinſecus adducuntur in Cauſam, Græci vocant παράδειγμα.quo nomine & generaliter vſi ſunt in omni Similium appoſitione, & ſpecialiter in iis, quæ rerum geſtarum authoritate nituntur. Noſtri ferè Similitudinem vocari maluerunt,quod ab illis παβολὴ dicitur, hoc alterum Exemplum : quanquam & hoc,Simile eſt:& illud,Exemplum. H

Nos quô facilius propoſitum explicemus,vtrunque παράδειγμα eſſe credamus,& ipſi appellemus EXEMPLVM.Nec vereor,ne videar repugnare Ciceroni, qui Collationem ſeparet ab Exemplo.Nam idem Argumentationem diuidit in duas parteis,Inductionem,& Ratiocinationem,vt plerique Græcorum in παραδείγματα,& ἐπιχειρήματα. dixerũtque παράδειγμα ἐπαγωγὴν ἐπαγωγήν. Nam illa qua plurimum eſt Socrates vſus,hanc habuit viam,Cum plura interrogaſſet,quæ confiteri aduerſario neceſſe eſſet,nouiſſimè id, de quo quærebatur, inferebat,cui ſimile conceſſiſſet.Id eſt Inductio.Hoc in Ratiocinatione fieri non poteſt. Sed quod illic interrogatur,hic ferè ſumitur. Sit igitur illa Interrogatio talis, Quod eſt pomum generoſiſſimum? nónne quod optimum? concederetur. Quis equus generoſiſſimus ? nónne quî optimus ? & plura in eundem modum. Deinde cuius rei gratia rogatum eſt, quid homo? nónne is generoſiſſimus, qui optimus? fatendum erit. Hoc in teſtium interrogatione valet plurimum, in oratione perpetua diſſimile eſt.etenim ſibi ipſe reſpondet Orator. Quod pomum generoſiſſimum? puto quod optimum:& quis equus? qui velociſſimus:ita *hominum,non qui claritate naſcendi,ſed qui virtute maximè excellet.Omnia igitur ex hoc genere ſumpta neceſſe eſt aut Similia eſſe,aut Diſſimilia,aut Cõtraria. Similitudo aſſumitur interim & ad orationis ornatum.Sed illa cum res exiget,nunc ea, quæ ad probationem pertinent,exequar. Potentiſſimum autem eſt inter ea quæ ſunt huius generis,quod proprie vocamus Exemplum,id eſt rei geſtæ,aut vt geſtæ, vtilis ad perſuadendum id quod intenderis, commemoratio. Intuendum igitur,totum ſimile ſit,an ex parte : vt aut omnia ex eo ſumamus,aut quæ vtilia erunt. SIMILE eſt, Iure eſt occiſus Saturninus , ſicut Gracchi. DISSIMILE, Brutus occidit liberos proditionem molientes, Manlius virtutem filii morte multauit. CONTRARIVM,Marcellus ornaméta Syracuſanis hoſtibus reſtituit,Verres eadem ſociis abſtulit. Et probandorum & culpandorum ex his confirmatio eoſdem gradus habet.Etiam in iis,quæ futura dicemus,vtilis ſimilium admonitio eſt: vt ſiquis dicens Dionyſium iccirco petere cuſtodes ſalutis ſuæ , vt eorum adiutus armis tyrannidem occupet, hoc referat exemplum, eadem ratione Piſiſtratum ad dominationem perueniſſe. Sed vt ſunt Exẽpla interim tota ſimilia,vt hoc proximũ:ſic interim ex Maioribus ad Minora,ex Minoribus ad Maiora ducuntur. Si propter matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt, quid fieri adultero par eſt? Tibicines cum ab vrbe diſceſſiſſent,publicè reuocati ſunt : quanto magis principes ciuitatis viri, & bene de Republica meriti, cum inuidiæ ceſſerint, ab exilio reducẽdi? Ad exhortationẽ vero præcipuè valẽt Imparia. Admirabilior in fœmina,quàm in viro virtus. Quare ſi ad fortiter faciendũ accẽdatur aliquis,non tãtum afferet mométi Horatius & Torquatus,quãtum illa mulier, cuius manu Pyrrhus eſt interfectus: & ad moriendum non tam Cato & Scipio,quàm Lucretia.quod ipſum eſt *ex minoribus ad maiora.Singula igitur horum generum ex Cicerone (Nam vnde potius?) exempla *ponamus. SImile eſt hoc pro Murena,Etenim mihi ipſi accidit,vt cum duobus patriciis,altero improbiſſimo atque audaciſſimo, altero modeſtiſſimo atque optimo viro peterem : ſuperaui tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. MAius Minoris,pro Milone, Negant intueri lucem eſſe fas ei qui à ſe hominem occiſum eſſe fateatur : in qua tandem vrbe hoc homines ſtultiſſimi diſputant? nempe in ea , quæ primum iudicium de capite vidit M. Horatii fortiſſimi viri, qui nondum libera ciuitate, tamen populi Romani comitiis liberatus eſt, cum

Rhet.i. I

Inductio Socratica.

Similitudo. K

Præceptũ exẽplorũ vſurpandi Act.iij.

A ſimili.

A diſſimili

A cõtrario L

Exẽplũ a toto ſimili

A maioribus. M

A mĩoribꝰ

Ab impari bus.

Simile.

Maius.

A sua manu sororem esse interfectam fateretur. MINVS Maioris, Occidi, occidi non Spu rium Melium, qui annona leuanda, iacturaque rei familiaris, quia nimis amplecti plebē putabatur, in suspitionē incidit regni appetēdi, &c. Deinde, Sed eum (auderet enim dicere cum patriam periculo suo liberasset) cuius nefarium adulterium in puluinaribus: & totus in Clodium locus. DISSIMILE ex se plures causas habet: fit enim Genere, Modo, Tempo- Minus. Dissimile.
re, Loco, cæterisque, per quæ ferè omnia Cicero præiudicia, quæ de Cluentio videbantur facta, subuertit. CONTRARIO vero exemplo Cēsoriam notam, laudando Cēsorem Cõtrariũ.
Aphricanum, qui eum quem peieraſſe conceptis verbis palàm dixisset, testimonium etiam pollicitus, siquis contradiceret, nullo accusante traducere equum passus esset. Quæ quia erāt longiora, non suis verbis exposui. Breue autem apud Virgilium Cõtrarii exemplum est, At Aene. ij.
B non ille, fatum quo te mentiris Achilles, Talis in hoste fuit Priamo. Quædam autem ex iis quæ gesta sunt, tota narrabimus: vt Cicero pro Milone, Pudicitiã cum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu Caii Marii, propinquus eius Imperatoris, ab eo interfectus est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculosè, quàm perpeti turpiter maluit, atque hunc ille summus vir scelere solutum periculo liberauit. Quædam significare satis erit, vt idem, ac pro eodem, Neque enim posset ille Hala Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut me Consule Senatus non nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas esset. Hæc ita dicētur, prout nota erunt, vel vtilitas causæ, aut decor postulabit. Eadem ratio est eorum
quæ EX POETICIS FABVLIS ducũtur, nisi quòd iis minus affirmationis ad- Ex poeti-
hibetur: cuius vsus qualis esse deberet, idem optimus author, ac magister Eloquentiæ osten- cis.
C dit. Nam huius quoquoque generis eadem in oratione reperietur exemplum, Itaque hoc Iudices non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderũt, eum qui patris vlciscendi causa matrem necauisset, variatis hominum sententiis, non solum diuina, sed etiam sapientissimæ deæ sententia liberatũ. Illæ quoque fabulæ, quæ etiam si ab AEsopo originem non acceperunt (Nam videtur earum primus author Hesiodus) nomine tamen AEsopi maximè celebrantur, ducere animos solent, præcipuè rusticorum & imperitorum: qui & simplicius quæ ficta sunt audiunt, & capti voluptate, facile iis quibus delectantur, consentiunt. Siquidem & Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam tradi- Liui⁹ dec. i.
tur reduxisse, nota illa de membris humanis aduersus vētrem discordantibus fabula. Et Ho- Epist. lib. i.
ratius, ne in poemate quidem humilem vsum huius generis putauit, Olim quod vulpes epist. i.
D ægroto cauta leoni. αἶνον Græci vocant, & αἰσωπηρίκωμ, &, vt dixi, λόγος μυθικός: nostrorum quidam non sanè recepto in vsum nomine Apologationem. Cui confine est παροιμίας genus illud, quod est velut fabella breuior, & per allegoriam accipitur, * Nõ nostrum, inquit, onus, bos clitellas. Proximas exẽplo vires habet SIMILITVDO, præcipuéque illa quæ ducitur citra vllam translationum mixturam ex rebus penè paribus. Vt qui accipe- Cic. pro
re in campo consueuerunt, iis candidatis quorum nummos suppressos esse putant, inimicis- Cluent.
simi solent esse: sic huiusmodi Iudices infesti tum reo venerant. Nam παραβολὴ, quam Ci- A parabo
cero Collationem vocat, longius res, quæ comparantur, repetere solet. Nec hominum modo la.
inter se opera similia spectantur, vt Cicero pro Murena facit, Quod si è portu soluẽtibus, qui iam in portum ex alto inuehuntur, prædicere summo studio solet, & tẽpestatum rationem,
E & prædonum, & locorum (quòd natura fert, vt iis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur) quo me tandem animo esse oportet, prope iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas tẽpestates esse subeũdas? Sed παραβολὴ à mutis atque etiam inanimis interim huiusmodi ducitur. Et quoniam SImilium alia facies in tali ratione, admonẽdũ est, Rarius esse in oratione illud genus, quod εἰκόνα Græci vocant (in quo exprimitur rerum aut personarum IMago: vt Cassius, Quis istã faciem pla Ab imagi-
nipedis senis torquens) quàm id quo probabilius fit quod intẽdimus: vt si animum dicas ex- ne.
colendum, similitudine vtaris terræ: quæ neglecta sentes atque dumos, exculta fructus creat: aut si ad curam Reip. horteris, ostendas apes etiam formicasque non modo muta, sed etiam parua animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc genere * dictum est illud Ciceronis, Vt Pro Cluẽt.
F corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege suis partibus, vt neruis ac sanguine, & membris, vti non potest. Sed vt hic, corporis humani: ita pro Cornelio, equorum: pro Archia, saxorum quoque est vsus similitudine. Illa (vt dixi) propiora, Vt remiges sine gubernatore, ita milites sine imperatore nihil valere. Solent tamen fallere Similitudinum species, ideóque adhibẽdum est his iudicium. Neque enim vt nauis vtilior noua quàm vetus, sic amicitia: vel vt laudãda quæ pecuniam suam pluribus largitur, ita quæ formã. Ver-

ba sunt in his similia, largitionis & vetustatis : vis quidem longè diuersa, pecuniæ & amici- G
tiæ. Itaque in hoc genere maximè quæritur, an simile sit quod infertur. Etiam in illis inter-
rogationibus Socratis, quarum paulo antè feci mentionem, cauendum, ne incaute respon-
R het. i. deas: vt apud AEschinem Socraticum male respondit Aspasia Xenophontis vxor. Quod Ci
cero his verbis transfert, Dic mihi, quæso, Xenophontis vxor, si vicina tua melius habeat au
rum quàm tu habes, vtrum illius, an tuum malis? Illius, inquit. Quid? si vestem & cæterum
ornatum muliebrem precii maioris habeat quàm tu habes, tuum an illius malis? Illius vero,
respondit. Age, inquit, si virum illa meliorem habeat quàm tu habes, virum ne tuum, an il-
lius malis? Hic mulier erubuit, merito, male enim responderat, se malle alienũ aurum quàm
suum: nam est id improbum. At si respondisset, se malle aurum suum tale esse, quale illud es-
set, potuisset pudicè respondere, malle se virum suum talem esse, qualis melior esset. Scio H
quosdam inani diligentia per minutissimas partes ista secuisse, & aliquid esse simile minus,
Plautus in Capt. vt simia homini, & marmora deformata prima manu: aliquid plus, vt illud, Nõ ouum tam
simile ouo. Et dissimilibus inesse simile, vt formicæ & elephanto genus, quia sunt animalia.
Eclog. i. Et similibus dissimile, vt canibus catulos, & matribus hœdos: differunt enim ætate. Cõ-
Cõtrario- trariorum quoque aliter accipi opposita, vt noctem luci : aliter noxia, vt aquam frigidam fe-
rũ modi. bri: aliter repugnãtia, vt verum falso : aliter disparata, vt dura non duris. Sed quid hæc ad præ
sens propositum magnopere pertineant, non reperio. Illud est annotandum magis, Ar
Arg. ex iu- gumenta duci EX IVRE SIMILI : vt Cicero in Topicis, Ei cui domus vsusfructus
re simili. relictus sit, non restituturum hæredem, si corruerit, quia non restituat seruum si is decesserit.
A cõtrario Ex cõtrario, Nihil obstat quo minus iustum matrimonium sit mẽte coeuntium, etiam si ta I
bulæ signatæ non fuerint. Nihil enim proderit signasse tabulas, si mẽtem matrimonii non
A dissimili fuisse constabit. Ex dissimili, quale est Ciceronis pro Cecinna . vt, Siquis me exire domo co-
egisset armis, haberem actionem: siquis introire prohibuisset, non haberẽ? Dissimilia sic de-
prehenduntur, Non siqui argentum omne legauit, videri potest signatam quoque pecuniam
reliquisse, ideo etiam quod est in nominibus dari voluisse creditur. Ἀναλογίαν quidam a Si-
mili separauerunt, nos eam subiectam huic generi putamus. Nam vt vnum ad decem, * sic
decem ad centum, simile certe est: & vt hostis, sic malus ciuis: quãquam hæc vlterius quoque
procedere solent. Si turpis dominæ consuetudo cum seruo, turpis domini cum ancilla: si mu
tis animalibus finis voluptas, idem homini. Cui rei facillimè occurrit ex dissimilibus argu-
mentatio, Non idem est dominũ cum ancilla coisse, quod dominam cum seruo. Nec si mu- K
tis finis voluptas, rationabilibus quoque. Immo ex contrario, quia mutis, ideo non ratione
Ab autho- bilibus. Adhibetur extrinsecus in causam & AVTHORITAS. Hæc secuti Græcos, à
ritate. quibus ὑφίσεις dicuntur, Iudicia aut Iudicationes vocant, non de quibus ex causa dicta sen-
tentia est: (Nam ea quidem in Exemplorum locum cedunt) sed siquid ita visum gẽtibus, po-
pulis, sapientibus viris, claris ciuibus, illustribus poetis referri potest. Ne hæc quidem vulgo
dicta, & recepta persuasione populari sine vsu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo
vel potentiora, etiam quòd non causis accommodata, sed liberis odio & gratia mẽtibus: ideo
tantùm dicta factáque, quia aut honestissima aut verissima videbantur. An vero me de in-
A iudicio commodis vitæ differẽtem non adiuuabit earum persuasio Nationum, quæ fletibus natos,
gentis. lætitia defunctos prosequuntur? Aut si misericordiam commendabo iudici, nihil prode- L
Ciuitatis. rit quòd prudentissima Ciuitas Athenienſium , non eam pro affectu , sed pro numine acce-
Sapientis. pit? Nam illa Septem præcepta Sapientum , nónne quasdam vitæ leges existimamus? Si
Clari ciuis causam veneficii dicat adultera, non Marci Catonis iudicio dãnata videatur, qui nullã adul-
Poetæ. teram non eãdem esse venefica dixit? Iam sentẽtiis quidẽ Poetarũ nõ orationes modo sunt
refertæ, sed libri etiã philosophorũ. Qui quanquã inferiora omnia præceptis suis ac literis cre
dunt, repetere tamen authoritatem à plurimis versibus non fastidierunt. Neque est ignobile
Iliad. β exemplum, Megareos ab Atheniẽsibus cum de Salamine contenderent, victos Homeri ver-
su, qui tamen ipse non in omni editione reperitur, significans Aiacem naues suas Athenien
Vulgi. sibus iunxisse. Ea quoque quæ vulgo recepta sunt, hoc ipso quòd incertum authorem ha-
Plautus in bent, velut omnium fiunt : quale est, Vbi amici, ibi opes. &, Conscientia mille testes . & M
Trucul. apud Ciceronem, Pares autem (vt est in vetere prouerbio) cum paribus facillimè congrgan-
De senec- tur. Neque enim durassent hæc in æternũ, nisi vera omnibus viderẽtur. Ponitur à quibus-
tute. dam & quidem in parte prima, DEORVM Authoritas, quæ est ex Responsis: vt, Socratẽ
Deorum. esse sapientissimũ. Id rarum est: tamẽ vtitur eo Cicero in libro de Aruspicum responsis, & in
concione cõtra Catilinã, cum signũ Iouis colũnæ impositũ populo ostendit: & pro Ligario,

A cum cauſam C. Cæſaris meliorem,quia dii hoc iudicauerint,confitetur. Quæ cum propria cauſæ ſunt,Diuina Teſtimonia vocantur:cum aliunde accerſuntur, Argumenta. Non- Aduerſarij vel Iudicis.
nunquam contingit IVdicis quoque,aut Aduerſarii,aut eius qui ex diuerſo agit,dictum ali-
quod aut factum aſſumere ad eorum,quæ intendimus,fidem.Propter quod fuerunt qui exẽ
pla & has authoritates,Probationum Inartificialium eſſe arbitrarentur, quòd ea non inue-
niret Orator,ſed acciperet.Plurimum autem refert. Nam teſtis,& quæſtio,& his ſimilia, de Cic. i Top.
ipſa re,quæ in iudicio eſt,pronunciant:extra petita,niſi ad aliquam præſentis diſceptationis
vtilitatem ingenio applicantur,nihil per ſe valent.

De Vſu Argumentorum. Cap. XII.

B AEC ferè de Probatione vel ab aliis tradita, vel vſu percepta in hoc tempus
ſciebam. Nec mihi fidutia eſt,vt ea ſola eſſe contendam:quinimmo hortor ad
H quærendum,& inueniri poſſe fateor,quæ tamen adiecta fuerint, non multũ
ab his abhorrebunt. Nunc breuiter quemadmodum ſit vtendum his,ſubiun Primũ præ-
gam. Traditum ferè eſt,Argumentum oportere eſſe Confeſſum. Dubiis ceptum.
enim probari dubia qui poſſunt? Quædam tamen,quæ in alterius rei probationẽ ducimus,
ipſa probanda ſunt. Occidiſti virum,eras enim adultera. Prius de adulterio conuincendum
eſt,vt cum id cœperit eſſe pro certo,fiat incerti argumentum. Spiculum tuum in corpore oc
ciſi inuentum eſt:negat ſuum . vt probationi proſit,probandum eſt. Illud hoc loco mo- II
nere inter neceſſaria eſt, Nulla eſſe firmiora,quàm quæ ex dubiis facta ſunt certa. Cædes à te
C facta eſt,cruentam enim veſtem habuiſti. Non eſt tam graue argumentum ſi fatetur,quàm
ſi conuincitur. Nam ſi fatetur,multis ex cauſis potuit cruenta eſſe veſtis: Si negat, hic cauſæ
cardinem ponit:in quo ſi victus fuerit,etiam in ſequentibus ruit. Non enim videtur in ne-
gando mentiturus fuiſſe,niſi deſperaſſet id poſſe defendi,ſi confiteretur. Firmiſſimis Ar- III
gumentorum,ſingulis inſtandum,infirmiora congreganda ſunt: quia illa per ſe fortia non
oportet circunſtantibus obſcurare,vt qualia ſunt appareant: hæc imbecilla natura, mutuo
auxilio ſuſtinentur. Itaque ſi non poſſunt valere quia magna non ſunt,valebunt quia multa
ſunt:quæ ad eiuſdem rei probationem omnia ſpectant. Vt ſiquis hæreditatis gratia hominẽ
occidiſſe dicatur,Hæreditatem ſperabas,& magnam hæreditatem,& pauper eras, & tũ ma-
ximè à creditoribus appellabaris:& offenderas eum,cuius hæres eras, & mutaturum tabu-
D las ſciebas. Singula leuia ſunt & communia,vniuerſa vero nocent:etiam ſi non vt fulmine,
tamen vt grandine. Quædam argumenta ponere ſatis non eſt,adiuuanda ſunt: vt ſi cu- IIII
piditas cauſa ſceleris fuit,quæ ſit vis eius:ita,quantum efficiat in animis hominum talis af-
fectio. Ita & firmiora erunt ipſa,& plus habebunt decôris,ſi non nudos,& velut carne ſpo-
liatos artus oſtenderint. Multum etiam refert,ſi argumento nitemur odii:vtrum hoc ex V
inuidia ſit,an ex iniuria,an ex ambitu:vetus an nouum:aduerſus inferiorem,parem,an ſu-
periorem:alienum an propinquum. Suos habent omnia iſta tractatus,& ad vtilitatem par-
tis eius quam tuemur,referenda ſunt. Nec tamen omnibus ſemper quæ inuenerimus,ar VI
gumentis onerandus eſt iudex:quia & tædium afferunt, & fidem detrahunt. Neque enim
poteſt iudex credere ſatis eſſe ea potentia,quæ non putamus ipſi ſufficere,qui dicimus. In VII
E rebus vero apertis argumentari tam ſit ſtultum,quàm in clariſſimum ſolem mortale lumẽ
inferre. His quidam probationes adiiciunt,quas παρηλιακὰ vocant,ductas ex affectibus. VIII
Atque Ariſtoteles quidem potentiſſimum putat ex eo qui dicit,ſi ſit vir optimus: quod IX
vt optimum eſt,ita longe quidem,ſed ſequitur tamen,videri. Inde enim illa nobilis Scauri
defenſio,Quintus Varius Sucronenſis ait Aemilium Scaurum Rempub . populi Romani
prodidiſſe:Aemilius Scaurus negat. Cui ſimile quiddam feciſſe Iphicrates dicitur, qui cum
Ariſtophontem,quo accuſante ſimilis criminis reus erat,interrogaſſet, an is accepta pecu-
nia Rempub. proditurus eſſet,isque id negaſſet: Quod igitur (inquit) tu non feciſſes,ego fe-
ci? Intuendum autem,& qui ſit apud quem dicimus: & quid illi maximè probabile vi- X
deatur,requirendũ. Qua de re locuti ſumus,& in Procœmii,& in Suaſoriæ præceptis. Al-
F tera ex affirmatione probatio eſt,Ego hoc feci,tu mihi hoc dixiſti. &,O facinus indignum, XI
& ſimilia . Quæ non debent deeſſe quidem orationi , & ſi deſunt multum nocent: non
tamen habenda ſunt inter magna præſidia, cum hoc in eadem cauſa fieri ex vtraque par-
te ſimiliter poſſit. Illæ firmiores,ex ſua cuiuſque perſona probationes , quæ credibilem XII
rationem ſubiectam habent:vt vulneratus,aut filio orbatus non fuerit alium accuſaturus,
quàm nocentem:quando ſi negocium innocẽti facit,liberet eum noxa qui admiſerit. Hinc

XIII

& patres aduerſus liberos,& aduerſus ſuos quiſque neceſſarios authoritatem petũt. Quæ- G
ſitum etiam,Potẽtiſſima Argumenta primóne ponenda ſint loco, vt occupent animos: an
Iliad. δ' ſummo,vt inde dimittãt:an partita primo ſummóque, vt Homerica diſpoſitione in medio
ſint infirma,an à minimis creſcant. Quæ prout ratio cauſæ cuiuſque poſtulabit,ordinabun-
Breuiter tur:vno(vt ego cẽſeo)excepto, Ne a potẽtiſſimis ad leuiſſima decreſcat oratio. EGO hæc
Fabius quę breuiter demõſtraſſe contentus,ita poſui,vt locos ipſos, & genera quàm poſſem apertiſſimè
alij prolixe. oſtenderem. Quidam executi ſunt verboſius,quibus placuit propoſita locorum communiũ
materia,quo quæque res modo dici poſſet,oſtendere.Sed mihi ſuperuacuum videbatur. Nã
ferè & apparet quid in * inuidiam, quid in auaritiam , quid in teſtem inimicum , quid pro
teſte amico dicẽdum ſit. Et de omnibus his omnia dicere infinitum eſt: tam hercule, quàm H
ſi cõtrouerſiarum,quæ ſunt,quæque futuræ ſunt,quæſtiones, argumenta, ſententias tradere
velim.Ipſas autem argumẽtorum velut ſedes,non me quidem omnes oſtendiſſe cõfido,plu
Declama- rimas tamen. Quod eo diligẽtius faciendum fuit , quia Declamationes quibus ad pugnam
tionũ ener forenſem velut præpilatis exerceri ſolebamus,olim iam ab illa vera imagine orandi receſſe-
uatio. rũt,atque ad ſolam compoſitæ voluptatem neruis carẽt: non alio mediusfidius vitio * dicẽ
tium,quàm quo mancipiorum negociatores formæ puerorum virilitate exciſa lenocinãtur.
Nam vt illi robur ac lacertos,barbámque ante omnia, & alia quæ natura propria maribus
dedit,parum exiſtimãt decõra:quæque fortia,ſi liceret,forent,vt dura molliũt:ita nos habi-
tum orationis ipſum virilem,& illam vim ſtrictè robuſtéque dicẽdi, tenera quadam elocu-
tionis cute operimus:& dum læuia ſint ac nitida,quãtum valeãt nihil intereſſe arbitramur. I
Sed mihi naturam intuẽti nemo non vir ſpadone formoſior erit . Nec tam auerſa vnquam
videbitur ab opere ſuo Prouidẽtia,vt debilitas inter optima inuẽta ſit. Nec id ferro ſpecio-
ſum fieri putabo,quod ſi naſceretur,monſtrum erat. * Licet iuuet ipſum effœminati ſexus
mẽdacium,nunquam tamẽ hoc continget malis moribus regnum , vt ſiqua precioſa fecit,
fecerit & bona. Quapropter Eloquẽtiam licet hanc(vt ſentio enim dicam)libidinoſam * re-
ſupina voluptate auditoria probẽt,nullam eſſe exiſtimabo,quæ ne minimum quidem in ſe
indicium maſculini,& incorrupti,ne dicam grauis & ſancti viri,oſtendet. An vero ſtatuarũ
artifices pictorésque clariſſimi,cum corpora quàm ſpecioſiſſima fingẽdo pingendóve effin-
gere cuperẽt,nunquam tamen in hunc inciderunt errorem,vt * Bagoum , aut Megabyzum
aliquem in exemplum operis aſſumerent ſibi , ſed Doryphoron illum , aptum vel militiæ K
vel palæſtræ,aliorum quoque iuuenum bellicoſorum,& athletarum corpora decorare exiſti
mauerunt:nos qui Oratorem ſtudemus effingere,non arma, ſed tympana Eloquentiæ de-
mus? Igitur & ille quem inſtituimus,adoleſcens,quàm maximè poteſt componat ſe ad imi
tationem veritatis,inituruſque frequenter forenſium certaminum pugnam , iam in ſchola
victoriam ſpectet,& ferire vitalia ac tueri ſciat:& præceptor id maximè exigat,& inuentum
præcipuè probet. Nam vt ad peiora iuuenes laude ducuntur , ita laudari in bonis gaudent.
Nunc illud mali eſt,quòd neceſſaria plerunque ſilentio tranſeunt,nec in dicẽdo videtur in-
ter bona vtilitas.Sed hæc & in alio nobis tractata ſunt opere,& in hoc ſæpe repetenda. Nũc
ad ordinẽm inceptum reuerta mur.

De Refutatione. Cap. XIII. L

REFVTATIO dupliciter accipi poteſt. Nam & pars defenſoris tota eſt
poſita in Refutatione,& quæ dicta ſunt ex diuerſo,debẽt vtrinque diſſolui:
R & hæc eſt proprie, cui in cauſis quartus aſſignatur locus . Sed vtriuſque
ſimilis conditio eſt. Neque vero ex aliis locis ratio argumentorum in hac
parte peti poteſt,quàm in confirmatione:nec locorum, aut ſententiarum,
aut verborum,& figurarum alia conditio eſt. Affectus plerunque hæc pars mitiores habet.
In Orat. Non ſine cauſa tamen , difficilius ſemper eſt creditum , quod Cicero ſæpe teſtatur , DE-
FENDERE quàm accuſare. Primum quòd eſt res illa ſimplicior . proponitur enim vno
modo,variè diſſoluitur,cum accuſatori ſatis ſit plerunque verum eſſe id,quod obiecerit: Pa- M
tronus neget,defendat,transferat,excuſet,deprecetur,molliat,minuat,auertat,deſpiciat,de-
rideat. Quare indirecta ferè,atque,vt ſic dixerim,clamoſa eſt actio . Hinc mille flexus,& ar-
tes deſiderantur. Tum accuſator præmeditata pleraque domo affert: Patronus etiam inopi-
natis frequenter occurrit. Accuſator dat teſtem: Patronus ex re ipſa refellit. Accuſator crimi-
num inuidia,& ſi falſa ſit,materiam dicendi trahit,de parricidio, ſacrilegio, maieſtate: quæ
patrono tantum neganda ſunt. Ideóque accuſationibus etiam mediocres in dicendo ſuffe-

A cerunt,bonus defensor nemo nisi qui eloquentissimus fuit. Nam vt quod sentio semel finiã, tanto est accusare quàm defendere,quanto facere quàm sanare vulnera facilius . Plurimum autem refert,& quid protulerit aduersarius, & quo modo. Primum igitur intuendum est id,cui responsuri sumus,proprium sit eius iudicii,an ad causam extra accersitum . Nam si est proprium,aut negandum,aut defendendum,aut transferendum: extra hæc in iudiciis ferè nihil est. DEPRECATIO quidem, quæ est sine vlla specie defensionis , rara admodum,& apud eos solos iudices,qui nulla certe forma pronunciandi tenentur: quãquam illæ quoque apud C. Cæsarem , & Triumuiros, pro diuersarũ partium hominibus actiones,etiam si precibus vtuntur,adhibent tamen patrocinia. * nisi hoc non fortissimè defendentis est dicere, Quid aliud egimus Tubero nisi vt quod hic potest nos possemus ? Quòd

B siquando apud Principem,aliúmve,cui vtrum velit liceat dicemus,dicendum erit,Dignum quidem morte eum pro quo loquemur, clementia tamen seruandum esse vel talem. Primũ omnium non erit res nobis cum aduersario,sed cum iudice:deinde forma deliberatiuæ magis materiæ,quàm iudicialis vtemur.Suadebimus enim vt laudẽ humanitatis potius quàm voluptatem vltionis concupiscat. Apud iudices quidem secundum leges dicturos sententiam,De Confessis præcipere ridiculum est.Ergo quæ neque negari,neque trãsferri possunt, vtique defendenda sunt,qualiacunque sint,aut causa * cadendum. NEgandi duplicẽ ostẽdimus formam,aut non esse factum:aut non hoc esse,quod factum sit . Quæ neque defendendi,neque transferri possunt,vtique negãda:nec solum si finitio potest esse pro nobis, sed

C etiam si nuda inficiatio supersit. Testes erunt:multa in eos dicere licet . Chirographum : de similitudine literarum differendum. Vtique nihil erit peius quàm Confessio. Vltima est actionis controuersia,cum defendendi negandive non est locus, Translatio. Atqui quædam sunt,quæ nec negari,nec defendi,nec transferri possunt. Adulterii rea est quæ cum anno vidua fuisset,enixa est. Lis non erit. Quare illud stultissimè præcipitur,quod defendi nõ possit,silentio dissimulandum,siquidem est id de quo iudex pronunciaturus est. At si extra causam sit adductum,& tamen coniunctum,malim quidem dicere, nihil id ad quæstionẽ, nec esse in his morandum,& minus esse quàm aduersarius dicit. Tamen velut huic simulationi obliuionis ignoscam. Debet enim bonus aduocatus pro rei salute breuem negligentiæ reprehensionem non pertimescere. Videndum etiam, An simul nobis plura aggredienda,an amolienda singula. Plura simul inuadimus,si aut tam infirma sunt, vt pariter im-

D pelli possint:aut tam molesta,vt pedem conferre cum singulis non expediat. Tum enim toto corpore enitendum,& vt sic dixerim,detecta fronte pugnandum est. Interim si resoluere ex parte diuersa dicta difficilius erit,nostra argumenta cum aduersariorum argumentis conferemus,si modo hoc,vt valentiora videantur,effici poterit. Quæ verò turba valebunt, diducenda erunt,quod pauloante dixi,Eras hæres,& pauper,& magna pecunia appellabaris à creditoribus,& offenderas,& mutaturum tabulas testamenti sciebas. Vrgent vniuersa. At si singula quæque dissolueris,iam illa flamma,quæ magna congerie conualuerat, diductis quibus alebatur,concidet. Vt si vel maxima flumina in riuos diducãtur, qualibet trãsitum præbent. Itaque propositio quoque secundum hanc vtilitatem accommodabitur,vt

E ea nunc singula ostendamus,nunc complectamur vniuersa . Nam interim quod pluribus collegit aduersarius,satis est semel proponere:vt si multas causas faciendi quod arguit,reo dicet accusator fuisse,nos non enumeratis singulis,semel hoc intuendum negemus,quia non quisquis causam faciendi sceleris habuit,& fecerit. Sæpius autem accusatori congerere argumenta,reo dissoluere,expediet. Id autem quod erit ab aduersario dictum, quomodo refutari debeat,intuendum est. Nam si erit palàm falsum,negare satis est:vt pro Cluentio Cicero,eum quem dixerat epoto poculo concidisse,negat eodem die mortuum. Palàm etiam Contraria,& Superuacua,& Stulta reprehendere nullius artis est. Ideóque nec rationes eorum,nec exempla tradere necesse est. Id quoque (Obscurum vocant) quod secreto, & sine teste aut argumento dicitur factum,satis natura sua infirmum est. Sufficit enim quòd aduer

F sarius non probat. Item si ad causam non pertinet. Est tamen interim Otatoris efficere,vt quid aut contrarium esse,aut à causa diuersum,aut incredibile,aut superuacuum,aut nostræ potius causæ videatur esse coniunctum. Obiicitur Oppio, quòd de militum cibariis detraxerit,asperum crimen:sed contrarium ostendit Cicero,quia iidem accusatores obiecerunt Oppio,quòd is voluerit largiendo corrumpere exercitum. Testes in Cornelium accusator lecti à Tribuno codicis pollicetur. facit hoc Cicero superuacuum,quia ipse fateatur. Petit accusationem in Verrem Quintus Cæcilius,quòd fuerat Quæstor eius: ipsum Cicero vt

Deprecatio

Pro Lig.

Cũ defendẽdum est.

Cum negãdum.

Cũ transferendum.

Cũ nihil remedij est.

Extra causam adductum.

Cum plura aggrediamur.

Cum singula.

Cum oĩa simul.

Contra falsum palam cõtrarium, aut stultũ.

Obscurum.

Contrariũ efficere artis est.

In Diuin.

Loci cõmunes a cõiectura, finitione, qualitate.

pro ſe videretur, effecit. Cætera quæ proponuntur, communes locos habent. Aut enim Coniectura excutiuntur, an vera ſint: Aut Finitione, an propria: Aut Qualitate, an honeſta, iniqua, improba, inhumana, crudelia, & cætera quæ ei generi accidunt. Eaque non modo in propoſitionibus aut rationibus, ſed in toto genere actionis intuenda: An ſit crudelis, vt Labieni in Rabirium lege perduellionis: Inhumana, vt Tuberonis, Ligarium exulẽ accuſantis: atque id agentis, ne ei Cæſar ignoſcat: Superba, vt in Oppium ex epiſtola Cottæ reum factum. Proinde præcipites, inſidioſæ, impotentes deprehenduntur. Ex quibus tamen fortiſſimè inuaſeris, quod eſt aut omnibus Periculoſum: vt dicit Cicero pro Tullio, Quis hoc ſtatuit vnquam, aut cui concedi ſine ſummo omnium periculo poteſt, vt eum iure potuerit occidere, à quo metuiſſe ſe dicat ne ipſe poſterius occideretur? Aut ipſis iudicibus, vt pro Oppio monet pluribus, nè illud actionis genus in Equeſtrẽ ordinem admittant. H

Contẽnenda.

Nonnunquam tamen quædam bene contemnuntur, vel tanquam leuia, vel tanquam ad cauſam nihil pertinẽtia. Multis hoc locis facit Cicero. Sed hæc ſimulatio interim hucuſque procedit, vt quæ dicendo refutare non poſſumus, quaſi faſtidiendo calcemus. Quoniam vero maxima pars eorum Similibus conſtat, rimandum erit diligentiſſimè, quid ſit in quoque quod aſſumitur, id in iure facile deprehenditur. Eſt enim ſcriptum de rebus vtique diuerſis, tantóque magis ipſa rerũ differentia poteſt eſſe manifeſta. Illas vero Similitudines, quæ ducuntur ex mutis animalibus aut inanimis, facile eſt eludere. Exempla rerum variè tractanda ſunt ſi nocebunt. quæ ſi dubia erunt, fabuloſa dicere licebit: ſin vera, maximè quidem diſſimilia. Neque enim fieri poteſt, vt paria ſint omnia: vt ſi Naſica poſt occiſum Gracchum defendatur exemplo Halæ, à quo Melius eſt interfectus. Melium regni affectatorem fuiſſe, à Graccho leges modo latas eſſe populares. Halam magiſtrum equitum fuiſſe, Naſicam priuatum eſſe dicatur. Si defecerint omnia, tum videndum erit, an obtineri poſſit, ne illud quidem rectè factum. Quod de Exemplis, idem etiam de Iudicatis obſeruandum. I

Similiũ cõfutatio.

Exẽplorũ.

Iudicatorũ.

Animaduertendũ, quo quicq; modo accuſator dixerit.

Quod autem poſui, referre, QVO QVICQVE ACCVSATOR MODO DIXERIT, huc pertinet, vt ſi eſt minus efficaciter locutus, ipſa eius verba ponantur: ſi acri & vehemẽti vſus fuerit oratione, eandem rem noſtris verbis mitioribus proferamus: vt Cicero de Cornelio, Codicem attigit: & protinus cum quadam defenſione, vt ſi pro luxurioſo dicendum ſit, Obiecta eſt paulo liberalior vita. Sic & pro ſordido parcum, & pro maledico liberum dicere licebit. Vtique nunquam committendum eſt, vt aduerſariorum dicta cum ſua confirmatione referamus, aut etiam loci alicuius executione adiuuemus, niſi cũ K eludẽda. Apud exercitum mihi fueris, inquit: tot annis forum non attigeris, abfueris tãdiu, & cum tam longo interuallo veneris, cum iis qui in foro habitarunt, de dignitate contẽdas.

Cic. pro Murena.

Dum crimen totũ exponitur.

Præterea in Contradictionibus, interim totum crimen exponitur: vt Cicero pro Scauro contra Boſtarem facit, velut orationem diuerſæ partis imitatus. Aut pluribus propoſitionibus iunctis: vt pro Vareno, Cum iter per agros & loca ſola faceret cum Populeno, in familiam Anchariana incidiſſe dixerunt: deinde Populenum occiſum eſſe: illico Varenum vinctum, adſeruatum, dum hic oſtenderet, quid de eo fieri vellet. Quod eſt vtique faciẽdum, ſi erit incredibilis rei ordo, & ipſa expoſitione fidem perditurus. Interim per partes diſſoluitur,* quod contextu nocet, & plerunque id eſt tutius. Quædam Cõtradictiones natura ſunt ſingulæ. Id exemplis non eget. Communia bene apprehenduntur, non tãtùm quia L vtriuſque ſunt partis, ſed quia plus proſunt reſpondenti. Neque enim pigebit, quod ſæpe monui, referre, Commune qui prior dicit, contrarium facit.* Eſt enim contrarium quo aduerſarius bene vti poteſt. At enim non veriſimile eſt tantum ſcelus M. Cottam eſſe commẽtum. Quid? hoc veriſimile eſt, tantum ſcelus Oppium eſſe conatum? Artificis autem eſt inuenire in actione aduerſarii, quæ inter ſemetipſa pugnent aut pugnare videantur, quæ aliquando ex rebus ipſis manifeſta ſunt: vt in cauſa Cæliana, Clodia aurum ſe Cælio commodaſſe dicit, quod ſignum magnæ familiaritatis eſt: venenum ſibi paratum, quod ſummi odii argumentum eſt. Tubero Ligariũ accuſat, quòd is in Aphrica fuerit: & queritur quòd ab eo ipſe in Aphricam non ſit admiſſus. Aliquando vero præbet eius rei occaſionem minus conſiderata ex aduerſo dicentis oratio: quod accidit præcipuè cupidis ſententiarum, vt ducti occaſione dicendi non reſpiciant quid dixerint, dum locum præſentem, nõ totam cauſam intuentur. Quid tam videri poteſt contra Cluentium quàm Cenſoria nota? Quid tam contra eundem, quàm filium ab Egnatio corrupti iudicii, quo Cluentius Oppianicum circunueniſſe, crimine exhæredatum? At hæc Cicero pugnare inuicem oſtendit. Sed tu Acti conſideres cenſeo diligenter, vtrum Cenſorium iudicium grauæ velis eſſe? an Egnatii? Si Egnatii, le-

Dũ pluribus propoſitionibus iunctis.

Dum per partes diſſoluitur.

Cõmunia.

Cic. pro Oppio.

A ue eſt quod Cenſores de cæteris ſubſcripſerunt. Ipſum enim Cn. Egnatium, quem tu grauẽ eſſe vis, de Senatu eiecerunt. Sin autem Cenſorium hunc Egnatium, quem pater Cenſoria ſubſcriptione exhæredauit, Cenſores in Senatu, cum patrem eiecíſſent retinuerũt. Illa ma gis vitioſe dicuntur, quàm acutè reprehenduntur, Argumentum Dubiũ, pro neceſſario: Cõ trouerſum, pro Cõfeſſo: Commune pluribus, pro Proprio: Vulgare, Superuacuum, Serius cõ ſtitutum, Contra fidem. Nam & illa accidunt parum cautis, Vt crimen augeant, quod probandum eſt: De facto diſputent, cum de authore quæratur: Impoſſibilia aggrediãtur, pro effectis relinquant vixdum inchoata: De homine dicere, quàm de cauſa malint: Hominum vitam rebus aſſignent, vt ſiquis Decemuiratum accuſet, non Appium: Manifeſtis repugnent: Dicant quod aliter accipi poſſit: Summam quæſtionis non intueãtur: Nõ ad propoſita re-
B ſpondeant. Quod vnum aliquando recipi poteſt, cum mala cauſa adhibitis extrinſecus remediis tuenda eſt: vt cum peculatus Verres reus fortiter & induſtriè tutatus contra piratas Siciliam dicitur. Eadem aduerſus Contradictiones nobis oppoſitas præcepta ſint. Hoc tamen amplius, quòd circa eas multi duobus vitiis diuerſis laborant. Nam quidam etiam in foro tanquam moleſtam rem & odioſam prætereunt: & iis plerunque, quæ compoſita domo attulerunt, contenti, ſine aduerſario dicunt: etſi licet multo magis in ſcholis, in quibus non ſolum Contradictiones omittuntur, verum etiam ipſæ materiæ ſic plerunque finguntur, vt nihil dici pro altera parte poſſit. Alii diligentia lapſi, verbis etiam vel ſententiolis omnibus reſpondendum putant: quod eſt & infinitum, & ſuperuacuum. non enim cauſa reprehenditur, ſed actor: quem ego ſemper videri mallem ſic diſertũ, vt ſi dixerit quod rei pro-
C fuerit, ingenii credatur laus eſſe, non cauſæ: ſiquando forte non lædat, cauſæ non ingenii culpa. Itaque illæ Repræhẽſiones, aut Obſcuritatis, qualis in Rullum fuit: aut Infantiæ in dicendo, qualis in Piſonem: aut Inſcitiæ rerum verborúmque & Inſulſitatis etiam, qualis in Antonium eſt, accommodantur iuſtis odiis: ſúntque vtiles ad conciliandum iis, quos inuiſos facere volueris, odium. Alia reſpondendi patronis ratio, & aliquando non eorum Ratio modo, ſed Vita etiam, Vultus denique, Inceſſus, Habitus rectè incuſari ſolet. Vt aduerſus Quintium Cicero, non hæc ſolum, ſed ipſam etiam prætextam demiſſam ad talos infectatus eſt. Præſſerat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius. Nonnunquam eleuandæ inuidiæ gratia, quæ aſperius dicta ſunt eluduntur: vt à Cicerone Triarius. Nam cũ Scauri columnas per vrbem plauſtris vectas eſſe dixit, Ego porro, inquit, qui Albanas habeo
D columnas, clitellis eas apportaui. Et magis hoc in acculatores conceſſum eſt, quibus conuiciari aliquando patrocinii fides cogit. Illa vero aduerſus omnes & recepta, & non inhumana Cõqueſtio, ſi callidè quid * tacuiſſe, breuiaſſe, obſcuraſſe, diſtuliſſe dicuntur. Defenſionis quoque permutatio reprehẽditur ſæpe, ſicut Actius aduerſus Cluentium, Aeſchines aduerſus Cteſiphontem: cum ille Ciceronem lege vſurum modo, hic minimè de lege dicturum Demoſthenem queritur. Declamatores vero in primis ſunt admonendi, Neu cõtradictiones eas ponant, quibus facillime reſponderi poſſit: neu ſibi ſtultum aduerſarium fingant. Facimus autem, quòd maximè vberes loci, popularéſque ſententiæ naſcuntur, materiam dicendi nobis quo volumus ducentibus: vt non ſit ille inutilis verſus, Non male re-
E ſpondit, male enim prior ille rogarat. Fallet hæc nos in foro conſuetudo, vbi aduerſario, nõ ipſi nobis reſpondebimus. Aiunt Actium interrogatum, Cur cauſas non ageret, cum apud eum in Tragœdiis tanta vis eſſet optimè reſpondẽdi, hanc reddidiſſe rationem, Quòd illic ea dicerentur quæ ipſe vellet, in foro eſſent dicturi aduerſarii quæ minimè vellet. Ridiculũ eſt ergo in exercitationibus, quæ foro præparantur, prius cogitare quid reſponderi, quàm quid ex diuerſo dici poſſit. Et bonus præceptor nõ minus diſcipulum laudare debet, ſi quid pro diuerſa, quàm ſi quid pro ſua parte acriter excogitarit. Rurſus aliquid in ſcholis permittendum ſemper, in foro raro. Nam loco à petitore primo contradictione vti quî poſſumus,
F vbi vera res agitur, cum aduerſarius adhuc nihil dixerit? Incidunt tamen plerique in hoc vitium, vel conſuetudine Declamatoria, vel etiam cupiditate dicendi: dántque de ſe reſpondentibus venuſtiſſimos luſus, cum modo ſe vero nihil dixiſſe, nec tam ſtulte dicturos: modo bene admonitos ab aduerſario, & agere gratias, quòd adiuti ſint, iocantur. Frequẽtiſſimè vero id quod firmiſſimum eſt, nunquam iis reſponſurum aduerſarium fuiſſe quæ propoſita non eſſent, niſi ſciret illa verâ eſſe, & ad fatendum conſcientia eſſet impulſus: vt pro Cluentio Cicero, Nam hoc perſæpe dixiſti, tibi ſic renunciari, me habere in animo cauſam hanc præſidio legis defendere: ita ne eſt? ab amicis imprudentes videlicet prodimur: & eſt neſcio quis de iis, quos amicos eſſe arbitramur nobis, qui noſtra conſilia ad aduerſarium deferat.

Reprehẽſu facilia vitia

Act. vij.

Vitium non lentinm cõ tradictioni bus occurrere.

Nimis occurrentiũ.

Reprehenſio inimicũ decens.

Philip. ij. & iij.

Patronum decens.

Eludenda.

Omnes decens.

Declamãdi & vere agẽdi diſcrimẽ

Quisnam tibi hoc renũciauit? quis tam improbus fuit? cui autem ego narraui? nemo (vt opi- G
Stulte prę occupãtes taxat. nor) in culpa est. nimirum tibi istud lex ipsa renunciauit. At quidam contradictione non contenti, totos etiam locos explicant, Scire se hoc dicturos aduersarios, & ita persecuturos.
Quã do cõ tradictioni bus vt veris vti liceat. Quod factum venuste temporibus nostris elusit Vibius Crispus, vir ingenii iucundi & elegantis: Ego vero, inquit, ista non dico. Quid enim attinet illa bis dici? Nonnunquam tamen aliquid simile contradictioni poni potest, siquid ab aduersario testationibus comprehensum, in aduocationibus iactatum. respõdebimus enim rei ab illis dictæ, non à nobis excogitatæ. aut si id genus erit causæ, vt proponere possimus certa, extra quæ nihil dici possit: vt cum res furtiua in domo deprehẽsa sit, dicat necesse est reus, aut se ignorante illatam, aut depositam apud se, aut donatam sibi. quibus omnibus etiam si proposita non sint, responderi potest. At in scholis rectè & *probationibus & contradictionibus occurremus, vt H
in vtrunque locum, id est primum & secundum, simul exerceamur. quod nisi fecerimus,
Solicitudinis nimiæ vitium. nunquam vtemur contradictione. Non enim erit cui respondeamus. Est & illud vitium, Nimium Soliciti, & circa omnia momenta luctantis. Suspectam enim facit iudici causam,
Fiduciã prę se ferat Orator. & frequenter, quæ statim dicta omnem dubitationem sustulissent, dilata ipsis præparationi bus fidem perdunt, quia patronus & aliis crediderit opus fuisse. Fiduciam igitur Orator præ se ferat, semperque ita dicat, tanquàm de causa optimè sentiat. Quod (sicut omnia) in Cicerone præcipuum est. Nam illa summa cura securitatis est similis, tantáque in oratione
Ordo probationis & refutationis agendo. authoritas, vt probationis locum obtineat, dubitare nobis nõ audentibus. Porro qui scierit, quid pars aduersa, quid nostra habeat valentissimum, facile iudicabit, quibus maximè rebus, vel occurrendum sit, vel instandum. Ordo quidem in parte nulla minus affert labo- I
ris. Nam si agimus, nostra confirmanda sunt primum: tum quæ nostris opponuntur, refutanda. Si respondemus, prius incipiendum est à refutatione. Nascuntur autem ex iis, quæ contradictioni oppositimus, aliæ contradictiones: eũntque interim longius, vt gladiatorum manus, quæ secundæ vocantur: fiunt & tertiæ, si prima ad euocãdum aduersarii ictum prolata erit: & quartæ, si geminata captatio est, vt bis etiam cauere, bis repetere oportuerit. Quæ ratio & vltra ducit. Sed illã etiam, quam supra ostendi, simplicem ex affectibus atque ex affirmatione sola probationem recipit Refutatio: qualis est illa Scauri, de qua dixi supra. Quin nescio an etiam frequentior vbi quid negatur. Videndum præcipuè vtrique parti, vbi sit rei summa. Nam ferè accidit, vt in causis multa dicantur, de paucis iudicetur. In his probandi refutandique ratio est: sed adiuuanda viribus dicentis, & adornanda. Quam- K
libet enim sint ad *docendum quod volumus accommodata, tamen erunt infirma, nisi ma iore quodam Oratoris spiritu implentur. Quare & illi communes loci de testibus, de tabulis, de argumẽtis, aliisque similibus, magnam vim animis iudicum afferunt: & ii proprii,
Quid quo refertur. quibus factum quodque laudamus: aut cõtrà, iustum vel iniustum docemus, maius aut minus, asperius aut mitius. Ex his autem alii ad probationem singulorum argumentorum faciunt, alii ad plurium, alii ad totius causæ inclinationem. Ex quibus, sunt qui præparent animum iudicis, sunt qui confirment. Sed præparatio quoque aut confirmatio aliquando totius causæ est, aliquando partium, & proinde vt cuique conueniunt, subiicienda. Ideóque miror inter duos diuersarum sectarum velut duces non mediocri contentione quæsitum, Singulis ne quæstionibus subiiciendi essent loci, vt Theodoro placet: an prius docendus iu- L
dex quàm mouendus, vt præcipit Apollodorus: tanquàm perierit hæc ratio media, & nihil cum ipsius causæ vtilitate sit deliberandum. Hæc præcipiunt, qui ipsi non dicunt in foro: Vt *acies à securis ociosisque compositæ, ipsa pugnæ necessitate turbentur. Nanque omnes ferè qui legem dicendi quasi quædam mysteria tradiderunt, certis non inueniendorum modo argumentorum locis, sed *concludẽdorum quoque nos præceptis alligauerunt: de quibus breuissimè prælocutus, quid ipse sentiam, id est quid præclarissimos Oratores feciſſe videam, non tacebo.

Quibus constet Epicherema, & quomodo refellatur. Cap. XIIII.

Enthymema quid, & eius spe cies. M

I GITVR Enthymema, & Argumentum ipsum, id est rem quæ probationi alterius adhibetur, appellant, & argumenti elocutionem. Eam vero (vt dixi) duplicem: I Ex consequentibus, quod habet propositionem, coniunctámq; ei protinus probationẽ: quale pro Ligario, Causa tũ dubia, quòd erat aliquid in vtraque parte, quod probari posset: nũc melior certè etiã ea iudi-

canda eſt,quam dii adiuuerunt. Habet enim rationem & propoſitionem, non habet concluſionem. Ita eſt ille Imperfectus Syllogiſmus. Ex pugnantibus vero,quod etiam ſolum Enthymema quidam vocant, fortior multo probatio eſt. Tale eſt Ciceronis pro Milone, Eius igitur mortis ſedetis vltores,cuius vitam ſi putetis per vos reſtitui poſſe,nolitis. Quod etiam aliquando multiplicari ſolet,vt eſt ab eodem, & pro eodem reo factum, Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? quem iure, quem loco,quem tempore,quem impunè non eſt auſus,hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitauit occidere? Optimum autem videtur Enthymematis genus,cum propoſito diſſimili vel contrario ratio ſubiungitur: quale eſt Demoſthenis, Non enim ſiquid vnquam contra leges factum eſt,idque tu es imitatus, iccirco te conuenit pœna liberari,quin econtrario damnari multo magis. Nam vt ſi quis eorum damnatus eſſet, tu hæc non ſcripſiſſes: ita dãnatus ſi tu fueris,nõ ſcribet alius. Epicherematos, & quatuor, & quinque,& ſex etiam factæ ſunt partes à quibuſdam: Cicero maximè quinque defendit, vt ſit Propoſitio, deinde Ratio eius,tum Aſſumptio, & eius Probatio, quinta Complexio. Quia vero interim & propoſitio non egeat rationis, & aſſumptio probationis, nonnunquam etiã complexionis opus non ſit,quadripertitam * & bipertitam quoque fieri poſſe ratiocinationem. Mihi & plurimis nihilominus authoribus tres ſummum videntur. Nam ita ſe habent iſta natura,vt ſit de quo quæratur,& per quod probetur, tertium adiici poteſt velut ex conſenſu duorum antecedentium. Ita erit prima intentio,ſecũda aſſumptio, tertia connexio. Nam confirmatio primæ ac ſecundæ partis & exornatio eiſdem cedere poſſunt, quibus ſubiiciuntur. Sumamus ex Cicerone quinque partium exemplum. Melius gubernãtur ea,quæ conſilio reguntur,quàm quæ ſine conſilio adminiſtrantur. Hanc primam partem numerant. eam deinceps rationibus variis, & quàm copioſiſſimis verbis approbari putãt oportere. Hoc ego totum cum ſua ratione vnum puto,alioqui ſi ratio pars eſt, eſt autem varia ratio,plures partes eſſe dicantur. Aſſumptionem deinde ponit. Nihil autem omnium rerum melius quàm omnis mũdus adminiſtratur. Huius aſſumptionis quarto in loco aliã porro inducunt approbationem,de quo idem quod ſupra,dico. Quinto inducunt loco cõplexionem,quæ aut infert ſolum quod ex omnibus partibus cogitur: hoc modo, Conſilio igitur mundus adminiſtratur: aut vnum in locum cum conduxerit breuiter * propoſitionẽ & aſſumptionem,id adiungit quod ex his conficiatur: ad hũc modum, Quòd ſi melius gerũtur quæ conſilio,quàm quæ ſine conſilio adminiſtrantur, nihil autem omniũ rerũ melius quàm omnis mũdus adminiſtratur,conſilio igitur mundus adminiſtratur. Cui parti conſentio. In tribus autem,quas fecimus,partibus non eſt forma ſemper eadem, ſed vna in qua idem concluditur quod intenditur. Anima immortalis eſt. Nam quicquid ex ſeipſo mouetur,immortale eſt, anima autem ex ſeipſa mouetur, immortalis igitur eſt anima. Hoc fit non ſolum in ſingulis argumentis, ſed in totis cauſis, quæ ſunt ſimplices: & in quæſtionibus. Nam & hæ primam habent * expoſitionem. Sacrilegium commiſiſti. * Non quiſquis hominem occidit, cædis reus tenetur. Deinde rationem. Sed hæc eſt in cauſis & quæſtione longior, quàm in ſingulis argumentis. Et plerunque ſumma complexione, vel per enumerationem, vel per breuem concluſionem teſtantur quid effecerint. In hoc genere propoſitio dubia eſt. De hac enim quæritur. Altera eſt Complexio nõ par intentioni,ſed vim habens parem. Mors nihil ad nos. Nam quod eſt diſſolutum, ſenſu caret: quod autem ſenſu caret,nihil ad nos. In alio genere,non eadem propoſitio eſt,quæ cõnexio. Omnia animalia meliora ſunt quàm inanima,nihil autem melius eſt mundo, mundus igitur animal. Hic poteſt videri de re contentio. Potuit * enim ſic conſtitui ratiocinatio, Animal eſt mũdus,omnia enim animalia meliora ſunt quàm inanima. Cæterum hæc Propoſitio aut confeſſa eſt,vt proxima: aut probanda,vt qui beatam vitam viuere volet,philoſophari oportet. Non enim conceditur. Cætera ſequi,niſi confirmata prima parte, non poſſunt.

Eſt & Aſſumptio interim confeſſa: vt, Omnes autem volunt vitam beatam viuere: Interim probanda,vt illa, Quod eſt diſſolutum ſenſu caret,cum ſoluta corpore anima,an ſit immortalis,vel ad tempus certum maneat,ſit in dubio. Quam Aſſumptionem, alii Rationẽ vocent,alii Epicherema. Epicherema autem nullo differt à Syllogiſmis, niſi quòd illi & plures habent ſpecies,& vera colligunt veris: Epicherematis frequentior circa credibilia eſt vſus. Nam ſi contingeret ſemper controuerſa confeſſis probare, vix eſſet in hoc genere vſus Oratoris. Nam quid ingenio eſt opus,vt dicas, Bona ad me pertinent? ſolus enim ſum filius defuncti,vel ſolus hæres,cum iure bonorum poſſeſſio teſtati ſecundum tabulas teſta-

Contra Aeſchin.

Epicheremat os partes. De inuẽt. lib.ij.

Cicero Rhet.i.

Forma partiũ Epicherematis.

Epicherema & Syllogiſmus quomodo differant.

menti detur:ad me igitur pertinent.Sed cum ipsa ratio in quæstionem venit, efficiendum G
est certum id quod probaturi sumus,quod incertum est: vt si ipsa forte intentione dicatur,
Aut filius non es,aut non es legitimus,aut non es solus.Itemque,Aut hæres non es,aut nō
iustum testamentum est,aut capere non potes,aut habes cohæredes. Efficiendum est iustū,
propter quod bona adiudicari nobis debeant.Sed tum est necessaria illa summa connexio,
Pro Milone. cum interuenit oratio * lōgior. Aliquādo sufficiūt intentio ac ratio, Silent leges inter arma,nec se expectari iubent,cum ei,qui expectare velit,antè iniusta pœna luenda sit,quàm iusta repetenda.Ideóque id Enthymema quod est ex Consequentibus,rationi simile dixerunt.
Sed & singula quoque interim rectè ponuntur:vt ipsum illud,Silent leges inter arma.Et à
ratione fas est incipere,deinde cōcludere:vt ibidem,Quòd si XII tabulæ nocturnum furē H
quoquo modo,diurnum autem,si se telo defenderit,interfici impunè voluerūt, quis est,qui
quoquo modo quis interfectus sit,puniendum putet?Variat autem hic adhuc, & rursus rationem tertio loco ponit,Cum videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem
ab ipsis porrigi legibus. Prioris autem partis duxit ordinem. Insidiatori autem & latroni,
quæ potest inferri iniusta nex?Hæc intentio,Quid comitatus nostri?quid gladii volūt?Hæc
ratio,Quos habere certè non liceret,si vti illis nullo pacto liceret. Hæc ex intentione & ratione connexio.Huic generi probationis tribus occurritur modis,id est per omnes partes.
Aut enim expugnatur intētio aut assumptio,aut conclusio,nonnunquam omnia: sed hæc
omnia tria sunt.Intentio expugnatur,Iure occidi eum,qui insidiatus sit.Nam prima statim
pro Milone quæstio est,An ei sit fas lucem intueri,qui à se hominem necatum esse fateatur. I
Expugnatur assumptio omnibus iis,quæ de Refutatione diximus.Et ratio quidem nōnūquam est vera,cum eius propositio vera non sit. Interim veræ propositionis falsa ratio est.
Virtus bonum est,verum est:siquis rationem subiiciat,quòd ea locupletes faciat, veræ intentionis falsa sit ratio.Cōnexio aut vera negatur, cum aliud colligit quàm id quod ex prioribus cōficitur,aut nihil ad quæstionem dicitur pertinere.Non est vera sic,Insidiator iure occiditur.Nam qui curauit vt vim afferat vt hostis,debet etiam vt hostis repelli. Rectè igitur
Clodius,vt hostis occisus est.Non vtique.Nondum enim Clodium insidiatorem ostendimus:sed fit vera connexio,Rectè igitur insidiator vt hostis occiditur.Nihil ad nos.Nondū
enim Clodius insidiator apparet.* Sed vt potest esse vera intentio & ratio,& tamē falsa cō-
Enthymema. nexio:ita si illa falsa sunt,nūquā est vera cōnexio. ENthymema ab aliis Oratorius Syllo- K
gismus,ab aliis Pars dicitur Syllogismi,propterea quòd Syllogismus vtique cōclusionem &
propositionem habet,& per omnes partes efficit,quod proposuit: Enthymema tantùm in-
Syllogismus. telligi contentum sit.Syllogismus talis,Solum bonum virtus: nam id demum bonum est,
quo nemo male vti potest:virtute nemo male vti potest,bonum est ergo virtus. Enthymema ex Cōsequentibus, Bonum est virtus,qua nemo male vti potest.Et contrà,Non est bonum pecunia: non enim bonum,quo quisquam male vti potest: pecunia potest quis male
vti,nō igitur bonum est pecunia. Enthymema ex pugnātibus,An bonum est pecunia,qua
quisque potest malè vti?Si pecunia quæ est in argento signato,argentum est: qui argentum
omne legauit,& pecuniam quæ est in argento signato legauit. Argentum autem omne lega
uit,igitur & pecuniam,quæ est in argento,legauit.Habebit formam Syllogismi. Oratori sa- L
tis est dicere,Cum argentum legauerit omne,pecuniam quoque legauit quæ est in argento.
PERegisse mihi videor sacra tradētiū artes, sed cōsilio locus supereſt. Nanque ego, vt in
oratione Syllogismo quidem aliquando vti nefas non duco,ita constare totam aut certè cōfertam esse Aggressionum & Enthymematum stipatione minimè velim. Dialogis enim &
Dialecticis disputationibus erit similior, quàm nostri operis actionibus, quæ quidem inter se plurimum differunt. Nanque illi homines docti,& inter doctos verum quærentes,minutius & scrupulosius scrutantur omnia,& ad liquidum confessúmque perducunt: vt qui sibi
& inueniendi & iudicādi vendicent partes,quarum alterum θπιλὼ, alteram κριλικὼ vocāt.
Nobis ad aliorum iudicia componenda est oratio,& sæpius apud omnino imperitos,atque
aliarum certè ignaros literarum loquendum est:quos nisi & delectatione allicimus, & viri- M
bus trahimus,& nonnunquam turbamus affectibus,ipsa quæ iusta ac vera sunt, tenere nō
Eloquētia qualis esse velit. possumus. Locuples & speciosa vult esse Eloquentia: quorum nihil consequetur,si conclusionibus certis & crebris,& in vnam propè formam cadentibus concisa,& contemptum ex
humilitate,& odium ex quadam seruitute,& ex copia satietatem,& ex amplitudine fastidiū
tulerit.Feratur igitur non semitis,sed campis: non vti fontes anguſtis fistulis colliguntur:
sed vt latissimi amnes totis vallibus fluat, ac sibi viam, siquando non acceperit, faciat.

A Nam quid * miſerius illam legem velut præformatas infantibus literas perſequentibus, & vt Græci dicere ſolent, Quem mater amictum dedit, ſolicitè cuſtodientibus? Propoſitio ac concluſio, ex conſequentibus & repugnantibus, non inſpiret, non augeat, non mille figuris variet ac verſet: vt ea naſci, & ipſa prouenire natura non manu facta, & arte ſuſcepta, magiſtrum fateri vbique videantur. Quis vnquam ſic dixit Orator? nónne apud ipſum Demoſthenem pauciſſima huiuſmodi * reperiuntur? Quæ apprehenſa Græci magis, nam hoc ſolum nobis peius faciunt, in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt, & indubitata colligunt, & probant confeſſa, & ſe antiquis per hoc ſimiles vocant. Deinde interrogati, nunquam reſpondebunt, quem imitentur. Sed de figuris alio loco. Nunc illud adiiciendum, Ne iis quidem conſentire me, qui ſemper Argumenta ſermone puro, &
B dilucido, & diſtincto, cæterum minimè lato ornatóque putant eſſe dicenda. Nanque ea diſtincta quidem, ac perſpicua debere eſſe confiteor: in rebus vero minoribus etiam ſermone ac verbis quàm maximè propriis, & ex vſu. At ſi maior erit materia, nullum ornatum iis, qui modo non obſcuret, ſubtrahendum puto. Nam & ſæpe plurimum lucis affert ipſa Translatio, cum etiam ipſi Iuriſconſulti, quorum ſummus circa verborum proprietatem labor eſt, Littus eſſe audeant dicere * qua fluctus alludit. Quóque quid natura magis aſperum, hoc pluribus condiendum eſt voluptatibus, & nimis ſuſpecta argumentatio diſſimulatione, & multum ad fidem adiuuat audientis voluptas. Niſi forte exiſtimamus Ciceronem hæc malè in ipſa argumentatione dixiſſe, Silere leges inter arma, & gladiũ: nobis interim ab ipſis porrigi legibus. His tamen habẽdus modus, vt ſint ornamento, non
C impedimento.

Græcorum erratum.

Argumẽta quo ſermone tractanda.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBER VI.

PROOEMIVM, In quo de Fortuna ſua queritur.

D AEC Marcelle Victori ex tua voluntate maximè ingreſſus, tum ſiqua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire poſſet vtilitas, nouiſſimè penè & neceſſitate quadam officii delegati mihi, ſedulo laborabam: reſpiciens tamen illam curam meæ voluptatis, qui filio cu-
H ius eminens ingenium, ſolicitam quoque parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus hæreditatis videbar: vt ſi me, quod æquum & optabile fuit, fata intercepiſſent, præceptore tamen patre vteretur. At me fortuna id agentem diebus ac noctibus, feſtinantémque metu meæ mortalitatis, ita ſubito proſtrauit, vt laboris mei fructus ad neminem minus quàm ad me pertineret. Illũ enim de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem vnicam ſenectutis reponebam, repetito vulnere orbitatis
E amiſi. Quid nunc agam, aut quem vltra eſſe vſum mei diis reprobantibus credam? nam ita forte accidit, vt eum quoque librum, quem De Cauſis Corruptæ Eloquentiæ emiſi, iam ſcribere aggreſſus, ſimili ictu ferirer. Tunc igitur optimum fuit infauſtum opus, & quicquid hoc eſt in me infelicium literarum, ſuper immaturum funus conſumpturis viſcera mea flammis iniicere, neque hanc impiam viuacitatem nouis inſuper curis fatigare. Quis enim bonus parens mihi ignoſcat, ſi ſtudere amplius poſſum? ac non oderit hanc animi mei firmitatem, ſi quis in me eſt alius vſus vocis, quàm vt incuſem deos, ſuperſtes omnium meorum? nullam terras deſpicere Prouidentiam teſter? ſi non, meo caſu, cui tamen nihil obiici niſi quòd viuam poteſt: at illorum certè, quos vtique immeritos mors acerba damnauit: erepta mihi prius eorũdem matre, quæ nondum expleto ætatis vndeuiceſimo anno, duos enixa filios, quanuis acerbiſſimis rapta fatis, felix deceſſit. Ego vel hoc vno malo
F ſic eram afflictus, vt me iam nulla fortuna poſſet efficere felicem. Nam cum omni virtute, quæ in fœminas cadit, functa inſanabilem attulit marito dolorem: tum ætate ea puellari, præſertim meæ comparata, poteſt & ipſa numerari inter vulnera orbitatis. Liberis tamen ſuperſtitibus, & quod nefas erat, fæua, ſed optabat ipſa, me ſaluo maximos cruciatus præcipiti via effugit. Mihi filius minor quintum egreſſus annum, vt in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen. Non ſum ambitioſus in malis, nec augere lachrymarum cauſas

volo:vtinámque eſſet ratio minuendi.Sed diſſimulare quî poſſum,quid illi gratiæ in vultu, G
quid iucunditatis in ſermone,quos ingenii igniculos,quam præſtantiam placidæ, & (quod
ſcio vix poſſe credi tantùm) altæ mentis oſtenderit? qualis amorem quicunque alienus in-
fans mereretur. Illud vero inſidiantis,quo me validius cruciaret, fortunæ fuit , vt ille mihi
blandiſſimus,me ſuis nutricibus,me auiæ educanti, me omnibus,qui ſolicitare ſolent illas
ætates,anteferret. Quapropter illi dolori,quem ex matre optima,atque laudem omnem ſu-
pergreſſa,paucos ante menſes ceperam,gratulor. Minus enim eſt quod flendum meo no-
mine,quàm quod illius gaudédũ eſt. Vna poſt hæc Quintiliani mei ſpe ac voluptate ni-
tebar,& poterat ſufficere ſolatio. Non enim floſculos ſicut prior, ſed iam decimum ætatis
ingreſſus annum, certos atque deformatos fructus oſtenderat. Iuro per mala mea, per infe
licem conſcientiam,per illos manes numina doloris mei,has me in illo vidiſſe virtutes in- H
genii,non modo ad percipiendas diſciplinas,quo nihil præſtantius cognoui , plurima ex-
pertus,ſtudiique iam tum non coacti (ſciunt præceptores) ſed probitatis,pietatis,humani-
tatis,liberalitatis:vt prorſus poſſit hinc eſſe tãti fulminis metus,quòd obſeruatum ferè eſt,
celerius occidere feſtinatam maturitatem:& eſſe neſcio quam,quæ ſpes tantas decerpat,inui
diam,ne videlicet vltra quàm homini datum eſt,noſtra prouehantur.Etiã illa fortuita ade-
rant omnia,vocis iucunditas claritásque,oris ſuauitas,& in vtracunque lingua,tãquàm ad
eam demum natus eſſet,expreſſa proprietas omniũ literarum.Sed hæc ſpes adhuc: illa ma-
iora,conſtantia,grauitas,contra dolores etiam ac metus robur. Nam quo ille animo , qua
medicorum admiratione,menſium octo valetudinem tulit? vt me in ſupremis conſolatus
eſt? quàm etiam deficiens,quámque non tunc ipſum illum alienatæ mentis errorem circa I
ſolas literas habuit? Tuósne ego, ô meæ ſpes inanes, labentes oculos,tuum fugientem ſpi-
ritum vidi? tuum corpus frigidum exangue complexus, animam recipere,auráque com-
munem haurire amplius potui? dignus his cruciatibus quos fero , dignus his cogitationi-
bus? Tene Cõſulari nuper adoptione,ad omnium ſpes honorum patris admotum,te auũ-
culo Prætori generum deſtinatum,te omnium ſpe Atticæ Eloquentiæ candidatum, ſuper-
ſtes parens habiturus eſt tantùm ad pœnas? Et ſi non cupido lucis , certè patientia vindi-
cet te reliqua mea ætate.Nam fruſtra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus . Nemo
niſi ſua culpa diu dolet.Sed viuimus,& aliqua viuendi ratio quærenda eſt : credendúmque
doctiſſimis hominibus,qui vnicum aduerſorum ſolatium literas putauerunt. Siquando ta-
men ita reſederit præſens impetus,vt aliqua tot luctibus alia cogitatio inſeri poſſit, non in- K
iuſtæ petierim moræ veniam. Quis enim dilata ſtudia miretur,quæ potius nõ abrupta eſſe
mirandum eſt? Tum ſiqua minus fuerint effecta iis,quæ leuius adhuc * afflicti cœperamus,
imperitiæ aut fortunæ remittantur:quæ ſi quid mediocrium alioqui in noſtro ingenio vi-
rium fuit, vt non extinxerit,debilitauit tamen.Sed vel propter hoc nos contumacius eriga
mus, quòd illam vt perferre nobis difficile eſt,ita facile contemnere.Nihil enim ſibi aduer
ſus me reliquit,& infelicem quidem,ſed certiſſimam tamen attulit mihi ex his malis ſecu-
ritatem.Boni autem conſulere noſtrum laborem vel propter hoc certum eſt , quòd in nullũ
iam proprium vſum perſeueramus,ſed omnis hæc cura ad alienos,vt alienis vtilis (ſi modo
quid vtile ſcribimus) ſpectat. Nos miſeri , ſicut facultates patrimonii noſtri , ita hoc opus
aliis præparamus,aliis relinquemus. L

De Concluſione, ſeu Peroratione. Cap. I.

PERORATIO ſequebatur,quam CVmulum quidã,CONcluſionẽ alii
vocant.Eius duplex ratio eſt,poſita aut in Rebus ,aut in Affectibus.Rerum
B repetitio & congregatio, quæ græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις,à quibuſdam La
Enumera- tinorum ENVmeratio,& memoriam iudicis reficit , & totã ſimul cauſam
tio. ponit ante oculos, & etiã ſi per ſingula minus mouerat, turba valet.In hac
quæ repetemus,quàm breuiſſime dicenda ſunt,& quod Græco verbo patet,decurrendũ per
capita.Nam ſi morabimur,nõ iam Enumeratio,ſed altera quaſi fiet oratio. Quæ autem M
enumerãda videntur,cũ pondere aliquo dicẽda ſunt,& aptis excitãda ſentẽtiis,& figuris vti-
que varianda,alioqui nihil eſt odioſius recta illa repetitione,velut memoriæ iudicũ diffidẽ-
tis. Sunt autẽ innumerabiles:optiméque in Verrẽ Cicero,Si pater ipſe iudicaret,quæ dice
ret cũ hæc probarẽtur ? & deinde ſubiecit Enumerationẽ,aut cũ idem,& in eundem,per in-
uocationem deorum ſpoliata à Prætore tẽpla dinumerat.Licet & dubitare nũquid nos fu-

A gerit,& quid reſponſuri ſint aduerſarii his & his,aut quam ſpem accuſator habeat omnibus ita defenſis. Illa vero iucundiſſima, ſi contingat aliquod ex aduerſario ducere argumentum:vt ſi dicas,Reliquit hanc partem cauſæ,aut inuidia premere maluit,aut ad preces confugit,& merito cum ſciret hæc & hæc.Sed non ſunt ſingulæ ſpecies proſequendæ,ne ſola videantur,quæ forte nunc dixero : cum occaſiones & ex cauſis & ex dictis aduerſariorum , & ex quibuſdam fortuitis quoque oriantur. Nec referenda modo noſtra, ſed poſtulandum eſt etiam ab aduerſariis,vt ad quædam reſpondeant. Id autem,ſi & actionis ſupererit locus, & ea propoſuerimus,quæ refelli non poſſint. Nam prouocare quæ inde ſint fortia, non arguentis eſt,ſed monentis. Id vnum Epilogi genus viſum eſt pleriſque Atticorum, & phiB loſophis ferè omnibus,qui de Arte Oratoria ſcriptum aliquid reliquerunt . Id ſenſiſſe Atticos credo,quia Athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebatur Orator. Philoſophos minus miror,apud quos vitii eſt loco,affici:nec boni mores videntur, ſic à vero iudicem auerti:nec conuenire bono viro vitiis vti. Neceſſarios tamen affectus fatebuntur , ſi aliter obtineri vera & iuſta,& in commune profutura non poſſint. Cæterum illud conſtitit inter omnes, Etiam in aliis partibus actionis, ſi multiplex cauſa ſit, & pluribus argumentis defenſa viriliter, ἀνακεφαλαίωσιν fieri ſolere.Sicut nemo dubitauerit multas eſſe cauſas,in quibus nullo loco ſit neceſſaria,ſi breues & ſimplices fuerint. Hæc pars Peroratiois accuſatori,patronóque æquè communis eſt.Affectibus quoque eiſdem ferè vtuntur : ſed rarius hic,ille ſæpius ac magis. Nam huic concitare iudices , illi flectere conuenit . Verum & accuſator habet interim lachrymas ex miſeratione eius rei,quem vlciſcitur:& reus de indiC gnitate calumniæ conſpirationis vehementius interim queritur . Diuidere igitur hæc officia commodiſſimum,quæ plerunque ſunt , vt dixi , Prooemio ſimilia , ſed liberiora , plenioráque. Inclinatio enim iudicum ad nos petitur initio parcius, tum admitti ſatis eſt,& oratio tota ſupereſt. In Epilogo vero eſt, qualem animum iudex in conſilium ferat , & iam nihil amplius dicturi ſumus,nec reſtat quo ſeruemur. Eſt igitur vtriſque commune, Conciliare ſibi,Auertere ab aduerſario iudicem,Concitare affectus,& Componere. Et breuiſſimum quidem hoc Præceptum dari vtrique parti poteſt,Vt totas cauſæ ſuæ vires Orator ante oculos ponat:& cum viderit quid inuidioſum, fauorabile, inuiſum, miſerabile, aut ſit in rebus, aut videri poſſit, ea dicat: quibus,ſi iudex eſſet , ipſe maximè moueretur.Sed certius eſt ire per ſingula . Et quæ conciliant quidem accuſatorem, in præceptis Exordii iam dixiD mus. Quædam tamen, quæ illic oſtendere ſatis eſt, in Peroratione implenda ſunt magis: Si contra impotentem, inuiſum,pernicioſum ſuſcepta cauſa eſt:ſi iudicibus ipſis aut gloriæ damnatio rei,aut deformitati futura abſolutio. Nam egregie in Vatinium Caluus, Factum, inquit,ambitũ ſcitis omnes,& hæc vos ſcire omnes ſciũt. Cicero quidem in Verrem etiam emendari poſſe infamiam iudiciorum damnato reo , dicit: quod eſt vnum ex ſupradictis. MEtus etiam,ſi eſt adhibendus,vt facit idem,hunc habeat locum fortioré quàm in Prooemio. Qua de re quid ſentirem alio libro iam expoſui. Concitare quoque inuidiam, odiũ, iram,liberius in Peroratione contingit : quorum inuidiam gratia, odium turpitudo, iram offenſio iudicis facit,ſi contumax,arrogans,ſecurus ſit:quia non ex facto modo dictóve aliquo,ſed vultu,habitu,aſpectu moueri ſolet.Egregiéque nobis adoleſcentibus dixiſſe accuſaE tor Coſſutiani Capitonis videbatur,græce quidem, ſed in hunc ſenſum , Erubeſcit Cæſarem timere. Summa tamen concitandi affectus accuſatori in hoc eſt, vt id quod obiecit , aut quàm Atrociſſimũ,aut etiã,ſi fieri poteſt,quàm maximè Miſerabile eſſe videatur. ATROCITAS creſcit ex his, Quid factum ſit,A quo, In qué,Quo animo,Quo tempore,Quo loco,Quo modo:quæ omnia infinitos anfractus habent. Pulſatum querimur: de re primũ ipſa dicendum,tum ſi ſenex,ſi puer,ſi magiſtratus,ſi probus,ſi bene de Repub.meritus. Etiã ſi percuſſus ſit à vili aliquo contemptóque:vel ex contrario à potente nimium , vel ab eo à quo minimè oportuit.Et ſi die forte ſoléni,aut iis temporibus,cum iudicia huius rei maximè exercerentur,aut in ſolicito ciuitatis ſtatu.Item in theatro,in templo,in concione, creſcit inuidia.Et ſi non errore,nec ira:vel etiã ſi forte ira,ſed iniqua, quòd patri affuiſſet, quòd F reſpõdiſſet,quòd honores contra peteret.Et ſi plus etiã videri poteſt voluiſſe quàm fecit. Plurimum tamen affert Atrocitatis,Modus,ſi grauiter,ſi contumelioſe:vt Demoſthenes ex parte percuſſi corporis,ex vultu feriẽtis,ex habitu inuidiã Midiæ quærit.Occiſus eſt,vtrũ ferro, an igne,an veneno,vno vulnere an pluribus,ſubito an expectatione tortus , ad hanc partem maximè pertinet. Vtitur frequenter accuſator & MISERATIONE, cum aut eius caſum quem vlciſcitur,aut liberorum,aut parentum ſolitudinem conqueritur. Etiam fu-

A duerſarij quãdo vrgẽdi vt reſpondeant.

Affectus phibentes.

Anacephalæoſi etiam alibi & aliquando nõ vtendum.

Atrocitatis incremẽta.

Quæ in iudicem facienda.

Act.ij. Act.vij. Lib.iiij.

Miſerationem accuſator cõcitat.

turi tẽporis imagine iudices mouet, Qui maneãt eos caſus, qui de vi & iniuria queſti ſunt: G
niſi vindicentur, fugiendum de ciuitate, cedendum bonis, aut omnia quæcunque inimicus
fecerit, perferenda. Sed ſæpius id eſt accuſatoris, auertere iudicem à miſeratione qua reus
ſit vſurus, atque ad fortiter iudicandum concitare. Cuius loci eſt etiam occupare, quæ dictu
rum facturúmve aduerſarium putes. Nam & cautiores ad cuſtodiam ſuæ religionis iudices
facit, & gratiam reſponſuris aufert, cum ea prædicta ſunt ab accuſatore. Iam ſi pro reo peten
tur, non ſint noua: vt Seruius Sulpitius contra Aufidiam, ne ſignatorum ab ipſis diſcrimen
obiiciatur ſibi, præmonet. Nec non ab Aeſchine, quali ſit vſurus Demoſthenes actione, præ-
Iudices do cendi. dictum eſt. Docendi interim quoque Iudices, quid rogantibus reſpondere debeant: quod
eſt vnum Repetitionis genus. Periclicantẽ vero commendat Dignitas, & Studia fortia, &
Periclitãtẽ cõmẽdãtia. ſuſceptæ bello Cicatrices, & Nobilitas, & Merita maiorum. Hoc quod proximè dixi, Cice- H
ro atque Aſinius certatim ſunt vſi: pro Scauro patre hic, ille pro filio. Commẽdat & Cauſa
periculi, ſi ſuſcepiſſe inimicitias ob aliquod factum honeſtum videtur: præcipuè bonitas, hu
manitas, miſericordia. Iuſtè enim tunc petere ea quiſque videtur à iudice, quæ alii ipſe præ-
ſtiterit. Referenda hæc pars quoque ad vtilitatem Reipub. ad iudicum gloriam, ad exem-
plum, ad memoriam poſteritatis. Plurimum tamen valet miſeratio, quæ iudicem flecti
non tantũm cogit, ſed motum quoque animi ſui lachrymis confiteri. Hæc petentur aut ex
iis quæ paſſus eſt reus, aut ex iis quæ tũ maximè patitur, aut ex iis quæ damnatum manẽt:
quæ & ipſa duplicantur, cum dicimus ex qua illi fortuna, & in quam recidendum ſit. Affert
in iis momẽtum & Aetas, & Sexus, & Pignora: Liberi dico, & Parentes, & Propinqui. Quæ
Patronus affectus mouet. omnia tractari variè ſolent. Nonnunquam etiam & ipſe Patronus has partes ſubit: vt Ci I
cero pro Milone, O me miſerum, ô me infelicem. Reuocare me tu in patriam Milo potui-
ſti per hos, ego te in patria per eoſdẽ retinere nõ potero? Maximéque, ſi (vt tunc accidit) non
conuenient ei, qui accuſatur, preces. Nam quis ferret Milonem pro capite ſuo ſupplicãtem,
qui à ſe virum nobilem interfectum, quia id fieri oportuiſſet, fateretur? Ergo & ille captauit
ex illa præſtantia animi fauorem, & in locum lachrymarum eius, ipſe ſucceſſit. His præ-
cipuè locis vtiles ſunt PROſopopœiæ, id eſt fictæ alienarum perſonarum orationes, qua-
les litigatorem decent, vel patronum. Mutæ tamen res mouent, aut cum ipſis loquimur,
Affect⁹ ex perſonis. aut cum ipſas loqui fingimus. Ex PERſonis quoque trahitur affectus. Non enim audi-
re iudex videtur aliena mala deflentes, ſed ſenſum ac vocem auribus accipere miſerorum.
quorum etiam mutus aſpectus lachrymas mouet: quantóque eſſent miſerabiliora, ſi ea dice- K
rent ipſi, tanto ſunt quadam portione ad afficiendum potentiora, cum velut ipſorum ore di
cuntur, vt ſcenicis actoribus eadem vox, eadem pronunciatio plus ad mouendos affectus
ſub perſona valet. Itaque idem Cicero quanquam preces non dat Miloni, eúmque potius
animi præſtantia commendat, accommodauit ei tamen & verba, & conuenientes etiam
forti viro, conqueſtiones. O fruſtra, inquit, mei ſuſcepti labores. O ſpes fallaces. O cogita-
tiones inanes meæ. Nunquam tamen debet eſſe longa Miſeratio: nec ſine cauſa dictum
Cic. ī Part. & Rhet. i. eſt, Nihil facilius quàm lachrymas inareſcere. Nam cum etiam veros dolores mitiget tem
pus, citius euaneſcat neceſſe eſt illa, quam dicendo effinximus, imago: in qua ſi moramur,
lachrymis fatigatur auditor, & requieſcit: & ab illo quem ceperat impetu, ad rationem re-
Lachryma- rum quis. modus. dit. Non patiamur igitur frigeſcere hoc opus, & affectum cum ad ſummum perduxerimus, L
relinquamus: nec ſperemus fore, vt aliena quiſquam diu ploret. Ideóque cum in aliis, tum
maximè in hac parte debet creſcere oratio. Quia quicquid non adiicit, prioribus etiam
Affectus facto mouendi. detrahere videtur: & facile deficit affectus, qui deſcendit. Non ſolum autem dicendo,
ſed etiam faciendo quædam, lachrymas mouemus: vnde & producere ipſos qui pericliten-
tur, ſquallidos atque deformes, & liberos eorum ac parentes, inſtitutum, & ab accuſatori-
bus oſtendi cruentum gladium, & lecta è vulneribus oſſa, & veſtes ſanguine perfuſas vide-
mus, & vulnera reſolui, ac verberata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerunque vis
eſt, velut in rem præſentem animos hominum ducentium. Et populum Romanum egit
Sueton. in furorem prætexta Caii Cæſaris prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum eum, cor-
pus denique ipſum impoſitum lecto erat, veſtis tamen illa ſanguine madens, ita repræſenta- M
uit imaginem ſceleris, vt non occiſus eſſe Cæſar, ſed tum maximè occidi videretur. Sed non
ideo probauerim, quod factum & lego, & ipſe aliquando vidi depictam tabulam ſupra Io-
uem, in imaginem rei, cuius atrocitate iudex erat commouendus. Quæ enim eſt actoris in-
fantia, qui mutam illam effigiem magis quàm orationem pro ſe putet locuturam? At Sor-
des, & Squallores, & propinquorum quoque ſimilem Habitum ſcio profuiſſe, & magnum

A ad ſalutem momentum Preces attuliſſe. Quare & Obſecratio illa iudicum per chariſſima Pignora, vtique ſi & reo ſint Liberi, Coniunx, Parentes, vtilis erit. Et Deorum etiam Inuocatio, velut ex bona conſcientia profecta videri ſolet. Stratum denique iacere, & Genua complecti: niſi tamen perſona nos, & anteacta vita, & rei conditio prohibebit. Quædam enim tam fortiter tuenda, quàm facta ſunt. Verum ſic eſt habenda authoritatis ratio, ne ſit inuiſa ſecuritas. Fuit quondam inter hæc omnia potentiſſimum id, quo Lucium Murenam Cicero, accuſantibus clariſſimis viris, eripuiſſe præcipuè videtur. Perſuaſit enim nihil eſſe ad præſentem rerum ſtatum vtilius, quàm pridie Calend. Ianuarias ingredi Conſulatum. Quod genus noſtris temporibus totum penè ſublatum eſt, cum omnia curæ tutelæque vnius innixa periclitari nullo iudicii exitu poſſint. De accuſatoribus & reis Obſecratio. Inuocatio. Proſtratio

B ſum locutus, quia in periculis maximè verſatur affectus. Sed PRiuatæ quoq; Cauſæ vtrũque habent Perorationis genus: & illud quod eſt ex enumeratione probationum, & hoc quod ex lachrymis: ſi aut ſtatu periclitari, aut opinione litigator videtur. Nam in paruis quidem litibus has tragœdias mouere tale eſt, quale ſi perſonam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Illud ne indignum quidem admonitione, Ingens in Epilogis meo iudicio verti diſcrimen, quomodo ſe dicenti, qui excitatur, accommodet. Nam & Imperitia, & Ruſticitas, & Rigor, & Deformitas afferunt interim frigus: diligentérque hæc ſunt actori prouidenda. Equidem repugnanteis eos patrono, & nihil vultu commotos, & intempeſtiue ridentes, & facto aliquo vel ipſo vultu riſum mouentes, ſæpe etiam vidi, præcipuè vero cum aliqua velut ſcenicè fiunt. Tranſtulit patronus aliquando pu- De priuatis cauſis.

C ellam, quæ ſoror eſſe aduerſarii dicebatur (Nam de hoc lis erat) in aduerſa ſubſellia, tanquàm in gremio fratris relicturus. At is à nobis præmonitus deceſſerat. Tum ille alioqui vir facundus, inopinatæ rei caſu obmutuit, & infantem ſuam frigidiſſime reportauit. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit: at ea ſæpius riſum fecit. Nam & ii quorum officii erat vt traderent eam, ignari qui eſſet Epilogus, quoties reſpexiſſet patronus, offerebant palàm, & prolata nouiſſime, deformitate ipſa, (nam * ſenis cadaueri infuſa) præteritam quoque orationis gratiam perdidit. Nec ignotum quid Glicoeni, cui Spiridion fuit cognomen, acciderit. Huic puer, quem in ius productum, quid fleret, interrogabat, Ex pædagogo ſe vellicari reſpondit. Sed nihil illa contra Cepaſios Ci- Pro Cluẽt.

D ceronis fabula efficacius ad pericula Epilogorum. Omnia tamen hæc tolerabilia, quibus actionem mutare facile eſt. at qui à ſtilo non recedunt, aut conticeſcunt ad hos caſus, aut frequentiſſime falſa dicunt. Inde eſt enim, Tendit ad veſtra genua ſupplices manus, & hæret in complexu liberorum miſer, & reuocat ecce me: etſi nihil horum is, de quo dicitur, faciat. Et è ſcholis hæc vitia, in quibus omnia liberè fingimus & impune, quia pro facto eſt quicquid volumus, non admittit hoc idem veritas fori. Egregiéque Caſſius dicenti adoleſcentulo, Quid me toruo vultu intueris Seuere? Non mehercules, inquit, facie-

E bam, ſed ſic ſcripſiſti, ecce, & quàm potuit truculentiſſime eum aſpexit. Illud præcipuè monendum, Ne quis niſi ſummis ingenii viribus ad mouendas lachrymas aggredi audeat. Nam vt eſt longe vehementiſſimus hic cum inualuit affectus, ita ſi nihil efficit, tepet: quem melius infirmus actor tacitis iudicum cogitationibus reliquiſſet. Nam & vultus, & vox, & ipſa illa excitati rei facies, ludibrio etiam plerunque ſunt hominibus, quos non permouerunt. Quare metiatur, ac diligenter æſtimet vires ſuas actor: & quantum onus ſubiturus ſit, intelligat. Nihil habet iſta res medium, ſed aut lachrymas meretur, aut riſum. Non autem commouere tantùm miſerationem, ſed etiam diſcutere, Epilogi eſt Miſeratio diſcutiẽda.

proprium: cum oratione continua, quæ motos lachrymis iudices ad iuſtitiam reducat, tum etiam quibuſdam vrbanè dictis: quale eſt, Date puero panem, ne ploret. Et corpulento litigatori, cuius aduerſarius item puer, circa iudices erat ab aduocato latus, Quid faciam? Ego te baiulare non poſſum. Sed hæc tamen non debent eſſe mimica. Ita neque illum probauerim, qui inter clariſſimos ſui temporis Oratores fuit, qui pueris in Epilogum productis, talos iecit in medium, quos illi diripere cœperunt. Nanque hæc ipſa diſcrimi-

F nis ſui ignorantia potuit eſſe miſerabilis. Neque illum, qui cum eſſet cruentus gladius eius ab accuſatore prolatus, quo is hominem probabat occiſum, ſubito ex ſubſelliis, vt territus fugit, & capite ex parte velato cum ad agentem ex turba proſpexiſſet, interrogauit, an iam ille cum gladio receſſiſſet. Fecit enim riſum, ſed ridiculus fuit. Diſcutiendæ tamen oratione huiuſmodi ſcenæ. Egregiéque Cicero & contra imaginem Saturnini pro Rabirio grauiter, & contra iuuenem, cuius ſubinde vulnus in iudicio reſoluebatur,

pro Vareno multa dixit vrbanè. Sunt & illi leniores Epilogi, quibus aduerſario ſatisfacimus: ſi forte ſit eius perſona talis, vt illi debeatur reuerentia, aut quum amicè aliquid commonemus & ad concordiam hortamur. quod eſt genus egregiè tractatum à Paſſieno, cum Domitiæ vxoris ſuæ pecuniariam litem aduerſus fratrem eius AEnobarbum ageret. Nam quum de neceſſitudine multa dixiſſet, de fortuna quoque, qua vterque abundabat, adiecit, Nihil vobis minus deeſt, quàm de quo contenditis. Omnes autem hos affectus, etiam ſi quibuſdam videntur in Proœmio atque in Epilogo ſedem habere, in quibus ſanè ſunt frequentiſſimi, tamen aliæ quoque partes recipiunt: ſed breuiores, vt cum ex iis plurima ſint reſeruanda. At hic, ſi vſquam, totos Eloquentiæ aperire fontes licet. Nam ex iis, ſi bene diximus reliqua, poſſidemus iam iudicum animos: & confragoſis atque aſperis euecti, tota pandere poſſumus vela: & cum ſit maxima pars Epilogi amplificatio, verbis atque ſententiis vti licet magnificis atque ornatis. Tunc eſt commouendum theatrum, quum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, Plaudite. In aliis autem partibus tractandus affectus erit, vt quiſque naſcetur. Nam neque exponi ſine hoc res atroces & miſerabiles debent. Cum de qualitate alicuius rei quæſtio eſt, probationibus vniuſcuiuſque rei rectè ſubiungitur. Vbi vero coniunctam ex pluribus cauſam agimus, etiam neceſſe erit vti pluribus quaſi Epilogis: vt in Verrem Cicero fecit. Nam & Philodamo, & Nauarchis, & cruciatis ciuibus Romanis, & aliis plurimis ſuas lachrymas dedit. Sunt qui hos μόριους ἐπιλόγους vocent, quo partitam Perorationem ſignificant. Mihi non tam partes eius quàm ſpecies videntur. Siquidem hæc Epilogi & Perorationis nomina ipſa apertè ſatis oſtendunt, hanc eſſe conſummationem orationis.

Ornatis & magnificis ĩ Epilogo vtendum.

Vbi affectu vtendum.

Act. iij.

Act. vij.

G H I

De Diuiſione Affectuum, & quomodo mouendi ſunt. Cap. II.

QVANVIS autem pars hæc Iudicialium cauſarum ſit ſumma, præcipueque conſtet affectibus, & aliqua de his neceſſario dixerim, non tamen potui, ac ne debui quidem, locum iſtum in vnam ſpeciem concludere. Quare adhuc opus ſupereſt, cum ad obtinenda, quæ volumus, potentiſſimum, tum ſupradictis multo difficilius, mouendi iudicum animos, atque in eum, quem volumus, habitum formandi, & velut transfigurandi. Qua de re pauca, quæ poſtulabat hæc materia, ſic attigi, vt magis quid oporteret fieri, quàm quo id modo conſequi poſſimus, oſtenderem. Nunc altius omnis rei repetenda ratio eſt. Nam & per totam (vt diximus) cauſam, locus eſt affectibus. & eorum non ſimplex natura, nec in tranſitu tractanda, quo nihil maius afferre vis orandi poteſt. Nam cætera forſitan tenuis quoque & anguſta ingenii vena, ſi modo vel doctrina, vel vſu ſit adiuta, generare, atque ad frugem aliquam perducere queat. Certè ſunt, ſemperque fuerunt, non parum multi, qui ſatis peritè, quæ eſſent probationibus vtilia, reperirent: quos equidẽ non contemno, ſed hactenus vtiles credo, nequid per eos iudici ſit ignotum, atque (vt dicam quod ſentio) dignos, à quibus cauſas diſerti docerentur. Qui vero iudicem rapere, & in quem vellet habitum animi poſſet perducere, quo dicto flendum & iraſcendum eſſet, rarius fuit. Atque hoc eſt, quod dominatur in iudiciis, hæc eloquentiam regunt. Nanque argumenta plerunque naſcuntur ex cauſa, & pro meliore parte plura ſunt ſemper: vt qui per hæc vicit tantùm, non defuiſſe ſibi aduocatum ſciat. Vbi vero animis iudicum vis afferenda eſt, & ab ipſa veri contemplatione abducenda mens, ibi proprium Oratoris opus eſt. Hoc non docet litigator: hoc cauſarum libellis non continetur. Probationes enim efficiunt ſanè, vt cauſam noſtram meliorem eſſe iudices putent: affectus præſtant, vt etiam velint. Sed id quia volunt, credunt quoque. Nam cum iraſci, fauere, odiſſe, miſereri cœperunt, agi iam rem ſuam exiſtimant. & ſicut amantes de forma iudicare non poſſunt, quia ſenſum oculorum premit amor: ita omnem inquirendæ veritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus: æſtu fertur, & velut rapido flumini obſequitur. Ita argumenta ac teſtes quid egerint, pronunciatio oſtendit: commotus autem ab Oratore iudex, quid ſentiat, ſedens adhuc atque audiens confitetur. An cum ille, qui pleriſque perorationibus petitur, fletus erumpit, non palàm dicta ſententia eſt? Huc igitur incumbat Orator, hoc opus eius, hic labor eſt: ſine quo cætera nuda, ieiuna, infirma, ingrata ſunt. adeo, velut ſpiritus operis huius atque animus eſt in affectibus. Horum autem, ſicut antiquitus traditum accepimus, Duæ ſunt Species: Alteram Græci πάθος vocant, quam nos rectè vertentes ac propriè Affectum dicimus: Alteram ἦθος, cuius nomine, vt ego quidem ſentio, caret ſermo Roma-

Mouẽdorũ affectuum laus.

Affectuum ſpecies.

Pathos.

Ethos.

K L M

A nus,Mores appellãtur:atque inde pars quoque illa philoſophiæ ἠθικὴ,Moralis eſt dicta. Sed ipſam rei naturam ſpectanti mihi non tã mores ſignificari videntur, quàm morũ quædam proprietas. Nam ipſis quidem omnes habitus mẽtis continentur.Cautiores voluntatem complecti,quàm nomina interpretari maluerunt. Affectus igitur hos concitatos, πάθος: illos mites atque compoſitos, ἦθος eſſe dixerunt.In altero vehementer commotos, in altero lenes:denique hos imperare,illos perſuadere:hos ad perturbationem, illos ad beneuolentiam præualere.Adiiciunt quidam peritorum πάθος temporale eſſe. Quod vt accidere frequentius fateor,ita nonnullas credo eſſe materias,quæ continuum deſiderent affectum.Nec tamen minus artis aut vſus hi leniores habent,virium atque impetus non tantundem exigunt.In cauſis vero etiam pluribus verſantur,immo ſecundum quẽdam intelle
B ctum in omnibus. Nam cum niſi ex illo & hoc loco nihil ab Oratore tractetur, quicquid de honeſtis,& de vtilibus,denique faciendis & non faciẽdis dicitur,hoc vocari poteſt.Quidam commendationem,atque excuſationem propria huius officii putauerunt: nec abnuo eſſe iſta in hac parte,ſed non concedo vt ſola ſint. Quin illud adhuc adiicio, πάθος atque ἦθος eſſe interim ex eadem natura:ita,vt illud maius ſit,hoc minus: vt amor πάθος, charitas ἦθος. Interdum diuerſa inter ſe, ſicut in Epilogis.Nanque πάθος concitat, ἦθος ſolet mitigare. Propria tamen mihi huius nominis expriměda natura eſt, quatinus appellatione ipſa non ſatis ſignificari videtur. ἦθος quod intelligimus,quódque à docentibus deſidera mus,id erit,quod ante omnia bonitate commendabitur: non ſolum mite ac placidum, ſed plerunque blandum & humanum,& audientibus amabile atque iucundum: in quo expri-
C mendo ſumma virtus ea eſt,vt fluere omnia ex natura rerum hominúmque videantur, quo mores dicentis ex oratione perluceant, & quodammodo agnoſcantur. quod eſt ſine dubio inter cõiunctas maximè perſonas,quoties perferimus,ignoſcimus,ſatisfacimus,monemus, procul ab ira,procul ab odio.Sed tamen alia patris aduerſus filium, tutoris aduerſus pupillum,mariti aduerſus vxorem moderatio eſt.Hi enim præ ſe ferunt eorum, à quibus lædũtur,charitatem: neque alio modo inuiſos eos faciunt,quàm quòd amare ipſi videntur. Alia cum ſenex adoleſcẽtis,alia cum cõuicium honeſtus inferioris fert.Hic enim tantum concitari,illic etiã affici debet. Sunt & illa ex eadem natura,ſed motus adhuc minoris, veniam petere,adoleſcẽtiæ defendere amores.Nonnũquam etiam lenis alieni caloris deriſus ex hac forma venit,ſed non his à locis tantum, verum aliquãto magis propriæ ſunt virtutes ſimu
D lationis,ſatisfaciendi,rogandi,& εἰρωνείας, quæ diuerſum ei quod dicit, intellectum petit. Ironia.
Hinc etiam ille maior ad cõcitandũ odium naſci affectus ſolet,cũ hoc ipſo quo nos aduerſariis ſubmittimus,intelligitur tacita impotẽtiæ exprobratio. Nãque eos graues & intolerabiles id ipſum demonſtrat,quòd cedimus:& ignorant cupidi maledicendi,aut affectatores libertatis,plus inuidiam quàm conuicium poſſe:nam Inuidia aduerſarios, Conuicium nos inuiſos facit. Inuidia. Cõuicium.
Ille iam pene medius affectus eſt, ex Amoribus,& ex Deſideriis amicorum & neceſſariorum.Nam & hoc maior eſt,& illo minor.Non parum ſignificãter etiam illa in ſcholis ἦθη dixerimus,quibus plerunque ruſticos,ſuperſtitioſos,auaros,timidos,ſecundum conditionem propoſitorum effingimus.Nam ſic ἦθη mores ſunt,cum hos imitamur,& ex his ducimus orationem.Denique hoc omne,bonum & comem virum poſcit. Quas virtu-
E tes cum etiam in litigatore debeat Orator,ſi fieri poteſt,approbare, vtique ipſe aut habeat, aut habere credatur.Sic proderit plurimum cauſis,quibus ex ſua bonitate faciet fidem. Nã qui dum dicit,malus videtur,vtique malè dicit.Non enim videtur iuſta dicere,alioqui ἦθος videretur.Quare & ipſum etiam dicendi genus in hoc placidum debet eſſe ac mite, nihil ſuperbum,nihil elatum ſaltè ac ſublime deſideret.Propriè,iucundè,credibiliter dicere,ſat eſt. Ideóque & medius ille orationis modus maximè cõuenit. Diuerſum eſt huic quod πάθος Pathos.
dicitur,quódque nos Affectum proprie vocamus: & vt proximè vtriuſque differentiam ſignem,illud comœdiæ, hoc tragœdiæ ſimile.Hæc pars circa iram, odium,metum, inuidiã, miſerationem,ferè tota verſatur.Quæ quibus ex locis ducenda ſunt, & manifeſtum omnibus,& à nobis in ratione Proœmii atque Epilogi dictum eſt. Et MEtum tamen duplicẽ Metus duplex.
F intelligi volo,quem patimur:& quem facimus. Et INuidiam:nanque altera inuidũ,altera inuidioſum facit.Hoc autem hominis,illud rei eſt,in quo & plus habet operis oratio.Nã Inuidia duplex.
quædam videntur grauia per ſe,parricidium,cædes,veneficium:Quædam efficienda ſunt.Id autem contingit, cum magnis alioqui malis grauius eſſe id quod paſſi ſumus, oſtenditur. Grauia.
Quale eſt apud Virgiliũ, O felix vna ante alias Priamcia virgo, Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis. Iuſſa mori.Quàm miſer enim caſus Andromachæ,ſi com- Aeneid.iij.

parata ei felix Polyxena? Aut cum ita exaggeramus iniuriã noſtram, vt etiam quæ multo G
minora ſunt,intoleranda dicamus:Si pulſaſſes,defendi non poteras:vulneraſti.Sed hæc di-
ligentius,cum ad Amplificationem venerimus,dicemus. Interim notaſſe contentus ſum,
non id ſolum agere affectus, vt quæ ſunt oſtendantur acerba & luctuoſa, ſed etiam vt quæ
toleranda haberi ſolent,grauia videantur: vt cum in maledicto plus iniuriæ, quàm in ma-
nu:in infamia plus pœnæ dicimus,quàm in morte. Nãque in hoc Eloquẽtiæ vis eſt,vt iudi
cem nõ ad id tantùm compellat,in quod ipſe à rei natura duceretur:ſed aut qui non eſt, aut
maiorem quàm eſt faciat affectum. Hæc eſt illa,quæ δείνωσις vocatur, rebus indignis, aſpe-
ris,inuidioſis,addens vim oratio.qua virtute præter alios, plurimum Demoſthenes valuit.

Si mihi tradita ſequi præcepta ſufficeret,ſatisfeceram huic parti,nihil eorum quæ legi, vel
didici,quod modo probabile fuit,omittendo.Sed mihi in animo eſt,quæ latẽt penitus,ipſa H
huius loci aperire penetralia:quæ quidem non aliquo tradente,ſed experimento meo,ac na-
Affectuum mouẽdorũ ſumma. tura ipſa duce accepi. SVMMA enim(quantum ego quidem ſentio)circa mouendos af-
fectus in hoc poſita eſt,Vt moueamur ipſi. Nam & luctus & iræ,& indignationis aliquan-
do ridicula fuerit imitatio,ſi verba,vultũmque tantũm,nõ etiam animum accommodaueri
mus. Quid enim aliud eſt cauſæ,vt lugẽtes vtique in recẽti dolore diſertiſſimè quædam ex-
clamare videantur,& ira nonnunquam indoctis quoque Eloquẽtiam faciat,quàm quòd il-
lis ineſt vis mentis,& veritas ipſa morum? Quare in iis quæ veriſimilia eſſe volumus, ſimus
ipſi ſimiles eorum,qui vere patiuntur affectus:& à tali animo proficiſcatur oratio,qualem fa
cere iudicem volet. An ille dolebit,qui audiet me,cum hoc dicam,non dolentem? iraſcetur,
ſi nihil ipſe,qui in iram concitat,idque exigit, ſimile patietur? ſiccis agẽti oculis lachrymas I
dabit? fieri nõ poteſt. Nec incendit niſi ignis,nec madeſcimus niſi humore: nec res vlla dat
alteri colorem,quem ipſa non habet. Primum eſt igitur,Vt apud nos valeant ea quæ vale-
re apud iudicem volumus:afficiamurque,antequàm afficere conemur. At quomodo fiet, vt
Motus in nobis excitãdi ratio. afficiamur? Neque enim ſunt motus in noſtra poteſtate. Tẽtabo etiam de hoc dicere. Quas
φαντασίας Græci vocant,nos ſanè Viſiones appellemus:per quas imagines rerum abſentiũ
ita repræſentantur animo,vt eas cernere oculis,ac præſentes habere videamur. Has quiſquis
bene conceperit,is erit in affectibus potentiſſimus. Hunc quidem dicunt εὐφαντασιωτὸν,qui
ſibi res,voces,actus,ſecundum verum optime finget:quod quidem nobis volentibus facile
continget. Nam vt inter ocia animorum,& ſpes inanes,& velut ſomnia quædam vigilan-
tium:ita nos hæ de quibus loquimur,imagines perſequuntur,vt peregrinari,nauigare, præ- K
liari,populos alloqui,diuitiarum quas non habemus,vſum videamur diſponere: nec cogi-
tare,ſed facere. Hoc animi vitium ad vtilitatem non transferemus? Vt hominem occiſum
queror: non omnia quæ in re præſenti accidiſſe credibile eſt,in oculis habebo? non percuſ-
ſor ille ſubitus erumpet? non expaueſcet circunuentus? exclamabit? vel rogabit? vel fugiet?
non ferientem,non concidentem videbo?non animo ſanguis, & pallor,& gemitus, extre-
De Orat. iij.&.iiij. Acad. AEneid. ix.&.x. mus denique expirantis hiatus inſidet? Inſequetur ἐναργεία, quæ à Cicerone Illuſtratio &
Euidentia nominatur:quæ non tam dicere videtur quàm oſtendere. & affectus non aliter,
quàm ſi rebus ipſis interſimus,ſequentur. An non ex his viſionibus illa ſunt? Excuſſi ma-
nibus radii,reuolutâque penſa:Et,Leuique patens in pectore vulnus. Et equus ille in funere
Pallantis,Poſitis qui inſignibus It lachrymans. Quid?non idem poeta penitus vltimi fati L
cepit imaginem?vt diceret,Et dulcis moriens reminiſcitur Argos. Vbi vero miſeratione
opus erit,nobis ea de quibus querimur accidiſſe credamus,atque id animo noſtro perſuadea
mus. Nos illi ſimus,quos grauia,indigna,triſtia paſſos queramur. Nec agamus rem quaſi
alienam,ſed aſſumamus parumper illum dolorem. Ita dicemus, quæ in ſimili noſtro caſu
dicturi eſſemus. Vidi ego ſepe hiſtriones atque comœdos, cum ex aliquo grauiore actu per-
ſonam diſpoſuiſſent,flentes adhuc egredi. Quòd ſi in alienis ſcriptis ſola pronũciatio ita fal
ſis accedit affectibus,quid nos faciemus,qui illa cogitare debemus,vt moueri periclitãtium
vice poſſimus? Sed in ſchola rebus quoque ipſis affici conuenit,eásque veras ſibi fingere:hoc
magis,quòd illic vt litigatores loquimur frequentius quàm vt aduocati. Orbum agimus, &
naufragum,& periclitãtem:quorum induere perſonas non attinet,niſi affectus aſſumimus. M

Hæc diſſimulanda mihi non fuerunt,quibus ipſe quantuſcunque ſum,aut fui,(Nã perue
niſſe me ad aliquod nomen ingenii credo)frequenter motus ſum,vt me non lachrymæ ſolũ
deprehenderent,ſed pallor,& vero ſimilis dolor.

A De Risu. Cap. III.

VIC diuersa virtus,quæ RISVM iudicis mouendo,& illos tristes soluit affectus,& animum ab intentione rerum frequéter auertit,& aliquando etiã Risus effectus.

H reficit,& à satietate vel à fatigatione renouat. Quãta sit autem in ea DIFFIcultas,vel duo maximi Oratores,alter græcæ,alter latinæ Eloquentiæ princi pes,docét. Nam plerique Demostheni facultatem huius rei defuisse credũt, Risus aptè mouẽdi difficultas.

Ciceroni modum. Nec videri potest noluisse Demosthenes,cuius pauca admodũ dicta, nec sanè cæteris eius virtutibus respõdentia,palàm ostendunt non displicuisse illi iocos, sed non contigisse: Noster vero, non solum extra iudicia, sed etiam in ipsis orationibus habitus est

B nimius risus affectator. Mihi quidem,siue id rectè iudico,siue amore immodico præcipui in Eloquentia viri laboro,mira quædã videtur in eo fuisse vrbanitas. Nam & in sermone quoti diano multa,& in altercationibus,& interrogandis testibus plura quàm quisquam, dixit facetè: & ipsa illa quæ sunt in Verrem dicta frigidius, aliis assignauit, & testimonii loco posuit: vt quô sunt magis vulgaria,eo sit credibilius illa ab Oratore non ficta,sed passim esse iactata. Vtinam Quintus,& libertus eius Tyro,aut alius quisquis fuit,qui tres hac de re libros edidit,parcius dictorum numero indulsissent,& plus iudicii in eligendis quàm in congerédis studii adhibuissent: minus obiectus calumniantibus foret, qui tamen nunc quoque, vt in omni eius ingenio facilius quid reiici,quàm quid adiici possit,inuenient. Affert autem summam rei difficultatem, Primũ,quòd ridiculum dictum plerunque falsum est, * hoc sem-

C per humile,sæpe ex industria deprauatum: præterea nunquam honorificum: tum varia hominum iudicia in eo,quia non ratione aliqua,sed motu animi quodam,nescio an enarrabili,iudicatur. Neque hoc ab vllo satis explicari puto,licet multi tentauerint, vnde Risus qui non solum facto aliquo dictóve,sed interdum quodã etiam corporis tactu * lacessitur. Præterea non vna ratione moueri solet. Neque enim acutè tantum ac venustè,sed stultè,iracundè,timidè dicta ac facta ridentur. Ideóque anceps eius rei ratio est,quòd à derisu non procul abest risus. Habet enim,vt Cicero dicit,sedẽ in deformitate aliqua & turpitudine. Quæ cum in aliis demonstrantur, Vrbanitas: cum in ipsum dicentem recidunt, Stultitia vocatur.

Vrbanitas Ciceronis. Act.iij.

Macrob. Sat.ij.cap.i

ij. de Orat.

Cum videatur autẽ res leuis,& quæ à scurris, mimis, insipientibus denique sæpe moueatur,tamen habet vim nescio an imperiosissimam,& cui repugnari minime potest. Erumpit

D enim inuitis sæpe,nec fultus ope: nec vultus modo ac vocis exprimit confessionem, sed totum corpus vi sua concutit. Rerum autem sæpe (vt dixi) maximarum momenta vertit,cum odium iramque frequentissimè frangat. Documento sunt iuuenes Tarentini, qui multa de Pyrrho Rege securius inter cœnam locuti,cum rationem facti reposcerentur,& neque negari res,neque defendi posset,risu sunt & opportuno ioco elapsi. Nanque vnus ex iis, Immo, inquit,nisi lagena defeciisset,occidissemus te. Eáque vrbanitate tota est inuidia criminis dissoluta. Verum hoc quicquid est,vt non ausim dicere carere omnino arte,quia nonnullã obseruationem habet,suntque ad id pertinẽtia,& à Græcis & à Latinis composita præcepta: ita planè affirmo præcipuè positũ in Natura & Occasione. Porro Natura non tãtùm in hoc

Val. lib.v. tit.i.

Natura qd ad risumvalet.

E valet,vt acutior quis atque habilior sit ad inueniendum: nam id sanè doctrina posset augeri: sed inest proprius quibusdam decor in habitu atque vultu, vt eadem illa minus dicente alio videantur vrbana esse. Occasioni vero & in rebus est tanta vis, vt sæpe adiuti ea non modo docti modo,sed etiam rustici salsè dicant, * in eum quisquis aliquid dixerit prior. Sunt enim lógè venustiora omnia in respondendo,quàm in prouocãdo. Accedit difficultati,quòd eius rei nulla exercitatio est,nulli præceptores. Vtique in conuiuiis & sermonibus multi dicaces: sed quia in hoc vsu quotidiano proficimus,oratoria vrbanitas rara,nec ex arte propria,sed ad hanc consuetudinem accommodata. Nihil autem vetabat & componi materias in hoc idoneas,vt controuersiæ permixtis salibus fingerentur: vel res proponi singulas ad iuuenum talem exercitationem. Quin illæ ipsæ,quæ DICTA sunt,ac vocantur, quas certis die-

Occasio.

Dicta.

F bus festæ licentiæ dicere solebamus,si paulum adhibita ratione fingerétur,aut aliquid in his serium quoque esset admixtum, plurimum poterant vtilitatis afferre: quæ nunc iuuenum, vel sibi ludentium exercitatio est. Pluribus autem nominibus in eadem re vulgo vtimur: quæ tamen si diducas,suam propriam quandam vim ostendent. Nam & VRBANITAS dicitur: qua quidem significari video sermonem præ se ferentem in verbis,& sono,& vsu proprium quédam * gestum vrbis, & sumptam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem: denique cui contraria sit RVsticitas. VENVSTVM esse, quod cum gra-

Vrbanitas.

Rusticitas.

Venustum

h.v.

Salsum. tia quadam & venere dictum apparet. SALSVM in consuetudine pro ridiculo tãtùm G
ij.de Orat. accipimus : natura non vtique hoc est : quanquam & ridicula oporteat esse falsa. Nam & Cicero, omne quod falsum sit, ait esse Atticorum : non quia sunt maximè ad risum compositi: & Catullus cum dicit, Nulla in tam magno corpore mica salis, * hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur erit quod non erit insulsum, velut quoddam simplex orationis condimẽtum: quod sentitur latẽte iudicio, & velut palatum excitat, quod & à tædio defendit orationem. Sanè tamen, vt ille in cibis paulo liberalius asperſus, si tamẽ non sit immodicus, affert aliquid propriæ voluptatis : ita hi quoque in dicẽdo habent quiddam, quod
Facetum. nobis faciat audiẽdi sitim. FACETVM quoque non tãtùm circa ridicula opinor cõsistere. Neque enim diceret Horatius, facetum carminis genus natura cõcessum esse Virgilio. Decoris hanc magis, & excultæ cuiusdam elegantiæ appellationem puto. Ideóque in Epistolis Cicero hæc Bruti refert verba, Ne vlli sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti mollius. H
Ser.i.Sat.x Quod cõuenit cum illo Horatiano, Molle atque facetum Virgilio. IOCVM vero acci
Iocus. pimus, quod est cõtrarium serio. Nam & fingere, & terrere, & promittere interim, iocus est.
Dicacitas. DICACITAS sine dubio à dicẽdo, quod est omni generi commune, ducta est : propriè tamẽ significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Ideo Demosthenem vrbanum
Ridiculũ. fuisse dicũt, dicacem negãt. Proprium autem materiæ, de qua nunc loquimur, est RIDICVLVM. Ideôque hæc tota disputatio a Græcis περὶ γελοίου inscribitur. Eius prima Diuisio traditur eadẽ, quæ est omnis orationis, vt sit positũ in Rebus, aut in Verbis. Vsus autẽ * maximè simplex. Aut enim ex aliis risum petimus, aut ex nobis, aut ex rebus mediis.
Aliena aut reprehẽdimus, aut refutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus. I
ij.de Orat. Nostra, ridicula indicamus, & vt verbo Ciceronis vtar, dicimus aliqua subabsurda. Nãque eadem, quæ si imprudẽtibus excidãt, stulta sunt : si simulamus, venusta credũtur. Tertium est genus, vt idẽ dicit, in decipiẽdis expectationibus, dictis aliter accipiẽdis, cæterisque, quæ
Facto risus neutram personam contingũt. Ideóque à me Media dicũtur. Item, Ridicula aut facimus,
cõciliatur. aut dicimus. FActo risus cõciliatur interim admixta grauitate : vt, Marcus Cæcilius Prætor, cum sellam eius curulem Consul Isauricus fregisset, alteram posuit loris intentam. Dicebatur autem COS. à patre aliquãdo cæsus flagris. Interim sine respectu pudoris, vt in illa
Pro Cælio. pyxide Cæliana. Quod neque Oratori, neque vlli graui viro cõueniat. Idem autem si vultu, gestuque ridiculo dictum sit, in quibus est quidem summa gratia, sed maior cum captare risum non videntur. Nihil enim ex iis quæ dicũtur falsa, dicitur insulsius. Quanquam autem K
gratiæ plurimum dictis seueritas affert, fitque ridiculum id ipsum, quia qui dicit non ridet: est tamen interim, & aspectus & habitus oris, & gestus non inurbanus, cum iis modus contingit. Id porro, quod dicitur, aut est Lasciuum, aut Hilare, qualia Galbæ pleraque: aut Cõ tumeliosum, qualia nuper Iunii Bassi: aut Asperum, qualia Cassii Seueri: aut Lene, qualia Domitii Afri. Refert iis vbi quis vtatur. Nam in conuictibus, & quotidiano sermone Lasciua humilibus, Hilaria omnibus conueniunt. Ludere nunquam velimus, longéque absit: propositum illud, Potius amicum quàm dictum perdidi. In hac quidem pugna forensi malim mihi lenibus * interdicere: quãquam & contumelioſe & asperè dicere in aduersarios permissum est: cum accusare etiam palàm, & caput alterius iustè petere concessum sit. Sed hic quoque tamen inhumana videri solet fortunæ insectatio: vel quia culpa caret, vel quia recide L
Ridẽdimo re etiam in ipsos, qui obiecerunt, potest. Primum itaque considerandum est, & Quis, &
dus seruan Qua causa, & Apud quem, & In quem, & Quid dicat. Oratori minimè conuenit distortus
dus. vultus, gestusque, quæ in mimis rideri solent. Dicacitas etiam scurrilis & scenica huic personæ alieniſſima est. Obscœnitas vero non à verbis tantùm abesse debet, sed etiam à significatione. Nam siquando obiici potest, non in omni loco exprobrãda est. Oratorem præterea, vt dicere vrbanè volo, ita videri affectare id, planè nolo. Quapropter ne dicet quidem salsè quoties poterit: & dictum potius aliquando perdet, quàm minuet authoritatem. Nec accusatorem autem atroci in causa, nec patronum in miserabili iocantem feret quisquam.
Sunt etiam Iudices quidam tristiores, quàm vt risum libenter patiantur. Solet interim accidere, vt id quod in aduersarium dicimus, aut in iudicem conueniat, aut in nostrum quo- M
que litigatorem: quanquam aliqui reperiuntur qui ne id quidem, quod in ipsos recidere possit, euitent. Quod fecit Longus Sulpitius, qui cum ipse fœdissimus esset, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis, dixit. Cui respondens Domitius Afer, Tu, inquit, ex animi sententia Longe? Qui malam faciem habet, liber non est?
Vitãdum etiam, Ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempori alienũ, ne præparatum,

A ne domo allatum videatur,quod dicimus. Nam aduerſus miſeros,ſicut ſupra dixeram,inhu
manus eſt iocus. Sed quidam ita ſunt receptæ authoritatis, & notæ verecundiæ, vt nocitura
ſit in eos dicendi petulantia. Nam de amicis iam præceptum eſt. Illud non ad orandi ferè
cõſilium,ſed ad omnes pertinet. Ne laceſſat hoc modo, quem lædere ſit periculoſum, ne aut
inimicitiæ graues inſequantur, aut turpis ſatisfactio. Male etiam dicitur, quod in plures
conuenit,ſi aut nationes totæ inceſſantur, aut ordines, aut conditio, aut ſtudia multorum.
Ea quæ dicit vir bonus,omnia ſalua dignitate ac verecundia decent. Nimium enim riſus pre
cium eſt,ſi probitatis impendio conſtat. Vnde auté concilietur riſus, & quibus ex locis pe Riſus vnde
ti ſoleat,difficillimum eſt dicere. Nam ſi ſpecies omnes perſequi velimus, nec modum repe- cõcilietur,
riemus,& fruſtra laborabimus. Neque numeroſi minus ſunt loci,ex quibus hæc dicta,quam & eius ſpe
B illi ex quibus eæ quas ſententias vocamus,ducuntur,neque alii. Nam hic quoque eſt inuẽtio cies.
& elocutio,atque ipſius elocutionis vis alia in verbis,alia in figuris. Riſus igitur oriuntur,
aut ex corpore eius in quem dicimus, aut ex animo qui factis ab eo dictisque colligitur, aut
ex iis quæ ſunt extra poſita. Intra hæc enim eſt omnis vituperatio: quæ ſi grauius poſita ſit,
*ſeria ſit: ſi leuius,ridicula. Hæc aut oſtenduntur,aut narrantur, aut dicto notantur. Ra- ij. de Orat.
rum eſt autem,vt oculis ſubiicere contingat,vt fecit C. Iulius, qui cum Helmio Manciæ ſæ-
pius obſtrepenti ſibi diceret,Iam oſtendam qualis ſis: isque planè inſtaret interrogatione,
qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet, digito demonſtrauit imaginem galli in ſcuto Mariano
Cimbrico pictam, cui Mancia tum ſimillimus eſt viſus. Tabernæ autem erant circa forum,
ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. Narrare quæ falſa ſint,in primis eſt ſubtile,& orato-
C rium: vt Cicero pro Cluentio narrat de Cepaſio atque Fabritio: ac Marcus Cælius de illa
C. Lælii Collegæque eius in prouinciam feſtinantiũ contentione. Sed in his omnibus cum
elegans & venuſta exigitur tota expoſitio,tum id eſt feſtiuiſſimũ,quod adiicit Orator. Nam
à Cicerone ſic eſt Fabritii fuga illa * condita, Itáque cũ callidiſſimè ſe putaret dicere, & cum Pro Cluẽt.
illa verba grauiſſima ex intimo artificio deprompſiſſet: Reſpicite,inquit,hominũ fortunas,
reſpicite varios durósque caſus,reſpicite C. Fabritii ſenectutem. Cum hoc reſpicite, ornandæ
orationis cauſa ſæpe dixiſſet,reſpexit ipſe. At Fabritius à ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat,
& cætera quæ adiecit: nam eſt notus locus. cum in re hoc ſolum eſſet,Fabritium à iudicio re-
ceſſiſſe. Et Cælius cum omnia venuſtiſſimè finxit, * tum illud vltimũ,Hic ſubſecutus: Quo-
modo tranſierit,vtrum rate,an piſcatorio nauigio,nemo ſciebat. Siculi quidem,vt ſunt laſci-
D ui & dicaces, aiebant in Delphino ſediſſe,& ſic tanquam Ariona tranſuectum. In narrando
autem Cicero conſiſtere facetias putat,dicacitatem in iaciendo. Mirè fuit in hoc genere ve-
nuſtus Afer Domitius, cuius orationibus complures huiuſmodi narrationes inſertæ repe-
riũtur: ſed dictorũ quoque ab eodem vrbanè ſunt editi libri. Illud quoque genus eſt poſi-
tum non in hac veluti iaculatione verborum, & incluſa breuiter vrbanitate, ſed in quodam
longiore actu: quod de Craſſo cõtra Brutum Cicero in ſecũdo de Oratore libro,& aliis qui- Cic. ij. de
buſdam locis narrat. Nam cum Brutus in accuſatinone * Cn. Planci,ex duobus lectoribus Orat.
oſtendiſſet contraria L. Craſſum patronum eius in oratione quam de Colonia Narbonenſi
habuerat,ſuaſiſſe, iis,quæ de lege Seruilia dixerat, tres excitauit & ipſe lectores, isque patris
eius dialogos dedit legendos: quorum cum in Priuernati vnus,alter in Albano,tertius in Ti
E burti ſermonem habitum complecteretur,requirebat vbi eſſent eæ poſſeſſiones. Omneis au-
tem illas Brutus vendiderat: & cum paterna manciparet prædia,turpis habebatur. Simi-
lis in Apologis quoque,& quibuſdam etiam interim hiſtoriis exponendis gratia conſequi ſo
let. Sed acutior eſt illa,atque velocior in vrbanitate breuitas. Cuius quidem duplex eſt for Dicendo.
ma,dicendi,ac reſpondendi: ſed ratio communis in parte. Nihil enim in laceſſendo dici po Reſpondẽ
teſt,quod non etiam in repercutiendo. At propria quædam ſunt reſpondentium, illa etiam do.
ira concitati afferre ſolẽt: hæc plerunque in altercatione,aut in rogandis teſtibus requirũtur.

Cum ſint autem loci plures, ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendũ eſt mihi, non
omneis eos Oratoribus conuenire. In primis autem ex Amphibolia, neque illa obſcura,
quæ Atellanæ more captent,nec qualia vulgo iactantur, viliſſimo quoque cõuerſa in maledi
F ctum ferè ambiguitate. Ne illa quidem, quæ Ciceroni aliquando, ſed non in agendo exci-
derunt,vt dixi,cum is candidatus qui coqui filius habebatur,coram eo ſuffragiũ ab alio pete
ret,Ego quoque tibi fauebo. Non quia excludenda ſint omnino verba duos ſenſus ſignificã-
tia,ſed quia raro belle reſpondeant,niſi cum prorſus rebus ipſis adiuuantur. Quare non hoc
modo penè & ipſum ſcurrile Ciceronis eſt in eundem, de quo ſupra dixi, Iſauricum, Miror
quid ſit, quòd pater tuus homo conſtãtiſſimus te nobis varium reliquit. Sed illud ex eodem

genere præclarum,cum obiiceret Miloni accuſator in argumentum factarum Clodio inſidia G
rum,quòd Bouillas ante horam nonam diuertiſſet,vt expectaret dum Clodius à villa ſua exi
ret: & idétidem interrogaret,quo tempore Clodius occiſus eſſet, reſpondit, Sero. Quod vel
ſolũ ſufficit,vt hoc genus non totum repudietur. Nec plura modo ſignificari ſolét, ſed etiam
diuerſa: vt Nero de ſeruo peſſimo dixit,Nulli apud ſe plus fidei haberi,nihil ei neque occlu
ſum neque obſignatum eſſe. Peruenit res vſque ad AEnigma: quale eſt Cicronis in Pleto-
rium Fonteii accuſatorem,cuius matrem dixit,dum vixiſſet,ludum: poſtquam mortua eſ-
ſet,magiſtros habuiſſe. Dicebantur autem, dum vixit, infames fœminæ ad eam conuenire
ſolitæ,poſt mortem eius bona venibant:quanquam hic Ludus per translationem dictus eſt,
Magiſtri per ambiguitatem. In Metalepſin quoque cadit ratio dictorum: vt Fabius Maxi
mus incuſans Auguſti congiariorum,quæ amicis dabantur,exiguitatem, * heminaria eſſe di H
xit. Nam congiarium cum ſit commune liberalitatis atque menſuræ,à mẽſura ducta immi-
nutio eſt rerum. Et hæc tam frigida,quàm eſt nominum fictio,adiectis,detractis, mutatis
literis:vt Aciſculum,quia eſſet pactus, Paciſculum: & Placidum nomine,quia is acerbus na
tura eſſet,Acidum: & Tullium,cum fur eſſet,Tollium dictos inuenio. Sed hæc eadem gene
ra commodius in rebus,quàm in nominibus reſpondent. Afer enim venuſtè Manlium Su-
ram multum in agendo diſcurſantem,ſalientem,manus iactantem, togam deiiciẽtem & re-
ponẽtem,non agere dixit,ſed ſatagere. Eſt enim dictum per ſe vrbanum Satagere, etiã ſi nul-
la ſubſit alterius verbi ſimilitudo. Fiunt & detracta,& adiecta aſpiratione,& binis coniun
ctis verbis,ſimiliter ſæpius frigida, aliquãdo tamen recipienda. Eadémque conditio eſt in
iis,quæ à nominibus trahũtur. Multa ex hoc Cicero in Verrem, ſed vt ab aliis dicta. Modo I
futurum, vt omnia verreret, cum diceretur Verres: modo Herculi quem expilauerat, mo-
Act.iij. leſtiorem apro Erymanthio fuiſſe: modo malum Sacerdotem,qui tam nequam Verrem re-
liquiſſet: quia Sacerdoti Verres ſucceſſerat. Præbet tamen aliquando occaſionem quæ-
dam felicitas hoc quoque genere bene vtendi: vt pro Cecinna Cicero in teſtem Sex. Clo-
dium Phormionem,Nec minus niger,inquit,nec minus confidens,quàm ille Terentianus
eſt Phormio. Acriora igitur ſunt & elegantiora,quæ trahuntur ex vi rerum. In his maxi-
mè valet Similitudo,ſi tamen ad aliquid inferius leuiusque referatur: qua iam veteres illi io-
Pli.lib. vij. cabantur,qui Lentulum Spintherem, & Scipionem Serapionem eſſe dixerunt. Sed ea non
cap.xij. ab hominibus modo petitur,verumetiam ab animalibus: vt nobis pueris Iunius Baſſus,
Val. lib.ix. homo in primis dicax,Aſinus albus vocabatur. Et Sarmentus ſeu Publius Bleſſus Iunium K
tit.xv. hominem nigrum & macrum & pandum, fibulam ferream dixit. Quod nunc riſus petendi
Cic. ad At genus frequentiſſimum eſt. Adhibetur autem ſimilitudo interim palàm,interim inieri ſo
tic.lib.vi. let parabolæ: cuius eſt generis id Auguſti, qui militi libellum timidè porrigenti, Noli, in-
quit,dubitare,tanquam aſſem elephanto des. Sunt quædam etiam veriſimilia: vnde Vati-
nius, * cum reus agente in eum Caluo,candido frontem ſudario tergeret,idque ipſum accu-
ſator in inuidiam vocaret: Quanuis reus ſum, inquit, & panem candidum edo. Adhuc
eſt ſubtilior illa ex ſimili Translatio, cum quod in alia re fieri ſolet, in aliam mutuamur. Ea
dicatur ſanè Fictio:vt Chryſippus, cum in triumpho Cæſaris eburnea oppida eſſent transla
ta,& poſt dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas eſſe oppidorum Cæſaris dixit. Et Pedo
de mirmilone, qui retiarium conſequebatur,nec feriebat, Viuum,inquit,capere vult. Iun- L
gitur Amphiboliæ ſimilitudo: vt L.Galba qui pilam negligenter petenti, Sic, inquit, petis
tanquam Cæſaris candidatus. Nam illud petit ambiguum eſt,ſecuritas ſimilis. Quod hacte
nus oſtendiſſe ſatis eſt. Cæterum frequentiſſima aliorum generum cum aliis mixtura eſt:
eáque optima,quæ ex pluribus conſtat. Eadem diſſimilium ratio eſt. Hinc Eques Romanus,
ad quem in ſpectaculis bibentem cum miſiſſet Auguſtus,qui ei diceret,Ego ſi prandere volo,
domum eo: Tu enim,inquit,non times, ne locum perdas. E contrario non vna ſpecies.
Neque enim eodem modo dixit Auguſtus Præfecto,quem ignominia notabat, ſubinde in-
terponenti precibus,Quid reſpondebo patri meo? Dic me tibi diſplicuiſſe. Quo Galba penu
lam roganti,Non poſſum commodare: domi maneo, cum cœnaculum eius perplueret.

Tertium adhuc illud,ſiquidem vt ne auctorem ponam,verecundia ipſius facit, Libidino M
ſior es quàm vllus ſpado. quo ſine dubio & opinio decipitur, ſed ex contrario. Et hoc
ex eodem loco eſt,ſed nulli priorũ ſimile,quod dixit Marcus Veſtinius, cum ei * nunciatum
eſſet,* Aliquando deſinet putere. Onerabo librum exemplis,ſimilémque iis, qui riſus gratia
componũtur,efficiã,ſi perſequi voluero ſingula veterũ. Ex omnibus argumẽtorũ locis eadẽ
occaſio eſt. Nam & Finitione vſus eſt Auguſtus de Pãtomimis duobus,qui alternis geſti-

A bus contẽdebant,cum eorum alterum ſaltatorem dixit,alterum interpellatorem. Et partitione Galba,cum penulam roganti reſpondit,Non pluit,non eſt opus tibi:ſi pluit,ipſe vtar. Proinde genere,ſpecie,propriis,differentibus,iugatis,adiunctis,conſequentibus, antecedentibus,repugnantibus,cauſis,effectis,comparatione parium,maiorum,minorum,ſimilis,materia præbetur.Sicut in tropos quoque omnes cadunt.An non plurima κατ' ὑπερβολὴν dicũtur? quale refert Cicero de Memmio homine prælongo,Caput eum ad fornicem Fabii * offendiſſe.Et quod P.Oppius dixit de genere Lentulorum,cum aſſiduè minores parẽtibus liberi eſſent in naſcendo.* Interim vtrunque. Quid Ironia? nonne etiam quæ ſit veriſſima, loci propè genus eſt? Qua vrbane vſus eſt Afer,cum Didio Gallo, qui prouinciam ambitioſiſſimè petierat,deinde impetrata ea tanquam coactus querebatur, Age inquit,aliquid,& Rei-
B publicæ cauſa elabora.Quáque Cicero vſus eſt,cum Vatinii morte nũciata, cuius parum certus dicebatur author,Interim,inquit,vſura fruar. Idem per Allegoriam Marcum Cælium melius obiicientem crimina quàm defendentem,Bonam dexteram,malam ſiniſtram habere dicebat. Emphaſi * Iulius dixit,Ferrum * Accium Nauium incidiſſe. Figuras quoque mentis,quæ σχήματα διανοίας dicuntur,res eadem recipit omneis , in quas nonnulli diuiſerunt ſpecies dictorum.Nam & interrogamus,& dubitamus,& affirmamus,& minamur, & optamus.Quædam vt miſerantes,& quædam vt iraſcentes dicimus. Ridiculum eſt autem omne,quod apertè fingitur.Stulta reprehendere facillimum eſt.nam per ſe ſunt ridicula.Sed rem vrbanam facit aliqua ex nobis adiectio.Stulte interrogauerat exeuntem de theatro Car-
C pathium Tityus Maximus , an ſpectaſſet : fecit Carpathius dubitationem eius ſtultiorem dicẽdo,Non,ſed in orcheſtra pila luſi. Refutatio,cum ſit in negando,redarguendo,defendẽdo,eleuãdo.Ridicule negauit Mãnius Curius. Nam cum eius accuſator in Sipario omnibus locis,aut nudum eum in neruo,aut ab amicis redemptũ ex alea pinxiſſet, Ergo ego (inquit) nũquam vici. Redarguimus interim apertè,vt Cicero Vibium Curium multum de annis ætatis ſuæ mẽtientem,Tum ergo cum vna declamabamus,non eras natus. Interim & ſimulata aſſenſione,vt idem Fabiæ Dolabellæ dicenti,triginta ſe annos habere : Verũ eſt, inquit,nam hoc iam viginti annis audio. Belle interim ſubiicitur pro eo quod neges,aliud mordacius,vt Iunius Baſſus querente Domitia Paſſieni,quòd incuſans eius ſordes , calceos eam veteres diceret vendere ſolere : Non mehercules,inquit,hoc vnquam dixi, ſed emere te
D ſolere. Defenſionem imitatus eſt eques Romanus,qui obiicienti Auguſto, quòd patrimonium comediſſet: Meum,inquit,putaui. Eleuãdi ratio eſt duplex,vt aut veniam quis, aut iactantiam minuat.Quemadmodum C.Cæſar Pomponio oſtẽdenti vulnus ore exceptum in ſeditione Sulpitiana,quod ipſe ſe paſſum pro Cæſare pugnantem gloriabatur, Nunquam fugiens reſpexeris,inquit.Aut crimen obiectum,vt Cicero obiurgãtibus quòd ſexagenarius Popiliam virginem duxiſſet, Cras mulier erit,inquit. Hoc genus dicti, Conſequens vocant quidam:atque illi ſimile,quo Cicero Curionem ſemper ab excuſatione ætatis incipientem, facilius quotidie proœmium habere dixit . quia iſta natura ſequi,& cohærere videantur. Sed eleuãdi genus eſt etiam cauſarum relatio,qua Cicero eſt vſus in Vatinium, qui pedibus æger, cum vellet videri commodioris valetudinis factus,& diceret ſe iam bina milia paſſuum ambulare : Dies enim,inquit,longiores ſunt.Et Auguſtus nunciantibus Tarraconenſibus pal-
E mam in ara eius enatam,Apparet, inquit,quàm ſæpe accendatis. Tranſtulit crimen Caſſius Seuerus.Nam cum obiurgaretur à Prætore,quòd aduocati eius L.Varo Epicureo Cæſaris amico conuicium feciſſent,Neſcio,inquit,qui cõuiciati ſint,& puto Stoicos fuiſſe. Repercutiendi multa ſunt genera:venuſtiſſimum quod etiam ſimilitudine aliqua verbi adiuuatur : vt Thracallus dicenti * Suellio,Si hoc ita eſt,is in exilium : ſi non eſt ita, * redii,inquit. Eluſit Caſſius Seuerus,obiiciente quodam quòd ei domo ſua Proculeius interdixiſſet,reſpõdendo, Nunquid ego illuc accedo? Sic eluditur & ridiculũ ridiculo:vt diuus Auguſtus,cum ei Galli torquem aureum centum pondo dediſſent, & Dolabella per iocum,tẽtans tamen ioci ſui euentum,dixiſſet,Imperator torque me dona : Malo te,inquit,ciuica donare. Mendacium quoque mendacio:vt Galba dicẽte quodam, Victoriato ſe vno in Sicilia quinque pe-
F des longam murenam emiſſe : Nihil,inquit, mirum : Nam tibi tam longæ naſcũtur, vt iis piſcatores pro * teſtibus vtantur. Contraria eſt neganti cõfeſſionis ſimulatio,ſed ipſa quoque multum habet vrbanitatis.Sic Afer cum ageret contra libertum Claudii Cæſaris , & ex diuerſo quidam conditionis eiuſdem cuius erat litigator exclamaſſet, Præterea tu ſemper in libertos Cæſaris dicis? Nec mehercule,inquit, quicquam proficio. Cui vicinũ eſt, non negare quod obiicitur,cum & id palàm falſum eſt,& inde materia bene reſpondendi datur : vt

ij. de Orat.

Ironia.

Allegoria.

Emphaſi.

Refutatio negando.

Redarguẽdo.

Defendendo.

Eleuando.

Repercutiẽdi gña.

Cõfeſſiõis ſimulatio.

Cic.ij.de Orat.

Catulus dicenti Philippo, Quid latras? Furem video,inquit. In ſe dicere, non eſt ferè niſi ſcurrarum,& in Oratore vtique minimè probabile. Quod fieri totidem modis,quot in alios poteſt. Ideóque hoc quanuis frequẽs ſit,tranſeo. Illud vero etiamſi ridiculum & indignũ, tamen eſt homini tolerabile,quod aut turpiter,aut impotẽter dicitur. Quod feciſſe quẽdam ſcio,qui humiliori liberè aduerſus ſe loquenti,Colaphum,inquit, tibi ducam, & formulam ſcribam,quòd caput durum habeas. Hic enim dubium eſt, vtrum ridere audientes, an indignari debuerint. Supereſt Genus Decipiẽdi opinione, aut dicta aliter intelligẽdi, quæ ſunt in omni hac materia vel venuſtiſſima. Inopinatum,& à laceſſente poni ſolet: quale eſt quod refert Cicero, Quid huic abeſt,niſi res & virtus? Aut illud Afri,Homo in agẽdis cauſis optimè veſtitus. Et in Occurrendo,vt Cicero audita falſa Vatinii morte, cum Ouinium liberum eius interrogaſſet, Recténe omnia? dicenti,Rectè. Mortuus eſt,inquit. Plurimus autem circa Simulationem & Diſſimulationem riſus eſt, quæ ſunt vicina,& propè eadem: ſed Simulatio eſt certam opinionem animi ſui imitantis: Diſſimulatio,aliena parum ſe intelligere fingẽtis. Simulauit Afer,cum in cauſa ſubinde dicentibus,Celſinam * diceret,cognouiſſet,quæ erat potens fœmina: Quis eſt,inquit,iſte? Celſinam enim videri ſibi virum finxit. Diſſimulauit Cicero,cum Sex. Annalis teſtis reum læſiſſet: & inſtaret idẽtidem accuſator ei, Dic Marce Tulli, nunquid potes de Sexto Annali? Verſus tunc dicere cœpit de libro Ennii Annali ſexto, Qui potis ingẽtis cauſas euoluere belli. Cui ſine dubio frequẽtiſſimam dat occaſionem ambiguitas: vt Caſſelio, qui conſultori dicenti, Nauem diuidere volo: Perdes, inquit. Sed auerti intellectus etiam aliter ſolet, cum ab aſperioribus ad leniora deflectitur: vt qui interrogatus,quid ſentiret de eo,qui in adulterio deprehenſus eſſet: Tardũ fuiſſe reſpódit. Ei confine eſt, quod dicitur per Suſpitionem: quale illud apud Ciceronem, Querenti quòd vxor ſua è fico ſe ſuſpẽdiſſet: Rogo des mihi ſurculum ex illa arbore,vt inſeram. Intelligitur enim quod non dicitur. Et hercle omnis falſè dicẽdi ratio in eo eſt, vt aliter quàm eſt, rectũ verũmque dicatur. quod fit totum fingẽdis aut noſtris, aut alienis perſuaſionibus, aut dicẽdo quod fieri non poteſt. Aliena finxit Iuba,qui querenti, quòd ab equo ſuo eſſet aſperſus, Quid tu,inquit,me hippocentaurum putas? Sua C. Caſſius, qui militi ſine gladio diſcurrenti,Heus commilito,pugno bene vteris,inquit. Et Galba de piſcibus,qui cum pridie ex parte * adeſi,& verſati,poſtero die appoſiti eſſent,Feſtinemus,alii ſubcœnant,inquit. Tertium illud Ciceronis (vt dixi) aduerſus Curium,Fieri enim certè non poterat,vt cum declaret,natus non eſſet. Eſt & illa ex Ironia fictio,qua vſus eſt C. Cæſar. Nam cum teſtis diceret à reo fœmina ſua ferro petita,& eſſet facilis * reprehẽſio, cur illam potiſſimum partem corporis vulnerare voluiſſet: Quid enim faceret,inquit, cum tu galeam & loricam haberes?

Decipiẽdi ratio.

Inopinatũ

Occurrẽdo

Simulãdo.

ij.de Orat.

Aliena fingendo.

Sua fingendo.

Simulatio cõtra ſimulantem.

Vel optima eſt Simulatio contra ſimulantem: qualis illa Domitii Afri fuit, Vetus habebat teſtamentum,& vnus ex amicis recẽtioribus ſperans aliquid ex mutatione tabularum, falſam tabulam intulerat,conſulens eum, an primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema iudicia, Noli,inquit,facere,offendis illum. Iucundiſſima ſunt autem ex his omnibus Lenia,& (vt ſic dixerim) boni ſtomachi: vt Afer ingrato litigatori conſpectum eius vitãti,in foro per nomẽculatorem miſſum ad eum,Amas me,inquit,quòd non te vidi. Et diſpẽſatori,qui cum ad aliqua nõ reſpõderet, dicebat ſubinde, Non comedi panẽ,& aquam bibo: Paſce,& redde quod debes. Quæ ὑπαιωγὰς vocant. Eſt gratus iocus,qui minus exprobrat quàm poteſt: vt idem dicenti candidato,Semper domum tuam colui: cum poſſet palàm negare,Credo,inquit,& verum eſt. Interim de ſe dicere ridiculum eſt: & quod in alium,ſi abſentem diceret,vrbanũ non erat,quoniam ipſi palàm exprobratur, mouet riſum: quale Auguſti eſt,cum ab eo miles neſcio quid improbè peteret,veniret cõtrà Martianus,quem ſuſpicabatur & ipſum aliquid iniuſtè rogaturum: Non magis,inquit,faciam commilito quæ petis,quàm quod Martianus à me petiturus eſt. Adiuuant vrbanitatem & Verſus commodè poſiti,ſeu toti vt ſunt. quod adeo facile eſt,vt Ouidius ex tetraſticho Macri camine librũ in malos poetas compoſuerit. Quod fit gratius,ſiqua etiam ambiguitate conditur: vt Cicero in Accium hominem callidum & verſutum,cum is in quadam cauſa ſuſpectus eſſet, Niſi qua Vlyſſes rate euaſit Laertius: Seu verbis ex parte mutatis,vt in eum, qui cum antea ſtultiſſimus eſſet habitus,poſt acceptam hæreditatem primus ſententiam rogabatur,Cuius hæreditas eſt,quam vocant ſapientiam: pro illo * facultas eſt: * Seu fictis nouis verſibus. Simile eſt quod παροιμία dicitur,& Prouerbia oportune aptata,vt de homine in aquã lapſo, & vt alleuaretur rogãti, Tollat te qui non nouit. Ex Hiſtoria etiam ducere vrbanitatem,eruditum: vt Cicero fecit,cum ei teſtem in iudicio Verris roganti dixiſſet Hortenſius, Non in-

Simulatio cõtra ſimulantem.

Verſus vrbani.

Horat. Epiſto. i. ad Sæuam.

A telligo hæc ænigmata: Atqui debes, inquit, cum ſpingem domi habeas. Acceperat autem ille à Verre ſphingem æneam, magnæ pecuniæ. Subabſurda illa conſtant ſtultis ſimili imitatione, & quæ niſi fingantur, ſtulta ſunt: vt qui mirantibus quòd humile cãdelabrum emiſſet, Pranſorium erit, inquit. Sed illa ſimilia abſurdis ſunt acria, quæ tanquam ſine ratione dicta ſeruntur, vt ſeruus Dolabellæ, cum interrogaretur, an dominus eius auctionem propoſuiſſet, Domum, inquit, vendidit. Deprehenſi interim pudorem ſuum ridiculo aliquo explicant: vt qui teſtem dicentem ſe à reo vulneratum, interrogauerat, an cicatrices haberet: cum ille, ingentem in femore oſtendiſſet, Latus, inquit, oportuit. * Contumeliis quoque vti belle datur: vt Hiſpo obiicienti bis acerba crimina accuſatori, Mentiris, inquit. Et Fuluius propinquus Legato interroganti, An in tabulis quas proferebat, chirographus eſſet: Et
B verus, inquit, domine. Has aut accepi ſpecies, aut inueni frequẽtiſſimas, ex quibus ridicula ducerentur. Sed repetam neceſſe eſt, infinitas eſſe tam falſè dicẽdi, quàm ſeuerè: quas præſtat Perſona, Locus, Tẽpus, Caſus deniq;, qui eſt maximè varius. Itáque hæc ne omiſiſſe viderer, attigi: illa autem quæ de vſu ipſo, & modo iocandi complexus ſum, adeo infirma, ſed plane neceſſaria. His adiicit Domitius Marſus, qui de Vrbanitate diligentiſſimè ſcripſit, quædam non ridicula, ſed cuilibet ſeueriſſimæ orationi conueniẽtia, eleganter dicta, & proprio quodam lepore iucũda: quæ ſunt quidem vrbana, ſed riſum tamen non habẽt. Neque enim ei de riſu, ſed de vrbanitate eſt opus inſtitutum, quam propriam eſſe noſtræ ciuitatis ait: &
C ſero ſic intelligi cœptam, poſtquam Vrbis appellationem, etiam ſi nomẽ propriũ non adiiceretur, Romam tamen accipi ſit receptum: eámque ſic finit, Vrbanitas eſt virtus quædam in breue dictum coacta, & apta ad delectandos mouẽdosque homines in omnem affectum, maximè idonea ad reſiſtendũ, vel laceſſendum, prout quæque res ac perſona deſiderat. Cui ſi breuitatis exceptionẽ detraxeris, omneis orationis virtutes complexa ſit. Nam ſicut iſta rebus & perſonis, & quod in vtriſque oporteat dicere, perfectæ Eloquentiæ eſt. Cur autem breuem eam eſſe voluerit, neſcio quidem. At quam in eodem libro dicat fuiſſe, & in multis narrandi vrbanitatem, paulo poſt ita finit, Catonis (vt ait) opinionem ſequutus, Vrbanus homo erit, cuius multa bene dicta reſponſaque erunt, & qui in ſermonibus, circulis, conuiuiis, item in concionibus, omni denique loco ridicule, commodéque dicet. Riſus erunt, quæcunque hæc faciet Orator. Quas ſi recipimus finitiones, quicquid bene dicetur & vrbanè, Dicti
D nomen accipiet. Cæterum illi, qui hoc propoſuerat, cõſentanea fuit illa diuiſio, vt dictorum vrbanorũ, alia ſeria, alia iocoſa, alia media faceret. Nam eadem eſt omnium bene dictorum. Verum mihi etiam iocoſa quædam videntur poſſe non ſatis vrbanè referri. Nam meo quidem iudicio, illa eſt Vrbanitas, in qua nihil abſonum, nihil agreſtè, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque ſenſu, neque verbis, neque ore, geſtuve poſſit deprehendi: vt non tam ſit in ſingulis dictis, quàm in toto colore dicendi: qualis apud Græcos, Atticiſmos ille redolens Athenarum proprium ſaporem. Ne tamen iudicium Marſi hominis eruditiſſimi ſubtrahã: Seria partitur in tria genera, Honorificũ, Cõtumelioſum, Medium. Et Honorifici ponit exẽplum Ciceronis quoque pro Ligario apud Cæſarẽ, Qui nihil ſoles obliuiſci, niſi iniurias. Et
E Cõtumelioſi, quod Attico ſcripſit de Pompeio & Cæſare, Habeo quem fugiam, quem ſequar non habeo. Et Medii, quod ἀπροσδιορίστως vocat, & eſt cum ita dixit, Neque grauem mortem accidere forti viro poſſe, neque immaturam Conſulari, neque miſeram ſapienti. Quæ omnia ſunt optimè dicta: ſed cur propriè nomen Vrbanitatis accipiant, non video. Quod ſi non ſolum totum (vt mihi videtur) orationis color meretur, ſed etiam ſingulis dictis tribuendum eſt: illa potius vrbana eſſe dixerim, quæ ſunt generis eiuſdem, quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non ſunt: vt de Pollione Aſinio ſeriis iocisque pariter accommodato dictum eſt, Eſſe eum omnium horarum. Et de actore facile dicente ex tempore, Ingenium eum in numerato habere. Etiam Pompeii quod refert Marſus, in Ciceronem diffidentem eius partibus, Tranſi ad Cæſarem, me timebis. Erat enim, ſi de re minore, aut alio animo, aut denique non ab ipſo dictum fuiſſet, quod poſſet inter ridicula numerari. Etiam illud quod Cicero * Cereliæ ſcripſit, reddens rationem cur illa C. Cæſaris tempora tam patienter
F toleraret. Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho. Stomachus enim ille habet aliquid ioco ſimile. Hæc quæ mouebant, diſſimulanda mihi non fuerunt. in quibus vt errauerim, legentes tamen non decepi, indicata diuerſa opinione, quam ſequi magis probantibus liberum eſt.

Plutarch⁹ invita Cic.

Vrbs. Vrbanitas.

Vrbanitas ſcd'm Fab.

Seriorum tria gña.

Lib. viij. Epiſt.

In Catil. Orat. iiij.

De Altercatione. Cap. IIII.

ALTERCATIONIS præcepta poterant videri tunc inchoanda, cum omnia, quæ ad continuam orationem pertinent, peregissem: Nam est vsus eius ordine vltimus: sed cum sit posita in sola Inuentione, neque habere Dispositionem possit, nec Elocutionis ornamenta magnopere desideret, aut circa Memoriam & Pronunciationem laboret, priusquam secundam quinque partium, hanc quæ tota ex prima pendet, tractaturus non alieno loco videor. quam scriptores alii ideo fortasse reliquerunt, quia satis cæteris præceptis in hanc quoque videbatur esse prospectum. Lib.iij. Constat enim aut Intentione aut Depulsione, de quibus satis traditum est: quia quicquid in actione perpetua circa probationes vtile est, idem in hac breui atque cõcisa prosit, necesse est. Lib.v.cap. vij. Neque alia dicuntur in Altercatione, sed aliter aut interrogando, aut respondẽdo. Cuius rei ferè omnis obseruatio in illo testiũ loco nobis excussa est. Tamẽ, quia latius hoc opus aggressi sumus, neque perfectus Orator sine hac virtute dici potest, paululum impendamus huic quoque peculiaris operæ, quæ quidem in quibusdam causis ad victoriam vel plurimum valet. Nam vt in Qualitate generali, in qua rectè ne factum quid, an contra sit, quæritur, perpetua dominatur oratio, & quæstionem finitionis actionis plerunque satis explicat, & omnia penè in quibus de facto constat, aut coniectura, artificiali ratione colligitur: Ita in his causis, quæ sunt frequẽtissimæ, quæ vel solis extra artem probationibus, vel mixtis contineatur, asperrima in hac parte dimicatio est, nec alibi dixeris, magis mucrone pugnari. Nam & firmissima quæque memoriæ iudicis inculcanda sunt: etiam præstandum quicquid in actione promisimus, & refellẽda mẽdaciũ. Nusquam est denique qui cognoscit intẽtior. Nec immerito quidam, quãquam in dicẽdo mediocres, hac tamẽ altercandi prestãtia meruerunt nomẽ patronorum. At quidam litigatoribus suis illum modo ambitiosum declamãdi sudorem præstitisse contẽti, cum turba laudãtium destituũt subsellia, pugnámque illam decertatoriam imperitis ac sæpe pullatæ turbæ relinquunt. Itáque videas alios plerũque iudiciis priuatis ad * altercationes vocari, alios ad probationem. Quæ si diuidẽda sunt officia, hoc certè magis necessarium est: pudẽdúmque dictu, si plus litigãtibus prosunt minores. In publicis certè iudiciis vox illa præconis, præter patronos, ipsum qui egerit, citat. Opus est igitur in primis ingenio veloci ac mobili, animo præsenti & acri. Non enim cogitandum, sed dicẽdum statim est, & prope sub conatu aduersarii, manus * exigẽda. Quare cum in omni parte huiusce officii plurimum facit, totas non diligenter modo, sed etiam familiariter nosse causas: tum in Altercatione maximè necessarium est, omnium Personarum, Instrumentorum, Temporum, Locorum habere notitiam: alioqui & tacẽdum est sæpe, etiam aliis subiicientibus, plerunque autem studio loquendi fatuè modo accedendum. quod nunquam accidit, ni nostra credulitate aliena stultitia erubescamus. Neque tantùm hoc ipsis monitoribus clarescit, quidam faciunt apertè quòd rixemur. Videas enim plerosque ira percitos exclamãtes, vt iudex audiat contrarium id esse quod admoneatur, sciatque ille qui pronũciaturus est in causa, malũ quod tacetur. Quare bonus Altercator vitio iracundiæ careat. Nullus enim rationi magis obstat affectus, & fert extra causam. & plerunque deformia conuicia facere ac mereri cogit, & ipsos nonnũquam iudices incitat. Melior moderatio, ac nonnũquam etiam patientia. Neque enim refutanda tantum quæ è contrario dicuntur, sed contemnẽda, eleuanda, ridenda sunt: nec vsquam plus loci * recipit vrbanitas, odium mordet & pudor: cõtra turbantes audendum, & impudentiæ fortiter resistendum. Sunt enim quidam præduri in hoc oris, vt obstrepant ingenti clamore, & medios sermones intercipiant, & omnia tumultu cõfundant: quos vt non imitari, sic acriter propulsare oportebit, & ipsorum improbitas retundenda: & Iudices, vel Præsidentes magistratus appellandi frequenter, vt loquendi vices seruentur. Non est res animi iacẽtis, & mollis supra modum frontis: fallitque plerũque, quòd probitas vocatur, quæ est imbecillitas. Valet autem in Altercatione plurimum Acumen, quod sine dubio ex arte non venit. Natura enim non docetur, arte tamen adiuuatur. In qua præcipuum est semper id in oculis habere, de quo quæritur, & quod volumus efficere. Quia propositum tenentes, in rixam non ibimus: nec causæ debita tempora conuiciando conteremus, gaudebimusque si hoc aduersarius facit. Omnia tẽpora ferè parata sunt meditatis diligẽter, quæ aut ex aduerso dici, aut responderi à nobis possint. Nonnũquam tamẽ solet hoc quoque esse artis genus, vt quædam in actione dissimulata subito in altercãdo proferantur: & inopinatis eruptionibus, & ex insidiis citissimo facto simillimum. Id autem * tãtum faciẽ

Vitio iracũdiæ careat Altercator

Acumen.

A dum,cum eſt aliquid cui reſpõderi nõ ſtatim poſſit : potuerat autem,ſi tempus ad diſponẽdum fuiſſet. Nam quod fideliter firmum eſt,à primis ſtatim actionibus arripere optimum eſt,quo ſæpius diutiusque dicatur. Illud vix ſaltem præcipiendum videtur,Ne turbidus & clamoſus tantùm ſit Altercator : & quales * ferè ſunt,qui literas neſciunt. Nam improbitas licet aduerſario moleſta ſit,iudici inuiſa eſt. Nocet etiam diu pugnare in iis, quæ obtinere non poſſis. Nam vbi vinci neceſſe eſt,expedit credere : quia ſiue plura ſunt de quibus quæritur,facilior erit in cæteris fides : ſiue vnum,mitior ſolet irrogari pœna verecũdiæ. Nam culpam præſertim deprehẽſam pertinaciter tueri,culpa altera eſt. Dum ſtat acies, multi in re conſilii atque artis eſt,vt errantem aduerſarium trahas, & ire quamlongiſſimè cogas,vt vana interim ſpe exultet. Ideo quædam bene diſſimulantur inſtrumẽta. Inſtant enim,& ſæpe diſ-
B crimen omne committunt, quod deeſſe nobis putant, & faciunt probationibus noſtris authoritatem poſtulando. Expedit etiam dare aliquid aduerſario,quod pro ſe putet : quod apprehendens,maius aliquid cogatur dimittere. Duas interim res proponere,quarum vtramlibet male ſit electurus,quod in altercatione ſit potentius,quàm in actione : quia in illa nobis ipſi reſpondemus,in hac aduerſarium quaſi confeſſum tenemus. Eſt in primis acuti,videre,Quo iudex dicto moueatur,Quid reſpuat:quod ex vultu ſæpiſſimè,& aliquando etiam dicto aliquo factóve eius deprehẽditur:Et inſtare proficiẽtibus: & ab iis quæ nõ adiuuãt,quàm molliſſimè pedẽ oportet referre. Faciunt hoc medici quoque, vt remedia perinde perſeuerẽt adhibere,vel deſinant,vt illa recipi vel reſpui vident. Nonnunquam ſi rem euoluere propoſitam facile non ſit,inferenda eſt alia quæſtio : atque in eam,ſi fieri poteſt, iudex auocan-
C dus. Quid enim cum reſpondere non poſſis,agendum eſt,niſi vt aliud inuenias cui aduerſarius reſpondere non poſſit? In pleriſque iudex eſt auocandus, vt dixi, qui circa teſtes eſt locus:& perſonis modo diſtat,quòd hic patronorum inter ſe certamẽ,illic pugna inter teſtem & patronum. Exercitatio vero huius rei longè facilior. Nam eſt vtiliſſimum, frequẽter cum aliquo qui ſit ſtudiorum eorundem, ſumere materiam , vel veræ vel etiam fictæ controuerſiæ,& diuerſas partes altercationis modo tueri : quod idem etiam in ſimplici genere quæſtionum fieri poteſt. Ne illud quidem ignorare aduocatũ volo , Quo quæque ordine probatio ſit apud iudices proferenda : cuius rei eadem in argumentis ratio eſt,Vt potentiſſima , prima & ſumma ponantur. Illa enim ad credendum præparant iudicem , hæc ad pronunciandum. Lib.v.

D

De Iudicio & Conſilio. Cap. V.

IS pro noſtra facultate tractatis,non dubitaſſem trãſire protinus ad Diſpoſitionem , quæ ordine ipſo ſequitur : niſi vererer , ne quoniam fuerunt qui Cic.rhet.i.
H IVDICIVM Inuentioni ſubiungerent, præteriſſe hunc locum quibuſdam viderer, qui mea quidem opinione adeo partibus operis huius omnibus connexus ac mixtus eſt, vt ne à ſententiis quidem aut verbis ſaltem ſingulis poſſit ſeparari : nec magis arte traditur , quàm guſtus aut odor. Ideóque nos quid in quaque re ſequendum cauendúmque ſit, docemus ac deinceps docebimus,
E vt ad ea iudicium dirigatur. Præcipiam igitur, Ne quod effici non poteſt, aggrediamur? Vt contraria vitemus,& communia? Ne quid in eloquendo corruptum obſcurúmque ſit? Referatur oportet ad ſenſus , qui non docentur. Nec multum à IVDICIO Iudicium credo diſtare CONSILIVM, niſi quod illud oſtendentibus ſe rebus adhibetur, hoc latentibus,& aut omnino nondum repertis,aut dubiis. Et quòd Iudicium frequẽtiſſimè certum eſt : Conſilium vero eſt ratio quædam altè petita, & plerunque plura perpendẽs & comparans,habẽsque in ſe & Inuẽtionem & Iudicationẽ. Sed ne hæc quidem præcepta in vniuerſum ſpectanda ſunt. Nam ex re ſumitur,cui locus ante actionem eſt frequẽter. Nam Cicero ſummo conſilio videtur in Verrẽ,vel contrahere tempora dicẽdi maluiſſe, quàm in eum annum,quo erat Q. Hortẽſius COS. futurus incidere. Et in ipſis actionibus primum ac po-
F tẽtiſſimum obtinet locum. Nam quid dicẽdum,quid tacẽdum, quid diffitẽdum ſit exigere, conſilii eſt : Negare ſit ſatius an defendere: Vbi prooemio vtẽdum,& quali: Narrandúmne, & quomodo: Iure prius pugnandum,an æquo: Qui ſit ordo vtiliſſimus: Tum omnes Colores,aſpere an leniter, an etiam ſubmiſſe loqui expediat. Sed hæc quoque vt quiſque paſſus eſt locus,monuimus: idémque in reliqua parte faciemus. pauca tamẽ exẽpli gratia ponam,quibus manifeſtius appareat,quid ſit, quod demõſtrari poſſe præceptis non arbitror. Laudatur cõſilium Demoſthenis, quòd cum ſuaderet bellum Atheniẽſibus, parum id proſpere exper- Olynth. ij.

Iudicium qd diſtet a Conſilio.

tis, nihil adhuc factum esse ratione monstrat. Poterat enim emẽdari negligẽtia. At si nihil G
Olynth.iij. esset erratum, melioris in posterum spei non erat ratio. Idem cum offensam vereretur, si obiurgaret populi segnitiem, in asserẽda libertate Reip. maiorum laude vti maluit, qui rem fortissimè administrassent. Nam & faciles habuit aures, & natura sequebatur, vt meliora probãtes, peiorum pœniteret. Ciceronis quidem vel vna pro Cluẽtio quamlibet multis exemplis sufficeret oratio. Nam quod in eo cõsilium maximè mirer? primámne expositionem, qua matri, cuius filium premebat authoritas, abstulit fidem? an quòd idem corrupti iudicii crimen trãsferre in aduersarium maluit, quàm negare propter inueteratam (vt ipse dicit) infamiam? An quòd in re inuidiosa legis auxilio nouissimè est vsus? Quo genere defensionis etiam offendisset nondum præmollitas iudicum mẽtes. An quòd seipsum inuito Cluẽtio fa H
cere testatus est? Quid pro Milone? quòd non antè narrauit, quàm præiudiciis omnibus reum liberaret? quòd insidiarum inuidiam in Clodium vertit? quanquam re vera fuerat pugna fortuita: quòd factum & laudauit, & tamen voluntatem Milonis remouit? quòd illi preces non dedit, & in earum locum ipse successit? Infinitum est enumerare, vt Cottæ detraxerit authoritatem: vt pro Ligario se opposuerit: Cornelium ipsa confessionis fiducia eripuerit.

Cõsilio nihil prius. Illud dicere satis habeo, Nihil esse non modo in orando, sed in omni vita, prius consilio: frustráque sine eo tradi cæteras artes: plusque vel sine doctrina prudentiam, quàm sine prudentia facere doctrinam. Apparet etiam orationem accommodare Locis, Temporibus, Personis, esse eiusdem virtutis. Sed hic quia latius fusus est locus, mixtusque cum Elocutione, tractabitur cum præcipere de apte dicendo cœperimus. I

M. FAB. QVINTIL. DE INSTITVTIONE ORATORIARVM, LIBER VII.

De Diuisione in Vniuersum, seu Parenchiresi. Cap. I.

E Inuẽtione (vt arbitror) satis dictum est. Neque enim ea demum, quæ ad docendum pertinent, executi sumus, verumetiam motus animorum tractauimus. Sed vt opera extruentibus satis non est, saxa atque materiam, & cætera ædificanti vtilia congerere, nisi disponendis K
D eis collocãdisque artificum manus adhibeatur: sic in dicẽdo quamlibet abundans rerum copia, cumulum tantùm habeat atque congestum, nisi illas eadem Dispositio digestas, atque inter se * cõmissas deuinxerit. Nec immerito secunda quinque partium posita est, cum sine
Dispositionis laus. ea prior nihil valeat. Neque enim quanquam susis omnibus membris, statua sit, nisi collocetur. Et siquam in corporibus nostris aliorũmue animalium partem permutes & trãsferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamẽ. Et artus etiam leuiter loco moti perdũt, quo viguerũt, vsum: & turbati exercitus sibiipsi sunt impedimento. Nec mihi videtur errare, qui ipsam rerum naturam stare ordine putãt: quo confuso, peritura sint omnia. Sic oratio carẽs hac virtute tumultuetur necesse est, & sine rectore fluitet, nec co- L
hæreat sibi. multa repetat, multa transeat, velut nocte in ignotis locis errans: nec initio, nec fine proposito, casum potius quàm consilium sequatur. Quapropter totus hic liber seruiat Dispositioni. quæ quidem, si certa aliqua via tradi in omnes materias vllo modo posset, non tam paucis contigisset. Sed cum infinitæ litium formæ fuerint, futuræque sint, & tot seculis nulla reperta sit causa, quæ esset tota alteri similis, sapiat oportet actor, & vigilet, & inueniat, & iudicet, & consilium à seipso petat. Neque inficias eo quædam esse, quæ demonstrari possint, eáque non omittam.

De Dispositione facienda. Cap. II.

Diuisio. IT igitur (vt supra significaui) DIVISIO, rerum plurium in singulas: M
Partitio. PARTITIO, singularum in partes, discretus ordo, & recta quædam col
Dispositio S latio prioribus sequẽtia annectens. DISPOSITIO, vtilis rerum ac partium in loco distributio. Sed meminerimus ipsam Dispositionem plerũque vtilitate mutari, nec eãdem semper primã quæstionẽ ex vtraque parte tractãdam. Cuius rei vt cætera exẽpla præteream, Demosthenes quoque atque AEschines possunt esse documẽto in iudicio Ctesiphontis, diuersum secuti ordinẽ: cum accusator à iure, quo vi-

A debatur potẽtior,cœperit: patronus omnia, vel penè omnia ante ius posuerit, quibus iudicem quæstioni legum præpararet. Aliud enim alio docere prius expedit, alioqui semper petitoris arbitrio diceretur. Denique in accusatione mutua,vt se vterque defendat priusquam aduersarium arguat,omnium rerum necesse est ordinem esse diuersum. Igitur quid ego sim secutus,quod partim præceptis,partim vsurpatum ratione cognoueram, promam: nec vnquam dissimulaui. Erat mihi curæ in cõtrouersiis forẽsibus,nosse omnia quæ in causa versarẽtur. Nam in schola certa sunt & pauca, & ante Declamationem exponũtur: quæ ὑπόθεσις Græci vocant,Cicero Proposita. Cum hæc in cõspectu quodammodo collocaueram,non minus pro aduersa parte,quàm pro mea cogitabam. Et primum (quod nõ difficile dictu est, sed tamẽ ante omnia intuẽdum) cõstituebam, quid vtraque pars vellet efficere: tum per quid,
B hoc modo. Cogitabam quid primum petitor diceret. Id aut Confessum erat,aut Controuersum. Si cõfessum, non poterat ibi esse quæstio. Trãsibam ergo ad responsum partis alterius, idem intuebar,nonnũquam etiam quod inde obtinebatur,cõfessum erat. Vbi primum cœperat non cõuenire,quæstio oriebatur. Id tale est, Occidisti hominem,occidi,conuenit:trãseo. Rationem reddere debet reus quare occiderit. Adulterum, inquit, cum adultera occidere licet,legem esse certum est. Tertium iam aliquid vidẽdum est,in quo pugna consistat. Non fuerũt adulteri: fuerunt: quæstio. De facto ambigitur, Coniectura est. Interim ergo & tertium confessum est,adulteros fuisse. Sed tibi,inquit,accusator,illos non licuit occidere. exul enim eras, & ignominiosus: de iure quæritur. At si protinus dicenti, occidisti: respondeatur,non occidi: statim pugna est. Sic explorandum est vbi controuersia incipiat,& considerari debet quæ primam quæstionem facit. Intẽtio simplex, Occidit Saturninum Rabirius:
C Coniuncta, Lege de sicariis commisit L. Varenus. Nam C. Varenum occidẽdo, & Cn. vulnerando,& Salarium item occidendo,cadit. Nam sic diuersæ propositiones erũt. quod idem de petitionibus dictum sit. Verum ex coniuncta propositione, plures esse quæstiones ac Status possunt, si aliud negat reus, aliud defendit, aliud iure actionis excludit. In quo genere agenti est dispiciẽdum, quid quoque loco diluat. Quod pertinet ad actorem, non planè dissentio à Celso, qui sine dubio Ciceronem est secutus. Instat tamen huic parti vehementius, vt putet primo firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio: quia & initio mouẽdus sit iudex, & summo impellendus. At pro reo plerunque grauissimum quicque primum mouendum est, ne illud spectans iudex reliquo-
D rum defensioni sit auersior. Interim tamen & hoc mutabitur, si leuiora illa palàm falsa erunt, grauissimi defensio difficilior. vt detracta prius accusatoribus fide aggrediamur vltimum, iam iudicibus omnia vana esse credentibus. Opus erit tamen Præfatione, qua & ratio reddatur dilati criminis, & promittatur defensio, ne id quod non statim diluemus, timere videamur. Anteactæ vitæ crimina plerũque prima purganda sunt, vt id de quo laturus est sententiam, iudex audire propitius incipiat. Sed hoc quoque pro Vareno Cicero in vltimum distulit: non quid frequentissimè, sed quid tum expediret, intuitus. Cum simplex intẽtio erit, vidẽdum est, an vnum aliquid respondeamus,
E an plura. Si vnum,in re quæstionem instituamus,an in scripto. Si in re, negandum sit quod obiicitur, an tuendum. Si in scripto, in qua specie iuris pugna sit, & in ea de verbis, an voluntate quæratur. Id ita consequemur, si intuiti fuerimus quæ sit lex quæ litem faciat, hoc est, qua iudicium sit constitutum. Nam quædam in scholasticis ponuntur ad coniungendam modo actæ rei seriem, vt pater expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Qui expositum recepit, imperat ei nuptias locupletis propinqui, ille ducere vult filiam pauperis educatoris. Lex de expositis ad affectum pertinet. Iudicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen semper ex vna lege quæstio est, vt in ἀνωνυμίᾳ. His spectatis apparebit circa quæ pugna sit. Con-
F iuncta defensio est, qualis pro Rabirio, Si occidisset, rectè feciisset, sed non occidit. Vbi vero multa contra vnam propositionem dicimus, cogitandum est primum quicquid dici potest: tum ex iis quo quicque loco dici expediat ordinãdum. In quo nõ idem sentio, quod de propositionibus paulo antè,quodque de argumẽtis probationum loco cõcessi,aliquãdo nos incipere à firmioribus. Nam vis quæstionum crescere debet, & ad potẽtissima ab infirmissimis peruenire,siue sunt eiusdem generis,siue diuersi. Iuris autem quæstiones solẽt esse nõnũquam ex aliis atque aliis cõflictationibus, facti semper idẽ spectãt, in vtroque genere simi lis ordo est. Sed prius de dissimilibus,ex quibus infirmissimum quicque primũ tractari oportet. Idcóque quasdã quæstiones executi donare solemus,& cõcedere. Neque enim trãsire ad

Quid quo loco sit diluendum.

Intẽtio simplex quomodo tractanda.

Defensio seu quęstio coniunćta.

Iuris quæstiones.

alias poſſumus,niſi omiſſis prioribus. Quod ipſum ita fieri oportet,non vt damnaſſe eas vi G
deamur,ſed omiſiſſe,quia poſſimus etiam ſine eis vincere. Procurator alicuius pecuniam petit ex fœnore hæreditario,poteſt incidere quæſtio, an huic eſſe procuratorem liceat. Finge nos poſtquam tractauimus remittere,vel etiam conuinci : quæretur,an ei cuius nomine litigatur,procuratorem habendi ſit ius. Diſcedamus hinc quoque,recipit materia quæſtionem: an ille cuius nomine agitur,hæres ſit fœneratoris,an ex aſſe hæres. Hæc quoque cõceſſa ſint, quæretur,an debeatur. Contrà nemo tam demens fuerit, vt id quod firmiſſimum duxerit ſe habere,remittat,& ad leuiora tranſcẽdat. Huic in ſchola ſimile eſt. Non abdicabis adoptaptatum,vt hunc quoque non virum fortem,* vt & fortem : non quicũque volũtati tuæ non paruerit,in alia omnia ſubiectus ſit : non propter opinionem, & vt non propter talem opiniõnem. Hæc iuris quæſtionum differentia eſt. In factis autem ad idem tendentia ſunt plu- H
ra. Ex quibus aliqua citra ſummam quæſtionem remitti ſolent, vt ſi is cum quo furti agitur, dicat,proba te habuiſſe, proba te perdidiſſe, proba te furto perdidiſſe, proba te mea fraude. Priora enim remitti poſſunt : vltima non poſſunt. Solebam & hoc facere præcipuè,vt vel ab vltima ſpecie (Nam ea ferè eſt, quæ continet cauſam) retrorſum quærerem vſque ad primam generalem quæſtionem,vel à genere ad extremam ſpeciem deſcenderem,etiam in Suaſoriis:vt deliberat Numa,an regnum offerentibus Romanis recipiat. Primum id eſt genus, an regnandum,an in ciuitate aliena,an Romæ : an laturi ſint Romani talem Regem. Simi liter & in controuerſiis,Optet enim vir fortis alienam vxorem. Vltima ſpecies eſt,an optare poſſit alienam vxorem. Generale eſt,an quicquid optauerit, accipere debeat:inde an ex pri uato,an nuptias,an maritum habentem. Sed hoc non quemadmodum dicitur,ita & quæri- I
tur. Primum enim occũrrit ferè,quod eſt vltimum dicẽdum,vt hoc,non debes alienam vxorem optare. Ideóque diuiſionem perdit feſtinatio. Non oportet igitur offerentibus ſe contẽtum eſſe. Quæratur aliquid quod eſt vltrà,ſi ne viduam quidem : adhuc plus, ſi nihil ex priuato : vltimum retrorſum,quod idem à capite primum eſt,ſi nihil iniquum. Itáque propoſitione viſa,quod eſt facillimum,cogitemus,ſi fieri poteſt, quid naturale ſit primum reſponderi. Id ſi tanquam res agatur,& nobiſipſis reſpondendi neceſſitas ſit,intueri voluerimus,occurrit. Si id non contigerit, ſeponamus id quod primum ſe obtulerit,& ipſi nobiſcum ſic loquamur. Quòd ſi hoc non eſſet, id iterum & tertium, & dum nihil ſit reliqui. Itáque inferiora quoque ſcrutabimur,quæ tractata faciliorem nobis iudicem in ſumma quæſtione faciẽt. Nõ diſſimile huic eſt & illud præceptum,vt à cõmunibus ad propria veniamus. Ferè enim com K
munia generalia ſunt. Commune eſt,tyrãnum occidit: proprium,* virum,tamẽ tyrãnum occidit,mulier occidit,vxor occidit. Solebam & excerpere quid mihi cum aduerſario conueniret,ſi modo id pro me erat:nec ſolum premere confeſſionem,ſed partiendo multiplicare : vt in illa controuerſia, Dux qui competitorem patrem in ſuffragiis vicerat,captus eſt. Eũtes ad redimẽdum eum Legati,obuium habuerunt patrem reuertẽtem ab hoſtibus : is Legatis dixit,Sero itis. Excuſſerũt illi patrem,& aurum in ſinu eius inuenerũt, ipſi perſeuerauerunt ire quò intenderant:inuenerũt ducem crucifixum,cuius vox fuit, Cauete proditorem, Reus eſt pater. Quæ cõueniũt ? proditio nobis prodita eſt,& * prodita à duce,quærimus proditorem. te iiſſe ad hoſtes fateris,& iiſſe * clam,& ab his incolumem rediſſe,aurum retuliſſe,& aurum occultum habuiſſe. Nam quod fecit,id nonnũquam potẽtius fit in propoſitione: quæ ſi ani L
mos occuparit,prope aures ipſi defenſioni præcluduntur. In totum autem congregatio criminum accuſantem adiuuat ſeparatio defendentem. Solebam id quod fieri & in argumẽtis dixi, in tota facere materia, vt propoſitis extra quæ nihil eſſet omnibus, deinde cæteris remotis, ſolum id ſupereſſet quod credi volebam, vt in præuaricationum criminibus vt abſoluatur reus, aut innocentia ipſius ſit, aut interueniente aliqua poteſtate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuaricatione. Nocentem fuiſſe confiteris, nulla poteſtas obſtitit, nulla vis, corruptum iudicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit : quid ſupereſt, niſi vt præuaricatio fuerit ? Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar. Hominem occiſum eſſe conſtat, non in ſolitudine, vt à latronibus ſuſpicer,non prædæ gratia,quia inſpoliatus eſt: nõ hæreditatis ſpe, quia pauper fuit Odium M
igitur in cauſa. Quis inimicus ? Quæ res autem faciliorem diuiſioni viam præſtat, eadem inuentioni quoque excutere quicquid dicitur, poteſt, & velut reiectione facta ad optimum peruenire. Accuſatur Milo, quòd Clodium occiderit : aut fecit, aut non. Optimum erat negare : ſi non poteſt, occidit. Ergo aut iure, aut iniuria. Vtique iure: aut voluntate igitur,aut neceſſitate. Nam ignorantia prætendi non poteſt. Voluntas anceps eſt. Sed

A quia ita id homines putãt,adiungẽda defenſio,vt id pro Rep.fuerit. Neceſſitate,ſubita igitur pugna,non præparata:alter igitur inſidiatus eſt. Vter? profecto Clodius. Vidésne,vt ipſa rerum neceſſitas deducat ad defenſionem? Adhuc,Aut vtique voluit occidere inſidiatoré Clodium aut non. Tutius ſi noluit. Fecerũt ergo ſerui Milonis,neque iubẽte,neque ſciẽte Milone. At hæc tam timida defenſio detrahit authoritatem illi, qua rectè dicebamus occiſum. Adiicitur, Quod ſuos quiſque ſeruos facere voluiſſet. Hoc eô eſt vtilius, quòd ſæpe nihil placet,& aliquid dicẽdum eſt. Intueamur ergo omnia, ita apparebit, aut id quod optimum eſt, aut id quod minimè malum. Propoſitione aliquãdo aduerſarii vtẽdum,& eſſe nõnũquam communem eam ſuo loco dictum eſt. Multis millibus verſuum ſcio apud quoſdam eſſe quæſitum, Quomodo inueniremus vtra pars deberet prior dicere,quod in foro,vel atrocita-
B te formularum,vel modo petitionum,vel nouiſſimè ſorte diiudicatur. In ſchola quæri nihil attinet,cum in Declamationibus iiſdem narrare, & contradictiones ſoluere tam ab actore, quàm à defenſore conceſſum ſit. Sed in plurimis cõtrouerſiis ne inueniri quidem poteſt, vt in illa, Qui tres liberos habebat, Oratorem, Philoſophum,& Medicum,teſtamẽto quatuor partes fecit, & ſingulas ſingulis dedit: vnam eius eſſe voluit, qui eſſet vtiliſſimus ciuitati. Contendunt.quis primus dicat, incertum eſt, propoſitio tamen certa. Ab eo enim cuius perſonam tuebimur, incipiendum erit. Et hæc quidem de diuidendo in vniuerſum præcipi poſſunt. At quomodo inueniemus etiam illas occultiores quæſtiones? ſcilicet quomodo ſententias, verba, figuras, colores, ingenio, cura, exercitatione, non tamen ferè vnquam niſi imprudentem fugerint, ſi (vt dixi) naturam ſequi ducem velit. Sed plerique Eloquen-
C tiæ famam affectantes,contenti ſunt locis ſpecioſis modo,vel nihil ad probationem conferentibus. Alii nihil vitantes, ea quæ in oculos incurrunt, exquirenda putant. Quod quô facilius appareat, vnam de ſchola controuerſiam non ita ſanè difficilem, aut nouam proponam in exemplum. Qui reo proditionis patri non affuerit, exhæres ſit. Proditionis damnatus cum aduocato exulet: Reo proditionis patri diſertus filius affuit, ruſticus non affuit, damnatus abiit cum aduocato in exilium. Ruſticus cum fortiter feciſſet, præmii nomine impetrauit reſtitutionem patris & fratris. Pater reuerſus inteſtatus deceſſit, petit ruſticus partem bonorum, orator totum ſibi vendicat. Hic illi eloquentes,quibusque nos circa lites raras ſolicitiores ridiculi videmur, inuadent perſonas fauorabiles. Actio pro ruſti
co contra diſertum, pro viro forti contra imbellem, pro reſtitutore contra ingratum, pro
D eo qui parte contentus ſit, contra eum qui fratri nihil dare ex paternis velit. Quæ omnia ſunt in materia, & multum iuuant, victoriam tamen non tradunt. In hac quærentur Sententiæ, ſi fieri poterit, præcipites vel obſcuræ. Nam ea nunc virtus eſt, & pulehre fuerit cum materia tumultu & clamore tranſactum. Illi vero quibus propoſitum quidem melius, ſed cura in proximo eſt,hæc velut innatantia videbũt,Excuſatum eſſe ruſticum, qui non interfuerit iudicio, nihil collaturus patri: ſed ne diſertum quidem habere quod imputet reo, cum is damnatus ſit. Dignum eſſe hæreditate reſtitutorem,nõ auarum,impium, ingratum, qui diuidere nolit cum fratre, cóque ſic merito. Quæſtionem quoque illam primam Scripti & Volũtatis, qua * non expugnata, non ſit ſequẽtibus locus. At qui naturam ſequetur, illa cogitabit profecto, primo hoc dicturum ruſticum, Pater inteſtatus duos nos filios reliquit,
E partem iure gentium peto. Quis tam imperitus, quis tam procul à literis, quin ſic incipiat, etiam ſi neſcierit quid ſit propoſitio? Hanc communem omnium legem leuiter adornabit, vt iuſtam. Nempe ſequetur, vt quæramus quid huic tam æquæ poſtulationi reſpondeatur. At id manifeſtum eſt. Lex eſt quæ iubet,Exhæredem eſſe eum,qui patri proditionis reo non affuerit,tu autem nõ affuiſti. Hanc propoſitionem neceſſario ſequitur legis laudatio, & eius qui non affuerit,vituperatio. Adhuc verſamur in confeſſis,redeat animus ad petitorem: nũquid non hoc cogitet neceſſe eſt,niſi quis ſit plane hebes? Si lex obſtat,nulla lis eſt,inanc iudicium eſt: atqui & legem eſſe,& hoc quod ea puniat, à ruſtico factum extra dubitationem eſt. Quid ergo dicemus? Ruſticus eram. Sed lex erat,omnes cõplectitur,nihil proderit. Quæramus ergo,num infirmari in aliqua parte lex poſſit. Quid aliud (ſæpius dicam) natura per-
F mittit,quàm vt cum verba cõtrà ſint, de volũtate quæratur? Generalis igitur quæſtio, verbis an volũtate ſit ſtãdum. Sed enim in cõmune de iure omni diſputãdum ſemper, nec vnquam ſatis iudicatum eſt. Quærẽdum igitur in hac ipſa,qua cõſiſtimus,an aliquid inueniri poſſit, quod ſcripto aduerſetur. Ergo quiſquis non affuerit,exhæres erit? quiſquis ſine exceptione? Iam ſe illa vel vltro offerent argumenta, Filius infans & æger non affuit, & qui aberat, & qui militabat,& qui in legatione erat. Iam multum acti eſt, poſſet aliquis nõ affuiſſe, & hæ-

Vtra pars prior dicere debeat.

Pro Murena.

res esse. Transeat nunc idem ille qui cogitauit, vt ait Cicicero, tibicinis Latini modo ad di- G
sertum. Vt ista concedam, tu nec infans es, nec æger eras, nec abfuisti, nec militasti,* nec in le
gatione fuisti. Non aliud occurrit quàm illud, Sed rusticus sum. Contra quod palàm est, di-
cet, Vt agere non potueris, assidere potuisti. Et verum est. quare redeundum est rustico ad ani
mum legumlatoris. Impietatem punire voluit, ego autem impius non sum. Contra quæ di-
sertus, Tu impiè fecisti, inquit, cum exhæredationem meruisti: licet te postea, vel pœniten-
tia, vel ambitus ad hoc genus optionis adduxerit. Præterea propter te damnatus est pater.
Videbaris enim de causa pronunciasse. Ad hæc rusticus, Tu vero in causa damnationis fui-
sti: multos offenderas, inimicitias domui contraxeras. Hæc coniecturalia. Illud quoque
quod coloris loco rusticus dicit, patris fuisse tale consilium, ne vniuersam domum periculo
subiiceret. Hæc prima quæstione Scripti & Volũtatis continentur. Intendamus vltrà ani- H
mum, videamûsque an aliquid inueniri præterea possit, quo id modo fiat. Sedulo imitor
quærentem, vt quærere doceam, & omisso speciosiori illo styli genere ad vtilitatem me sum-
mitto discentium. Omnes adhuc quæstiones ex persona petitoris ipsius duximus: cur non
aliquid circa patrem quærimus? Dictum vero est, cui quis non affuerit, exhæres erit. Cur non
conamur & hic quærere, num cuicunque non affuerit? Facimus hoc sæpe in iis controuer-
siis, in quibus petuntur in vincula, qui parentes suos non alunt, * an eum qui testimonium
in filium * impietatis reum dixit, an eum qui filium lenoni vendidit. In hoc de quo lo-
quimur patre, quid apprehendi potest? Damnatus est. Nunquid igitur lex ad absolutos tan-
tum patres pertinet? dura prima fronte quæstio. Non desperemus, credibile est hoc voluis-
se legumlatorem, ne auxilia liberorum innocentibus deessent. Sed hoc dicere rustico vere- I
cundum est, quia innocentem fuisse patrem fatetur. Dat aliud argumentum controuersia,
Damnatus proditionis cum aduocato exulet. Vix videtur posse fieri, vt pœna * filio eadem
patri, & si affuerit, & si non affuerit, cõstituta sit. Præterea lex ad exules nulla pertinet. Non
ergo credibile est, de non aduocato damnari scriptum. An possint enim bona esse vlla exulis,
rusticus in vtraque parte dubium facit. Disertus & verbis inhærebit, in quibus nulla exce-
ptio est, & propter hoc ipsum pœnam esse constitutam eis, qui non affuerint, ne periculo
exilii deterreantur ab aduocatione, & rusticum innocenti non affuisse dicet. Illud proti-
nus non indignum quod annotetur, Posse ex vno Statu duas generales fieri quæstiones.
An quisquis, An cuicunque. Hæc ex duabus personis quæsita sunt. E tertia autem, quæ est
aduersarii, nulla oriri quæstio potest: quia nulla fit ei de sua parte cõtrouersia. Nondum ta- K
men cura deficiat. Ista enim omnia dici possent, etiam non restituto patre. Nec statim eò tẽ-
damus, quod occurrit vltro, à rustico restitutum. Qui id subtiliter quæret, aliquid spectabit
vltrà. Nam vt genus species sequitur, ita speciem genus præcedit. Fingamus ergo ab alio resti
tutum, ratiocinatiua atque collectiua quæstio orietur: an restitutio pro sublatione iudicii sit,
& perinde valeat, ac si iudicium non fuisset. Vbi tentabit rusticus dicere, ne impetrare qui-
dem aliter potuisse suorum restitutionem vno præmio, nisi patre, perinde ac si accusatus nõ
esset, reuocato. quæ res aduocati quoque pœnam tanquam is non affuisset, remiserit. Tum
veniemus ad id quod primum occurrebat, à rustico restitutum esse patrem. Vbi rursus ra-
tiocinamur, an restitutor accipi debeat pro aduocato, quando id præstiterit, quod aduocatus
petiit, nec improbũ sit pro simili accipi quod plus est. Reliqua iam æquitatis sunt, vtrius iu- L
stius sit desideriũ. Id ipsum adhuc diuiditur, etiã si vterque sibi totum vẽdicaret, nũc vtiq; cũ
alter semissem, alter vniuersa fratre excluso. Sed his tractatis etiam habet magnum momen-
tum apud iudices patris memoria, cum præsertim de bonis eius quæratur. Erit ergo Conie-
ctura, qua mẽte pater intestatus decesserit. Sed ea pertinet ad Qualitatem, quæ alterius Status
instrumentum est. Plerunque autem in fine causarum de æquitate tractabitur, quia nihil li-
bentius Iudices audiunt. Aliquando tamen hunc ordinem mutabit vtilitas, vt si in iure mi-
nus fidutiæ erit, æquitate iudicem præparemus. Nihil habui amplius, quod in vniuersum
præciperem. Nunc eamus per singulas causarum iudicialium partes, quas vt persequi ad vlti
mam speciem, id est, ad singulas lites controuersiasque non possum: ita de generalibus scri-
bere licet, vt quæ in quem Statum frequentissimè incidant, tradam. Et quia natura prima M
quæstio est, Factum ne sit, ab hac ordiar.

A De Coniectura. Cap. III.

ONIECTVRA omnis aut de RE, aut de ANIMO est. Vtriusque Tria Tempora, Praeteritũ, Praesens, Futurũ. De Re, & Generales Quaestiones sunt, & Definitae, id est & quae nó cótinétur, & quae cõtinétur. De Animo quaeri non potest, nisi vbi persona est, & de facto cõstat. Ergo cum de RE agitur, aut Quid factũ sit, in dubiũ venit, aut Quid fiat, aut Quid sit futurum. Vt in Generalibus, An atomorum cócursu mundus sit effectus: An prouidetia regatur: An sit aliquando casurus. In Definitis, An parricidium commiserit Roscius: An regnum affectet Manlius: An recte Verrem sit accusaturus Q. Cæcilius. In Iudiciis Praeteritum tempus maximè valet. Nemo enim accusat, nisi quae facta sunt. Nam & quae fiant, & quae futura sint, ex praeteritis colliguntur. Quaeritur & vnde quid ortum: vt pestilentia, *ira deûm, an intemperie cæli, an corruptis aquis, an noxio terrae halitu. Et quae causa facti: vt quare ad Troiam quinquaginta Reges nauigauerint, iureiurando adacti, an exemplo moti, an gratificantes Atridis. Quae duo genera non multum inter se distant. Ea vero quae sunt Praesentis temporis, si non argumentis, quae necesse est praecessisse, sed oculis deprehendenda sunt, non egent Coniectura: vt si apud Lacedæmonios quaeratur, an Athenis muri fiant. Sed & illud potest videri extra hoc propositum Coniecturae genus, cum de aliquo homine quaeritur, quis sit: vt est quaesitum contra Vrbiniae haeredes, si is qui tanquam filius petebat bona Clusinius Figulus esset, an Sosipater. nam & substantia eius sub oculos venit, vt non possit quaeri, an sit. Quomodo vltra oceanum, nec quid sit, nec quale sit, sed an quid sit. Verum hoc quoque genus litis ex praeterito pendet, An hic sit ex Vrbinia natus Clusinius Figulus. Fuerunt autem tales nostris etiam temporibus controuersiae, atque aliquae in meum quoque patrocinium inciderunt. ANIMI Coniectura non dubie in omnia tempora cadit. Qua mente Ligarius in Africa fuerit. Qua mente Pyrrhus fœdus petat. Quomodo laturus sit Cæsar, si Ptolemæus Pompeium occiderit. Quaeritur per Coniecturam & Quantitas & Qualitas circa Modum, Speciem, Numerum. An sol maior quàm terra. Luna globosa, an plana, an acuta. Vnus mundus, an plures. Itémque extra naturales quaestiones, Maius bellum Troianum, an Peloponesiacum. Qualis clypeus Achillis. An vnus Hercules. In iis autem quae accusatione ac defensione cóstant, vnum est genus, in quo quaeritur & de facto, & de authore. Quod interim coniunctam quaestionem habet, & vtrunque pariter negatur: interim separatam, cum & factum sit, necne: & si de facto constet, à quo factum sit ambigitur.

Cõiecturae diuisio.

Rei coniectura.

Animi coniectura.

Ipsum quoque Factum aliquãdo simplicem quaestionem habet, an homo perierit: Aliquãdo duplicem, veneno an cruditate perierit. Alterũ est genus de facto tãtùm, cum si id certum sit, non potest de authore dubitari. Tertium de authore tãtùm, cum factum cõstet, sed à quo factum sit, in cõtrouersiam venit. Et quod tertio loco posui, nõ est simplex. Aut enim reus feciſſe tãtum modo se negat, aut alium feciſſe dicit. Sed ne in alterum quidem trãsferẽdi criminis vna forma est. Interdum enim substituitur mutua accusatio, quam Graeci ἀντικατηγορίαν vocãt, nostrorũ quidam Cõcertatiuam. Interdũ in aliquam personam, quae extra discrimẽ iudicii est, trãsfertur, & aliàs certam, aliàs incertã. Et cum in certam, aut in extrariam, aut ipsius, qui periit volũtatem. In quibus similis atque in ἀντικατηγορίαις, personarum, causarum, cæterorũque cõparatio est: vt Cicero pro Vareno, in familiam Ancharianam: pro Scauro, circa mortem Bostaris in matrem auertẽs crimẽ, facit. Est etiam illud huic cõtrariũ Comparationis genus, in quo vterque à se factũ esse dicit: & illud in quo nõ personae inter se, sed ipsae res collidũtur, id est nõ vter fecerit, sed vtrũ factũ sit. Cum de facto & de authore cõstat, de animo quaeri potest. Nũc de singulis, cum pariter vtrũque negatur, hoc modo, Adulterium non commisi. Tyrãnidem non affectaui. In cædis ac veneficii causis frequẽs illa diuisio, Nõ est factum, & si est factum ego nõ feci. Sed cum dicimus, proba hominem occisum, accusatoris tãtum partes sunt: à reo nihil dici cõtrà, praeter aliquas fortasse suspitiones potest, quas sparge re quammaximè variè oportebit: quia si vnum aliquid affirmaris, probandum est, aut causa periclitandum. Nam vt cum inter id quod ab aduersario, & id quod à nobis propositum est, quaeritur, videtur vtique alterũ verum: ita ex aduerso vnum est quo defendimur, reliquum est quo premimur. At cum quaerimus de ambiguis signis cruditatis & veneni, nihil tertium est. Idcóque vtraque pars, quod proposuit tuetur. Interim autem ex re quaeritur, veneficiũ fuerit, an cruditas, cum ex ipsa aliqua citra personam quoque argumẽta ducuntur. Refert enim

conuiuium præceſſerit * an triſtitia,labor an ocium,vigilia an quies. AEtas quoque eius qui G
perierit diſcrimen facit.Intereſt ſubito defecerit,an longiore valetudine conſumptus ſit. Li-
berior adhuc in vtrãque partem diſputatio, ſi tantùm ſubita mors in quæſtionem venit. In-
terim ex perſona probatio rei petitur,vt propterea credibile ſit venenum fuiſſe, quia credidi-
Cũ de reo le eſt ab hoc factum veneficium : vel contrà. Cum vero de Reo & de Facto quæritur, natu
& de facto ralis ordo eſt,* vt prius factũ eſſe acuſator probet, deinde à reo factum.Si tamẽ plures in per-
quæritur. ſonam probationes habuerit,conuertet hunc ordinem.Defenſor autem prius negabit eſſe fa
ctum, quia ſi in hac parte vicerit, reliqua non neceſſe habet dicere : victo ſupereſt, vt tueri ſe
Cum de fa poſſit. Illic quoque vbi de facto tantùm cõtrouerſia eſt,quod ſi probetur,non poſſit de au-
cto tantũ thore dubitari,ſimiliter argumẽta & ex perſona,& ex re ducũtur,ſed in vnam facti quæſtio- H
quçritur. nem : ſicut in illa controuerſia (Vtendum eſt enim & his exemplis, quæ ſunt dicẽtibus ma
gis familiaria) Abdicatus medicinæ ſtuduit,cum pater eius ægrotaret,deſperãtibus de eo cæ-
teris medicis, adhibitus, ſanaturum ſe dixit,ſi is potionẽ à ſe datam bibiſſet. Pater acceptæ
potionis epota parte dixit venenũ ſibi datum:filius quod reliquum erat, exhauſit : pater de-
ceſſit:ille parricidii reus eſt.Manifeſtũ qui potionem dederit, * nulla quæſtio de authore : tã-
Cũ de reo tùm an fuerit venenum ex argumẽtis à perſona ductis colligetur. Supereſt tertium,in quo
tantũ quę- factum eſſe conſtat aliquid,à quo ſit factum quæritur.Eius rei ſuperuacuum eſt ponere exem
ritur. plum,cum plurima ſint huiuſmodi iudicia: vt ſi hominem occiſum eſſe manifeſtum eſt, vel
ſacrilegium commiſſum : is autem qui arguitur feciſſe neget. Ex hoc naſcitur ἀντιϰατηγο-
ρία. Vtique hoc factum eſſe conuenit , quod duo inuicem obiiciunt. In quo quidem genere I
cauſarum admonet Celſus,fieri id in foro non poſſe,quod neminem ignorare arbitror. De
vno enim reo conſilium cogitur, & ſiqui ſunt qui inuicem accuſent, alterum iudicium præ-
ἀντιϰατη- ferre neceſſe eſt.Apollodorus quoque ἀντιϰατηγορίαν duas eſſe cõtrouerſias dixit : & ſunt re-
γορία. uera ſecundum forenſe ius duæ lites. Poteſt tamen hoc genus in cognitionem venire Sena-
tus,aut Principis.Sed in iudicio quoque nihil intereſt actionũ,vtrum ſimul de vtroque pro-
nũcietur,an de vno ſeorſum. Quo in genere ſemper prior debebit eſſe defenſio. Primũ, quia
natura potior eſt ſalus noſtra,quàm aduerſarii pernicies. Deinde, quòd plus habebimus in ac
cuſatione authoritatis,ſi prius de innocentia noſtra conſtiterit. Poſtremo, quòd ita demum
duplex cauſa erit. Nam qui dicit,ego non occidi,habet reliquam partem, vt dicat, tu occidi-
Compara ſti. At qui dicit,tu occidiſti, ſuperuacuum habet poſtea dicere, ego non occidi. Hæ porro K
tio quibus actiones conſtant Comparatione : ipſa COMparatio non vna via ducitur.Aut enim totam
vijs ducat. cauſam noſtram cum tota aduerſarii cauſa componimus, aut ſingula argumenta cum ſingu-
lis. Quorum vtrum ſit faciẽdum,non poteſt niſi ex ipſius litis vtilitate cognoſci,vt Cic. ſin-
gula pro Vareno cõparat in primo crimine.Eſt enim ſuperior,cum perſona alieni cum per-
ſona matris temere comparetur. Quare optimum eſt,ſi fieri poterit,vt ſingula vincãtur à ſin
gulis.Sed ſiquando in partibus laborabimus,vniuerſitate pugnandum eſt : ſiue inuicem ac-
cuſant, ſiue crimen reus citra accuſationem in aduerſarium vertit, vt Roſcius in accuſatores
ſuos, quãuis reos non feciſſet, ſiue in ipſos quos ſua manu periiſſe dicemus, factum deflecti-
tur : non aliter quàm in iis quæ mutuam accuſationem habent, vtriuſque partis argumenta
inter ſe comparantur. Id autem genus,de quo nouiſſimè dixi,non ſolum in ſcholis ſæpe tra- L
ctatur , ſed etiam in foro. Nam id eſt in cauſa Næuii Apruniani ſolum quæſitum,præcipita
ta ne eſſet ab eo vxor,an ſe ipſa ſua ſponte iecciſſet. Quam actionẽ equidem ſolam in hoc tem
pus emiſerã,quod ipſum feciſſe ſeductũ iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Nam cæteræ quæ
ſub nomine meo ferũtur,negligẽtia excipiẽtium in quæſtum notariorum corruptæ minimã
Duorũ ad partem mei habẽt. Eſt & alia duplex Cõiectura,huic ἀντιϰατηγορία non diuerſa,De PRæ-
ſe facti in- miis:vt in illa controuerſia,Tyrãnus ſuſpicatus à medico ſuo datum ſibi venenũ torſit eum,
clinatio. & cum id dediſſe ſe negaret,accerſit alterum medicum:ille datum ei venenũ dixit, ſed ſe anti
dotũ daturũ,& dedit potionem , qua epota tyrãnus deceſſit. De præmio duo medici contẽ-
dunt. Nam vt illic factum in aduerſarium transferentium, ita hic ſibi vendicantium Perſo-
næ,Cauſæ,Facultates,Tempora,Inſtruméta,Teſtimonia comparantur. Illud qooque,& ſi M
non eſt ἀντιϰατηγορία, ſimili tamen ratione tractatur , in quo citra accuſationem quæritur,
Vtrũ factũ Vtrum Factum ſit. Vtraque enim pars expoſitionem ſuam habet,atque eam tuetur: vt in li-
ſit. te Vrbiniana,petitor dicit,Cluſinium Figulum filium Vrbiniæ acie victa in qua ſteterat,fu-
giſſe : iactatum caſibus variis , retentum etiam à Rege, tandem in Italiam ac patriam ſuam
Marginos veniſſe , atque ibi agnoſci. Pollio contrà , ſeruiſſe eum Piſauri dominis duo-
bus , medicinam factitaſſe , manumiſſum alienæ ſe familiæ vænali immiſcuiſſe,ac rogan-

A tem vt eis ſeruiret,emptum. Nônne tota lis conſtat duarum cauſarum Comparatione, & Coniectura duplici atque diuerſa? Quæ autem accuſantium atque defendenrium, eadem petentium & inficiãtium ratio eſt. Ducitur CONiectura primũ à Præteritis. In his ſunt Loci Cõie cturales.
Perſone, Cauſæ, Conſilia. Nam is ordo eſt, vt facere voluerit, potuerit, fecerit. Ideóque intuẽ
dum ante omnia, Qualis ſit de quo agitur. Accuſatoris autẽ eſt efficere, vt ſi quid obiece-
rit, non ſolum turpe ſit, ſed etiam crimini, de quo eſt iudicium, quammaximè conueniat.
Nam ſi reum cædis, impudicum vel adulterum vocet, lædat quidem infamia: minus tamẽ
hoc ad fidem valeat, quàm ſi audacem, petulantem, crudelem, temerarium oſtenderit. Pa-
trono ſi fieri poterit, id agendum eſt, vt obiecta vel neget, vel defendat, vel minuat. Proximũ
eſt, vt à præſenti quæſtione ſeparet. Sunt enim pleraque non ſolum diſſimilia, ſed etiam ali-
B quando contraria: vt ſi reus furti, prodigus dicatur aut negligẽs. Neque enim videtur in eũ-
dem & contemptus pecuniæ & cupiditas cadere. Si deerunt hæc remedia, ad illa declinan-
dum eſt, non de hoc quæri: nec enim qui aliquando peccauerit, vtique commiſiſſe omnia: &
hanc fiduciam fuiſſe accuſatoribus falſa obiiciendi, quòd læſum & vulneratum reum ſpera-
uere hac inuidia opprimi poſſe. Alia propoſitio eſt accuſatoris, contra quam loci oriun-
tur, ſæpe à Perſona, * & interim generaliter. Incredibile eſſe à filio patrem, ab vxore virũ oc- A Perſona
ciſum, ab Imperatore proditam hoſtibus patriam. Facile reſpondetur, vel quod omnia ſce-
lera in malos cadant, ideóque ſæpe deprehenſa ſint: vel quòd indignum ſit, crimina ipſa atro
citate defendi. Interim proprie, quod eſt varium. Nam dignitas & tuetur reum, & nonnun-
quam ipſa in argumentum facti conuertitur, tanquàm inde fuerit ſpes impunitatis: ſed per-
C inde paupertas, humilitas, opes, vt cuique ingenio vis eſt, in diuerſum trahuntur. Probi vero
mores, & anteactæ vitæ integritas nunquam non plurimum profuerint. Si nihil obiicietur,
patronus quidem in hoc vehementer incumbet. Accuſator autem ad præſentem quæſtionẽ
de qua ſola iudicium ſit, cognitionem allegabit, dicens neminem non aliquando cœpiſſe
peccare, nec per ἐγκαίνια ducendum ſcelus primum. Hoc in reſpondendo. Sic autem præpa
rabit actione prima iudicum animos, vt noluiſſe potius obiicere, quàm non potuiſſe creda-
tur. Eoque ſatius eſt, omni ſe anteactæ vitæ abſtinere conuicio, quàm leuibus, aut friuolis,
aut manifeſto falſis reũ inceſſere, quia fides cæteris detrahitur: & qui nihil obiicit, omiſiſſe
credi poteſt maledicta tanquam ſuperuacua: qui vana congerit, confitetur vanum in antea-
ctis argumentum, in quibus vinci quàm tacere maluerit. Cætera quæ à perſonis duci ſolent,
D in argumentorum locis expoſuimus. Proxima eſt ex Cauſis probatio, in quibus hæc ma Cauſis.
xime ſpectantur, Ira, Odium, Metus, Cupiditas, Spes: nam reliqua in has ſpecies cadunt.
Quorum ſiquid in reum conueniet, Accuſatoris eſt efficere, ad quicquid faciendum cauſæ
valere videantur, eásque quas in argumentum ſumet, augere: Si minus, illuc conferenda eſt
oratio, aut aliquas fortaſſe latentes fuiſſe, aut nihil ad rem pertinere cur fecerit ſi fecit: aut
etiam dignius eſſe odio ſcelus, quòd non habuerit cauſam. Patronus vero quoties poterit,
inſtabit huic loco, vt nihil credibile ſit factum eſſe ſine cauſa. Quod Cicero vehemẽtiſſimè
multis orationibus tractat: præcipuè tamen pro Vareno, qui omnibus malis premebatur:
nam & damnatus eſt. At ſi proponitur, Cur factum ſit, aut falſam cauſam, aut leuem, aut
ignotam reo dicet. Poſſunt eſſe aliquæ interim ignotæ: an hæredem habuerit: an accuſatu-
E rus fuerit eum, à quo dicitur occiſus. Si alia defecerint, non vtique ſpectandas eſſe cauſas.
Nam quem poſſe reperiri qui non metuat, oderit, ſperet? Plurimos tamen hæc ſalua innocẽ
tia facere. Neque illud eſt omittendum, non omnes cauſas in omnibus perſonis valere.
Nam vt alicui ſit furandi cauſa paupertas, non erit idem in T. Curio Fabritioque momen-
tum. De cauſa prius an de Perſona dicendum ſit, quæritur: variêque eſt ab Oratoribus fa
ctum, à Cicerone etiam prælatæ frequentiſſimè cauſæ. Sed mihi ſi neutro litis cõditio præ-
ponderet, ſecundum naturam videtur incipere à perſona. Nam hoc magis generale eſt, re-
ctioŕque diuiſio, Aut in nullo crimẽ credibile, aut in hoc. Poteſt tamen idipſum, ſicut ple-
raque, vertere vtilitas. Nec tantùm cauſæ voluntatis ſunt quærendæ: ſed interim & erroris,
vt ebrietas & ignorantia. Nam hæc vt in Qualitate crimen eleuant, ita in Coniectura pre-
F munt. Et perſona quidem, neſcio an vnquam vtique in vno actu rei poſſit incidere, de qua
neutra pars dicat: de cauſis frequenter quæri nihil attinet, vt in adulteriis, in furtis: quia illas
per ſeipſa crimina ſecum habent. Poſt hæc intuenda videntur & Conſilia: quæ late patẽt, Conſilijs.
An credibile ſit reum ſperare id à ſe ſcelus effici poſſe, an ignorari cum feciſſet: an etiã ſi igno
ratum non eſſet, abſolui, vel pœna leui tranſigi, vel tardiore, vel ex qua minus incommodi
conſecuturus, quàm ex facto gaudii videretur: an etiam tanti putauerit pœnam ſubire. Poſt

hæc an alio tẽpore,& aliter facere,vel facilius,vel ſecurius potuerit:vt dicit Cicero pro Mi- G
lone,enumerans plurimas occaſiones,quibus ab eo Clodius impune occidi potuerit. Præ-
terea cur potiſſimum illo loco,illo tempore,illo modo ſit aggreſſus,qui & ipſe diligentiſſi-
mè tractatur pro eodẽ locus. An etiam ſi nulla ratione ductus eſt,impetu raptus ſit,& abſ-
que ſententia. Nam vulgo dicitur,Scelera non habere conſilium. An etiam conſuetudine
An potue- peccandi ſit allectus. Excuſſa prima parte an voluerit,ſequitur,An potuerit. Hic tractatur
rit. Locus,Tempus:vt furtum in loco clauſo vel recluſo,frequenti vel ſolo: tempore vel diurno,
cum teſtes plures:vel nocturno,cum maior difficultas. Inſpiciuntur vtique Difficultates &
Occaſiones,quæ ſunt plurimæ,ideóque exemplis non egent. Hic ſequens locus talis eſt,vt ſi
fieri non potuit,ſublata lis ſit:ſi potuit,ſequatur quæſtio,An fecerit. Sed hæc etiam ad ani-
mi Coniecturam pertinent. nam & ex his colligitur an ſperauerit. Ideo ſpectari debẽt & In- H
An fecerit. ſtrumenta:vt Clodii ac Milonis comitatus. Quæſtio,An fecerit,incipit à ſecundo tem-
pore,id eſt præſenti:ac deinde coniuncto,hoc eſt inſequenti:quorum ſunt Sonus, Clamor,
Gemitus,Latitatio,Metus,ſimilia. Hic accedũt Signa, de quibus tractatum eſt. Verba etiam
& Facta,quæque anteceſſerũt,quæque inſecuta ſunt. Hæc aut noſtra ſunt, aut aliena. Sed Ver
ba magis nocẽt,aut minus:magis nocẽt & minus proſunt noſtra quàm aliena, magis pro-
ſunt & minus nocent aliena quàm noſtra. Facta autem interim magis proſunt noſtra, inte-
rim aliena:vt ſi quid,quod pro nobis ſit,aduerſarius fecit. Semper vero magis nocent noſtra
quàm aliena. Eſt & illa in verbis differentia,quod aut aperta ſunt, aut dubia, ſeu noſtra, ſeu
aliena ſunt. Infirmiora in vtrunque ſint neceſſe dubia,tamen noſtra ſæpe magis nocent: vt
in illa controuerſia,Interrogatus filius vbi eſſet pater,dixit,Vbicunque eſt viuit:at ille in pu I
teo mortuus eſt inuentus. Aliena quæ ſunt dubia,nunquam poſſunt nocere,niſi aut incerto
authore,aut mortuo. Nocte audita eſt vox,* Caueto tyrãnicidam. & interrogatus, cuius ve-
neno moreretur:reſpondit,Non expedit tibi ſcire. Nam ſi eſt qui poſſit interrogari, ſoluet
ambiguitatem. Cum autem dicta factáque noſtra defendi ſolo animo poſſint, aliena variè
refutantur. De vno quidem maximè genere Coniecturalium cõtrouerſiarum locuti vi-
Depoſiti, demur,& in omnes aliquid de his cadit. Nã DEpoſiti,FVrti, CReditæ PEcuniæ, & à Fa-
furti, credi cultatibus argumẽta veniũt,An fuerit quod deponeretur: & à Perſonis,An illum depoſuiſ-
tæ pecuniæ quçſtiones. ſe apud hũc,vel huic credidiſſe credibile ſit: An petitorem calumniari,an reum inficiatorem
eſſe,vel furẽ. Sed etiam in Furti reo ſicut in cædis,quæritur de facto,& de authore. Crediti
& Depoſiti duæ ſunt quæſtiones,ſed nõnunquam iunctæ,an datum ſit,an redditum. Ha K
Adulterij. bent aliquid proprii, ADulterii cauſæ, quòd plerunque duorum diſcrimen eſt, & de vtriuſ-
que vita dicendum:quanquam & id quæritur,an vtrunque pariter defendi oporteat. Cuius
rei conſilium naſcetur ex cauſa. Nam ſi adiuuabit pars altera,coniungam:ſi nocebit, ſepara
bo. Ne quis autem mihi putet temerè excidiſſe,quòd plerunque duorum crimẽ eſſe Adulte
rium,non ſemper,dixerim:poteſt accuſari ſola mulier incerti adulterii: Munera domi inuẽ-
Falſi. ta ſunt:pecunia,cuius author non extat:codicilli,dubium ad quem ſcripti. In FAlſo quo-
que ratio ſimilis. Aut enim plures in culpam vocantur,aut vnus. Et ſcriptor quidem ſem-
per tueri ſignatorem neceſſe habet,ſignator ſcriptorem non ſemper: nam & decipi potuit.
Is autem qui hos adhibuiſſe,& cui id factum dicitur, & ſcriptorem & ſignatores defendet.
Proditiõis. Iidem argumentorũ loci in Cauſis PRoditionis,& Affectatæ Tyrannidis. Verũ illa ſcho L
Tyrãnidis larum conſuetudo ituris in forum poteſt nocere,quòd omnia quæ in themate nõ ſunt,pro
affectatæ. nobis ducimus. Adulterium obiicis,quis teſtis? quis index? quod precium? quis cõſcius? Ve-
Pro Cçlio. nenum,vbi emi? à quo? quando? quanti? per quem dedi? Pro reo Tyrannidis Affectatæ, Vbi
ſunt arma? quos contraxi ſatellites? Neque hæc nego eſſe dicenda,& ipſis vtendum pro par-
te ſuſcepta. Nam & in foro ſiquando aduerſarius probare non poterit,deſiderabo. Sed in fo-
ro tãtum illam facultatem olim deſiderauimus, vbi non ferè cauſa agitur,vt non aliquid ex
his,aut plura ponãtur. Huic ſimile eſt,quòd in Epilogis quidam,quibus volunt,liberos, nu
trices,parentes accommodant:niſi quòd magis conceſſeris ea quæ non ſint poſita,deſidera-
re quàm dicere. De animo quomodo quæratur, ſatis dictum eſt, cum ita diuiſerimus, an
voluerit,an potuerit,an fecerit. Nam qua via tractatur an voluerit,eadem, quo animo fece- M
Ordo. rit. Id enim eſt,an male facere voluerit. ORdõ quoque rerũ aut affert, aut detrahit fidẽ,
multo ſcilicet magis res prout congruunt,aut repugnant. Sed hæc niſi in ipſo complexu cau
ſarum non deprehẽduntur. Quærendum tamen ſemper, Quid cuique cõnectatur,&, Quid
cuique conſentiat.

A De Finitione. Cap. IIII.

EQVITVR Coniecturam FINITIO. Nam qui non potest dicere nihil feciſſe, proximum habebit, vt dicat, non id feciſſe quod obiiciatur. Ita-
S que plerunque legibus iiſdem quibus Coniectura verſatur, defenſionis tãtum genere mutato, vt in furtis, depoſitis, adulteriis. Nam enim quemadmodum dicimus, non feci furtum, non accepi depoſitum, non commiſi adulterium: ita, non eſt hoc furtum, nõ eſt hoc depoſitum, non eſt hæc mutuatio, non eſt hoc adulteriũ. Interim à Qualitate ad Finitionem deſcẽditur, vt in actionibus Demẽtiæ, malæ Tractationis, Reipub. læſæ. In quibus ſi rectè facta eſſe quæ obiiciuntur, dici non poteſt: illud ſuccur-
B rit, non eſt hoc demẽtem eſſe, male tractare, Rempub. lædere. FInitio igitur eſt rei propoſitæ propria, & dilucida, & breuiter comprehẽſa verbis enunciatio. Conſtat maximè, ſicut eſt dictum, Genere, Specie, Differentibus, Propriis: vt ſi finias equum (noto enim maximè vtar exemplo) Genus eſt animal: Species, mortale: Differẽtia, irrationale. Nã & homo mortale erat. Proprium, hinniens. Hæc adhibetur orationi pluribus cauſis. Nam tum eſt certũ de nomine, ſed quæritur quæ res ei ſubiicienda ſit: tum res eſt manifeſta, ſed de nomine non conſtat. De re cum dubium eſt, interim Cõiectura eſt, vt ſi quæratur quid ſit deus. Nã qui id neget, deum eſſe ſpiritum omnibus partibus immixtum, non hoc dicat falſam eſſe illius diuinæ naturæ appellationem, ſicut Epicurus qui humanam ei formam locúmque inter mũ-
C dos dedit, ſed nomine vterque vno vtitur, vtrum ſit in re coniectat. Interim Qualitas tractatur, vt quid ſit Rhetorice, Vis perſuadendi, an bene dicendi ſcientia. Quod genus eſt in iudiciis frequentiſſimum. Sic enim quæritur, an deprehenſus in lupanari cum aliena vxore adulter ſit: quia non de appellatione, ſed de vi facti eius ambigitur an omnino peccarit. Nã ſi peccauit, non poteſt aliud eſſe quàm adulter. Diuerſum eſt genus, cum controuerſia cõſiſtit in nomine, quod pendet è ſcripto, nec verſatur in iudiciis, niſi propter verba, quæ litẽ generant. An qui ſe interfecit, homicida ſit: an qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida: an carmina magorum, veneficium. Res enim manifeſta eſt, ſciturque non idem eſſe occidere ſe, quod alium. Non idem occidere tyrannum, quod compellere ad mortem: non idem carmina, ac mortiferam potionem. Quæritur tamen an eodem nomine appellanda
D ſint. Quanquam autem diſſentire vix audeo à Cicerone, qui permultos ſecutus authores dicit, Finitionem eſſe de eodem, & de altero (Semper enim neganti aliquod eſſe nõmen, dicẽdum quid ſit potius) tamen in eandem tres habeo velut ſpecies. Nam interim conuenit ſic quærere, an habendum ſit adulterium in lupanari. Cum hoc negamus, non neceſſe eſt dicere quid id vocetur, quia totum crimẽ inficiamur. Interim quæritur, an hoc furtum, an ſacrilegium: non quin ſufficiat non eſſe ſacrilegium, ſed quia neceſſe ſit dicere quid ſit aliud: quo in loco vtrunque finiẽdum eſt. Interim quæritur in rebus ſpecie diuerſis, an & hoc eodem modo ſit appellandum, cum res vtraque habeat ſuum nomen, vt amatorium, venenũ. In omnibus autem huius generis litibus quæritur, an etiam hoc: quia nomen, de quo ambigitur, vtique in alia re certum eſt. Sacrilegium eſt rem ſacram de tẽplo ſurripere, num & priuatam? Adulterium cum aliena vxore domi coire, an & in lupanari? Tyrannicidium occi-
E dere tyrannum, an etiam in mortem compellere? Ideôque συλλογισμὸς, de quo poſtea dicam, velut infirmior eſt finitio, quia hac quæritur, an idem ſit huius rei nomen, quod alterius: illo, an perinde habenda ſit hæc atque illa. Eſt & talis Finitionum diuerſitas, vt quidam ſentiunt: num idem diuerſis verbis comprehendatur: vt Rhetorice, bene dicẽdi ſcientia, & eadem bene inueniendi, & bene enunciandi, & dicendi ſecundum virtutem orationis, & dicẽdi quid ſit officii. Atque prouidendum, vt ſi ſenſu non pugnant, comprehenſione diſſentiãt. Sed de his diſputatur, nõ litigatur. Opus eſt aliquãdo finitione obſcurioribus & ignotioribus verbis, vt quid ſit Clarigatio. Erit & interim notis nomine verbis: vt quid ſit Penus, quid Littus. Quæ varietas efficit, vt eam quidam Coniecturæ, quidam Qualitati, quidam Legitimis quæſtionibus ſubiecerint. Quibuſdam ne placuit quidẽ omnino ſubtilis hæc, &
F ad morem Dialecticorum formata concluſio, vt in diſputationibus potius per argumenta verborum cauillatrix, quàm in Oratoris officio multum allatura momenti. Licet enim valeat in ſermone tantùm, vt conſtrictum in vinculis ſuis habeat eum, qui reſponſurus eſt, & vel tacere, vel etiam inuitum id quod ſit contrà, cogat fateri, non eadem eſt tamen eius in cauſis vtilitas. Perſuadendum enim iudici eſt: qui etiam ſi verbis deuinctus eſt, tamen niſi ipſi rei acceſſerit, tacitus diſſentiet. An ſi non dixero, homo eſt animal rationale, mortale,

Finitio qd ſit & qualis.

In Top.

Cap. IX.

Dilectica cauillatrix.

non potero expoſitis tot corporis animique proprietatibus,latius oratione ducta,vel à diis G
eũ,vel à mutis diſcernere? Quid quòd nec vno modo definitur res eadem, ſed latiore,va-
rióque tractatu,vt facit Cicero,vt omnes Oratores plerũque fecerũt. Rariſſima enim apud
eos reperietur illa ex cõſuetudine philoſophorum ducta ſeruitus (eſt enim certè ſeruitus) ad
certa ſe verba aſtringẽdi. Idque faciẽdum in libris de Oratore vetat M. Antonius. Nam eſt
etiam periculoſum,cum ſi vno in verbo ſit erratum,tota cauſa cecidiſſe videamur. Optima
eſt illa via,qua vtitur Cicero pro Cecinna,vt res proponatur,verba non periclitẽtur. Etenim
Recuperatores, nõ ea ſola vis eſt,quæ ad corpus noſtrum vitámque peruenit,ſed etiam mul
to maior ea,quæ periculo mortis iniecto,formidine animum perterritum loco ſæpe & cer-
Philip. ix. to ſtatu dimouet. Aut cum finitionem præcedit probatio, vt in Philippicis Cicero, Seruiũ H
Sulpitium occiſum ab Antonio colligit:& in clauſula demum ita finit,Is ei profecto mor-
tem attulit,qui cauſa mortis fuerit. Non negauerim tamẽ hæc quoque,vt expedit cauſæ,eſſe
faciẽda. Et ſiquando firma comprehẽdi poterit,& breui complexu verborum finitio eſſe, id
tum elegans,tum etiam fortiſſimum,ſi modo erit illa inexpugnabilis. Eius certus ordo eſt,
Quid ſit,An hoc ſit:& in hoc ferè labor maior eſt,vt finitionem confirmes, quàm vt in rẽ
Quid ſit. finitionem applices. In eo QVID SIT, duplex opus eſt. Nam & noſtra confirmãda,
& aduerſæ partis deſtruẽda finitio. Ideôq; in ſchola, vbi nobiſipſis fingimus cõtradictionẽ,
duos ponere debemus fines, quales vtrinque eſſe optimi poterunt. At in foro prouidẽdum,
num forte ſuperuacua,& nihil ad cauſam pertinens:an ambigua,an contraria,an commu-
nis ſit finitio:quorum nihil accidere,niſi agẽtis culpa poteſt. Vt rectè autem finiamus, ita I
fiet,ſi prius in animo cõſtituerimus,quid velimus efficere. Sic enim accommodari ad volũ-
tatem verba poterunt. Atque vt à notiſſimo exemplo,quo ſit res lucidior, non recedamus,
Qui priuatam pecuniam de tẽplo ſurripit,ſacrilegii reus eſt. Culpa manifeſta. Quæſtio eſt.
an huic crimini nomen quod eſt in lege,conueniat. Ergo ambigitur,an hoc ſacrilegium ſit.
Accuſator quia de templo ſit ſurrepta pecunia,vtitur hoc nomine. Reus,quia priuatam ſur-
ripuerit,negat eſſe ſacrilegium,ſed furtum fatetur. Actor ergo ita finiet,Sacrilegium eſt ſurri-
pere aliquid de ſacro: Reus ita finiet,Sacrilegium eſt ſurripere aliquid ſacri. Vterque alterius
finitionem impugnat. Ea duobus generibus euertitur, ſi aut falſa eſt,aut parum plena.
Finitionis Nam illud tertium,niſi ſtultis non accidit,vt nihil ad quæſtionem pertineat. Falſa eſt,ſi
euerſio. dicas,Equus eſt animal rationale: nam eſt equus animal,ſed irrationale. Quod autem com K
mune cum alio eſt,deſinet eſſe proprium. Hic reus falſam dicit eſſe finitionem accuſatoris:
Accuſator autem non poteſt dicere falſam rei. Nam eſt ſacrilegium, ſurripere aliquid ſacri.
Dicit parum plenam, adiiciẽdum enim aut ex ſacro. Maximus autem vſus in approban-
dorefellẽdóque fine,Propriorum ac Differẽtium,nonnunquam etiam Etymologiæ. Quæ
tamen omnia,ſicut in cæteris,confirmat AEquitas,nonnunquam etiam Coniectura men-
Philip.viij tis. Etymologia maximè rara eſt. Quid enim eſt aliud Tumultus,niſi perturbatio tanta,
vt maior timor oriatur? Vnde etiam nomẽ ductum eſt Tumultus. Circa Propria ac Dif-
ferẽtia magna ſubtilitas:vt cum quæritur,an addictus, quem lex ſeruire donec ſoluerit, iu-
bet, Seruus ſit. Altera pars finit ita,Seruus eſt,qui eſt iure in ſeruitute. Altera,qui in ſeruitute
eſt eo iure,quo ſeruus:aut,vt antiqui dixerunt,qui ſeruitutem ſeruit. Quæ finitio etiam ſi cõ L
ſtat æquo, niſi tamen Propriis & Differentibus adiuuetur,inanis eſt. Dicet enim aduerſa-
rius ſeruire eum ſeruitutem,aut eo iure quo ſeruum. Videamus ergo propria differentiáque
liberorum,quæ libro quinto leuiter in tranſitu attigeram, Seruus cum manumittitur,fit Li
bertinus: Addictus recepta libertate eſt Ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non cõ
ſequetur:addictus ſoluendo citra voluntatem domini conſequetur. Ad ſeruum nulla lex per-
tinet:addictus legem habet. Propria Liberi,quæ nemo habet niſi liber, prænomen, nomẽ,
An hoc ſit. cognomen,tribum:habet hæc addictus. Excuſſo Quid ſit,propè peracta eſt quæſtio, AN
HOC SIT. Id enim agimus,vt ſit cauſæ noſtræ conueniens finitio. Potentiſſima autem
In Topic. eſt in ea Qualitas,an amor an inſania. Huc pertinebunt probationes,quas Cicero dicit pro-
prias eſſe finitionis, ex Antecedẽtibus,Conſequentibus,Adiunctis,Repugnantibus, Cau- M
Lib.v. ſis,Effectis,Similibus,de quorum argumentorum natura dictum eſt. Breuiter autem pro Ce
cinna Cicero initia, cauſas,effecta,antecedentia, conſequentia complexus eſt: Quid igitur
fugiebant?propter metum? Quid metuebant?vim videlicet poteſtatis. Igitur principia ne-
gare poteſtis,cum extrema cõceditis? Sed ſimilitudine quoque vſus eſt, Quæ vis in bello ap-
pellatur,ea in ocio non appellabitur? Sed ex Contrario argumenta ducuntur,vt ſi quæra-
tur,an amatorium,venenum ſit necne: quia venenum,amatorium non ſit. Illud alterum

A genus,quo ſit manifeſtius adoleſcentibus meis,(Meos enim ſemper adoleſcẽtes putabo)hic quoque fictæ controuerſiæ vtar exemplo. Iuuenes qui conuiuere ſolebant, conſtituerunt vt in littore cœnarent. Vnius,qui cœnæ defuerat,nomen tumulo quem extruxerant, inſcripſe runt. Pater eius à tranſmarina peregrinatione cum ad littus idem appuliſſet, lecto nomine ſuſpendit ſe. Dicũtur hi cauſa mortis fuiſſe. Hic finitio eſt Accuſatoris, Per quem factum eſt, vt quis perierit,cauſa mortis eſt. Rei eſt, Qui fecit quid ſciens, per quod perire homini neceſſe eſſet. Remota finitione,accuſatori ſat eſt dicere, Cauſa mortis fuiſtis, per vos enim actũ eſt,vt homo periret:quia niſi vos illud feciſſetis,viueret. Contrà,non ſtatim per quem factũ eſt vt quis periret,is damnari debet,vt accuſator teſtis,iudex rei capitalis. Nec vndecunque cauſa fluxit,ibi culpa eſt:vt ſi quis profectionem ſuaſerit, vt ad amicum acceſſerit trans ma-
B re,& is naufragio perierit. Ad cœnam inuitarit,& is cruditate illic contracta deceſſerit. Nec fuerit in cauſa mortis ſolum adoleſcentium factum,ſed credulitas ſenis, & in dolore ferundo infirmitas: denique ſi fortior fuiſſet aut prudentior,viueret. Nec mala mente fecerunt, & ille potuit vel ex loco tumulum, vel ex opere tumultuario ſuſpicari non eſſe monumẽtum. Qui ergo puniri debent, in quibus omnia ſunt homicidæ præter manum? Eſt in- Finitio certa.
terim Certa Finitio, de qua inter vtranque partem conuenit: vt Cicero dicit, Maieſtas In Part.
eſt in imperio atque in omni populi Romani dignitate. Quæritur tamen an maieſtas minuta ſit, vt in cauſa Cornelii quæſitum eſt. Sed hic etiam ſimilis videri poteſt Finitiuæ: tamen quia de finitione non ambigitur, iudicatio eſt Qualitas, atque ad eum po-
C tius Statum reducenda: ad cuius forte quadam venimus mẽtionem,ſed & erat ordine proximus locus.

De Qualitate. Cap. V.

SẽT autem QVALITAS alia de ſummo genere,atque ea quidem non ſimplex. Nam & qualis ſit cuiuſque rei natura,& quæ forma quæritur: an
E immortalis anima,an humana ſpecie deus:& de magnitudine ac numero, quantus ſol,an vnus mundus. Quæ omnia Coniectura quidem colligun-
tur,quæſtionem tamen habent in eo,qualia ſint. Hæc & in Suaſoriis aliquando tractari ſolent,vt ſi Cæſar deliberet,an Britãniam impugnet,quæ ſit oceani natura,
D an Britannia inſula.(Nam tum ignorabatur)quanta in ea terra,quo numero militum aggredienda,in conſilium ferendum ſit. Eidem Qualitati ſuccedunt facienda,ac non faciẽda:appetenda,vitanda:quæ in Suaſorias quidem maximè cadũt, ſed in controuerſiis quoque ſunt frequentia:hac ſola differentia,quia illic de futuris,hic de factis agitur. Item Demonſtratiuæ partis omnia ſunt in hoc Statu,factũ eſſe cõſtat,quale ſit factũ quæritur. Lis eſt omnis, aut de Præmio,aut de Pœna, aut de Quãtitate. Igitur primum genus cauſæ, aut Simplex,aut Comparatiuum. Illic quid æquum,hic quid æquius, aut quid æquiſſimum ſit excu
titur. Cum de pœna iudicium eſt,à parte eius,qui cauſam dicit,aut Defenſio eſt criminis, De pœna iudicium.
aut Imminutio,aut Excuſatio,aut vt quidã putant, Deprecatio. Defenſio longe potentiſſima eſt,qua ipſum factum quod obiicitur,dicimus honeſtum eſſe. Abdicatur aliquis, quòd inuito patre militarit,honores petierit,vxorem duxerit: tuemur quod fecimus. Partem hãc
E vocant Hermagorei κατ' ἀντίληψιν, ad intellectum id nomen referentes. Latini (ad verbum translatum non inuenio) Abſolutam appellant. Sed enim de re ſola quæſtio,iuſta ſit ea, nec Iuſtum natura.
ne. Iuſtum omne continetur Natura,vel Conſtitutione. Natura,quod ſit ſecundum cuiuſque rei dignitatem. Hic ſunt Pietas,Fides,Continentia,& talia. Adiiciũt & id quod ſit Par. verum id non temerè intuendum eſt. Nam & vis contra vim, & talia nihil habent aduerſum eum,qui prior fecit iniuſtè:& non quoniam res pares ſunt etiam, id eſt iuſtum quod anteceſſit. Illa vtrinque iuſta,eadem lex,eadem conditio: ac forſitan ne ſint quidem paria, quæ vlla parte ſunt diſſimilia. Conſtitutio eſt in Lege,More,Iudicato, Pacto. Alterum eſt Conſtitutione.
Defenſionis genus,in quo factũ per ſe improbabile, aſſumptis extrinſecus auxiliis tuemur, Factum improbabile defenſum.
id vocant κατ' αἴτιασιν. Latini hoc quoque non ad verbum transferunt: Aſſumptiua enim
F dicitur cauſa. In quo genere fortiſſimum eſt,ſi crimen cauſa facti tuemur: qualis eſt defenſio Oreſtis,oratio Milonis. αἴτεγκλημα dicitur,quia omnis noſtra defenſio conſtat eius accuſatione qui vindicatur. Occiſus eſt,ſed latro: * exectus,ſed raptor. Eſt & illa ex cauſis facti ducta Defenſio priori cõtraria,in qua neque factum ipſum per ſe, vt in Abſoluta quæſtione defenditur:neque ex contrario facto,ſed ex aliqua vtilitate aut Reipub. aut hominum multorum,aut etiam ipſius aduerſarii,nonnunquam & noſtra, ſi modo id erit quod facere no-

ſtra cauſa fas ſit: quod ſub extrario accuſatore & legibus agente prodeſſe nunquam poteſt, in G
domeſticis diſceptationibus poteſt. Nam & filiis pater in iudicio abdicationis, & maritus
vxori, ſi malæ tractationis accuſabitur: & patri filius, ſi dementiæ cauſa erit, non inuerecun-
de dicet multum ſua interfuiſſe. In quo tamen incommoda vitantis melior quàm commo-
da petentis eſt cauſa. Quibus ſimilia etiam in vera rerum quæſtione tractantur. Nam quæ
in ſcholis abdicatorum, hæc in foro exhæredatorum à parentibus, & bona apud Cõſules re-
petentium ratio eſt: quæ illic malæ tractationis, hic rei vxoriæ, cum quæritur vtrius culpa
diuortium factum ſit: quæ illic dementiæ, hic petendi curatoris. Subiacet vtilitati etiam illa
defenſio, ſi peius aliquid futurum fuit. Nam in comparatione malorum boni locum obti-
net leuius: vt ſi Mancinus fœdus Numãtinum ſic defendat, quòd periturus niſi id factum
eſſet, fuerit exercitus Romanus. Hoc genus ἀντίστασις græce nominatur, Comparatiuum no H
Translatio criminis. Lib. iij. cap. viij. ſtri vocant. Hæc circa defenſionem facti: quæ ſi neque per ſe ipſam, neque adhibitis aliis
auxiliis dabitur, proximum eſt in alium transferre crimen, ſi poſſumus. Ideóque etiam in
hos qui iam ſcripti ſunt Status, viſa eſt cadere TRanslatio. Interdum ergo culpa in ho-
minem relegatur, vt ſi Gracchus reus fœderis Numantini, cuius metu leges populares tu-
liſſe in Tribunatu videtur, miſſum ſe ab Imperatore ſuo diceret. Interim deriuatur in rem:
vt ſi is qui teſtamẽto quid iuſſus nõ fecerit, dicat per leges id fieri nõ potuiſſe. Hoc μετάστα-
Excuſatio. σιν dicũt. Excluſis quoque his EXcuſatio ſupereſt: ea eſt aut Ignorãtiæ: vt ſi quis fugitiuo
ſtigmata ſcripſerit, eóq; ingenuo iudicato neget ſciſſe ſe liberum cum fuiſſe: Aut Neceſſitatis,
vt cum miles ad commeatus diem non affuit, dicit ſe fluminibus intercluſum, aut valetu-
dine. Fortuna quoque ſæpe ſubſtituitur culpæ: Nonnunquam male feciſſe nos, ſed bono I
animo dicimus. Vtriuſque rei multa & manifeſta exempla ſunt. Idcirco non eſt eorum ne-
Imminutio culpæ. ceſſaria expoſitio. Si omnia quæ ſupraſcripta ſunt deerunt, videndum, An Minui culpa
poſſit. Hic eſt ille qui à quibuſdam dicitur Status Quantitatis. Sed ea cum ſit aut pœnæ, aut
honoris, ex qualitate facti conſtituitur: eôque nobis ſub hoc eſſe Statu videtur: ſicut eius
quoque, quæ ad Numerum refertur à Græcis. Nam & ποιότητα, & ποσότητα dicũt, nos vtrun-
Depreca-tio. que eadem appellatione complectimur. Vltima eſt DEprecatio, quod genus cauſæ pleri-
que negarunt in iudicium vnquam venire. Quin Cicero quoque pro Quinto Ligario idem
teſtari videtur, cum dicit, Cauſas Cæſar egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit
ratio honorum tuorum: certè nunquam hoc modo, Ignoſcite iudices, errauit, lapſus eſt, nõ
putauit: ſi vnquam poſthac, & cætera. In Senatu vero, & apud populũ, & apud Principem, K
& vbicũque iuris clementia eſt, habet locum Deprecatio. In qua plurimum valent ex ipſo
qui reus eſt, hæc tria in vita præcedere, Si innocens, Si bene meritus, Si ſpes in futurum in-
nocenter victuri, & in aliquo vſu futuri: Præterea ſi vel aliis incommodis, vel præſenti peri-
culo, vel pœnitentia videatur ſatis pœnarũ dediſſe. Extrà, Nobilitas, Dignitas, Propinqui,
Amici. In eo tamen qui cognoſcit, plurimum ponendum, ſi laus eum miſericordis potius,
quàm reprehenſio diſſoluti conſecutura eſt. Verũ & in iudiciis etiam ſi non toto genere cau
ſæ, tamen ex parte magna hic locus ſæpe tractatur. Nam & diuiſio frequens eſt, etiam ſi fe-
ciſſet, ignoſcẽdum fuiſſe. Idque in cauſis dubiis ſæpe prævaluit, & Epilogi omnes in eadem
ferè materia verſari ſolent. Sed nonnunquam etiam reus hic totius ſummam conſtituit, ſi
exhæredatum à ſe filium pater teſtatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricem amaue- L
rit. Nam omnis hic quæſtio: an huic delicto pater debuerit ignoſcere, & Centumuiri tri-
buere debeant veniam. Sed etiam in formulis, cum Pœnariæ ſunt Actiones, nos ita cau-
ſam partimur, An commiſſa ſit pœna, an exigi debeat. Id autem quod illi viderunt, verum
De prœmijs eſt, reum à iudicibus hoc defenſionis modo liberari non poſſe. De PRAEMIIS au-
tem quæruntur duo, an vllo ſit dignus qui petit, an tanto: ex duobus, vter dignior: ex pluri-
bus, quis digniſſimus. Quorum tractatus ex ipſo meritorum genere ducuntur. Et intuebi-
mur non rem tantum, ſiue alleganda, ſiue comparanda erit: ſed Perſonam quoque. Nam
& multum intereſt, tyrannum iuuenis occiderit, an ſenex, vir an fœmina, alienus an coniũ-
ctus. Et Locum multipliciter, in ciuitate tyrannis aſſueta, an libera ſemper: in arce, an do-
mi. Et Quomodo factum ſit, an ferro, an veneno. Et Quo Tempore, bello an pace, an cum M
De meritis. depoſiturus eſſet eam poteſtatem, an cum aliquid noui ſceleris auſurus. Habetur in
MERITIS Gratia, Periculum quoque ac Difficultas. Similiter Liberalitas à quo profe-
cta ſit refert. Nam in paupere gratior quàm in diuite, dante beneficium quàm reddente, patre
quàm orbo. Item, Quam rem dederit, & Quo tempore, & Quo animo, id eſt num in aliquã
ſpem ſuam: ſimiliter alia. Et ideo Qualitas maxima Oratoris recipit opera, quia in vtráque

A partem plurimum est ingenio loci, nec vsquam tantum affectus valent. Etiam Coniectura extrinsecus quoque adductas frequenter probationes habet, & argumenta ex materia sumit: vt quale quicque videatur, Eloquentia opus est, hic regnat, hic imperat, hic sola vincit.

Huic parti subiungit Virginius causas Abdicationis, Dementiæ, Malæ Tractationis, Orbarum nuptias indicentium. Nam & * iudicium ferè sic accidit: inuẽtique sunt, qui has materias officiorum vocarent. Sed alios quoque nonnunquam leges hæ recipiunt Status. Nam & Coniectura est aliquando in plerisque horum, cum se vel non fecisse, vel bona mente fecisse contendunt. Cuius generis exempla sunt multa. Et quid sit Dementia, & Mala Tractatio finitur: Nam iuris quæstiones plerunque leges præcurrere solent, & ex quibus causis nõ fiat statutum. Quod tamen facto defendi non poterit, iure nitetur. Et quot & quibus causis

B abdicare non liceat, & in quæ crimina Malæ Tractationis actio detur, & cui accusare Demẽtiæ non permittatur. ABDICATIONVM FORMAE sunt duæ: Altera crimi- Abdicationũ formæ.
nis perfecti, vt si abdicetur raptor, adulter: Altera imperfecti, velut pendentis, & adhuc in cõditione positi: quales sunt, in quibus abdicatur filius, quia nõ pareat patri. Illa semper aspe
ram abdicantis actionem habet, (immutabile est enim quod factum, est) hæc ex parte blandam & suadenti similem. Mauult enim pater corrigere, quàm abdicare. At pro filiis in vtroque genere summissam, & ad satisfaciendum compositam. à quo dissensuros scio, qui libenter patris figuram lædunt. quod non ausim dicere nunquam esse faciẽdum: potest enim materia incidere, quæ hoc exigat: cæterum videndum est quoties aliter agi potest. Sed de figuris in alio libro tractabimus. Non dissimiles autem Abdicationum actionibus sunt

C MALAE TRACTATIONIS actiones. Nam & ipsæ habent eandem in accusationibus moderationem. DEMENTIAE quoque iudicia, aut propter id quod factũ Dementię.
est, aut propter id quod adhuc fieri vel non fieri potest, instituuntur: & actor in eo quod factum est, liberum habet impetum: sic tamen, vt factum accuset, ipsius patris tanquam valetudine lapsi misereatur: in eo vero, cuius libera mutatio est, diu roget & suadeat, & nouissimè dementiam rationi queratur obstare, non mores: quos quanto magis in præteritum laudauerit, tanto facilius probabit morbo esse mutatos. Reus quoties causa patietur, debebit esse in defensione moderatus, quia ferè ira, & concitatio furori sunt similia. Omnibus his commune est, quòd rei non semper defensione facti, sed excusatione, ac venia frequenter vtuntur. Est enim domestica disceptatio, in qua & semel peccasse, & per errorem, &

D leuius quàm obiiciatur, absolutioni nonnunquam sufficit. Sed alia quoque multa controuersiarũ genera in Qualitatem cadunt. INIVRIARVM: Quanquam enim reus Iniuriarũ.
aliquando fecisse negat, plerunque tamen hæc actio facto atque animo continetur. DE ACCVSATORE CONSTITVENDO, quæ iudicia Diuinationes vocantur, Diuinationes.
in quo genere Cicero quidem, qui mandantibus sociis Verrem accusabat. hac vsus est diuisione, spectandum à quo maximè agi velint ii, de quorum vltione quæritur: à quo minimè velit is, qui accusatur. Frequentissimè tamẽ hæ sunt quæstiones, vter maiores causas habeat, vter plus industriæ aut virium sit allaturus ad accusandum, vter id meliore fide sit facturus. Act. i.

TVTELAE præterea, in quo iudicio solet quæri, an alia de re quàm de calculis cognosci oporteat: an fidem præstare debeat tantum, non etiam consilium & euentum. Cui si- Tutelæ.

E mile est MALAE GESTAE PROCVRATIONIS in foro negociorum gestorum: nam & Mãdati actio est. Præter hæc fingũtur in scholis & SCRIPTI MALEFICII, in quibus aut hoc quæritur, an scriptum sit: aut hoc an maleficium sit: raro vtrunque. MALE GESTAE LEGATIONIS, apud Græcos & veris causis frequens: vbi iuris loco quæri solet, an omnino aliter agere quàm mandatum sit, liceat, & quousque sit legatus: quoniam alii in renunciando sunt: vt is, qui testimonium in Verrem dixerat, post perlatam legationem. Plurimum tamen est in eo, quale sit factum. REIPVB. LAESAE. Hinc mouentur quidem mille iuris cauillationes, quid sit Rempub. lædere, & læserit ne an profuerit, & ab ipso an propter ipsum læsa sit. In facto tamen plurimum inest. Procurationis. Scripti maleficij. Legationis Reip. læsæ.

INGRATI quoque. In quo genere quæritur, an is cum quo agitur, acceperit benefi- Ingrati.

F cium, quod raro negandum est (ingratus est enim qui negat) an quantum acceperit reddiderit: an protinus qui non reddiderit, ingratus sit: an potuerit reddere, an id quod exigebatur, debuerit, quo animo sit. Simpliciores illæ INIVSTI REPVDII, sub qua lege cõ Repudij.
trouersiæ illud proprium habent, quòd à parte accusantis defensio est, & defendentis accusatio. Præterea cum quis rationem MORTIS in Senatu reddit: vbi vna quæstio est Iuris: an is demum prohibendus sit, qui mori vult, vt se legum actionibus subtrahat: cætera- Mortis

Testamentorum. Qualitatis. Finguntur & TESTAMENTA, in quibus de sola quæratur voluntate: G vt in controuersia quam supra exposui, in qua de parte patrimonii quarta, quam pater dignissimo ex filiis reliquerat, contendũt Philosophus, Medicus, Orator. Quod item accidit, si orbæ nuptias indicant pares gradu, & si inter propinquos de idoneo quæratur. Sed mihi nec omnes persequi materias in animo est: fingi enim adhuc possunt: nec communes sunt earum quæstiones, quia positionibus mutantur. Hoc tantum admiror, Flauium cuius apud me merito summa est authoritas, cum artem scholæ tantum componeret, tam angustè materiam Qualitatis terminasse. Quantitas quoque (vt dixi plerunque) etiam si non semper, tamen plerunque eidem subiacet, seu Modi est, seu Numeri. Sed Modus aliquando cõstat æstimatione facti, quanta sit culpa, quantũmve beneficium: aliquando iure, cum id in controuersiam venit, qua quis lege puniendus, vel honorãdus sit. Stuprator an decem millia dare de- H beat, quæ pœna huic crimini cõstituta est: an quia stupratus se suspendit, capite puniri, tãquam causa mortis. Quo in gerere falluntur, qui ita dicunt, tanquam inter duas leges quæratur. Nam de decem millibus nulla controuersia est, quæ nec petuntur. Iudicium redditur, an reus causa sit mortis. In Cõiectură quoque eadem species cadit: cum perpetuo, an quinquennali sit exilio multandus, in controuersiam venerit: num prudens cædem commiserit, quæritur. Illa quoque, quæ ex Numero ducitur, pendet ex iure: an Thrasybulo triginta præmia debeantur: & cum duo fures pecuniã abstulerũt, seperatim quadruplum quisque an duplum debeat. Sed hic factum quoque æstimatur, & tamen ius ipsum pendet ex Qualitate.

De Actionis Quæstione. Cap. VI.

I

VI neque feciſſe ſe negabit, neque aliud eſſe quod fecerit, dicet, neque factũ defendet, neceſſe eſt in ſuo iure cõſiſtat. In quo plerunque ACTIONIS

Q eſt QVAESTIO: quæ non ſemper eadẽ eſt, vt quidam putauerunt. Nã & iudicium antecedit, qualia ſunt Præturæ curioſa conſilia, cum de iure accuſatoris ambigitur, & in ipſis frequentiſſimè iudiciis verſatur. Eſt enim duplex eius diſceptationis conditio, quòd aut intentio, aut præſcriptio habet controuerſiã. Ac fuerũt, qui Præſcriptionis Statum facerent, tanquam ea nõ iiſdem omnibus, quibus cæ-

Præſcriptionis contentio. teræ leges quæſtionibus contineretur. Cum ex PRæſcriptione lis pẽdet, de ipſa re quæri nõ eſt neceſſe. Ignominioſo patri filius præſcribit: de eo ſolo iudicatio eſt, an liceat. Quoties tamen poterimus efficiendũ eſt, vt de re quoque bene ſentiat. Sic enim iuri noſtro libentius K indulgebit: vt in Spõſionibus, quæ ex interdictis fiũt, etiam ſi non proprietatis eſt quæſtio, ſed tantum poſſeſſionis: tamen non ſolũ poſſediſſe nos, ſed etiam noſtrum poſſediſſe docere

Ex intentione lis. oportebit. Sed frequentius etiam quæritur de intentione, Vir fortis optet quicquid volet: nego illi dandum quicquid optauerit, non habeo præſcriptionem, ſed tamen voluntate cõtra verba præſcriptionis modo vtor. In vtroque autem genere Status idem fit. Porro Lex omnis, aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. Litem habet, aut propter ſeipſam, aut propter alterã. Quæſtio eſt aut in ſcripto, aut in voluntate. In ſcripto, aut apertum eſt, aut obſcurum, aut ambiguum. Quod de Legibus dico, idem accipi volo de Teſtamentis, Pactis, Stipulationibus, omni denique Scripto, idem de Voce. Et quoniã quatuor eius generis Quæſtiones vel Status facimus, ſingulos percurram. L

De Statu ex Scripto & Voluntate. Cap. VII.

CRIPTI, & VOLVNTATIS frequentiſſima inter conſultos quæ-

S ſtio eſt, & pars magna controuerſiæ iuris hinc pendet: quo minus id ſcholis accidere mirum eſt, vbi etiam ex induſtria fingitur. Eius genus vnum eſt, in quo de ſcripto, & de voluntate quæritur. Id tum accidit, cum eſt in lege aliqua obſcuritas, & in ea aut vterque ſuam interpretationem cõfirmat, aut aduerſarii ſubuertit, vt hic, Fur quadruplum ſoluat, duo furripuerunt pariter decem millia, petũtur ab vtroque quadragena, illi poſtulant vt vigena cõferãt. Nã & actor dicit, hoc eſſe quadruplum quod petat, & rei hoc quod offerant. Voluntas quoque vtrinque defenditur, aut M cum de altero intellectu certum eſt, de altero dubium. Ex meretrice natus, ne concionetur. Quæ filium habebat, proſtare cœpit. Prohibetur adoleſcens concione. Nam de eius filio, quæ ante partum meretrix fuit, certum eſt: an eadem huius cauſa ſit, dubium eſt, quia ex hac natus, & hæc meretrix eſt. Solet & illud quæri, quò referatur quod ſcriptum eſt, Bis de eadem re ne ſit actio, id eſt hoc bis ad actorem, an ad actionem. Hæc ex iure obſcuro. Alte-

A terum genus eſt ex manifeſto:quod qui ſolum viderunt,hunc Statum plani, & Voluntatis appellauerunt. In hoc altera pars ſcripto nititur,altera voluntate. Sed contra Scriptum tribus generibus occurritur. Vnum eſt,in quo id ſeruari ſemper non poſſe ex ipſo patet. Liberi parentes alant aut,vinciantur. Non enim alligabitur infans. Hinc erit ad alia trãſitus & diuiſio,Num quiſquis non aluerit,num hic. Propter hoc proponunt quidam tale genus controuerſiarum,in quo nullum argumentum eſt,quod ex lege ipſa peti poſſit,ſed de eo tãtum, de quo lis eſt,quærendum ſit. Peregrinus,ſi murum aſcenderit,capite puniatur. Cum hoſtes murum aſcendiſſent,peregrinus eos depulit,petitur ad ſupplicium. Non erunt hic ſeparatæ quæſtiones,an quiſquis,an hic,quia nullum poteſt afferri argumentum contra ſcriptum,vehementius eo quod in lite eſt:ſed hoc tantum,an ne ſeruandæ quidem ciuitatis cauſa. Ergo
B & æquitate & voluntate pugnandum. Fieri tamen poteſt,vt ex aliis legibus exempla ducamus,per quæ appareat ſemper ſtari ſcripto non poſſe,vt Cicero pro Cecinna fecit. Tertium,cum in ipſis verbis legis reperimus aliquid per quod probemus aliud legum latorem voluiſſe:vt in hac controuerſia, Qui nocte cum ferro deprehenſus fuerit,alligetur. Cum annulo ferreo inuentum magiſtratus alligauit. Hic quia eſt verbum in lege,deprehenſus, ſatis etiam ſignificatum videtur non contineri lege niſi noxium ferrum. Sed vt qui voluntate nitetur,ſcriptum quoties poterit infirmare debebit:ita qui ſcriptum tuebitur, adiuuare ſe etiam voluntate tentabit. In teſtamẽtis & illa accidunt,vt voluntas manifeſta ſit, ſcriptum nihil ſit:vt in iudicio Curiano,in quo nota L. Craſſi & Sceuolæ fuit contentio. Subſtitutus hæres erat,ſi poſthumus ante tutelæ ſuæ annos deceſſiſſet. Non eſt natus. Propinqui bona ſibi vendicabant. Quis dubitaret, quin ea voluntas fuiſſet teſtantis, vt is non na
C to filio hæres eſſet,qui mortuo?ſed hoc non ſcripſerat. Id quoque,quod huic contrarium eſt, accidit nuper,vt eſſet ſcriptum quod appareret ſcriptorem noluiſſe, qui ſeſtertium numũ quinque millia legauerat,cum emendaret teſtamentum,ſublatis ſeſtertiis numis,argẽtei põ do poſuit,quinque millia remanſerunt. Apparuit tamen quinque pondo dari voluiſſe, quia ille in argento legato modus,& inauditus erat,& incredibilis. Sub hoc etiam Statu generales ſunt quæſtiones,Scripto an Voluntate ſtandum ſit: Quæ fuerit ſcribentis volũtas. Tractatus omnes Qualitatis aut Coniecturæ,de quibus ſatis dictum arbitror.

Quomodo occurratur ſcripto

Cic. de Orat.ij.

De Contrariis Legibus. Cap. VIII.

D ROXIMVM eſt de LEGIBVS CONTRARIIS dicere,quia inter omnes artium ſcriptores cõſtat in Antinomia duos eſſe, Scripti & Vo
P luntatis,Status:neque immerito,quia cum lex legi obſtet, vtrinque cõtra ſcriptum dicitur: & quæſtio eſt de voluntate, in vtraque id ambigitur, an vtique illa lege ſit vtendum. Omnibus autem manifeſtum eſt,Nunq̃ eſſe legem legi contrariam iure ipſo:quia ſi diuerſum ius eſſet,alterum altero abrogaretur:ſed eas caſu collidi,& euentu. Colliduntur autem aut pares inter ſe, vt ſi optio tyrannicidæ, & viri fortis comparentur,vtrique data quod velit petendi poteſtate. Hic meritorum,tẽporis,præmii collatio eſt, Aut ſecum ipſæ,vt duorum fortium,duorum tyrãnicidarum,duarum raptarum,in quibus nõ poteſt eſſe alia quæſtio quàm tẽporis,vtra prior ſit: aut Qualitatis,vtra
E iuſtior ſit petitio. Diuerſæ quoque leges confligunt,aut ſimiles. DIuerſæ,quibus etiam citra aduerſam legem contradici poſſit:vt in hac cõtrouerſia, Magiſtratus ab arce ne diſcedat: Vir fortis optato quæ volet:vel alia nulla obſtante,quæri poteſt an quicquid optarit accipere debeat:& à magiſtratu multa dicentur,quibus ſcriptum expugnatur,Si incendium in arce fuerit:ſi in hoſtes recurrendum. SImiles,contra quas nihil opponi poteſt, niſi lex altera. Tyrãnicidæ imago in gymnaſio ponatur:contrà mulieris imago in gymnaſio ne ponatur. Mulier tyrannum occidit. Nam neque mulieris imago vllo alio caſu poni poteſt,neque tyrannicidæ vllo alio caſu ſummoueri. Impares ſunt, cum alteri multa ſunt quæ opponi poſſunt,alteri nihil,niſi quod in lite eſt,vt cum vir fortis impunitatem deſertoris petit. Nã contra legem viri fortis(vt ſupra oſtendi)multa dicuntur:aduerſus deſertores ſcripta,non po
F teſt niſi optione ſubuerti. Item aut Confeſſum eſt ex vtraque parte ius,aut Dubium. Si Confeſſum eſt,hæc ferè quæruntur: Vtra lex potentior:ad deos perrineat, an ad homines: ad Rẽpublicã,an ad priuatos: De honore, an de pœna: De magnis rebus,an de paruis. Permittat,an vetet,an imperet. Solet tractari & vtra ſit antiquior, & velut potentiſſima, vtra minus perdat: vt in deſertore, & viro forti, quòd illo non occiſo,lex tota tollatur: occiſo,

Antinomia.

Legum inter ſe colliſio.

Cõfeſſum.

sit reliqua viro forti alia optio. Plurimum tamen est in hoc, vtrũ fieri sit melius atq; æqui- G
Dubium. us, de quo nihil præcipi, nisi proposita materia, potest. Si dubium, aut alteri, aut inuicem vtrique de iure sit controuersia: vt in re tali, Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit. Liberti hæredem sequantur. Liberti filium quidam fecit hæredem, inuicem petitur manus iniectio: & patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit.

Duplices leges. Senatusco̅sulta. Duplices Leges sicut duæ colliduntur, vt nothus ante legitimum natus legitimus sit, post legitimum tantum ciuis. Quod de Legibus, idem de Senatusconsultis dictum: quæ si aut inter se pugnent, aut obstent Legibus, non tamen aliud sit eius Status nomen.

De Syllogismo seu Ratiocinatione. Cap. IX

Ratiocinatio. SYLLOGISMVS habet aliquid simile Scripto & Volũtati, quia semper H pars in eo altera scripto nititur. Sed hoc interest, quòd illic cõtra scriptum dicitur, hic super scriptum: illic qui verba defendit, hoc agit vt fiat vtique quod scriptum est, hic ne aliud quàm scriptum est. Eius nonnulla etiam cum finitione coniunctio. Nam sæpe, si finitio infirma est, in Syllogismum delabitur. Sit enim lex, Venefica capite puniatur, * Spe perscrutandi amatorium dedit, eundem repudiauit: per propinquos rogata vt rediret, non est reuersa. suspendit se maritus. Mulier veneficii rea est. Fortissima est actio, dicentis amatorium venenum esse. id erit finitio, quæ si parum valebit, fiet Syllogismus: ad quem velut remissa priore contentione veniemus, an perinde puniri debeat, ac si virum veneno necasset. Ergo hic Status ducit ex eo quod scriptum est, id quod incertum est. quod quoniam ratiocinatione colligitur, RAtiocinatiuus dicitur. I

Eius species. In has autem ferè species venit. An quod semel ius est, idem & sæpius: Incesti dãnata, & præcipitata de saxo vixit, repetitur. An quod in vno & in pluribus. Qui duos vno tẽpore tyrannos occidit, duo præmia petit. An quod antè, & postea: Raptor profugit, rapta nupsit, reuerso illo petit optionem. An quod in toto, idem in parte: Aratrum accipere pignore non licet, vomerem accepit. An quod in parte, idem in toto: Lanas vehere Tarento non licet, oues vexit. In his Syllogismis scripto alter nititur, alter non satis cautũ esse dicit. Postulo vt præcipitetur incesta: lex est, & rapta optionẽ petit, & in oue lanæ sunt, similiter alia. Sed quia respõderi potest, non est scriptum, vt sæpius præcipitetur damnata, aut quandocunque rapta optet, aut tyrannicida duo præmia accipiat, nihil de vomere cautum,
Ex scripto nõ scriptũ. nihil de ouibus, ex eo quod manifestum, colligitur quod dubium est. Maioris pugnæ est, K
ex scripto ducere quod scriptum non est. An quia hoc, & hoc. Qui patrem occiderit, culeo insuatur, matrem occidit. Ex domo in ius educere ne liceat: tabernaculis eduxit. In hoc genere hæc quæruntur, An quoties propria lex non est, simili sit vtendum: An id de quo agitur, ei de quo scriptum est, simile sit. Simile autẽ, & maius est, & par, & minus. In illo priore, an satis lege cautum sit, an & si parum cautum est, & hac sit vtendum. In vtroque de voluntate legum latoris, sed de æquo tractatus potentissimi.

De Ambiguo, seu Amphibolia. Cap. X.

Amphibolia ex singulis vocibus AMPHIBOLIAE species sunt innumerabiles: adeo vt philosophorum L
quibusdam nullum videatur esse verbum, quod non plura significet: genera admodum pauca. Aut enim vocibus accidit singulis, aut cõiunctis. Singula afferunt errorem, cum pluribus rebus, aut hominibus eadem appellatio est. ὁμωνυμία dicitur, vt Gallus. Vtrum enim auem, an gẽtem, an nomen, an * fortunam corporis significet, incertũ est. Et Aiax, Telamonis an Oilei filius. Verba quoq; quædam diuersos intellectus habent: vt, Cerno. quæ ambiguitas plurimis modis accidit. Vnde ferè lites præcipuè ex testamentis: cum de libertate, aut etiam de hæreditate contendunt ii, quibus idem nomen est: aut quid sit legatum, quæritur. Alterũ est, in quo alia verbo integro significatio est, alia diuiso: vt ingenua, & armamentum, & coruinum. Ineptæ sa-
Ex cõpositis vocib⁹. Per casus Per collocationem. nè cauillationes, ex qua tamen Græci cõtrouersias ducũt: inde ἀυλητρὶς illa vulgata, cũ quæ- M
ritur, vtrum aula quæ ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat publicari. Tertia est ex Compositis, vt si quis corpus suum in occulto loco poni iubeat, circaque monumentũ multum agri ab hæredibus in tutelam cinerum vt solet leget, sit littus hoc cultum. Sic apud
Ennius apud Cic. Græcos contendit λέων & παντελέων, cum scriptura dubia est, bona omnia λέοντα, an bona παντελέοντα relicta sint. In coniunctis plus ambiguitatis est. Fit autẽ per Casus: vt, Aio te

A AEacida Romanos vincere posse. Per Collocationem, vbi dubium est quid quo referri oporteat: ac frequētissimè cum id quod medium est, vtrinque possit trahi, vt de Troilo Virgilius, Lora tenens tamen. Hic vtrum quòd teneat tamen lora, an quanuis teneat, tamen trahatur, quæri potest. Vnde cōtrouersia illa, Testamento quidā iussit poni statuam auream hastam tenētem. Quæritur statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in sta- Diuinat.
tua alterius materiæ. Fit per Flexum idē magis, Quinquaginta vbi erāt centum inde occi- AEni.
dit Achilles. Sæpe vtri duorum antecedētium sermo subiunctus sit, in dubio est. Vnde est cō- Per flexum
trouersia, Hæres meus vxori meæ dare damnas esto argenti, quod elegerit, pondo centum. Per situm.
Vter eligat quæritur. Verum id quod ex his primum est, mutatione casuum: sequēs diui- Amphibo-
sione verborum, aut translatione emēdatur: tertium adiectione, Accusatiui geminatione fa- liæ solutio-
B cta amphibolia soluitur ablatiuo: vt illud, Lachetem audiui percussisse Demeam: fiat, à nes.
Lachete percussum Demeam. Sed ablatiuo ipsi, vt in primo diximus, inest naturalis amphibolia, Cælo decurrit aperto: vtrum per apertum cælum, an cum cælum apertum esset. Diuisio respiratione & mora constat. Statuam, deinde auream hastam: vel statuam auream, deinde hastam. Adiectio talis est, argentum quod elegerit ipse, vt hæres intelligatur: vel ipsa, vt vxor. Adiectione facta amphibolia, qualis sit, * Nos flentes illos deprehendimus, detractione soluetur. Pluribus verbis emēdandum, vbi est id, quod quò referatur, dubium est, & ipsum est ambiguum. Hæres meus dare illi damnas esto omnia sua. In quod genus incidit
Cicero loquēs de C. Fannii soceri instituto, Quem quia cooptatus in Augurum collegium In Bruto.
non erat, nō admodum diligebat: præsertim cum ille Q. Scæuolam sibi minorem natu ge-
C nerum prætulisset. Nam id sibi, & ad socerum referri, & ad Fannium potest. Productio Per produ-
quoque in scripto & correptio, in dubio relicta, causa est ambiguitatis: vt in hoc, Cato. ctionem &
aliud enim ostēdit breuis secūda syllaba casu nominatiuo, aliud eadem syllaba producta casu correptio-
datiuo aut ablatiuo. Plurimæ præterea sunt aliæ species, quas persequi nihil necesse est. Nec nem.
refert quomodo facta sit amphibolia, aut quo resoluatur. Duas enim res significari manifestum est, & quod ad scriptum, vocemve pertinet, in vtranque par est partem. Idcóque frustra præcipitur, vt in hoc Statu vocem ipsam ad nostrā partem conemur vertere. Nam si id fieri potest, amphibolia non est. Amphiboliæ autem omnis in his erit quæstio, aliquādo vter sit secundum naturam magis sermo, semper vtrum sit æquius, vtrum is qui sic scripsit ac sic dixit, sic voluerit. Quarum in vtranque partem satis ex his, quæ de Coniectura & Qualitate
D diximus, præceptum est.

Quæ sit inter Status Cognatio, & quæ Diuersitas. Cap. XI.

E STAT autē quædam inter hos Status Cognatio. Nam & in Finitione, quæ sit voluntas nominis quæritur: & in Syllogismo, qui secundus à Finitione Status est, spectatur, quid voluerit scriptor: & ex Cōtrariis Legibus duos esse Scripti & Voluntatis Status apparet. Rursus & Finitio quodammodo est Amphibolia, cum in duas partes diducatur intellectus nominis. Scriptum & vo lūtas habet in verbis vocis quæstionem, quod idem in Antinomia petitur. Ideóque omnia
E hæc quidam Scriptū & Voluntatem esse dixerunt: alii in Scripto & Voluntate Amphilogiam esse, quæ facit quæstionem. Sed distincta sunt. Aliud est enim obscurum ius, aliud ambiguum. Igitur Finitio in natura ipsa nominis quæstionem habet generalem, & quæ esse etiam citra complexum causæ possit: Scriptum & Voluntas de eo disputat verbo quod est in lege: Syllogismus de eo, quod non est: Amphiboliæ lis in diuersum trahit: Legum Contrariarum ex diuerso pugna est. Neque immerito recepta est à doctissimis hæc differentia, & apud plurimos ac prudentissimos durat. Et de hoc quidem genere disceptationis, etiam si non omnia tradi, tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ nisi proposita, de qua dicendum est, materia, viam docendi non præbeant. Non enim causa vniuersa in quæstiones ac locos ducenda est. Sed ipsæ hæ partes habent rursus ordinem suum. Nam & Disponēdi
F in Prooemio primum est aliquid, & secundum, ac deinceps. Et quæstio omnis ac locus præcepta.
habet suam dispositionem, vt theseis etiam simplices, si forte satis erit diuidendi peritus, qui controuersiam in hæc diduxerit. An omne præmium viro forti dandum sit, an ex priuato, an nuptiæ, an ea quæ nupta sit, an hæc: deinde cum fuerit de prima quæstione dicendum, passim, & vt * quicque in mentem veniet, miscuerit? non primum in ea scierit esse tractandum, verbis legis standum sit, an voluntate, huius ipsius particulæ aliquod initium fecerit? Deinde proxima subnectens struxerit orationem, vt pars ho-

minis eſt manus eius digiti,illorum quoque articuli.Eſt & hoc, quod ſcriptor demonſtrare G
nō poſſit,niſi certa definitáque materia.Sed quid vna faciat aut altera? quinimmo centum
ac mille in re infinita,atque materia?Præceptoris eſt,in alio atque alio genere quotidie oſtē-
dere quis ordo ſit rerum,& quæ copulatio,vt paulatim fiat vſus,& ad ſimilia tranſitus.Tra-
di enim omnia quæ ars efficit,non poſſunt.Nam quis pictor omnia, quæ in rerum natura
ſunt,adumbrare didicit?Sed percepta ſemel imitandi ratione aſſimilabit quicquid accepe-
rit.Quis enim non faber vaſculum aliquod, quale nunquam viderat, facit? Quædam vero
nō docentium,ſed diſcentium.Nam medicus quid in quoque valetudinis genere faciēdum
ſit,quid quibuſque ſignis prouidendum, docebit, Vim ſentiendi, pulſus venarum, caloris
motus,ſpiritus meatum, coloris diſtantiam,quæ in ſua cuiuſque ſunt,ingeniū dabit. Qua- H
re plurima petamus à nobis,& cum cauſis deliberemus,cogitemúsque homines ante inue-
niſſe artem quàm docuiſſe.Illa enim potentiſſima eſt,quæque verè dicitur OEconomica to-
tius cauſæ Diſpoſitio,quæ conſtitui niſi velut in re præſenti non poteſt: Vbi aſſumendum
Prooemium,vbi omittendum:Vbi vtendum expoſitione continua,vbi partita:Vbi ab ini-
Mos Homericus. tiis incipiendum, vbi more Homerico à mediis,vel vltimis,vbi omnino non exponēdum:
Quando à noſtris,quando ab aduerſariorum propoſitionibus incipiamus: Quando à fir-
miſſimis probationibus, quando à leuioribus: qua in cauſa proponendæ Prooemiis quæ-
ſtiones,qua præparatione præmuniendæ: Quid iudicis animus accipere poſſit ſtatim di-
ctum,quò paulatim deducendus:Singulis, an vniuerſis opponenda refutatio: Reſeruandi
Perorationi,an per totam orationem diffundendi affectus:De iure prius,an de æquitate di- I
cendum:An anteacta crimina,an de quibus iudicium eſt,prius obiicere, vel diluere conue-
niat: Si multiplices cauſæ erunt,quis ordo faciendus,quæ teſtimonia,tabulæve cuiuſque ge
neris in Actione recitandæ, quæ reſeruādæ.Hæc eſt velut imperatoria virtus copias ſuas par
tientis ad caſus præliorum,retinentis partes propter caſtella tuēda cuſtodiendásve vrbes,pe
tendos commeatus,obſidenda itinera,mari deniqne ac terra diuidētis.Sed hæc in oratione
præſtat omnia,cui affuerint natura,doctrina,ſtudium. Quare nemo expectet,vt alieno tan-
tum labore ſit diſertus. Vigilandum ducat,iterum enitendum, pallendum eſt,facienda ſua
cuique vis,ſua ratio.non reſpiciendum ad hæc,ſed in promptu habenda: nec tanquàm tra-
dita,ſed tanquàm innata.Nam viam demonſtrare velociter ars poteſt, ſiqua eſt: verum ars
ſatis præſtat, ſi copias Eloquētiæ ponit in medio:noſtrum eſt vti eis ſcire.Reliqua partium K
eſt demum Diſpoſitio.Et in his ipſis primus aliquis ſenſus, & ſecundus, & tertius: qui non
modo vt ſint ordine collocati,elaborandum eſt,ſed vt inter ſe iuncti, atque ita cohærentes,
ne commiſſura perluceat,corpus ſit non membra. Quod ita continget,ſi & quid in quoque
conueniat viderimus,& vt verba verbis applicemus,non pugnantia,ſed quæ inuicem com-
plectantur.Ita res diuerſæ diſtantibus ex locis, quaſi inuicem ignotæ non collidentur, ſed
aliqua ſocietate ſe cum prioribus ac ſequentibus,copulāque tenebunt:ac videbitur non ſolū
compoſita oratio,ſed etiam continua.Verum longius fortaſſe progredior fallente tranſitu,
& à Diſpoſitione ad Elocutionis præcepta labor,quod proximus liber inchoabit.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER VIII. L

PROOEMIVM.

IS ferè,quæ in proximos quinque libros collata ſunt,ratio inueniē
di,atque inuenta diſponendi continetur: quam vt per omnes nume
ros penitus cognſcere,ad ſummam ſcientiæ neceſſarium eſt,ita inci-
pientibus breuius ac ſimplicius tradi magis conuenit. Aut enim
H difficultate inſtitutionis tam numeroſæ atque perplexæ deterreri ſo
lent, aut eo tempore quo præcipuè alenda ingenia, atque indulgen-
tia quadam enutrienda ſunt, aſperiorum tractatu rerum atteruntur. M
Aut ſi hæc ſola didicerint, ſatis ſe ad Eloquentiam inſtructos arbi-
trantur,aut quaſi ad certas quaſdam dicendi leges alligati, conatum
omnem reformidant.Vnde exiſtimant accidiſſe,vt qui diligentiſſimi artium ſcriptores ex-
titerunt, ab eloquentia longiſſimè fuerint. Via tamen opus eſt incipientibus,ſed ea pla-
na,& cum ad ingrediendum,tum ad demonſtrandum expedita. Eligat itaque peritus il-
le præceptor ex omnibus optima, & tradat ea demum in præſentia, quæ placent, remota

A refutandi cætera mora. Sequuntur enim discipuli quo duxeris. Mox cum robore discendi crescet etiam eruditio. Iidem primo solum iter credant esse in quod inducentur, mox illud cognituri etiam optimum. Sunt autem neque obscura, neque ad percipiendum difficilia, quæ scriptores diuersis opinionibus pertinaciter tuendis inuoluerunt. Itaque in toto artis huiusce tractatu difficilius est iudicare quid doceas, quam cum iudicaris, docere: præcipueque in duabus his partibus perquàm sunt pauca: circa quæ si is, qui instituitur, non repugnauerit, pronum ad cætera habiturus est cursum. Nempe enim plurimum in hoc laboris exhausimus, vt ostenderemus, Rhetoricen bene dicendi scientiam, & vtilem, & artem, & virtutem esse. Materiam eius, res omnes, de quibus dicendum esset. Tum & eas in tribus ferè generibus, Demõstratiuo, Deliberatiuo, Iudicialique reperiri. Orationẽ porro omnẽ B constare rebus, & verbis: In rebus intuendam inuentionem, in verbis elocutionem, in vtrisque collocationem: quæ memoria complecteretur, actio commendaret. Oratoris officiũ docendi, mouendi, delectandi partibus contineri. Ex quibus ad docendum, expositio & argumentatio: ad mouendum, affectus pertinerent, quos per omnem quidem causam, sed maximè tamen in ingressu ac fine dominari. Nam delectationem quanuis in vtroque sit eorũ, magis tamen proprias in elocutione partes habere. Quæstiones alias infinitas, alias finitas, quæ personis, locis, temporibus continerentur. In omni porro materia tria esse quærẽda, an sit, quid sit, quale sit. His adiiciebamus, Demonstratiuam laude ac vituperatione cõstare. In ea, quæ ab ipso de quo diceremus, quæ post eum acta essent, intuendũ. Hoc opus tractatu honestorum, vtiliumque constare. Suasoriis accedere tertiam partem ex Coniectu C ra, posset ne fieri, & an esset futurum, de quo deliberaretur. Hic præcipuè diximus spectãdũ, quis, apud quem, quid diceret. Iudicialium causarum, alias in singulis, alias in pluribus controuersiis consistere. & in quibusdam sufficere modo intẽtionem, modo depulsionem: porro depulsionem omnem inficiatione duplici, factum ne, & an hoc factũ esset: præterea defensione * ac translatione constare. Quæstionem aut ex facto, aut ex scripto esse. Ex facto, de rerum fide, proprietate, qualitate. Ex scripto, de verborum vi, aut voluntate: in quibus vis, tum causarum, tum actionum inspici soleat: quæque aut scripti & voluntatis, aut ratiocinatiuæ, aut ambiguitatis, aut legum contrariarum specie continetur. In omni porro causa iudiciali quinque esse partes, quarum exordio conciliari audientẽ, narratione causam proD poni, confirmatione roborari, refutatione dissolui, peroratione aut memoriam iudicis reflci, aut animos moueri. His argumentandi, & afficiendi locos, & quibus generibus concitari, placari, resolui iudices oportet, adiecimus. Accessit ratio diuisionis. Credere modo, qui discet, velit, certam quandam viam esse, in qua multa etiam sine doctrina præstare debeat per se ipsa natura, vt hæc de quibus dixi, non tam inuenta à præceptoribus, quàm cum fierent obseruata esse videantur.

Repetitio omniũ antedictorũ.

De Elocutione. Cap. I.

E P

LVS exigunt laboris & curæ quæ sequuntur. Hinc enim iam ELOCVTIONIS rationem tractabimus, partem operis, vt inter omnes Oratores conuenit, difficillimam. Nam & M. Antonius, cuius supra habuimus mentionem, ait à se disertos visos esse multos, eloquentem autem neminem. Disertis satis putat dicere quæ oporteat. Ornate autem dicere propriũ esse eloquentissimi. Quæ virtus si vsque ad eum in nullo reperta est, ac ne in ipso quidem, aut L. Crasso, certum est & in his, & in prioribus eam desideratam, quia difficillima fuit. Et M. Tullius inuentionem quidem ac dispositionem prudentis hominis putat, Eloquentiam Oratoris. Ideóque præcipuè circa præcepta partis huius elaborauit. Quod eum merito fecisse, etiam ipso rei, de qua loquimur, nomine, palàm declaratur. ELOQVI enim hoc est, omnia quæ mente conceperis, promere, atque ad audientes perferre: sine quo superuacua sunt priora, & similia gladio condito, atque intra vaginam suam hærenti. Hoc itaque maxiF mè docetur, hoc nullus nisi arte assequi potest, huc studium adhibendum, hoc exercitatio petit, hoc imitatio, hic omnis ætas consumitur, hoc maximè Orator Oratore præstantior, hoc genera ipsa dicendi alia aliis potiora. Neque enim Asiani, aut quocunque alio genere corrupti, res non viderunt, aut eas non collocarunt: neque quos aridos vocamus, stulti, aut in causis cæci fuerunt: sed his iudicium in eloquendo ac modus, illis vires defuerunt: vt appareat in hoc & vitium & virtutem esse dicendi. Non ideo tamen sola est agenda Cura Verborum. Occurram enim necesse est, & velut in vestibulo protinus appre-

Elocutio difficillima De orat. i. Eloquens nemo.

ii. de Orat. Eloqui.

Asiani oratores.

henſuris hanc confeſſionem meam,reſiſtam his,qui omiſſa rerum(qui nerui ſunt in cauſis) G
Decor. Cultus. diligentia,quodam inani circa voces ſtudio ſeneſcunt : idque faciũt gratia Decoris,quod eſt in dicendo,mea quidem opinione,pulcherrimum , ſed cum ſequitur , non cum affectatur. Corpora ſana,& integri ſanguinis,& exercitatione firmata,ex iiſdem his ſpeciem accipiunt, ex quibus vires:nanque & colorata,& aſtricta,& lacertis expreſſa ſunt:ſed eadem,ſiquis vulſa, atque fucata muliebriter comat,fœdiſſima ſunt ipſo formæ labore . Et Cultus conceſſus atque magnificus addit hominibus,vt Græco verſu teſtatum eſt,authoritatem:At muliebris & luxurioſus,non corpus exornat,ſed detegit mentem.Similter illa translucida & verſicolor quorundam elocutiones ipſas effœminat,quæ illo verborum habitu veſtiuntur. Curam ergo Verborum,Rerum volo eſſe ſolicitudinem.Nam plerunque optima rebus cohærent,& cernuntur ſuo lumine : At nos quærimus illa tanquam lateant ſemper , ſęque ſub- H
ducant. Ita nunquam putamus circa id eſſe , de quo dicendum eſt : ſed ex aliis locis petimus,& inuentis vim afferimus. Maiore animo aggredienda eloquentia eſt , quæ ſi toto corpore valet, vngues polire,& capillum reponere non exiſtimat ad curam ſuam pertinere.
Optima in elocutione Sed euenit plerunque,vt hac diligentia deterior etiam fiat oratio. Primum, quia ſunt optima minimè accerſita,& ſimplicibus,atque ab ipſa veritate profectis ſimilia . Nam illa quæ curam fatentur,& ficta atque compoſita videri etiam volunt , nec gratiam conſequuntur, & fidem amittunt propter id quòd ſenſus obumbrant , & velut læto gramine ſata ſtrangulant. Nam & quod rectè dici poteſt, circumimus amore verborum : & quod ſatis dictum eſt, repetimus : & quod vno verbo patet , pluribus oneramus : & pleraque ſignificare melius putamus quàm dicere. Quid? quòd nihil iam proprium placet , dum parum creditur diſertum, quod & alius dixiſſet. I
A corruptiſſimo quoque poetarum figuras ſeu tranſlationes mutuamur:tum demum ingenioſi ſcilicet , ſi ad intelligendos nos opus ſit ingenio . Atqui ſatis aperte Cicero præceperat , In dicendo vitium vel maximum eſſe, à vulgari genere orationis, atque à conſuetudine * communis ſenſus abhorrere . Sed ille & durus & ineruditus: nos melius,quibus ſordent omnia quæ natura * dictauit:qui non ornamenta quærimus, ſed lenocinia. quaſi vero ſit vlla verborum,niſi rei cohærentium, virtus: quæ vt propria ſint & dilucida,& ornata, & apte collocentur,ſi tota vita laborandum eſt,omnis ſtudiorum fructus amiſſus eſt. Atque pleroſque videas hærentes circa ſingula,& dum inueniunt,& dum inuenta ponderant,ac dimetiuntur. Quod etiam ſi idcirco fieret , vt ſemper optimis vterentur, abominanda tamen hæc infelicitas erat, quæ & curſum dicendi re- K
Eloquẽtiæ comparandæ ratio. frænat, & calorem cogitationis extinguit mora & diffidentia . Miſer enim , & (vt ſic dicam) pauper Orator eſt , qui nullum verbum æquo animo perdere poteſt . Sed ne perdet quidem , qui rationem loquendi primum cognouerit : tum lectione multa & idonea copioſam ſibi verborum ſupellectilem comparari, & huic adhibuerit artem collocandi : deinde hæc omnia exercitatione plurima roborarit,vt ſemper in promptu ſint, & ante oculos . Nanque & hoc qui fecerit , ei res cum nominibus ſuis occurrent . Sed opus eſt ſtudio præcedente, & acquiſita facultate , & quaſi repoſita. Nanque iſta quærendi, iudicandi,com parandi anxietas,dum diſcimus, adhibenda eſt, non cum dicimus.* Alioqui,ſicut qui patrimonium non pararunt , ſubinde quærunt : ita in oratione qui non ſatis laborarunt , ſi præparata vis dicendi non fuerit, erunt inofficioſi: non vt ad requiſita reſpondere , ſed vt L
ſemper ſenſibus inhærere videantur . Atque vt vmbra corpus ſequitur , in hac ipſa cura eſt aliquid ſatis. * Nam cum latina , ſignificantia , ornata , apte ſint collocata , quid amplius laboremus ? Quibuſdam tamen nullus finis calumniandi eſt , & cum ſingulis pene ſyllabis commorandi : qui etiam cum optima ſint reperta , quærunt aliquid quod ſit magis antiquum , remotum, inopinatum: nec intelligunt iacere ſenſus in oratione , in qua verba laudantur. Sit igitur cura Elocutionis quàm maxima, dum ſciamus tamen nihil verborum cauſa eſſe faciendum , cum verba ipſa rerum gratia ſint reperta : quorum ea ſunt maximè probabilia , quæ ſenſum animi noſtri optimè promunt , atque in animis iudicum , quod nos volumus , efficiunt . Ea debent præſtare ſine dubio & admirabilem & iucundam orationem . Verum admirabilem non ſic quo modo prodigia M
miramur , & iucundam orationem non deformi voluptate : ſed cum laude ad dignitatem coniuncta. Igitur quam Græci φάσιν vocant , latine dicimus Elocutionem. Eam ſpectamus Verbis , aut Singulis , aut Coniunctis . In Singulis intuendum eſt , vt ſint latina , perſpicua , ornata , & ad id quod efficere volumus , accommodata . In Coniunctis , vt emendata , vt collocata , vt figurata . Sed ea quæ de ratione latine atque

A emendate loquendi fuerunt dicenda,in libro primo,cum de Grammatice loqueremur, exe cuti ſumus. Verum illic tantûm ne vitioſa eſſent,præcepimus : hic non alienum eſt admonere, vt ſint quàm minime Peregrina,& Externa. Multos enim quibus loquendi ratio non deſit,inuenias:quos curioſe potius loqui dixeris,quàm latine:quo modo & illa Attica anus Theophraſtum hominem alioqui diſertiſſimum,annotata vnius affectatione verbi,Hoſpitem dixit:nec alio ſe id deprehendiſſe interrogata reſpondit, quàm quòd nimium attice loqueretur. Et in Tito Liuio miræ facundiæ viro putat ineſſe Pollio Aſinius quandam Patauinitatem. Quare ſi fieri poteſt,& verba omnia,& vox huius * alumnum vrbis oleant:vt oratio,Romana plane videatur,non ciuitate donata.

B De Perſpicuitate. Cap. II.

PERSPICVITAS in verbis præcipuâ habet Proprietatem:ſed PRO- Proprietatis ſpecies.
PRIETAS ipſa nõ ſimpliciter accipitur. Primus enim intellectus eſt,ſua
P cuiuſque rei appellatio,qua nõ ſemper vtimur. Nã & Obſcœna vitabimus,& I
Sordida,& Humilia. Sunt autem Humilia infra dignitatem rerum,aut or Vitãda humilia & ſordida.
dinis. In quo vitio cauendo non mediocriter quidã errare ſolent,qui omnia, quæ ſunt in vſu,etiam ſi cauſæ neceſſitas poſtulet,reformidant: vt ille, qui in actione,Ibericas herbas,ſe ſolo nequicquã intelligente,dicebat:niſi irridens hanc vanitatem Caſſius Seuerus,Spartum eũ dicere velle indicaſſet. Nec video quare clarus Orator,Duratos muria piſces, nitidius eſſe crediderit,quàm ipſum id quod vitabat. In hac autem Proprietatis ſpecie,quæ
C nominibus ipſis cuiuſque rei vtitur,nulla virtus eſt:atque ei contrarium eſt vitium:id apud Impropriũ AEn.iiij.
nos IMPROPRIVM, ἄκυρον apud Græcos vocatur: quale eſt,Tantum ſperare dolorem. Aut quod in oratione Dolabellæ emendatum à Cicerone annotaui, * Mortem ferre: * aut quali a nunc laudantur à quibuſdam, quorum eſt * de cruce * verba ceciderunt. Non tamen quicquid non erit proprium, protinus & improprii vitio laborabit. Quia primum omnium multa ſunt,& græce,& latine,non denominata. Nam & qui iaculum emittit,Iaculari dicitur:qui pilam aut ſudem,appellatione priuatim ſibi aſſignata caret.Et vt Lapidare quid ſit manifeſtum eſt,ita glebarum teſtarúmque iactus nõ habet nomen. Vnde ABVSIO, quæ κατάχρησις dicitur, neceſſaria. TRANSLATIO quoque,in qua vel ma- Abuſio. Trãslatio.
ximus eſt orationis ornatus, verba non ſuis rebus accommodat. Quare Proprietas non ad
D nomen,ſed ad vim ſignificandi refertur:nec auditu,ſed intellectu perpendenda eſt. Secun II
do modo dicitur Proprium inter plura quæ ſunt eiuſdem nominis, id vnde cætera ducta ſunt:vt,Vortex eſt contorta in ſe aqua,vel quicquid aliud ſimiliter vertitur. Inde propter flexum capillorum pars eſt ſumma capitis, * & ex hoc quod eſt in montibus eminentiſſimũ. Recte inquam dixeris hæc omnia vertices,proprie tamen,vnde initiũ eſt.Sic Soleæ, & Turdi piſces,& cætera. Tertius eſt huic diuerſus modus,cum res communis pluribus,in vno III
aliquo habet nomen eximium:vt carmen funebre proprie Nænia: & tabernaculum ducis, Auguſtale. Item quod cõmune eſt & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribui- IIII
tur:vt Vrbem,Romam accipimus: & Vænales,nouitios: & Corinthia,æra:cum ſint vrbes aliæ quoque,& vænalia multa,& tam aurum & argentum quàm æs Corinthium. Sed ne in
E his quidem virtus Oratoris inſpicitur. At illud iam non mediocriter probandum, quod V
hoc etiam laudari modo ſolet vt proprie dictum, id eſt, quo nihil inueniri poſſit ſignificantius: vt Cato dixit, C. Cæſarem ad euertendam rempublicam ſobrium acceſſiſſe: vt Ecl.vi. Serm.i.
Virgilius, Deductum carmen: & Horatius, Acrem tibiam, Annibalemque dirum. In VI
quo modo illud quoque eſt à quibuſdam traditũ Proprii genus ex Appoſitis, quæ Epitheta dicuntur: vt, Dulce muſtum: &,Cum dentibus albis. De quo genere alio loco dicendum VII
eſt. Etiam quæ bene translata ſunt,Propria dici ſolent. Interim autem quæ ſunt in quo- VIII
que præcipua, Proprii locum accipiunt,vt Fabius inter plures imperatorias virtutes, Cunctator eſt appellatus. Poſſunt videri verba,quæ plus ſignificant quàm eloquuntur,in par- IX
te ponenda Perſpicuitatis. intellectum enim adiuuant. Ego autem libentius Enphaſin re-
F tulerim ad ornatum orationis,* qui nõ vt intelligatur,efficiat,ſed vt plus intelligatur. At Obſcuritatis modus.
OBSCVRITAS fit etiam verbis ab vſu remotis, vt ſi commentarios quis pontificum, & vetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus auctores, id ipſum petat ex eis, vt quæ I
inde contraxerit, non intelligantur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant, vt quædam ſoli ſcire videantur. Fallunt etiam verba, vel regionibus quibuſdam II
magis familiaria, vel artium propria : vt, Atabulus ventus : &, Nauis Saccaria : &,

*In malaco ſanum. Quæ vel vitanda apud iudicem ignarum ſignificationum earum,vel in- G
III terpretanda ſunt. Sicut in his quæ Homonyma dicuntur:vt,Taurus animal ſit,an mós,
Obſcuritas an ſignum in cælo,an nomen hominis,an * radix arboris, niſi diſtinctum nō intelligitur.
in cōtextu. Plus tamen eſt Obſcuritatis in contextu & continuatione ſermonis , & plures modi.
I Quare nec ſit tam longus ,vt eum proſequi non poſſit intentio. Nec traiectione tam
II tardus,vt in Hyperbaton finis eius * deferatur. Quibus adhuc peior eſt mixtura verborū:
III qualis in illo verſu , Saxa vocant Itali , mediis quæ in fluctibus aras. Etiam interiectio-
IIII ne:qua & Oratores, & hiſtorici frequenter vtuntur,vt medio ſermone aliquem inſerant ſen
V ſum,impediri ſolēt intellectus,niſi quod interponitur breue eſt. Nam Virgilius illo loco,
quo pullum equinum deſcribit,cum dixiſſet,Nec vanos horret ſtrepitus: compluribus in-
ſertis,alia figura quinto demum verſu redit, Tum ſiqua ſonum procul arma dedere , Stare H
VI loco neſcit. Vitanda in primis Ambiguitas,non hæc ſolum,de cuius genere ſupra dictū
eſt,quæ incertum intellectū facit,vt Chremeté audiui percuſſiſſe Demeam : Sed illa quo-
que,quæ etiā ſi turbare non poteſt ſenſum,in idem tamen verborū vitium incidit:vt ſi quis
dicat,viſum à ſe hominem librum ſcribentem. Nam etiam ſi librum ab homine ſcribi pa-
VII teat,male tamen compoſuerat,feceratque ambiguum,quantum in ipſo fuit. Eſt etiam in
quibuſdam turba inanium verborum,qui dum communem loquendi morem reformidēt,
ducti ſpecie nitoris,circumeunt omnia copioſa loquacitate,quæ dicere volūt: ipſam deinde
illam ſeriem cum alia ſimili iungentes miſcētesque, vltraquam vllus ſpiritus durare poſſit,
VIII extendunt. In hoc malum etiā à quibuſdam laboratur:neque id nouū vitium eſt,cum iā
apud Titum Liuium inueniā fuiſſe præceptorem aliquem, qui diſcipulos obſcurare quæ di I
cerent,iuberet,Græco verbo vtens,σκότισον. Vnde illa ſcilicet egregia laudatio,Tanto melior,
IX ne ego quidem intellexi. Alii breuitatis æmuli neceſſaria quoque orationi ſubtrahūt ver-
ba,& velut ſatis ſit ſcire ipſos quæ dicere velint,quantum ad alios pertineat,nihil putant. At
ego ocioſum ſermonem dixerim,quem auditor ſuo ingenio * non intelligit. Quidam emu-
X tatis in peruerſum dictis de figuris idem vitium conſequuntur. Peſſima vero ſunt ἀδιά-
νόητα,hoc eſt,quæ verbis aperta,occultos ſenſus habent:vt,Conductus eſt cæcus ſecus viam
ſtare:&,Qui ſuos artus morſu laceraſſet,fingitur in ſcholis ſupra ſe cubaſſe. Ingenioſa hæc &
fortia,vt ex ancipiti diſerta credantur,perficiunt. At peruaſit quidem iam multos iſta per-
ſuaſio,vt id iam demum eleganter atque exquiſite dictum putent,quod interpretandum ſit.
Sed auditoribus etiam nonnullis grata ſunt hæc,quæ cum intellexerint, acumine ſuo dele- K
Perſpicui- ctantur & gaudent,non quaſi audiuerint,ſed quaſi inuenerint. Nobis prima ſit virtus
tatis virtu Perſpicuitatis, Propria verba,Rectus Ordo, Non in longum dilata Cōcluſio, Nihil neque
tes & for- deſit,neque ſuperfluat. Ita ſermo & doctis probabilis,& planus imperitis erit. Hæc eſt loquē
mæ. di obſeruatio. Nam rerum Perſpicuitas quo modo præſtanda ſit,diximus in præceptis Nar
rationis. Similis autem ratio eſt in omnibus. Nam ſi neque pauciora quàm oportet, neque
plura,neque inordinata aut indiſtincta dixerimus,erunt dilucida,& negligenter quoque au
dientibus aperta. Quia id ipſum in conſilio eſt habendum,Non ſemper tam eſſe acrem iu-
dicis intētionem,vt obſcuritatem apud ſe ipſe diſcutiat,& tenebris orationis inferat quod-
dam intelligentiæ ſuæ lumen:ſed multis eum frequenter cogitationibus auocari: niſi tā cla
ra fuerint quæ dicemus,vt in animum eius oratio,vt ſol in oculos,etiamſi in eam nō inten- L
datur,incurrat. Quare non vt intelligere poſſit,ſed ne omnino poſſit non intelligere,curan-
dum. Propter quod etiam repetimus ſæpe, quæ non ſatis percepiſſe eos qui cognoſcunt, pu
tamus.* Quæ cauſa vtique noſtra culpa dicta obſcurius eſt , qua cauſa ad planiora, & com-
munia magis verba deſcendimus,cum id ipſum optimē fiat, quod nos aliquādo non opti-
mè feciſſe ſimulamus.

De Ornatu. Cap. III.

ENIO nunc ad ORNATVM, in quo ſine dubio plus quàm in cæte-
ris dicendi partibus ſibi indulget Orator. Nam emendate quidem ac diluci- M
V de dicentium,tenue præmium eſt:magisque vitiis carere eſt,quàm vt aliquā
magnam virtutem adeptus eſſe videaris. Inuētio cum imperitis ſæpe cōmu-
nis:diſpoſitio modicæ doctrinæ credi poteſt:& quæ ſunt artes altiores,plerū-
que occultātur,vt artes ſint:denique omnia hæc ad vtilitatem cauſarū ſolam referēda ſunt.
Cultu vero atque ornatu ſe quoque commendat ipſe qui dicit, & in cæteris iudicium do-

A ctorum,in hoc vero etiam popularem laudem petit. Nec fortibus modo, ſed etiam fulgẽtibus armis,præliatus in cauſa eſt Cicero Cornelii, * qui non aſſecutus eſſet docẽdo iudicem tantùm,& vtiliter demum,ac latinè perſpicuéque dicẽdo,vt Populus Romanus admirationem ſuam nõ acclamatione tãtùm,ſed etiam plauſu cõfiteretur.Sublimitas profecto, & magnificẽtia,& nitor,& authoritas expreſſit illum fragorem. Nec tam inſolita laus eſſet proſecuta dicẽtem,ſi vſitata,& cæteris ſimilis fuiſſet oratio.Atque ego illos credo, qui aderãt, nec ſenſiſſe quid facerent, nec ſponte iudicióque plauſiſſe : ſed velut mente captos , & quo eſſent in loco ignaros erupiſſe in hunc voluntatis affectum. Sed ne cauſæ quidem parum * cõfert idem hic orationis ornatus.Nam qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt,plerunque ipſa delectatione capiuntur,nõnunquam admiratione auferuntur. Nam &
B ferrum affert oculis terroris aliquid,& fulmina ipſa non tam nos cõfunderent, ſi vis eorum tantum,non etiam ipſe fulgor timeretur. Rectéque Cicero his ipſis ad Brutum verbis quadam in epiſtola ſcribit,Nam Eloquentiam quæ admirationem non habet, nullam iudico. Ariſtoteles quoque eandem petendam maximè putat.Sed hic ornatus (repetam enim) viri- In Rhet.
lis,fortis, & ſanctus ſit : nec effœminatam læuitatem , nec fuco eminentem colorem amet, ſanguine & viribus niteat. Hoc autem adeo verum eſt, vt cum in hac maximè parte ſint vicina virtutibus vitia,etiam qui vitiis vtuntur,virtutis tamen his nomen imponãt. Quare nemo ex corruptis dicat,me inimicum eſſe culte dicentibus. Non nego hanc eſſe virtutem, ſed illis eam non tribuo. An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis oſtenderit li-
C lia,& violas,& amœnos fontes ſurgẽtes,quàm vbi plena meſſis,aut graues fructu vites erũt? Sterilem platanum, tonſasque myrtos, quàm maritam vlmum,& vberes oleas præoptauerim? Habeant illa diuites : licet quid eſſent,ſi aliud nihil haberent? Nullũsne ergo etiam frugiferis adhibendus eſt decor? quis negat? Nam & in ordinem certáque interualla redigam Xenoph.
eas arbores. Quid enim illo Quincunce ſpecioſius,qui in quãcunque partem ſpectaueris, re- Oeconomico,&
ctus eſt? Sed protinus in id quoque prodeſt,vt terræ ſuccum æqualiter trahant. Surgentia in Cic in Catone.
altum cacumina oleæ ferro coercebo,in orbem ſe formoſius fundet,& protinus fructum ramis pluribus feret. Decẽtior equus cuius aſtricta ſint ilia, ſed idem velocior. Pulcher aſpectu
ſit athleta,cuius lacertos exercitatio expreſſit,idem certamini paratior. Nunquam vera ſpecies ab vtilitate diuiditur.Sed hoc quidem diſcernere,modici iudicii eſt. Illud obſeruatio- Ornatꝰ ꝑ materiꝫ genere.
D ne dignius,quòd hic ipſe honeſtus ornatus pro materiæ genere debet eſſe variatus .Atque vt
à prima diuiſione ordiar,non idem Demonſtratiuis, & Deliberatiuis, & Iudicialibus cauſis
conueniet. Nanque illud genus oſtentationi compoſitum,ſolam petit audientium voluptatem : ideôque omnes dicendi artes aperit, ornatûmque orationis exponit : vt qui non inſidietur,nec ad victoriam,ſed ad ſolum finem laudis & gloriæ tendat. Quare quicquid erit ſententiis populare,verbis nitidum,figuris iucundum,translationibus magnificum, compoſitione elaboratum,velut inſtitor quidam Eloquentiæ intuendum,& penè pertractandum dabit. Nam euentus ad ipſum non ad cauſam refertur. At vbi res agitur, & vera dimicatio eſt,
vltimus fit famæ locus. Præterea,non debet quiſquam,vbi maxima rerum momenta verſantur,de verbis eſſe ſolicitus. Neque hoc eò pertinet,vt in his nullus ſit ornatus,ſed vti preſſior
E & ſeuerior, eô minus confeſſus, præcipuè ad materiam accommodatus. Nam & ſuadendo ſublimius aliquid Senatus, concitatius populus , & in iudiciis publicæ capitalésque cauſæ poſcunt accuratius dicendi genus. At priuatum conſilium,cauſasque paucorum,vt frequẽter accidit,calculorum, purus ſermo, & diſſimilis curæ magis decuerit. An non pudeat certam creditam pecuniam periodis poſtulare,aut circa ſtillicidia affici,aut in mancipii redhibitione ſudare? Sed ad propoſitũ. Et quoniam orationis tam Ornatus quàm Perſpicuitas , aut
in ſingulis verbis eſt,aut in pluribus poſitus,quid ſeparata,quid coniuncta exigant,conſideremus.quanquam rectiſſimè traditum eſt,Perſpicuitatem propriis,Ornatum translatis ver-
bis magis egere. Sciamus INornatum eſſe quod ſit Improprium. Sed cum idem frequẽ- Inornatũ. συνωνυμία
tiſſimè plura ſignificent,quod συνωνυμία vocatur,iam ſunt aliis alia honeſtiora, ſublimiora, Cic.i Part.
F nitidiora,iucundiora,vocaliora. Nam vt ſyllabæ è literis melius ſonantibus clariores ſunt,
ita verba è ſyllabis magis vocalia : & quo plus quæque ſpiritus habet, auditu pulchrior. Et
quod facit ſyllabarum, idem verborum quoque inter ſe copulatio, vt aliud alii iunctum melius ſonet.Diuerſus eſt tamen vſus. Nam rebus atrocibus verba etiã ipſo auditu aſpera magis conuenient. In vniuerſum quidem , Optima ſimplicium creduntur , quæ aut maximè exclamant,aut ſono ſunt iucundiſſima.Et honeſta quidem turpibus potiora ſemper, nec ſordidis vnquam in oratione erudita locus.Clara illa,atque ſublimia plerũque materiæ mo-

do cernẽda ſunt. Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi. Et quæ humilia circa res ma G
gnas, apta circa minores videntur. Et ſicut in oratione nitida notabile eſt humilius verbũ &
velut macula: ita à ſermone tenui ſublime, nitidũmque diſcordat: fitque corruptum, quia in
AEne. viij. plano tumet. Quædam non tam ratione quàm ſenſu iudicantur: vt illud, Cæſa iungebãt
fœdera porca, fecit elegans, fictio nominis: quod ſi fuiſſet porco, vile erat. In quibuſdam
ratio manifeſta eſt. Riſimus & merito nuper poetam, qui dixerat, Prætextam in ciſta mures
Georg. iiij roſere Camilli. At Virgilii miramur illud, Sæpe exiguus mus. Nam epitheton exiguus aptũ
propriũ efficit, ne plus expectaremus: & caſus ſingularis magis decuit: & clauſula ipſa vnius
In Arte. ſyllabæ non vſitata addidit gratiam. Imitatus eſt itáque vtrunque Horatius, Naſcetur ridicu
lus mus. Nec augenda ſemper oratio, ſed ſubmittenda nonnunquam. Vim rebus aliquan H
do ipſa verborum humilitas affert. An cum dicit in Piſonem Cicero, Cum tibi tota cogna-
tio in ſarraco aduehatur, incidiſſe videtur in ſordidum nomen? non eo contemptum homi
nis, quem deſtructum volebat, auxiſſe? Et alibi, Caput opponis cum eo * coniſcãs. Vnde in-
Pro Cęlio. terim grati idiotis ioci: qualis eſt ille apud M. Tullium, Puſio qui cum maiore ſorore cubita
Pro Mu- uit. Et, Cn. Flauius qui cornicum oculos confixit. Et pro Milone illud, Heus vbi Ruſcio? &,
rena. Erutius Antoniaſter? Id tamen in Declamationibus eſt notabilius. Laudarique me puero
Pro Vare- ſolebat, Da patri panem. & in eodem, Etiam canem paſcis. Res quidem præcipuè in ſcholis
no authore anceps, ſed frequenter cauſa riſus: nunc vtique, cum hæc exercitatio procul à veritate ſeiun-
Priſc. cta laboret incredibili verborum faſtidio, ac ſibi magnam partẽ ſermonis abſciderit. Cum
Propriaver ſint autem Verba Propria, Ficta, Translata, PROPRIIS dignitatẽ dat Antiquitas. nan- I
ba. que & ſanctiorem & magis admirabilẽ faciunt orationẽ, quibus non quilibet fuerat vſurus,
AEneid. v eóque ornamento acerrimi iudicii P. Virgilius vnice eſt vſus. Olli enim, & Quia nã, & Mis,
& Ponè, pellucent, & aſpergunt illam, quæ etiam in picturis eſt gratiſſima, vetuſtatis inimi-
tabilem arti authoritatem. Sed vtendum modo, nec ex vltimis tenebris repetenda. Satis
eſt vetus, * Quæſo, quid neceſſe eſt dicere? Oppido, quo ſunt vſi paululum tẽpore noſtro ſu
Cic. in.fin. periores, vereor vt iam non ferat quiſquam: certe Antigerio, cuius eadem ſignificatio eſt, ne-
Cic. iij. de mo niſi ambitioſus vtetur. AErumnas quid opus eſt? tanquam parum ſit ſi dicatur, * labor.
Orat. Horridum, Reor: tolerabile, Autumo: Tragicum, Prolem ducendam: vniuerſam eius pro-
ſapiam, inſulſum. Quid multa? totus prope mutatus eſt ſermo. Quædam tamen adhuc ve
tera vetuſtate ipſa gratius nitent, quædam etiam neceſſario interim ſumuntur. * Emancipa- K
re, & fari, & multa alia etiam audientibus grata inſeri poſſunt. ſed ita demum, ſi non appa-
In Pria- reat affectatio. In qua mirifice Virgilius,
peis. *Hormethiorum amator iſte verborum.
Iſte iſte rhetor, nanque quatinus totus
Thucydides Britannus, Atticæ febris.
Tau gallicum imminet: ipſemet male illiſit.
Ita omnia, iſta verba miſcuit fratri.

Philipp. xi. Cimber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum eſt, Germanum
Cimber occidit. Nec minus noto Salluſtius epigrammate inceſſitur, Et verba antiqui mul-
tum furate Catonis Criſpe, Iugurthinæ conditor hiſtoriæ. Odioſa cura. Nam eſt cuilibet L
facilis, & hoc peſſima, quòd rei ſtudioſus non verba rebus aptauit, ſed res extrinſecus arceſſit,
Ficta, quibus hæc verba conueniant. FINGERE, vt primo libro dixi, Græcis magis con-
ceſſum eſt, qui ſonis etiam quibuſdam & affectibus non dubitauerunt nomina aptare:
non alia libertate, quàm qua illi primi homines rebus appellationes dederũt. Noſtri autem
in iungẽdo, aut in deriuando paulum aliquid auſi, vix in hoc ſatis recipiuntur. Nam memi-
ni iuuenis admodum inter Pomponium & Senecam etiam præfationibus eſſe tractatum,
De ora. iij. an gradus eliminat, in Tragœdia dici oportuiſſet. At veteres ne Expectorat quidem timue-
rũt. Et ſanè eiuſdem notæ eſt Exanimat. At in tractu & declinatione talia ſunt, qualia apud
De natura deorũ. i. Ciceronem Beatitas & Beatitudo: quæ dura quidem ſentit eſſe, veruntamen vſu putat poſſe
molliri. Nec à verbis modo, ſed à nominibus quoque deriuata ſunt quædam, vt à Cicerone M
Sullaturit, & ab Aſinio Fimbriatum, & Fibulatum. Multa ex Græco formata noua, ac plu-
rima à * Sergio Flauio, * quorum dura quædam admodum videntur, vt Ens & Eſſentia: quæ
cur tantopere aſpernemur, nihil video: niſi quòd iniqui iudices aduerſus nos ſumus, ideóque
paupertate ſermonis laboramus. Quædã tamen perdurant. Nam & quæ vetera nunc ſunt,
Cic. orat. poſt reditũ fuerũt olim noua. Et quædam in vſu perquam recẽtia, vt Meſſala primus Reatũ, Munera-
rium Auguſtus primus dixerunt. Piraticam quoque vt Muſicam & Fabricam dici adhuc du

A bitabãt mei præceptores. Fauorem, & Vrbanum Cicero noua credit. Nam & in Epistola ad Brutum, Eum, inquit, amorem, & eum (vt hoc verbo vtar) fauorem in consilium aduocabo. Et ad Appium Pulchrum, Te hominem non solum sapiẽtem, verumetiam (vt nunc loquũtur) vrbanum. Idem putat à Terentio primum dictum esse Obsequium. Cæcilius ad Sisennam, Albenti cælo. Ceruicem videtur Hortensius primus dixisse. nam veteres pluraliter appellabant. Audendum itaque. Neque enim accedo Celso, qui ab Oratore verba fingi vetat. Nam cum sint eorum alia (vt dicit Cicero) natiua, id est quæ significata sunt primo sensu: alia reperta, que ex his facta sunt, vt iam nobis ponere aliqua quæ illi rudes homines primique fecerunt, fas non sit: at deriuare, flectere, coniungere, quod natis postea concessum est, quando desiit licere? Et siquid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis præ-
B muniẽdum est, Vt ita dicam, Si licet dicere, Quodammodo, Permitte mihi sic. Quod idem etiam in iis quæ licentius translata erunt, proderit, quæ non tuto dici possunt. In quo non falli iudicium nostrum, solicitudine ipsa manifestum erit. Qua de re Græcum erit illud elegantissimũ, quo præcipitur ita, προεπαλήωσθν τῇ ὑπερβολῇ. TRANSLATA proba ri nisi in contextu sermonis non possunt. Itaque de singulis verbis satis dictum, quæ vt alio loco ostendi, per se nullam virtutem habẽt. Sed ne inornata sunt quidem, nisi cum sunt infra rei, de qua loquẽdum est, dignitatem: excepto, si obscœna nudis nominibus enuncientur. Quod viderint, qui non putant esse vitanda, quia nec sit vox illa natura turpis: & siqua est rei deformitas, alia quoque appellatione quacũque ad intellectum eundem nihilominus
C perueniat. Ego Romani pudoris more contentus, vt iam respondi talibus, verecundiam silẽtio vindicabo. Iam hinc igitur ad CONIVNCTI SERMONIS RATIONEM transeamus. Cuius Ornatus in hæc duo prima diuiditur, Quam concipiamus elocutionem, Quomodo efferamus. Nam primum est, vt liqueat, augere quid velimus, an minuere, cõcitate dicere an moderate, læte an seuere, abundanter an presse, aspere an leniter, magnifice an subtiliter, grauiter an vrbane: Tum quo trãslationis genere, Quibus figuris, Qualibus sententiis, Quo modo, Qua postremo collocatione, id quod intendimus, efficere possimus. Cæterum dicturus quibus ornetur oratio, prius ea quæ sunt huic contraria laudi, attingam: Nam prima virtus est, vitio carere. Igitur ante omnia, ne speremus ornatam orationem fore, quæ probabilis non erit. PROBABILE autẽ Cicero id genus dicit, quod
D non plus minũsve est quàm decet. Non quia comi expolirique non debeat, (Nam & hæc Ornatus pars est) sed quia vitium est vbique quod nimium est. Itaque vult esse authoritatẽ & pondus in verbis, sentẽtias, vel graues, vel aptas opinionibus hominum & moribus. His enim saluis, licet assumere ea quibus Illustrẽ fieri orationẽ putat. * Delectant Translata, Superlata, Ad nomen adiuncta, Duplicata, & idem significantia, ab ipsa actione atque ab imitatione rerũ non abhorrẽtia. Sed quoniã vitia prius demõstrare aggressi sumus, vel hoc vitiũ sit quod κακόφαθν vocatur: Siue mala cõsuetudine in obscœnum intellectum sermo detortus est: vt, Ductare exercitus: &, Patrare bellum apud Sallustium dicta sancte & antique, riden
tur à nobis, si diis placet. Quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium: tamen vitanda, quatinus verba honesta moribus perdidimus, & euincentibus etiam vitiis cedendum est: Siue iũctura deformiter sonat, vt si, cum hominibus, notis loqui nos dicimus,
E nisi hoc ipsum hominibus medium sit, in * præfata videmur incidere: quia vltima prioris syllabæ litera, quæ exprimi nisi labris coeuntibus non potest, aut intersistere nos indecentissimè cogit, aut continuata cum insequente, in naturam eius corrumpitur. Aliæque coniunctiones aliquid simile faciunt, quas persequi longum est, in eo vitio quod vitãdum dicimus, commorantes. Sed diuisio quoque affert eandem iniuriam pudori, vt si Intercapedinis nominatiuo casu quis vtatur. Nec scripto modo id accidit, sed etiam sensu plerique obscœne intelligere, nisi caueris, cupiunt: apud Ouidium, Quæque latent meliora putat: ac ex verbis quæ longissimè ab obscœnitate absunt, occasionem turpitudinis rapere. Siquidem Celsus Cacophaton apud Virgilium putat, Incipiũt agitata tumescere. quod si recipias, nihil loqui tutum est. Deformitati proximum est HVMILITATIS vitium, ταπείνωσιν
F vocãt, qua rei magnitudo vel dignitas minuitur: vt, Saxea est verruca in summo montis vertice. Cui natura contrarium, sed errore par est, paruis dare excedẽtia modum nomina, nisi cum ex industria risus inde captatur. Itaque nec parricidam, nequam dixeris hominem: nec deditum forte meretrici, nefarium: quòd alterum parum, alterũ nimium est. Proinde quædam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, vilis oratio est. Quæ vitia facillimè fiunt manifesta contrariis virtutibus. Nam primum acuto, secundum nitido, tertium copioso, deinceps

Epist. lib. iij

In Andria.

De ora. iij. & i Partit.

Translata.

Cic. epist. fam. ix.

Cõiũcti sermonis ratio.

Probabilis oratio.

In Partit.

Nimium.

Illustris oratio.

κακόφαθν

i. Metam.

Georg. i.

ταπείνωσις

μείωσις. hilari,iucundo,accurato diuersum est. Vitanda & μείωσις, cum sermoni quidem deest ali G
quid quo minus plenus sit,quanquam id Obscuræ potius quàm Inornatæ orationis vitium
ταυτολο- est.Sed hoc quoque cum à prudentibus fit,schema dici solet: Sicut ταυτολογία, id est eius-
γία. dem verbi aut sermonis iteratio. Hæc enim quãquam non magnopere summis authoribus
Pro Cluẽ. vitata,interim vitium videri potest: in quod sæpe incidit etiam Cicero securus tam paruæ
obseruationis: sicut hoc loco, Non solum igitur illud iudicium iudicii simile iudices non
ἐπαναλη- fuit.Interim mutato nomine ἐπανάληψις dicitur,atque est & ipsum inter schemata: quorũ
ψις. exempla illo loco reddam,quo virtutes erunt. Peior hac ὁμοιολογία est,quæ nulla varieta-
ὁμοιολο- tis gratia leuat tædium,atque est tota coloris vnius,quæ maximè deprehenditur,carens arte
γία. Oratoria.Eáque & in sententiis,& figuris,& compositione lõga,non animis solum,sed etiam
μακρολο- auribus est ingratissima. Vitãda μακρολογία, id est longior quàm oporteat sermo,vt apud H
γία. Liuium,Legati non impetrata pace retro domum,vnde venerant, abierunt. Sed huic vicina
Lib. vij. ab Periphrasis virtus habetur. Est & πλεονασμὸς vitiũ,cum superuacuis verbis oneratur ora-
vrbe cond. tio,Ego meis oculis vidi.Satis est enim vidi.Emendauit hoc etiam vrbanc in Hircio Cicero,
πλεονα- Cui cum * in Pansam * declamans,filium à matre decem mensibus in vtero latum esse dixis
σμῶ. set: Quid? aliæ,inquit,in penula solent ferre? Nonnũquam tamen illud genus, cuius exem
A Enei. iiij. plum priore loco posui,affirmationis gratia adhibetur,Vocémque his auribus hausi. At vi-
περιεργία tium erit,quoties ociosum fuerit,& supererit,nõ cum adiicietur. Est etiam quæ περιεργία
vocatur,superuacua (vt sic dixerim) operositas,vt à diligenti curiosus,& à religione superiti-
tio distat. At vt semel finiam,verbum omne,quod neque intellectũ adiuuat, neque ornatum
κακόζηλον vitiosum dici potest. κακόζηλον, id est mala affectatio,per omne dicendi genus peccat. Nã I
& tumida,& exilia,& prædulcia,& abundantia,& arcessita,& exultantia sub idem nomẽ ca
dunt.Denique κακόζηλα vocatur,quicquid est vltra virtutem, quoties ingenium iudicio ca-
ret,& specie boni fallitur: omnium in Eloquentia vitiorum pessimum. Nam cætera vitan-
tur,hoc petitur.Est autem totum in elocutione.Nam rerum vitia sunt,stultum, commune,
contrarium,superuacuum: Corrupta oratio in verbis maximè impropriis,redundantibus,
comprehensione obscura,compositione fracta,vocum similium,aut ambiguarum puerili ca
ptatione consistit.Est autem omne κακόζηλον vtique falsum,etiamsi non omne falsum κα-
κόζηλον. Vt cum dicitur aliter quàm se natura habet,& quàm oportet,& quàm sat est. Toti
dem autem generibus corrumpitur oratio,quot ornatur.Sed de hac parte,& in alio à nobis
opere plenius dictum est,& in hoc sæpe tractabitur, & adhuc spargitur omnibus locis. Lo- K
quentes enim de Ornatu,subinde quæ sunt vitanda,similia virtutibus vitia,dicemus. Sũt
Ἀνοικονόμη inornata & hæc, Quod male dispositum est, id ἀνοικονόμητον. Quod male figuratum, id
τον. ἀσχημάτιστον. Quod male collocatum,id κακοζωδέτον vocãt.Sed de Dispositione diximus:
Ασχημά- de Figuris & Compositione dicemus. κοινισμὸς quoque appellatur quædam mixta ex va-
τιστον. ria ratione linguarum oratio,vt si Atticis Dorica,Ionica,AEolica etiam dicta cõfundas.Cui
κακοζω- simile vitium est apud nos,siquis sublimia humilibus,vetera nouis, poetica vulgaribus mi-
δέτον. sceat.Id enim tale est monstrum,quale Horatius in prima parte de arte Poetica fingit,
κοινισμὸς. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere si velit,& cætera ex diuersis naturis subii
Ornatũ, & ciat. ORNATVM est quod perspicuo ac probabili plus est.Eius primi sunt Gradus,
eius gradᵘˢ. in eo quod velis exprimendo,concipiẽdóque: tertius,qui hæc nitidiora faciat,quod propriè L
ὑπόταξις. dixeris Cultum. Itáque ὑπότυπωσιν, cuius in præceptis Narrationis feci mentionẽ, quia plus
est Euidentia,vel vt alii dicũt,Repræsentatio,quàm Perspicuitas: & illud quidem patet,hæc
se quodammodo ostendit, inter ornamenta ponamus. Magna virtus est, res de quibus lo-
quimur clare,atque vt cerni videantur,enunciare.Non enim satis efficit,neque vt debet ple-
nè dominatur oratio,si vsque ad aures volet, atque ea sibi iudex de quibus cognoscit, narrari
credit,non exprimi,& oculis mentis ostẽdi. Sed quoniam pluribus modis accipi solet, non
equidem in omnes eam particulas secabo, quarum ambitiosè à quibusdam numerus auge-
tur,sed maximè necessarias attingam. Est igitur vnum genus quo tota rerum Imago quo-
A Enei.v. dammodo verbis depingitur,Cõstitit in digitos extemplo arrectus vterque, & cætera. Quæ
nobis illam pugilum congredientium aciem ita ostendunt,vt non clarior futura fuerit spe- M
ctantibus.Plurimum in hoc genere,sicut in cæteris,eminet Cicero. An quisquam tam pro-
Act.v. cul à concipiendis imaginibus rerum abest,vt cum illa in Verrem legit, Stetit soleatus Præ-
tor Populi Romani cum pallio purpureo,tunicáque talari,muliercula nixus in littore: non
solum ipsum os intueri videatur, & locum & habitum, sed quædam etiam ex his quæ dicta
non sunt sibi ipse astruat? Ego certè mihi cernere videor, & vultum, & oculos, & deformes

A vtriusque blanditias, & eorum qui aderant, tacitam auersationem, ac timidam verecũdiam.
Interim ex pluribus efficitur illa quam conamur exprimere facies, vt est apud eundẽ (Nãque ad omnium ornandi virtutum exemplã, vel vnus sufficit) in descriptione conuiuii luxurioſi, Videbar mihi videre alios intrantes, alios autem exeuntes: partim ex vino vacillãtes, partim hesterna potatione oscitantes. Versabatur inter hos Gallius vnguẽtis oblitus, redimitus coronis. Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Quid plus videret qui intrasset? Sic vrbium captarum crescit miseratio. Sine dubio enim qui dicit expugnatam esse ciuitatem, complectitur omnia quæcunque talis fortuna recipit: sed in affectus minus penetrat breuis hic velut nuncius. At si aperias hæc quæ verbo vno inclusa erant, apparebunt effusæ per domos ac templa flammæ, & ruentium tectorum
B fragor, & ex diuersis clamoribus vnus quidam sonus, aliorũ fuga incerta, alii in extremo complexu suorũ cohærẽtes, & infantium fœminarúmque ploratus, & male vsque in illum diem seruati fato senes: tum illa prophanorum sacrorúmque direptio, efferẽtium prædas repetẽtiúmque discursus, & acti ante suum quisque prædonẽ catenati, & conata retinere infantem suum mater, & sicubi maius lucrum est, pugna inter victores. Licet enim hæc omnia (vt dixi) complectatur euersio, minus est tamen totum dicere, quàm omnia. Consequemur autem vt manifesta sint, si fuerint verisimilia, & licebit etiã falso effingere quicquid fieri solet. Cõ
tingit eadem claritas etiam ex accidentibus, Mihi frigidus horror Membra quatit, gelidũs- AEn.ij.
que coit formidine sanguis. Et trepidæ matres presſere ad pectora natos. Atque huius sum AEn.vij.
mæ, iudicio quidem meo, virtutis facillima est via. Naturam intueamur, hanc sequamur.
C Omnis elegantia circa opera vitæ est, ad se refert quisque quæ audit, & id facillimè accipiunt animi, quod cognoscunt. Præclare vero ad inferẽdam rebus lucem repertæ sunt SIMILITVDINES, quarum aliæ sunt quæ probationis gratia inter argumenta ponũtur, aliæ Similitudines.
ad exprimendam rerum imaginem compositæ, quod est huius loci pròprium, Inde lupi seu AEn.ij.&
Raptores atra in nebula. Et, Misit aui similis, quæ circum littora, cirum Piscosos scopulos hu iiij.
milis volat æquora iuxta. Quo in genere idem præcipuè constituendum, ne id quod similitudinis gratia asciuimus, aut obscurum sit, aut ignotum. Debet enim quod illustrandæ alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo quod illuminat. Quare sanè poetis quidẽ permittamus huiusmodi exempla, Qualis vbi hybernam Lyciam Xanthique fluenta Deserit, AEn. iiij.
aut Delon maternam inuisit Apollo. Non idem decebit Oratorem, vt occultis aperta de-
D monstret. Sed illud quoque de quo in argumentis diximus, Similitudinis genus ornat orationem, facitque sublimem, floridam, iucundam, mirabilem. Nam quo quæque longius peti ta est, hoc plus affert nouitatis, atque inexpectata magis est. Illa vulgaria videri possunt, & vtilia tamen ad conciliandam fidem. Vt terram cultu, sic animum disciplinis meliorem vberiorémque fieri. Et, Vt medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes ac pernicioſos, etiam si nobis sanguine cohæreant, amputãdos. Iam sublimius illud pro Archia, Saxa atque solitudines voci respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur, atque consistunt. & cætera. Quod quidem genus à quibusdam Declamatoria maximè licẽtia corruptum est. Nam & falsis vtuntur: nec illa iis quibus tandem similia videri volunt, applicant. quorum vtrũque in iis est, quæ me iuuene vbique cantari solebãt, Magnorum fluminum nauigabiles fon
E tes sunt. &, Generosioris arboris ìtatim planta cum fructu est. In omni autem Parabola Parabolæ
aut præcedit similitudo, & res sequitur: aut præcedit res, & similitudo sequitur. Sed interim lex.
libera & separata est: interim quod longè optimum est, cum re cuius est imago, connectitur inuicem respondente, quod facit Redditio contraria, quæ ἀντιπόδοσις dicitur. Præcedit similitudo illa cuius modo feci mentionem, Inde lupi ceu Raptores atra in nebula: Sequitur in primo Georgicôn, post longam de bellis ciuilibus atque externis conquestionem, Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ, Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. Sed hæc sunt sine Antapodosi. Redditio autem illa rem vtranque comparat, & velut subiicit oculis, & pariter ostendit. Cuius præclara apud Virgilium multa reperio exempla, sed Oratoriis potius vtendum est. Dicit Cicero pro
F Murena, Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus, qui Oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. Illud pro eodem iam penè poetico spiritu, sed tamen cum sua redditione, quod est ad ornatum accommodatius, Nam vt tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur, sæpe ex improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa concitantur: sic in hac comitiorum tempestate populari sæpe intelligas quo signo commota sit: sæpe ita obscurũ est,

vt ſine * cauſa excitata videatur. Sunt & illæ breues, Vagique per ſyluas ritu ferarum. Et illud G
Ciceronis in Clodium, Quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit. Quibus ſimilia poſ
ſunt cuicũque etiam ex quotidiano ſermone ſuccurrere. Huic ſubiacet virtus non ſolum
aperte ponendi rem ante oculos, ſed circunciſè atque velociter. Ac merito laudatur breuitas
βραχυλογία integra, ſed ea minus præſtat quoties nihil dicit, niſi quod neceſſe eſt. βραχυλογίαν vocant,
quæ reddetur inter ſchemata. Eſt vero pulcherrima, cum plura paucis complectimur, quale il
Lib.v. lud Salluſtii eſt, Mithridates corpore, ingenti perinde armatus. Hoc male imitãtes ſequitur
ἔμφασις. Obſcuritas. Vicina prædictæ, ſed amplior virtus eſt ἔμφασις, altiorem præbens intelle-
Odyſ.viij. ctum, quàm quem verba per ſe ipſa declarant. Eius duæ ſunt ſpecies: Altera, quæ plus ſigni
ficat quàm dicit: Altera, quæ etiam id quod non dicit. Prior eſt & apud Homerum, cum
Menelaus Graios in equum * aſcendiſſe ait: nam verbo vno * magnitudinem eius oſtendit. H
Aen.ij. Et apud Virgilium, Demiſſum lapſi per funem. Nam ſic quoque altitudo demonſtrata eſt.
Aen.iij. Idem Cyclopa cum iacuiſſe dicit per antrum, prodigioſum illud corpus ſpatio loci menſus
eſt. Sequẽs poſitum eſt in voce, aut omnino ſuppreſſa, aut etiam abſciſſa. Supprimitur vox,
vt fecit pro Ligario Cicero, * Quòd ſi in tanta fortuna bonitas tanta non eſſet, quantam tu
per te, per te inquam obtines. Intelligo quid loquar. Tacuit enim illud, quod nihilominus
ἀποσιώπησις. accipimus, non deeſſe homines qui ad crudelitatem eum impellerent. Abſcinditur per ἀποσιώπησιν, quæ quoniam eſt figura, reddetur ſuo loco. Eſt in vulgaribus quoque verbis Em-
phaſis, Virum eſſe oportet, & homo eſt ille, & viuendum eſt. Adeo ſimilis eſt arti plerunque
natura. Non tamen ſatis Eloquentiæ eſt, ea de quibus dicat, clare atque euidenter oſtendere:
ſed ſunt multi & varii excolendæ orationis modi. Nam ipſa illa ἀφέλεια ſimplex & inaffe- I
ctata habet quendam purum, qualis etiam in fœminis amatur, ornatum. Et ſunt quædam ve
lut è tenui diligẽtia circa Proprietatem Significationẽmque munditiæ. Alia copia locuples,
alia floribus læta: virium non vnum genus. Nam quicquid in ſuo genere ſatis effectum eſt,
valet. Præcipua tamen eius opera δεινωσις, in aggerenda indignitate: & in cæteris, Altitu
φαντασία do quædam: φαντασία, in concipiẽdis viſionibus: ἐνέργεια, in efficiendo velut opere pro-
ἐνέργεια poſito: Cui adiicitur ἐπιδιόρθωσις, repetitio probationis eiuſdem, & cumulus ex abundan-
ἐπιδιόρθωσις. ti. εὐθυρρημοσύνη confinis iis eſt ab agendo ducta, & cuius propria ſit virtus, non eſſe quæ dicun-
εὐθυρρημοσύνη. tur ocioſa. Eſt & amarum quiddam, quod ferè in contumelia poſitum eſt: quale Caſſii,
Quid facies cum in bona tua inuaſero? hoc eſt cũ te docuero neſcire maledicere? Et Acre,
In Philippum. vt illud Craſſi, Ego te Conſulem putem, cum tu me non putes eſſe Senatorem? Sed vis ora K
toris omnis in augendo minuẽdoque conſiſtit. Vtrique parti totidem modi, ex quibus præ-
cipuos attingemus, reliqui ſimiles erunt. Sunt autem poſiti in Rebus & Verbis. Sed quæ ſit
rerum inuentio ac ratio tractauimus, nunc quid Elocutio attollat aut deprimat, dicẽdum.

De Amplificatione. Cap. IIII.

Amplificatio in noïe. RIMA eſt igitur AMPLIFICANDI vel MINVENDI ſpecies in ipſo rei nomine, vt cum eum qui ſit cæſus, occiſum: eum qui ſit im-
P probus, latronem: contráque eum, qui pulſauit, attigiſſe: qui vulnerauit, læ
ſiſſe dicimus. Vtriuſque pariter exemplum eſt pro M. Cælio, Si vidua liberè,
proterua petulanter, diues effuſè, libidinoſa meretricio more viueret, adulte- L
rum ego putarem, ſiquis hanc paulo liberius ſalutaſſet? Nam & impudicam meretricem vo-
In adiũcto verbo. cauit, & cum cui longior cum illa fuerat vſus, liberius ſalutaſſe. Hoc genus increſcit, ac fit
manifeſtius, ſi ampliora verba cum ipſis nominibus, pro quibus ea poſituri ſumus, conferã-
Act.vij. tur: vt Cicero in Verrem, Non enim furem, ſed raptorem: non adulterum, ſed expugnato-
rem pudicitiæ: non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum religionũmque: non ſicarium, ſed cru
deliſſimum carnificẽ ciuium ſociorũmque in veſtrum iudicium adduximus. Illo enim mo-
Quatuor amplificãdi modi. do vt ſit multum, hoc etiam plus vt ſit, efficitur. Quatuor tamen maximè generibus vi-
deo conſtare Amplificationẽ, Incremẽto, Comparatione, Ratiocinatione, Cõgerie. INcre
I mentum eſt potẽtiſſimum, cum magna vidẽtur etiam quæ inferiora ſunt. Id aut gradu vno
fit, aut pluribus. Per id venitur non modo ad ſummum, ſed interim quodammodo ſupra M
Act.v. ſummum. Omnibus his ſufficit vel vnum Ciceronis exemplum, Facinus eſt vincire ciuem
Romanum, ſcelus verberare, propè parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? Nam
& ſi tantum verberatus eſſet, vno gradu increuerat ponendo etiam id eſſe facinus, quod erat
inferius. Et ſi tantum occiſus eſſet, per plures gradus aſcẽderat. Cum vero dixerit, prope par-
ricidium necare: ſupra quod nihil eſt adiecit, quid dicam in crucem tollere? Ita cum id quod

maximum eſt occupaſſet, neceſſe erat in eo quod vltra eſt, verba deficere. Fit & aliter ſupra ſummũ Adiectio: vt apud Virgiliũ de Lauſo, Quo pulchrior alter Nõ fuit, excepto Lauretis corpore Turni. Sũmũ eſt enim quo pulchrior alter nõ fuit. Huic deinde aliquid ſuprapoſitũ eſt. Tertius quoq; eſt modus, ad quẽ non per gradus itur, & quod nõ eſt plus quàm maximũ, ſed quo nihil maius eſt. Matrẽ tuã occidiſti. Quid dicã amplius? Matrẽ tuã occidiſti. Nã & hoc augẽdi genus eſt, tantũ aliquid efficere, vt nõ poſſit augeri. Creſcit oratio minus apertè, ſed neſcio an hoc ipſo efficacius, cum citra diſtinctionẽ in cõtextu & curſu ſemper aliquid priore maius inſequitur: vt de vomitu in Antonium Cicero, In cœtu vero pop. Rom. negocium publicum gerens, Magiſter Equitum. Singula incremẽtum habent. Per ſe deforme, vel non in cœtu vomere: in cœtu etiam, non populi: populi etiam, non Romani: vel ſi nullũ negocium ageret, vel ſi non publicum: vel ſi non magiſter equitum. Sed alius diuideret hæc, & circa ſingulos gradus moraretur: hic in ſublime etiam currit, & ad ſummũ peruenit non nixu, ſed impetu. Verum vt hæc Amplificatio in ſuperiora tendit, ita quæ fit per Comparationem, incrementum ex minoribus petit. Augendo enim quod eſt infra, neceſſe eſt extollat id quod ſupra poſitum eſt: vt idem, atque in eodem loco, Si hoc tibi inter cœnam & in illis immanibus poculis tuis accidiſſet, quis nõ turpe duceret? In cœtu vero pop. Rom. Sed & in Catilinam, Serui mehercle mei, ſi me iſto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Interim propoſito velut ſimili exemplo efficiendum eſt, vt ſit maius id quod à nobis exaggerandum eſt: vt idem pro Cluentio, cum expoſuiſſet Mileſiam quandam à ſecundis hæredibus pro abortu pecuniam accepiſſe, Quanto eſt, inquit, Oppianicus in eadem iniuria maiore ſupplicio dignus? Siquidem illa cum ſuo corpori vim attuliſſet, ſeipſa cruciauit: hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem atque cruciatum. Nec putet quiſquam hoc, quanquam eſt ſimile, illi ex argumentis loco quo maiora ex minoribus colliguntur, idem eſſe. Illic enim probatio petitur, hic amplificatio. Sicut in Oppiniaco, non id agitur in illa comparatione, vt ille male fecerit, ſed vt peius. Eſt tamen quanquam diuerſarum rerum quædam vicinia. Repetam itaque hic quoque idem quo ſum illic vſus exemplum, ſed non in eundem vſum. Nam hoc mihi oſtẽdendum eſt, augendi gratia nõ tota modo totis, ſed etiam partes partibus cõparari: ſicut hoc loco, An vero vir ampliſſimus P. Scipio Pont. Max. Tib. Gracchũ mediocriter labefactãtẽ ſtatum Reip. priuatus interfecit: Catilinã orbem terræ cæde atque incẽdio vaſtare cupiẽtem nos COSS. perferemus? Hic & Catilina Graccho, & ſtatus Reip. orbi terrarum, & mediocris labefactatio cædi & incendiis & vaſtationi, & priuatus Conſulibus comparatur. quæ ſiquis dilatare velit, plenos per ſingula locos habeat. Quas dixi per Ratiocinationem fieri Amplificationes, videamus an ſatis proprio verbo ſignificauerim. Nec ſum in hoc ſolicitus, dum res ipſa volentibus diſcere appareat. Hoc ſum tamen ſecutus, quòd hæc Amplificatio alibi poſita eſt, alibi valet, vt aliud creſcat, aliud augeatur: inde ad id quod extolli volumus, ratio deducitur. Obiecturus Antonio Cicero merum & vomitum, Tu, inquit, iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate. Quid? fauces & latera ad ebrietatem minimè ſunt ocioſa. Nam reſpicientes ad hæc poſſumus æſtimare quantum ille vini in Hippiæ nuptiis exhauſerit, quod ferre & coquere non poſſet illa gladiatoria corporis firmitate. Ergo ſi ex alio colligitur aliud, nec improprium, nec inuſitatum nomẽ eſt Ratiocinationis, vt quod ex eadem cauſa inter Status quoque habemus. Sic ex Inſequẽtibus Amplificatio ducitur. Siquidem tanta vis fuit vini erumpentis, vt non caſum afferret aut voluntatem, ſed neceſſitatem, vbi minimè deceret, vomendi: & cibus non recens, vt accidere interim ſolet, redderetur, ſed qui vſque in poſterum diem redundaret. Idem hoc præſtant quæ antecedẽtia. Nam cum AEolus à Iunone rogatus, Cauum cõuerſa cuſpide montem Impulit in latus, ac venti velut agmine facto, Qua data porta ruunt: apparet quãta ſit futura tẽpeſtas. Quid? cum res atrociſſimas quaſque in ſummam ipſi extulimus inuidiam, eleuamus conſulto, quo grauiora videantur quæ ſecutura ſunt? vt à Cicerone factum eſt, cum illa diceret, Leuia ſunt hæc in hoc reo crimina, Metum virgarum Nauarchus nobiliſſimæ ciuitatis precio redemit: humanum eſt. Alius ne ſecuri feriretur, pecuniam dedit: vſitatum eſt. Nonne vſus eſt ratiocinatione, qua colligerent audientes, quantum illud eſſet quod inferebatur, cui cõparata hæc humana viderẽtur atque vſitata? Sic quoque ſolet ex alio aliud augeri, vt cũ Annibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis. Et fortitudinem Gallorum Germanorũmque miramur, quô ſit maior C. Cæſaris gloria. Illud quoque eſt ex Relatione ad aliquid, quod non eius rei gratia dictum videtur, Amplificationis genus. Non putãt indignum Troiani prin-

II. AEn. viij. III. IIII. Philip. ij. Per comparationẽ. I. Inuect. i. II. In Catil. i. III. Per ratiocinationem primo modo. Philip. ij. AEn. i. II. III. Act. vij. IIII. V. Iliad. iij.

cipes Graios Troianosque propter Helenæ ſpeciem tot mala,tantóque temporis ſpatio fuſti G
nere.quænam igitur illa forma credenda eſt? Non enim hoc dicit Paris,qui eam rapuit.non
aliquis iuuenis,aut vnus è vulgo:ſed ſenes,& prudentiſſimi, & Priamo aſſidentes . verum &
ipſe Rex decẽni bello exhauſtus,amiſſis tot liberis,imminente ſummo diſcrimine,cui facié
illam ex qua tot lachrymarum origo fluxiſſet,inuiſam atque abominandam eſſe oportebat:
& audit hæc,& eam filiam appellans iuxta ſe locat,& excuſat etiam, atque ſibi eſſe malorum
cauſam negat.Nec mihi videtur in Sympoſio Plato,cum Alcibiadem confitẽtem de ſe quid
à Socrate pati voluerit,narrat,vt illum culparet hæc tradidiſſe : ſed vt Socratis inuictam cõ-
tinentiam oſtẽderet,quæ corrumpi ſpecioſiſſimi hominis tam obuia voluptate non poſſet.

Quin ex inſtrumento quoque heroum illorum magnitudo æſtimanda nobis datur. Ad
Iliad.Λ'. hoc pertinet Clypeus Aiacis,& haſta Pelias Achillis. Qua virtute egregie eſt vſus in Cyclo- H
AEn.iiij. pe Virgilius.Nam quod illud corpus mente concipiam,cuius Trunca manum pinus regit?
AEn.v. Quid ? cum vix loricam duo multiplicem connixi humeris ferrent,quantus Demoleos,qui
Philip.ij. indutus eam curſu palantes Troas agebat? Quid M.Tullius de M. Antonii luxuria tantum
ſalté fingere potuiſſet,quantũ oſtẽdit dicendo? Conchyliatis Cn.Pompeii periſtromatis ſer-
uorum in cellis ſtratos lectos videres.Conchyliata periſtromata, & Cn.Pompeii, & in cellis
ſeruorum,nihil poteſt dici vltra,& neceſſe eſt tamen vltra infinito plus in domino cogitare.
Et hoc ſimile eſt illi quod ἔμφασις dicitur : ſed illa ex verbo,hæc ex re coniecturam facit: tã-
Per congeriem verborum. tóque plus valet,quãto res ipſa verbis eſt firmior. Poteſt aſcribi Amplificationi Cõgeries
quoque verborum ac ſententiarum idem ſignificantium.Nam etiam ſi non per gradus aſcẽ-
dant,tamen velut aceruo quodam alleuantur.Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie I
Pro Lig. Pharſalica gladius agebat ? cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum?
quæ tua mens ? oculi ? manus ? ardor animi ? quid cupiebas? quid optabas? Simile eſt hoc
συναθροι- figuræ,quam συναθροισμὸν vocant : ſed illic plurium rerum eſt congeries,hic vnius multipli
σμός. catio. Hæc etiam creſcere ſolet verbis omnibus altius atque altius inſurgentibus: Aderat ia-
Act.vij. nitor carceris,carnifex Prætoris,mors terrorque ſociorum & ciuium Romanorum, lictor
Imminutiõis ratio. Sextius. Eadem ferè eſt ratio MInuendi.Nam totidem ſunt aſcendentibus,quot deſcen
dentibus gradus.Ideóque vno ero exemplo contẽtus eius loci,quo Cicero de oratione Rul-
li hoc dicit,Pauci tamen qui proximi aſtiterãt,neſcio quid illum de lege Agraria voluiſſe di-
cere ſuſpicabantur.Quod ſi ad intellectum referas,minutio eſt: ſi ad obſcuritatem,incremẽ-
tum. Scio poſſe videri quibuſdam ſpeciem Amplificationis Hyperbolen quoque, nam & K
hæc in vtranque partem valet : ſed quia excedit hoc nomen,in Tropos differenda eſt.Quos
continuo ſubiungerem,niſi eſſet à cæteris ſeparata ratio dicendi, quæ conſtat non Propriis,
ſed Translatis.Demus ergo breuiter hoc deſiderio iam penè publico, nec omittamus eũ quẽ
plerique præcipuum ac penè ſolum putant,orationis ornatum.

De Generibus Sententiarum. Cap. V.

Sententia. SENTENTIAM veteres quod animo ſenſiſſent vocauerunt.Id cum eſt
apud Oratores frequentiſſimum,tum etiam in vſu quotidiano quaſdam re-
S liquias habet.Nam & iuraturi,ex animi noſtri ſententia: & gratulantes, ex
Senſa,& Senſus. ſententia dicimus. Non raro tamen & ſic locuti ſunt, vt Senſa ſua dicerent: L
nam Senſus corporis videbantur.Sed conſuetudo iam tenuit,vt mente con-
cepta Senſus vocaremus : lumina autem, præcipuéque in clauſulis poſita, Sententias.Quæ
minus crebra apud antiquos, noſtris temporibus modo carent. Idcóque mihi & de generi-
bus earum,& de vſu arbitror pauca dicẽda. Antiquiſſimæ ſunt, quæ propriè quãuis omni-
bus idem ſit nomen,Sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appellant. Vtrunque tamen
nomen ex eo acceperunt,quòd ſimiles ſunt conſiliis aut decretis.Eſt autem hæc vox vniuer-
Pro Lig. ſalis,quæ etiam citra complexum cauſæ poſſit eſſe laudabilis. Interim ad rem tantum rela
ta : vt,Nihil eſt tam populare quàm bonitas. Interim autem ad perſonam : quale eſt Afri
Domitii,Princeps qui vult omnia ſcire,neceſſe habet multa cognoſcere. Hanc quidam par-
tem Enthymematis, quidam initium aut clauſulam Epicherematis eſſe dixerunt : & eſt ali- M
Sall.Iug. quando,nõ tamen ſemper. Illud verius, Eſſe eam aliquando Simplicem,vt eam quam ſu-
pra dixi. Aliquando ratione ſubiecta.Nam in omni certamine qui opulẽtior, etiam ſi acci
pit iniuriam,tamen quia plus poteſt, facere videtur. Nonnũquam duplicem, Obſequium
Sententiæ ſpecies. amicos,veritas odium parit. Sunt & qui decem Genera fecerunt,ſed eo modo quo fieri vel
plura poſſunt,per Interrogationem,Comparationem, Inficiationem, Similitudinem, Ad-

A mirationem,& cætera huiuſmodi. per omnes enim figuras tractari poteſt. Illud notabile ex diuerſis,Mors miſera non eſt,aditus ad mortem miſer eſt. Ac rectæ quidem ſunt tales, Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet. Sed maiorem vim accipiũt ex mutatione Figuræ:vt, Vſqueadeó ne mori miſerum eſt? Acrius enim hoc,quàm per ſe, Mors miſera non eſt. Et Trãslatione à cõmuni ad proprium. Nam cum ſit rectum, nocere facile eſt, prodeſſe difficile,vehemẽtius apud Ouidium Medea dicit, Seruare potui, perdere an poſſim rogas? Vertit ad perſonam Cicero, Nihil habet Cæſar nec fortuna tua maius,quàm vt poſſis: nec natura melius,quàm vt velis ſeruare quamplurimos. Ita quæ erant rerum propria, fecit hominis. Id hoc genere cuſtodiẽdum eſt,& id quidem vbique, Ne crebræ ſint, Ne palàm falſæ:quales frequenter ab his dicuntur qui hæc κατὰ πολιν vocant:& quicquid pro cauſa vi-
B detur,quaſi indubitatum pronunciant:Et,Ne paſſim,& à quocũque dicantur. Magis enim decet eos,in quibus eſt authoritas,vt rei pondus etiã perſona cõfirmet. Quis enim ferat puerum aut adoleſcẽtulum,aut etiam ignobilem,ſi iudicet in dicẽdo,& quodãmodo præcipiat?

ENTHYMEMA quoque eſt omne,quod mẽte cõcipimus:proprie tamẽ dicitur,quæ eſt ſententia ex contrariis,propterea quòd eminere videtur inter cæteras:vt,Homerus poeta, vrbs Roma. De hoc in Argumẽtis ſatis dictum eſt. Non ſemper autem ad probationem adhibetur,ſed aliquando ad ornatum, Quorum igitur impunitas Cæſar tuæ clemẽtiæ laus eſt, corum te ipſorum ad crudelitatẽ acuet oratio? Non quia ſit ratio diſſimilis, ſed quia iam per alia,vt id iniuſtum appareret,effectum erat. Et addita in clauſula eſt Epiphonematis modo nõ tam probatio,quàm extrema quaſi inſultatio. Eſt enim EPIPHONEMA rei nar-
C ratæ vel probatæ ſumma acclamatio, Tantæ molis erat Romanã cõdere gẽtem. Facere enim probus adoleſcẽs periculoſè,quàm perpeti turpiter maluit. Eſt & quod appellatur à nouis νόημα, qua voce omnis intellectus accipi poteſt. Sed hoc nomine donarũt ea quæ non dicũt, verũ intelligi volũt:vt in eum quem ſæpius à ludo redemerat ſoror, agẽtem cum ea talionis quòd ei pollicẽ dormienti recidiſſet,Eras dignus vt haberes integrã manũ. Sic enim auditur, vt depugnares. Vocatur aliquid & CLAVSVLA, quæ ſi eſt quod Cõcluſionem dici-
D mus,& rectè,& quibuſdam in partibus neceſſaria eſt, Quare prius de facto veſtro fateamini neceſſe eſt,quàm Ligarii culpam vllam reprehẽdatis. Sed nunc illud volũt, vt omnis locus, omnis ſenſus in fine ſermonis feriat aurẽ. Turpe autẽ & propè nefas ducũt reſpirare vllo loco,qui acclamationẽ nõ petierit. Inde minuti corruptique ſenſiculi, & extra rem petiti. Ne-
D que enim poſſunt tam multæ bonæ Sẽtẽtiæ eſſe,quàm neceſſe eſt multæ ſint clauſulæ. Iam hæc magis NOua Sẽtẽtiarũ genera EX INopinato: vt dixit Vibius Criſpus in eũ,qui cum loricatus in foro ambularet,prætendebat ſe id metu facere, Quis tibi ſic timere permiſit? Et inſigniter Aphricanus apud Neronẽ de morte matris, Rogãt te Cæſar Galliæ tuæ, vt fœlicitatẽ tuã fortiter feras. Sunt & aliò relata,vt Afer Domitius cum Cloantillã defenderet,cui obiectũ crimen:quòd virũ qui inter rebellãtes fuerat,ſepeliſſet, remiſerat Claudius, in epilogo filios eius alloquẽs:Matrẽ tamẽ,inquit,pueri ſepelitote. Et aliũde petita, id eſt in alium locũ ex alio trãslata: vt pro Spathale Criſpus, quam qui hæredẽ amator inſtituerat, deceſſit, cum haberet annos duodeuiginti,O hominẽ diuinũ,qui ſibi indulſit. Facit quaſdam Sententias ſola Geminatio: qualis eſt Senecæ in eo ſcripto quod Nero ad Senatũ miſit occiſa ma
E tre,cum ſe periclitatum videri vellet,Saluum me eſſe adhuc nec credo,nec gaudeo. Melior, cum ex cõtrariis valet,Habeo quem fugiam,quem ſequar non habeo. Quid?quòd miſer cum loqui non poſſet,tacere non poterat? Ea vero fit pulcherrima, cum aliqua cõparatione clareſcit. Trachallus contra Spathalen, Placet hoc ergo? leges diligentiſſimæ pudoris cuſtodes, decimas vxoribus dari,quartas meretricibus iubẽt? Sed horũ quidem generũ & bonæ dici poſſunt,& malæ. Illæ ſemper vitioſæ * vti à verbo,Patres conſcripti. Sic enim incipiendum eſt mihi,vt memineritis patrũ. Peius adhuc,quo magis falſum eſt & longius petitũ. Contra eandem ſororem gladiatoris,cuius modo feci mẽtionem, * A digito pugnaui. Eſt etiam generis eiuſdem,neſcio an vitioſiſſimum, quoties verborum ambiguitas cum rerum falſa quadam ſimilitudine iungitur. Clarum authorem iuuenis audiui, cum lecta * in capite cuiuſdã oſſa ſententiæ gratia tenenda matri dediſſet, Infœliciſſima fœmina nondum extu-
F liſti filium,& iam oſſa legiſti. Ad hoc plerique minimis etiam inuentiũculis gaudent,quæ excuſſæ riſum habent,inuentæ facie ingenii blandiũtur. De eo qui naufragus, & antè agrorum ſterilitate vexatus in ſcholis fingitur ſe ſuſpẽdiſſe, Quem nec terra recipit,nec mare pendeat. Huic ſimile in illo de quo ſupra dixi,cui pater ſua membra laceranti venenum dedit, Qui hæc edit,debet hoc bibere. Et in luxurioſum,qui ἀρχαιρέσιον ſimulaſſe dicitur, Necte

Epicuri ſẽtentia.
P.Syrus.
AEn.ij.
Pro Lig.
Enthymema.
Pro Lig.
Epiphonema.
AEn.i.
Pro Mil.
νόημα.
Clauſula.
Pro Lig.
Noua ſententiarum genera.
AdAtt.viij
Vitioſa genera.

laqueum,habes quod faucibus tuis iraſcaris.Sume venenum, decet luxurioſos bibendo mo- G
ri. Alia Vana:vt ſuadentis purpuratis,vt Alexandrum Babylonis incendio ſepeliant.Alexandrũ ſepelio,hoc quiſquam ſpectabit è tecto? Quaſi vero id ſit in re tota indigniſſimum.

Alia Nimia:vt de Germanis dicentem quendam audiui, Caput neſcio vbi impoſitum. Et de viro forti,Bella vmbone propellit. Sed finis non erit,ſi ſingulas corruptorum proſequar formas. Illud potius,quod eſt magis neceſſarium. Duæ ſunt diuerſæ opiniones,aliorum, Sententias ſolas penè ſpectantium: aliorum omnino damnantium.quorum mihi neutrum admodum placet. DENſitas earum obſtat inuicem,vt in ſatis omnibus fructibusque arSẽtẽtias nimis ſectantes. uorum: quorum nihil ad iuſtam magnitudinem adoleſcere poteſt, quod loco in quẽ creſcat caret.Nec pictura in qua nihil circumlitum eſt,eminet. Ideóque artifices etiam cum plura in vnam tabulam opera contulerunt,ſpatiis diſtingunt, ne vmbræ in corpora cadant. Fa- H
cit res eadem conciſam quoque orationem. Subſiſtit enim omnis ſententia. Ideóque poſt eam vtique aliud eſt initium. Vnde ſoluta ferè oratio,& è ſingulis non membris, ſed fruſtis collata,ſtructura caret,cum illa rotunda & vndique circunciſa inſiſtere inuicem nequeant. Præter hoc etiam Color ipſe dicendi quamlibet clarus,multis tamen ac variis velut maculis conſpergitur. Porro vt affert lumen clauus purpuræ loco inſertus, ita certè neminem deceat intertexta pluribus notis veſtis. Quare licet hæc enitere,& aliquatenus extare videantur, tamen & lumina illa non flammæ,ſed ſcintillis inter fumum emicãtibus ſimilia dixeris: quæ nec appareant quidem,vbi tota lucet oratio,vt in ſole ſidera ipſa deſinunt cerni: & quæ crebris paruisque conatibus ſe attollunt,inæqualia tantum & velut confragoſa,nec admirationem conſequuntur eminentium,& planorum gratiam perdunt. Hoc quoque accidit, quòd I
ſolas captanti Sententias,multas neceſſe eſt dicere leues,frigidas,ineptas. Non enim poteſt eſſe delectus,vbi numero laboratur. Itáque videas & Diuiſionem pro ſententia poni,& Argumentum,ſi tantum in clauſulæ calce pronuncietur. Occidiſti vxorem ipſe adulter, non ferrem te etiam ſi repudiaſſes,Diuiſio eſt. Vis ſcire venenum eſſe amatorium? viueret homo,niſi illud bibiſſet, Argumentũ eſt. Nec multas plerique Sentẽtias dicunt,ſed omnia tãquam Sen
Sententias oĩno dãnãtes. tentias. Huic quibuſdam contrarium ſtudium, qui fugiunt ac reformidant omnem hanc in dicendo voluptatem,nihil probantes niſi planum, & humile,& ſine conatu. Ita dum timent ne aliquando cadant,ſemper iacent. Quod enim tantum in ſententia bona crimẽ eſt, non cauſæ prodeſt? non iudicem mouet? non dicentem commendat? At eſt quoddam genus,quo veteres non vtebantur:& quam vos vocatis vetuſtatem? * Nam ſi illam extremam, K
multa Demoſthenes quæ ante eum nemo. Quomodo poteſt probare Ciceronem, qui nihil
Cic.iij.de Orat. putet ex Catone Gracchisque immutandum? Sed ante hos ſimplicior adhuc ratio loquendi fuit. Ego vero hæc lumina orationis,velut oculos quoſdam eſſe Eloquentiæ credo.Sed neqũe oculos eſſe toto corpore velim, ne cætera membra ſuum officium perdant. Et ſi neceſſe ſit,veterem illum horrorem dicendi malim,quàm iſtam nouam licentiam.Sed patet media quædam via,ſicut in cultu victuque acceſſit aliquis citra reprehenſionem nitor,* quem ſicut poſſumus adiiciamus virtutibus. Prius tamen ſit vitiis carere,Ne dum volumus eſſe meliores veteribus, ſimus tantum diſſimiles.* Reddam nunc quam proximam eſſe dixeram par-
Tropi. tem de Tropis, quos Motus clariſſimi noſtrorum authores vocant. Horum tradere præcepta & Grammatici ſolent.Sed à me,cum de illorum officio loquerer,dilata pars hæc eſt,quia L
de ornatu orationis grauior videbatur locus,& maiori operi ſeruandus.

De Tropis. Cap. VI.

TROPVS eſt verbi vel ſermonis à propria ſignificatione in aliã cum virtute mutatio.Circa quem inexplicabilis & Grãmaticis inter ipſos, & philoſophis pugna eſt,quæ ſint genera, quæ ſpecies, qui numerus, quis cuique ſubiiciatur. Nos omiſſis quæ nihil ad inſtituẽdum Oratorem pertinent,cauillationibus, neceſſarios maximè atque in vſum
Troporum diuiſio. receptos exequemur:hoc modo in his annotaſſe cõtẽti, quoſdã gratia ſignificationis, quoſdã M
decoris aſſumi:& eſſe alios in verbis propriis,alios in trãslatis:vertique formas non verborũ modo,ſed etiã ſenſuũ,& cõpoſitionis. Quare mihi videtur erraſſe, qui non alios crediderunt Tropos,quàm in quibus verbũ pro verbo poneretur. Neque illud ignoro, in iiſdẽ ferè qui ſignificandi gratia adhibentur,eſſe & ornatum: ſed non idem accidet contrà, eruntque quidam tãtum ad ſpeciem accommodati. Incipiamus igitur ab eo,qui cum frequẽtiſſimus

A eſt,tum longè pulcherrimus,TRANSLATIONE dico,quæ Metaphora Græce vocatur. Quæ quidem cum ita eſt,ab ipſa nobis conceſſa natura, vt indocti quoque ac non ſentiétes ea frequéter vtãtur : tum ita iucũda atque nitida,vt in oratione quamlibet clara , proprio tamen lumine eluceat. Neque enim vulgaris eſſe,nec humilis,nec inſuauis,rectè modo aſcita ſit,poteſt. Copiam quoque ſermonis auget permutãdo aut mutuãdo quæ non habet : quodque difficillimum eſt,præſtat,ne vlli rei nomen deeſſe videatur. Trãsfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco in quo proprium eſt,in eum in quo aut proprium deeſt , aut translatum proprio melius eſt. Id facimus,aut quia neceſſe eſt,aut quia ſignificantius, aut (vt dixi) quia decentius. Vbi nihil horum præſtabit,quod transferetur,improprium erit. Neceſſitate ruſtici dicunt Gemmam,in vitibus. Quid enim diceret aliud?&,Sitire ſegetes:&,Fructus laboB rare. Neceſſitate nos,Durum hominem aut aſperum. Non enim proprium erat,quod daremus his affectibus nomen. Iam,Incenſum ira : &,Inflammatum cupiditate : &,Lapſum errore,ſignificandi gratia. Nihil enim horũ ſuis verbis, quàm his accerſitis magis proprium erat. Illa ad ornatum,Lumen orationis: &,Generis claritatem : &,Concionum procellas: &,Eloquentiæ flumina:vt Cicero pro Milone,Clodium fontem gloriæ eius vocat:& alio loco,ſegetem ac materiam. Quædam etiam parum ſpecioſa dictu per hanc explicantur, Hoc Georg. iiij. faciunt,nimio ne luxu obtuſior vſus Sit genitali aruo,& ſulcos oblimet inertes. In totum autem Metaphora breuior eſt * quàm Similitudo:eóque diſtat,quòd illa cóparatur rei quam volumus exprimere,hæc pro ipſa re dicitur. Comparatio eſt enim,cum dico feciſſe quid hominem vt leonem : Translatio eſt,cum dico de homine,leo eſt. Huius vis omnis maxiC mè quadruplex videtur: Cum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur: vt de agitatore, Gubernator magna contorſit equum vi. Et vt Liuius Scipionem à Catone adlatrari ſolitum Dec.iiij.lib refert. Inanima pro aliis generis eiuſdem ſumuntur: vt,Claſſique immittit habenas. Aut vii. pro rebus animalibus inanima,Ferro an fato * virtus Argiuum occidit. Aut contrà, Sedet AEn.vi. inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. Præcipuéque ex his oritur mira ſublimitas,quæ audaciæ proxima periculo Translationis attollitur , cum rebus ſenſu carentibus actum quédam & animos damus:qualis eſt, Pontem indignatus Araxes. Et illa Ciceronis, AEn.viij. Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? Cuius latus ille mu Pro Lig. cro petebat?qui ſenſus erat armorum tuorum? Duplicatur interim hæc virtus apud Virgi- AEn.vij. lium,Ferrumque armare veneno. Nam & veneno armare,& ferrũ armare translatio eſt. SeD cantur hæc in plures : vt à rationali ad rationale,& idem de irrationalibus : & hoc inuicem. quibus ſimilis ratio eſt,& à toto,& à partibus. Sed iam non pueris præcipimus , vt accepto genere ſpecies intelligere non poſſint. Vt modicus autem atque opportunus eius vſus illuſtrat orationem:ita frequens & obſcurat,& tædio complet:continuus vero in Allegoriam & AEnigmata exit. Sunt quædã & Humiles Translationes:vt id de quo modo dixi,Saxea eſt verruca. Et Sordidæ. Non enim ſi Cicero rectè ſentinam Reip.dixit, fœditatem hominum ſignificans:iccirco probẽ illud quoque veteris oratoris,Perſecuiſti Reip.vomicas. Opti méque Cicero demonſtrat cauẽdum, Ne ſit Deformis Translatio:qualis eſt (nam ipſis eius vtar exemplis) Caſtratam morte Aphricani Remp.&,Stercus curiæ Glauciam. Ne nimio Maior:aut,quod ſæpius accidit,Minor. Ne Diſſimilis:quorum exempla nimium frequenE ter deprehendet,qui ſcierit hæc vitia eſſe. Sed & Copia quoque modum egreſſa vitioſa eſt, præcipuè in eadem ſpecie. Sunt & Duræ,id eſt à longinqua ſimilitudine ductæ:vt,Capitis Hor. iiij. niues.&,Iuppiter hybernas cana niue conſpuit Alpes. In eo vero plurimum erroris,quòd Carm. ea quæ poetis,qui & omnia ad voluptatem referunt,& plurima vertere etiam ipſa metri ne- Furius Biceſſitate coguntur,permiſſa ſunt,conuenire quidam etiam profæ putant. At ego in agendo baculus. nec Paſtorem populi,authore Homero dixerim : nec volucres pennis remigare. licet Virgi- Iliad.ά, lius in apibus ac Dædalo ſpecioſiſſimè ſit vſus. Metaphora enim aut vacãtem occupare lo- & alibi. cum debet,aut ſi in alienum venit, plus valere eo quem expellit. Quod aliquanto penè Georg.iiij. iam magis dè *SYNECDOCHE dicam. Nam Translatio permouendis animis pleAEn. vi. runque & ſignandis rebus , ac ſub oculos ſubiiciendis reperta eſt. Hæc variare ſermonem po συνεκδοχὴ teſt,vt ex vno plures intelligamus , parte totum , ſpecie genus, præcedentibus ſequentia,velF contrà : omnia liberiora poetis,quàm oratoribus. Nam profa vt Mucronem pro gladio , & Tectum pro domo recipiet : ita non Puppim pro naui,nec Abietem pro tabellis. Et rurſus vt pro gladio Ferrum,ita non pro equo Quadrupedem. Maximè autem in orãdo valebit Numerus Numerorũ illa libertas. Nam & Liuius ſæpe ſic dicit,Romanus præliouictor : cum Roma- vnitatis,p nos viciſſe ſignificat. Et contrà Cicero ad Brutum , Populo, inquit, impoſuimus , & orato- plurium.

res visi sumus: cum de se tãtum loqueretur. Quod genus non orationes modo ornat, sed etiã G
quotidiani sermonis vsus recipit. Quidam Synecdochen vocant, cum & id in contextu ser
monis quod tacetur accipimus. verbum enim ex verbo intelligitur. quod inter vitia, ἔκλειψις
AEn.xi. vocatur, Arcades ad portas ruere. Mihi hanc Figuram esse magis placet, illic ergo reddetur.
Eclog.ij. Aliud etiam intelligitur ex alio, Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci. Vnde appa-
ret noctem appropinquare. Id nescio an oratori conueniat, nisi in argumẽtando, cum rei si-
gnum est. Sed hoc ab elocutionis ratione distat. Nec procul ab hoc genere discedit M E-
μετωνυ- TONYMIA, quæ est nominis pro nomine positio: cuius vis est, pro eo quod dicitur,
μία. causam propter quam dicitur, ponere. Sed, vt ait Cicero, HYPALLAGEN Rhetores
In Orat. dicũt. Hæc inuẽta ab inuẽtore, & subiecta ab obtinẽtibus significat: vt, Cererem corruptam
ὑπαλλαγὴ vndis. &, Receptus Terra Neptunus classes aquilonibus arcet. Quod fit retro, durius. Re- H
AEn.i. fert autem inquãtum dictus Tropus oratorem sequatur. Nam vt Vulcanum pro igne vulgo
Hor.ĩ Art. audiuimus: &, Vario Marte pugnatum, eruditus est sermo: &, Venerem quàm coitum dixisse
magis decet: ita Liberum & Cererem pro vino & pane licentius, quàm vt fori seueritas fe-
rat. Sicut ex eo quod continet id quod cõtinetur, vsus recipit, vt bene moratas vrbes, & po
culum epotum, & seculum felix. At id quod cõtra est, raro audeat quis nisi poeta. Iam pro-
AEn.ij. ximus ardet Vcalegon. Nisi forte hoc potius est à possessore quod possidetur: vt hominem
deuorari, cuius patrimoniũ cõsumitur. Quo modo fiunt innumerabiles species. Huius enim
sunt generis, cum ab Annibale cæsa apud Cãnas sexaginta milia dicimus, & apud Tragicos
ab Egialao: & carmina Virgilii * venisse, & venire commeatus qui afferantur, & sacrilegium
deprehensum non sacrilegum, armorum scientiam habere non artis. Illud quoque & poetis I
& oratoribus frequens, quo eum qui efficit ex eo quod efficitur ostendimus. Nam & carmi-
Hor.car.i. num authores, Pallida mors æquo pulsat pede pauperũ tabernas Regúmque turres. Et, Pal-
AEn.vi. lentesque habitãt morbi, tristisque senectus. Et orator præcipitem iram, hilarem adolescen-
tiam, segne ocium dicit. Est etiam huic Tropo quædã cum Synecdoche vicinia. Nam cum
dico vultus hominis, pro vultu: * dico pluraliter quod singulare est, quod singulare est plu-
raliter. Sed non id ago, vt vnum ex multis intelligatur (Nam id est manifestum) sed nomen
immuto: vt cũ aurata tecta, aurea, pusillũ à vero discedo, quia non est nisi pars auratura. Quæ
οὐτωνομα singula persequi minutioris est curæ, etiam nõ Oratorem instituẽtibus. ANTONO-
σία. MASIA, quæ aliquid pro nomine ponit, Poetis quoque modo frequẽtissima: & per Epi-
theton, quia detracto eo cui apponitur, valet pro nomine, Tytides, Pelides. Et ex his quæ in K
AEn.i. quoque sunt præcipua, Diuũm pater atque hominum Rex. Et ex factis, quibus persona si-
AEn.iiij. gnatur, Thalamo quæ fixa reliquit Impius. Oratoribus etiam si rarus, eius rei nonnullus
tamen vsus est. Nam vt Tytiden & Peliden non dixerint, ita dixerunt Impium pro parrici
da, Euersorem quoque Carthaginis & Numãtiæ pro Scipione, & Romanæ Eloquẽtiæ Princi
Pro Mur. pem pro Cicerone posuisse non dubitẽt. Cicero ipse certè vsus est hac libertate: Non multa
peccas, inquit ille fortissimo vito senior magister: & si peccas, te regere possum. Neutrũ enim
ὀνομαζο- nomẽ positũ est, & vtrũque intelligitur. ONOMATOPOEIA quidẽ, id est fictio
ποιΐα. nominis: Græcis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur. Et sunt plurima ita
posita ab his qui sermonem primi fecerũt, aptãtes affectibus vocem. Nam Mugitus & Sibi-
lus & Murmur inde venerunt. Deinde tãquam * consummata sint omnia, nihil generare au L
demus ipsi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriantur. Vix illa quæ παραγόμενα vocãt,
quæ ex vocibus in vsum receptis quocunque modo declinantur, nobis permittimus. qualia
sunt Sullaturit, & Proscripturit, atque Laureati Postes, pro illo lauro coronati, ex eadẽ fictio-
ne sunt. Sed hoc fœliciter eualuit: * at cõtra vio pro eo infœlicius. In Græcis obelisco, coludu
mo &c. * dure etiã iungere vetamur, qui toleratèr videre septẽtriones videmur *. Eô ma-
κατάχρη- gis necessaria κατάχρησις, quam rectè dicimus ABVSIONEM, quæ nõ habẽtibus no
σις. men suum, accommodat, quod in proximo est: sic, * Equum diuina Palladis arte AEdificãt.
Abusio. & apud Tragicos, Et iam leo pariet, at pater est. Mille sunt hæc. & * Acetabula. quicquid ha-
bet, * & Pyxides cuiuscũque materiæ sunt. & Parricida matris quoque aut fratris interfector.
Discernẽdúmque est hoc totũ à Trãslatione genus: quòd Abusio est, vbi nomẽ defuit, Trãs- M
latio, vbi aliud fuit. Nam poetæ solent abusiuè etiam in his rebus, quibus nomina sua sunt,
vicinis potius vti, quod rarum in prosa est. Illa quoque quidam κατάχρήσεις esse volũt, cum
pro temeritate virtus, aut pro luxuria liberalitas dicitur. A quibus hæc quidem disso-
nantia sunt, quòd in his non verbum pro verbo ponitur, sed res pro re. Neque enim pu-
tat quisquam & luxuriam & liberalitatẽ idem significare, verum id quod fit, alius luxuriam

A esse dicit,alius liberalitatem:quãuis neutri dubium sit, hæc esse diuersa. Supereſt ex his quæ aliter significãt, μετάληψις, id est TRANSSVMPTIO, quæ ex alio in aliud velut viam præstat: Tropus & rarissimus,& maximè improprius: Græcis tamẽ frequẽtior,qui Cẽtaurum Chirona,& νίσσεσθαι ὁξείας dicũt. Nos quis ferat,si Verrem,suem : aut Lælium, doctum nominemus?Est enim hæc in Metalepsi natura,vt inter id quod transfertur,sit medius quidam gradus,nihil ipse significans,sed præbens transitum : quem Tropum magis affectamus vt habere videamur,quàm vt vllo in loco desideremus. Nam eius frequẽtissimum exemplum est,Cano,cãto,dico:ita cano,dico.Item est medium illud cano,nec diutius in eo morãdum:nihil enim vsus admodum video,nisi vt dixi,in mediis. Cætera iam non significãdi gratia,sed ad ornandam non augendam orationem assumũtur. Ornat enim EPI μετάληψις. ἐπίθετον.

B THETON, quod rectè dicimus APPOSITVM,à nonnullis Sequẽs dicitur.Eo poetæ & frequentius & liberius vtuntur. Nanque illis satis est,conuenire verbo cui apponitur:& ita,Dentes albi:&,Humida vina in his non reprehenduntur.Apud oratorem,nisi aliquid efficitur,redundat.Tum autem efficitur,si sine illo quod dicitur minus est : qualia sunt, O scelus abominandum,O deformem libidinem. Exornatur autem res tota maximè Translationibus,Cupiditas effrænata.&,Insanæ substructiones. Et solet fieri aliis adiunctis Epitheton Tropis.vt apud Virgiliũ,Turpis egestas:&,Tristis senectus. Verũtamen talis est ratio huiusce virtutis,vt sine appositis nuda sit,& velut incompta oratio,ne oneretur tamen multis.Nam fit longa & impedita,vt in quæstionibus. eam iudices similem aginini totidem lixas habenti,quot milites quoque.In quo & numerus est duplex,nec duplum virium: quanC quam non singula modo,sed etiam plura verba apponi solent : vt,Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.Sed hoc quoque modo duo verba vni apposita,ne versum quidem decuerint. Sunt autem quibus non videatur hic omnino Tropus, quia nihil vertat. Necesse est enim semper,vt id quod est appositum,si à proprio diuiseris,per se significet, & faciat Antonomasian. Nam si dicas,Ille qui Carthaginem & Numantiam euertit,Antonomasia est : si adieceris Scipio,Appositum.Non potest ergo non esse iunctũ. At ἀναγωγία,quam INVERSIONEM interpretamur,aliud verbis,aliud sensu ostendit,ac etiam interim contrarium.Prius,vt,O nauis referent in mare te noui fluctus,o quid agis fortiter occupa Portum.Totusque etiam ille Horatii locus,quo nauim pro Rep.fluctuum tempestates pro bellis ciuilibus,portum pro pace atque cõcordia dicit.Tale Lucretius,Inuia Pieridum peragro
D loca.& Virgilius,Sed nos immensum spatiis confecimus æquor. Et iam tempus equum spumãtia soluere colla.Sine translatione vero in Bucolicis, Certe equidem audieram,quà se subducere colles Incipiunt,mollique iugum demittere clino Vsque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,Omnia carminibus vestrũ seruasse Menalcam.Hoc enim loco præter nomen cætera propriis decisa sunt verbis.Verum non pastor Menalcas , sed Virgilius est intelligendus. Habet vsum talis Allegoriæ frequenter oratio,sed raro totius, plerunque apertis permixta est.Tota apud Ciceronem talis ,Hoc miror enim, querorque quẽquam hominem ita pessundare alterum verbis velle,vt etiam nauem perforet,in qua ipse nauiget. Illud commixtum frequentissimum,Equidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus cõcionum semper Miloni putaui esse subeundas. Nisi adiecisset duntaxat fluctibus con
E cionum,esset Allegoria : nunc eam miscuit. Quo in genere & species ex arcessitis verbis venit,& intellectus ex propriis. Illud vero longè speciosissimũ genus orationis,in quo trium permixta est gratia,Similitudinis,Allegoriæ,& Translationis,Quod fretũ,quem Euripum, tot motus,tãtas tam varias habere creditis agitationes,commutationes, fluctus, quãtas perturbationes,& quantos æstus habet ratio comitiorum ? Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe & perturbat omnia,& totam opinionem parua nonnũquam commutat aura rumoris. Nam id quoque in primis est custodiendum,Vt quo ex genere cœperis Translationis,hoc desinas. Multi enim cum initium à tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt : quæ est inconsequentia rerum fœdissima. Cæterum Allegoria paruis quoque ingeniis,& quotidiano sermoni frequẽtissimè seruit.nam illa agẽdis causis iam detrita,Pedem
F conferre,&,lugulum petere,&,Sãguinem mittere,inde sunt : nec offendũt tamen. Est enim gratia in eloquendo nouitas & commutatio, & magis inopinata delectant. Ideóque iam in his amisimus modum, & gratiam rei nimia captatione consumpsimus. Est in Exemplis Allegoria, si * non prædicta ratione ponantur. Nam vt Dionysium Corinthi esse, quo Græci omnes vtuntur, ita plura similia dici possunt. Hæc Allegoria quæ est obscurior AENIGMA dicitur: vitium quidem meo iudicio, si quidem dicere dilucide,vir-

ἀναγωγία. ἄινιγμα.

Eclog.iij. tus:quo tamen & poetæ vtuntur,Dic quibus in terris,& eris mihi magnus Apollo,Trîs pa- G
teat cæli ſpatiũ non amplius vlnas? Et oratores nonnunquam:vt Cæcilius, Quadrantariam
Clytæmneſtram: &,In triclinio Choam: &,In cubiculo Nolam. Nãque & nunc quædam
ſoluuntur,& tum erant notiora cum dicerentur:& AEnigmata ſunt tamen, nec ea niſi quis
ἀῤῥωνέία. interpretetur,intelligas. In eo vero genere quo cõtraria oſtenduntur, IRONIA eſt:
ILLVSIONEM vocãt,quæ aut pronũciatione intelligitur,aut perſona,aut rei natura:
nam ſiqua earum verbis diſſentit,apparet diuerſam eſſe orationi volũtatem,quãquam in plu
rimis id Tropis accidit,vt interſit quid de quo dicatur. Quia quod dicitur alibi verũ eſt: aut
laudi ſimulatione detrahere,aut vituperationi laude conceſſum eſt. Quale eſt quòd C. Ver-
res Prætor vrbanus,homo ſanctus & diligens,ſubſortitionem eius eo die non haberet. Et cõ
Cic.iOrat. tra,Oratores viſi ſumus,& populo impoſuimus. Aliquando cum riſu quodam contraria H
dicuntur iis quæ intelligi volunt: quemadmodum ad Clodium, Integritas tua te purgauit,
mihi crede,pudor eripuit,vita anteacta ſeruauit. Præter hæc vſus eſt Allegoriæ,vt triſtia di
camus melioribus verbis,aut bonæ rei gratia * quædam cõtrariis ſignificemus, aliud textu,
quæ & enumerauimus. Hæc ſiquis profecto ignorat quibus Græci nominibus appellent,
σαρκασμὸν, ἀστεϊσμὸν, ἀντίφασιν, προιμίων dici ſciat.Sunt etiam qui hæc non ſpecies Alle-
goriæ,ſed ipſa Tropos dicunt:acri quidem ratione,quòd illa obſcurior ſit,& in his omnibus
aperte appareat quod velimus. Cui accedit hoc quoque, quòd genus cum diuiditur in ſpe-
cies,nihil habet proprium,vt arboris ſpecies ſunt, pinus, & olea,& cupreſſus, & ipſius per ſe
nulla proprietas: Allegoria vero habeat aliquid proprium: quod quo modo fieri poteſt,niſi
ipſa ſpecies eſt? Sed ad vtẽdum nihil refert. Adiicitur his μυκτηρισμὸς, ſimulatus quidem, I
ſed non latens deriſus. Pluribus autem verbis cum id quod vno aut paucioribus certè di
περίφασις ci poteſt explicatur, περίφασιν vocant,Circuitum loquendi,qui nonnunquam neceſſitatem
habet quoties dictu deformia operit:vt Salluſtius,Ad requiſita naturæ. Interim ornatum
AEn.ij. petit ſolum,qui eſt apud poetas frequentiſſimus: vt,Tempus erat quo prima quies mortali
bus ægris Incipit,& dono diuum gratiſſima ſerpit.Et apud oratores non rarus,ſemper tamẽ
aſtrictior.Quicquid enim ſignificari breuius poteſt, & cum ornatu latius oſtenditur, περί-
φασις eſt: cui nomen latine datum eſt, non ſanè * orationis aptum virtuti, Circumlo-
περιτολο cutio.Verum hæc vt cum decorem habet, Periphraſis: ita cũm in vitium incidit, περίσ-
γία. ϑλογία dicitur. Obſtat enim quicquid non adiuuat. HYPERBATON quoque,
ὑπέρβατον. id eſt Verbi tranſgreſſionem,quam frequenter ratio comparationis & decor poſcit, non im- K
merito inter virtutes habemus.Fit enim frequentiſſimè aſpera,& dura,& diſſoluta, & hians
oratio, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigantur: & vt quodque oritur, ita proxi-
mis etiam, ſi vinciri non poteſt, alligetur. Differenda igitur quædam & præſumenda, at-
que vt in ſtructuris lapidum impolitiorum, loco quo conuenit quicque ponendum.
Non enim recidere ea, nec polire poſſumus, quæ coagmentata ſe magis iungant, ſed vten-
dum iis qualia ſunt, eligendæque ſedes. Nec aliud poteſt ſermonem facere numeroſum,
quàm opportuna ordinis mutatio. Neque alio, καπέϑω χϑὲς εἰς πειραιᾶ, Platonis inuen-
ta ſunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piræum deſcendiſſe
ſignificat, plurimis modis ſcripta, quòd eum quoque maximi facere experiretur.
ἀνάστροφὴ Verum id cum duobus verbis fit, ἀνάστροφὴ dicitur, Reuerſio quædam: qualia ſunt L
vulgo, Mecum, Secum: apud Oratores & Hiſtoricos, Quibus de rebus. At cum deco-
Pro Cluẽt. ris gratia contrahitur longius verbum, proprie Hyperbati tenet nomen, Animaduerti
iudices omnem accuſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes. Nam in duas par-
tes diuiſam eſſe, rectum erat, ſed durum & incomptum. Poetæ quidem etiam ver-
borum diuiſionem faciunt, & tranſgreſſionem, Hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni.quod
Georg.iij. oratio nequaquam recipiet. Ad id quod eſt,& propter * quod cum dicitur,tropus fit, quia
componendus eſt è duobus intellectus. Alioqui vbi nihil ex ſignificatione mutatum eſt, &
ſtructura ſola variatur, Figura potius verborum dici poteſt, ſicut multi narrationem longis
ὑπερβολὴ. mutãt Hyperbatis. Ex confuſis quæ vitia accidũt,ſuo loco diximus. HYPERBO-
LEN audacioris ornatus ſummo loco poſui.Eſt hæc * dementiens ſuperiectio. Virtus eius M
In augẽdo ex diuerſo par augendi atque minuendi. Fit pluribus modis. Aut enim plus facto dici-
Philip.ij. mus: ſicut, Vomens fruſtis eſculẽtis gremium ſuum & totum tribunal impleuit. Gemini-
AEn.i. que minantur In cælum ſcopuli. Aut res per ſimilitudinem attollimus,Credas innare re-
AEn.v. uulſas Cycladas. Aut per comparationem: vt,Fulminis ocyor alis. Aut ſignis quaſi qui-
AEn.viij. buſdam,Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret Gramina,nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.

A Vel translatione,vt ipſum illud volaret. Creſcit interim Hyperbole alia inſuper addita: vt Cicero in Antoniũ dicit,Quæ Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quæ ſi fuit, fuit animal viuum. Oceanus mediusfidius vix videtur tot res,tam diſſipatas,tam diſtantibus in locis poſitas,tam cito abſorbere potuiſſe. Exquiſitam vero figuram huius rei deprehendiſſe apud principem Lyricorum Pindarum videor in libro,quem inſcripſit Hymnos. * Is nãque Herculis impetum aduerſus Meropas,qui in inſula Co dicuntur habitaſſe,non igni,nec ventis, nec mari,ſed fulmini dicit ſimilem fuiſſe: vt illa minora, hoc par eſſet. Quod imitatus Cicero,illa compoſuit in Verrem,Verſabatur in Sicilia longo interuallo * non Dionyſius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam inſula multos & crudeles tyrannos) ſed nouum quoddam mõſtrum ex vetere illa immanitate,quæ in iiſdem verſata locis dicitur. non B enim Charybdim tam infeſtam,neque Scyllam *nauibus,quàm iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror. Nec pauciora ſunt genera Minuẽdi,Vix oſſibus hærẽt. Et quod Cicero in quodam ioculari libello,Fundum Varro vocat,* quem poſſim mitttere funda: Ni tamen exciderit,qua caua funda patet. Sed huius quoque rei ſeruetur mẽſura quædam. quãuis eſt enim omnis Hyperbole vltra fidem,non tamẽ eſſe debet vltra modum: nec alia magis via in κακοζηλίαν itur. Piget referre plurima hinc orta vitia,cum præſertim minimè ſint ignota & obſcura. Monere ſatis eſt,Mentiri Hyperbolen,nec ita vt mẽdacio fallere velit. Quò magis intuendum eſt,quouſque deceat extollere,quod nobis non creditur. Peruenit hæc res frequetiſſimè ad riſum: qui ſi aptus eſt,Vrbanitatis: ſin aliter,Stultitiæ nomẽ aſſequitur. Eſt autem in vſu vulgo quoque,& inter ineruditos & apud ruſticos,videlicet quòd natura eſt omnibus C augẽdi res vel minuẽdi cupiditas inſita,nec quiſquam vero contẽtus eſt. Sed ignoſcitur, quia non affirmamus. Tum eſt Hyperbole virtus,cum res ipſa,de qua loquendum eſt,naturalem modum exceſſit. Conceditur enim amplius dicere,quia dici quantum eſt non poteſt: meliusque vltra quàm citra ſtat oratio. Sed de hac ſatis,quia eundem locum plenius in eo libro quo cauſas corruptæ Eloquentiæ reddebamus,tractauimus.

Philip. ij.

Act. vij.

In minuẽdo. Ecl. ij.

M. FAB. QVINTIL. DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER IX.

In quo differant Figuræ à Tropis. Cap. I.

D VM SIT PROXIMO LIBRO DE TROpis dictum,ſequitur pertinens ad Figuras,quæ Schemata Græce vocãtur,locus,ipſa rei natura coniunctus ſuperiori. Nam plerique has Tropos eſſe exiſtimauerunt, quia ſiue ex hoc duxerint nomen, quòd ſint formati quodam modo: ſiue ex eo quòd vertant orationem, vnde & C Motus dicuntur: fatendum erit eſſe vtrunque eorum etiam in Figuris. Vſus quoque eſt idem. Nam & vim rebus adiiciunt, & gratiam præſtant. Nec deſunt qui Tropis Figuræ nomen imponant. quorum eſt C. Actorius Proculus. Quin adeo ſimilitudo manifeſta eſt, vt eam diſcernere non ſit in E promptu. Nam quo modo quædam in iis ſpecies planè diſtant, manente tamen generali illa ſocietate, quòd vtraque res de recta & ſimplici ratione cum aliqua dicendi virtute deflectitur: Ita quædam perquàm tenui limite diuidũtur,* vt cum Ironia tam inter Figuras ſententiæ,quàm inter Tropos reperiatur. πρόφασιν autem,& ὑπερβατὸν, & ὀνοματοποιΐαν,& ἐπίθετον, clari quoque authores Figuras verborum potius quàm Tropos dixerũt. Quô magis ſignãda eſt vtriuſque rei differẽtia. Eſt igitur TROPVS ſermo à naturali & principali ſignifi tione trãslatus ad aliã,ornãdæ orationis gratia: Vel,(vt plerique Grãmatici finiũt) Dictio ab eo loco in quo propria eſt,trãslata in eum in quo propria nõ eſt. FIGVRA eſt(ſicut nomine ipſo patet)cõformatio quædam orationis,remota à cõmuni,& primum ſe offerẽte ratione. Quare in Tropis ponũtur verba alia pro aliis,vt in μεταφορᾷ,μετωνυμίᾳ,& ἀντονομασίᾳ, F μεταλήψει,συνεκδοχῇ,καταχρήσει,ἀληθείᾳ,* ὑπερβολῇ * plerũque. ἀληθείᾳ nãque & rebus fit & verbis,ὀνοματοποιΐᾳ fictio eſt nominis. Ergo hoc quoque pro aliis ponitur. quibus vſuri fuimus ſi illud non fingeremus. πρόφασις,etiamſi frequẽter & id ipſum in cuius locum aſſumitur,nomẽ complecti ſolet,vtitur tamẽ pluribus pro vno. ἐπίθετον quoniam plerunque Antonomaſiæ pars eſt,cõiunctione eius fit Tropus. In Hyperbato commutatio eſt ordinis. Ideo multi Tropis hoc genus eximũt. Trãsfert tamen verbum aut partem à ſuo loco in alienum.

Troporum cũ figuris cõueniẽtia

Differẽtia.

Tropus,

Figura,

Horum nihil in Figuras cadit. Nam & propriis verbis,& ordine collocatis fieri Figura po- G
Cap.ij. teſt. Quomodo autem Ironia alia ſit Tropi,alia Schematis,ſuo loco reddam. Nomine enim fateor eſſe communia hæc,& ſcio quàm multiplicem habeãt, quámque ſcrupuloſam diſputationé: ſed ea non pertinet ad præſens meum propoſitum. Nihil enim refert quo modo appelletur vtrumlibet eorum,ſi quid orationi proſit,appareat. Nec mutatur vocabulis vis rerũ. Et ſicut homines ſi aliud acceperũt quàm quod habuerãt nomen,iidem ſunt tamen: ita hæc de quibus loquimur,ſiue Tropi,ſiue Figuræ dicentur,idem efficient. Non enim nominibus proſunt,ſed effectibus: vt Statum Coniecturalem,an inficialem,an facti,an ſubſtantiæ,an de ſubſtantia nominemus,nihil intereſt,dum idem quæri ſciamus. Optimum ergo in his ſequi maximè recepta,& rem ipſam quocũque appellabitur modo intelligi. Illud tamen notan
dum,Coire frequẽter in eaſdem Sentẽtias,& Tropon & Figuram. Tam enim translatis ver- H
Figurã duobus accipi modis. bis,quàm propriis figuratur oratio. Eſt autem non mediocris inter authores diſſenſio, & Quæ vis nominis eius,& Quot genera,& Quàm multæ ſint ſpecies. Quare primum intuẽdum eſt,quid accipere debeamus Figuram. Nam duobus modis dicitur, Vno qualiſcunque forma ſentẽtiæ,ſicut in corporibus in quibus quoquo modo ſunt cõpoſita, vtique habitus eſt aliquis. Altero,quod propriè Schema dicitur,in ſenſu vel ſermone aliqua à vulgari & ſimplici ſpecie cum ratione mutatio: ſicut,nos ſedemus,incũbimus,reſpicimus. Itáque cum in eoſdem caſus,aut tẽpora,aut numeros,aut etiam pedes, cõtinuo quis aut certe nimiũ frequẽter incurrit,præcipere ſolemus, Variãdas Figuras eſſe vitãdæ ſimilitudinis gratia. In quo ita loquimur,tanquam omnis ſermo habeat Figuram. Itémque eadem Figura dicimus curſitare,qua lectitare,id eſt eadem ratione declinari. Quare illo intellectu priore & communi ni I
hil non figuratum eſt. Quo ſi cõtenti ſumus,non immerito Apollodorus, ſi tradenti * Ceci lio credimus,incomprehẽſibilia partis huius præcepta exiſtimauit: Sed ſi habitus quidam, & quaſi geſtus ſic appellãdi ſunt,id demum hoc loco SCHEMA dici oportebit, quod ſit à ſimplici ac in promptu poſito dicendi modo poetice vel oratorie mutatũ. Sic enim verum erit aliam eſſe orationẽ ἀσχημάτιστον, id eſt carẽtem Figuris, quod vitium non inter minima eſt: Aliam ἐσχηματισμένην, id eſt figuratam. Verum id ipſum anguſtè tamen & * Zoilus terminauit,qui id ſolum putauerit Schema,quo aliud ſimulatur dici quàm dicitur: quod ſanè vulgo quoque ſic accipi ſcio. Vnde & Figuratæ Controuerſiæ quædam,de quibus paulo poſt
Figura Genus eiº. dicam,vocantur. Ergo, FIGVRA ſit, arte aliqua nouata forma dicendi. Genus eius vnum quidam putauerunt,in hoc ipſo diuerſas opiniones ſecuti. Nam hi quia verborũ mu- K
tatione ſenſus quoque verterẽt,omnes Figuras in verbis eſſe dixerunt: Illi quia verba rebus accommodarent,omnes in ſenſibus. Quorum vtraque manifeſta cauillatio eſt. Nam vt eadem dici ſolent aliter atque aliter,manẽtque ſenſus elocutione mutata: ita & Figura ſententiæ,plures habere verborum Figuras poteſt. Illa eſt enim poſita in concipienda cogitatione,
Act.iij. hæc in enunciandа: ſed frequentiſſimè coeunt: vt in hoc,* Nemo iamiam Dolabella neque tui,neque tuorum liberũm. Nam oratio à iudice auerſa,in ſententia: iamiam,& liberũm,in
Figurę partes duæ. verbis ſunt Schemata. Inter plurimos enim quod ſciam cõſenſum eſt, DVAS eius eſſe PARTES: διανοίας,id eſt mentis,vel ſenſus,vel ſententiarum,nam iis omnibus modis dictũ eſt: & λέξεως,id eſt verborũ,vel dictionis,vel elocutionis,vel ſermonis,vel orationis. Nã & variatur, & nihil refert. Cornelius tamẽ Celſus adiicit verbis & ſentẽtiis Figuras Colorũ: L
nimia profecto nouitatis cupiditate ductus. Nam quis ignoraſſe eruditum alioqui virum credat Colores & Sententias ſenſuum eſſe? Quare ſicut omnem orationem,ita Figuras quoque verſari neceſſe eſt in ſenſu & in verbis. Vt vero natura prius eſt concipere animo res,
Laus figurarũ mẽtis. quàm enunciare: ita de iis Figuris ante loquendum eſt,quæ ad mentem pertinent. quarum quidem vtilitas tum magna,tum multiplex,in nullo non orationis opere vel clariſſimè lucet. Nam etſi minimè videtur pertinere ad probationem qua Figura quicque dicatur, facit tamen credibilia quæ dicimus, & in animos iudicum quâ non obſeruatur irrepit. Nanque vt in armorũ certamine, & aduerſos ictus,& rectas ac ſimplices manus tum videre,tum etiã cauere ac propulſare facile eſt: auerſæ tectæque minus ſunt obſeruabiles, & aliud oſtendiſſe quàm petas artis eſt: ſic oratio quæ aſtu caret,pondere,mole,& impulſu præliatur. Simulãti M
variantique conatus,in latera atque in terga incurrere datur,& arma aduocare, & velut nutu fallere. Iam vero affectus nihil magis ducit. Nam ſi frons,oculi, manus multum ad motum animorum valent,quanto plus orationis ipſius vultus ad id quod intendimus efficere cõpoſitus? plurimum tamẽ ad cõmẽdationem facit,ſiue in cõciliãdis agẽtis moribus,ſiue ad promerendum actioni fauorem, ſiue ad leuandum varietate faſtidium, ſiue ad quædam vel de-

A centius indicanda vel tutius. Sed antequam quæ cuique rei Figura conueniat oſtendo,di cendum eſt nequaquam eas eſſe tam multas,quàm ſint à quibuſdã conſtitutæ. Neque enim me mouent nomina illa,quæ fingere vtique Græcis promptiſſimum eſt. Ante omnia igi tur illi qui totidem Figuras putant quot affectus,repudiandi.non quia affectus non ſit qualitas quædam mẽtis:ſed quia Figura, quam non communiter,ſed propriè nominamus,non ſit ſimplex rei cuiuſcunque enunciatio. Quapropter in dicendo iraſci,dolere,miſereri,timere,confidere, * contemnere,non ſunt Figuræ: non magis quàm ſuadere,minari,rogare,excuſare.Sed fallit parum diligenter intuentes,quòd inueniunt in omnibus his locis figuras , & eorum exempla ex orationibus exerpuut. Neque enim pars vlla dicendi eſt,quæ non recipe B re eas poſſit.Sed aliud eſt admittere Figuram,aliud Figuram eſſe . Neque enim verebor explicandæ rei gratia frequentiorem eiuſdem nominis repetitionem. Quare dabunt mihi ali quam in iraſcente,deprecante,miſerante,Figuram,ſcio:ſed non ideo iraſci,miſereri,deprecari,Figura erit.Cicero quidem omnia orationis lumina in hunc locum congerit,mediã quãdam(vt arbitror)ſecutus viam,vt nec omnis ſermo Schema iudicaretur, nec ea ſola quæ haberent aliquam remotam ab vſu communi fictionem:ſed quæ eſſent clariſſima, & ad mouẽdum auditorem valerent plurimum,quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam ſubieci,ne fraudarem legentes iudicio maximi authoris.In tertio de Oratore ita ſcriptũ eſt, In perpetua autem oratione,cum & coniunctionis lenitatem,& numerorum quam dixi rationem tenuerimus,tum eſt quaſi luminibus diſtinguenda & frequentanda omnis oratio C ſententiarum atque verborum. Nam & Commoratio vna in re permultum mouet: & illuſtris Explanatio: rerumque quaſi gerantur ſub aſpectum pene Subiectio,quæ & in exponenda re plurimũ valet,& ad illuſtrandum id quod exponitur,& ad amplificandum, vt iis qui audient illud quod augebimus,quantum efficere oratio poterit, tantum eſſe videatur: & huic contraria ſæpe Præciſio eſt: & ad plus intelligendum quàm dixeris Significatio: & diſtincte conciſa Breuitas: & Extenuatio: & huic adiũcta Illuſio, à præceptis Cæſaris non abhorrens: & ab re non longa Digreſſio: in qua cum fuerit Delectatio: tum Reditus ad rem aptus & cõcinnus eſſe debebit: Propoſitióque quid ſis dicturus: & ab eo quod eſt dictum Seiunctio: & Reditus ad propoſitum: & Iteratio: & rationis apta Concluſio: tum augendi minuendive cauſa veritatis Superlatio: atque Traiectio: & Rogatio: atque huic finitima quaſi Percontatio: Expoſitióque ſententiæ ſuæ:tum illa quæ maximè quaſi D irrepit in hominum mentes,alia dicentis ac ſignificantis Diſſimulatio,quæ eſt periucunda cum in oratione non contentione,ſed ſermone tractatur: deinde Dubitatio: tum Diſtributio: tum Correctio,vel ante vel poſtquam dixeris,vel cũ aliquid à teipſo reiicias: Præmunitio eſt etiam ad id quod aggrediare: & Reiectio in alium: Communicatio, quæ eſt quaſi cum his ipſis apud quos dicas, deliberatio: morum ac vitæ Imitatio,vel in perſonis vel ſine illis ,magnum quoddam ornamentum orationis,& aptum ad animos conciliandos vel maximè,ſæpe autem etiam ad commouendos: Perſonarum ficta Inductio,vel grauiſſimum lumen augendi: Deſcriptio: Erroris Inductio: in hilaritatẽ Impulſio: antè Occupatio: tum duo illa quæ maximè mouent,Similitudo, & Exemplum: Digeſtio: Interpellatio: Contentio: Reticentia: Commendatio: Vox quædam Libera: atque E etiam effrenatior (augẽdi cauſa)Iracundia: Obiurgatio: Promiſſio: Deprecatio: Obſecratio: Declinatio: breuis à propoſito non vt ſuperior illa , Digreſſio: Purgatio: Conciliatio: Læſio: Optatio: atque Execratio.His ferè luminibus illuſtrant orationem ſentẽtiæ.

ORationis autem ipſius tanquam armorum,eſt vel ad vſum comminatio & quaſi petitio , vel ad venuſtatem ipſam tractatio. Nam & Geminatio verborum habet interdum vim,lepõrem aliàs: & paululum Immutatum verbum atque deflexum: & eiuſdem verbi crebra tum à primo Repetitio: tum in extremum Cõuerſio: & in eadem verba Impetus & Concurſio: & Adiunctio: & Progreſſio: & eiuſdem verbi crebrius poſiti quædã Diſtinctio: & Reuocatio verbi: & illa quæ ſimiliter Deſinũt: aut quæ Cadũt ſimiliter: aut quæ Paribus Paria referuntur: aut quæ ſunt inter ſe Similia. Eſt etiam Gradatio quædã: F & Conuerſio: & verborum concinna Trãsgreſſio: & Contrarium: & Diſſolutum: & Declinatio: & Reprehenſio: & Exclamatio: & Imminutio: & quod in multis Caſibus ponitur: & quod de ſingulis rebus propoſitis ductum refertur ad ſingula: & ad propoſitũ Ratio Subiecta: & item in diſtributis Suppoſita Ratio: & Permiſſio: & rurſus alia Dubitatio: & Improuiſum quiddam: & Dinumeratio: & alia Correctio : & Diſputatio: & quod Continuatum: & Interruptum: & Imago: & ſibi ipſi Reſponſio: & Immutatio:

Figuras nõ eſſe plurimas.

& Diſiunctio: & Ordo: & Relatio: & Digreſſio: & Circunſcriptio. Hæc enim ſunt fe- G
rè, atque horum ſimilia, vel plura etiam eſſe poſſunt, quæ ſententiis orationem, verborũm-
que conformationibus illuminent. Eadem ſunt in Oratore plurima, non omnia ta-
men, & paulo magis diſtincta: quia poſt orationis & ſententiarum Figuras, tertium quẽ-
dam locum ſubiecit ad alias (vt ipſe ait) quaſi virtutes dicendi pertinentem. Et reliqua * ex
collocatione verborum quæ ſumuntur quaſi lumina, magnum afferunt ornatum orationi.
Sunt enim ſimilia illis quæ in amplo ornatu ſcenæ aut fori appellantur inſignia, non quòd
ſola ornent, ſed quod excellant. Eadem ratio eſt horum, quæ ſunt orationis lumina, & quo-
dammodo inſignia: cum aut duplicantur, iteranturque verba: aut breuiter commutata
ponuntur: aut ab eodem verbo ducitur ſæpius oratio: aut in idem coniicitur: aut in vtrun-
que: aut adiungitur idem iteratum: aut idem ad extremum refertur: aut continẽter vnũ H
verbum non in eadem ſententia ponitur: aut cum ſimiliter vel cadunt verba, vel deſinũt:
aut cum multis modis contrariis relata contraria: aut cum gradatim ſurſum verſus redi-
tur: aut cum demptis coniunctionibus diſſolute plura dicuntur: aut cum aliquid præter-
euntes cur id faciamus, oſtendimus: aut cum corrigimus noſmetipſos, quaſi deprehendẽ-
tes: aut ſi eſt aliqua exclamatio vel admirationis vel conqueſtionis: aut cum eiuſdem no-
Sentẽtiarũ ornamẽta. minis caſus ſæpius commutantur. Sed SENtentiarum maiora ornamenta ſunt: quibus
quia frequentiſſimè Demoſthenes vtitur, ſunt qui putent iccirco eius eloquẽtiam maximè
eſſe laudabilem. Et vero nullus ferè ab eo locus ſine quadam conformatione ſententiæ edi
citur: nec aliud quicquam eſt Dicere, niſi omnes aut certè pleraſque aliqua ſpecie illumi-
nare ſententias. Quas cum tu optimè Brute teneas, quid attinet nominibus vti, aut exẽ-
plis? tantummodo notetur locus. Sic igitur dicet ille quem expetimus, vt verſet ſæpe mul
tis modis * eandem & vnam rem, & hæreatur in eadem commoreturque ſententia. Sæpe
etiam extenuet aliquid: ſæpe vt irrideat: vt declinet à propoſito, deflectatque ſententi-
am: vt proponat quid ducturus ſit: vt cùm tranſegerit, iam aliquid definiat: vt ſe ipſe
reuocet: vt quod dixit iteret: vt argumentum ratione concludat: vt interrogando vrge-
at: vt rurſus quaſi ad interrogata ſibi ipſe reſpondeat: vt contra ac dicat, accipi ac ſentiri
velit: vt addubitet quid potius, aut quo modo dicat: vt diuidat in partes: vt aliquid re-
linquat ac negligat: vt antè præmuniat: vt in eo ipſo in quo reprehendatur, culpam in ad-
uerſarium conferat: vt ſæpe cum iis qui audiunt, nonnunquam etiam cum aduerſario
quaſi deliberet: vt hominum mores ſermonesque deſcribat: vt muta quædam eloquentia K
inducat: vt ab eo quod agitur auertat animos: vt ſæpe in hilaritatẽ riſũmve conuertat: vt
ante occupet quod putat opponi: vt comparet ſimilitudines: vt vtatur exẽplis: vt aliud
alii tribuens diſpertiat: vt interpellatorem coerceat: vt aliquid reticere ſe dicat: vt denun-
ciet quid caueat: vt liberius quid audeat: vt iraſcatur etiam: obiurget aliquando: vt de-
precetur: vt ſupplicet: vt medeatur: vt à propoſito declinet aliquantulum: vt optet: vt
execretur: vt fiat iis apud quos dicet familiaris: atque alias etiam dicendi quaſi virtutes ſe-
quatur, breuitatem ſi res petet: ſæpe etiam rem dicendo ſubiiciet oculis: ſæpe ſupra feret
rem quàm * ferri poſſit: ſignificatio ſæpe erit maior quàm oratio: ſæpe hilaritas: ſæpe
vitæ naturarumque imitatio. Hoc in genere (nam quaſi ſyluam vides) omnis eluceat opor-
tet Eloquentiæ magnitudo. L

De Figuris Sententiarum. Cap. I I.

RGO cui latius complecti conformationes verborum ac ſententiarum
placuerit, habet quod ſequatur: nec affirmare auſim quicquam eſſe me-
E lius, ſed hæc ad propoſiti mei rationem legat. Nam mihi de his Sen-
tentiarum Figuris dicere in animo eſt, quæ ab illo ſimplici modo indi-
candi recedunt, quod idem multis doctiſſimis viris video placuiſſe.
Omnia tamen illa etiam quæ ſunt alterius modi lumina, adeo ſunt virtutes orationis,
vt ſine iis nulla intelligi verè poſſit oratio. Nam quomodo iudex doceri poteſt ſi deſit M
illuſtris Explanatio, Propoſitio, Permiſſio, Finitio, Seiunctio, Expoſitio ſententiæ ſuæ,
Rationis apta Concluſio, Præmunitio, Similitudo, Exemplum, Digeſtio, Diſtributio,
Interpellatio, interpellantis Coerctio, Contentio, Purgatio, Læſio? Quid vero agit o-
mnino Eloquentia detractis amplificandi minuendique rationibus? Quarum prior de-
fide rat illam plus quàm dixeris ſignificationem, id eſt ἔμφασιν, & Superlationem veritatis, &

A traiectionem. Hæc altera extenuationem deprecationémque. Qui affectus erunt vel concita ti, detracta voce libera, effrenatiore iracũdia, obiurgatione, optatione, execratione: vel illi mitiores, niſi adiuuantur, commendatione, conciliatione, ad hilaritatem impulſione? Quæ delectatio, aut quod modiocriter ſaltem docti hominis iudicium, niſi alia repetitione, alia commoratione infigere, digredi à re, & redire ad propoſitum ſuum ſcierit, remouere à ſe, in alium traiicere, quæ relinquenda, quæ contemnenda ſunt iudicare? Motus eſt in his orationis atque actus, quibus detractis iacet, & velut agitante corpus ſpiritu caret. Quæ cum adeſſe debent, tum diſponenda atque varianda ſunt, vt auditorem, quod in fidibus fieri videmus omni ſono permulceat. Verum ea plerunque recta ſunt. nec ſe fingunt, ſed confitẽtur Admittunt autem (vt dixi) Figuras, quod vel ex proxima doceri poteſt. Quid enim tam com-

B mune quàm INTERROGARE, vel Percontari? Nam vtroque vtimur indifferẽter, cum alterum noſcendi, alterum arguendi gratia videatur adhiberi. At ea res vtrocunque modo dicatur, etiam multiplex habet Schema. Incipiamus enim ab iis quibus acrior & vehementior fit probatio, quod primo loco poſuimus. Simplex eſt ſic rogare, Sed vos qui tandem, quibus aut veniſtis ab oris? Figuratum autem quoties non ſciſcitãdi gratia aſſumitur, ſed inſtandi, Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? &, Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra? &, Patere tua conſilia non ſentis? & totus denique hic locus. Quanto enim magis ardet quàm ſi diceretur, Diu abuteris patientia noſtra: &, Patent tua conſilia. Interrogamus etiam quod negari non poſſit, Dixit ne

C tandem cauſam C. Fidiculanius Falcula? Aut vbi reſpondendi difficilis eſt ratio, vt vulgo vti ſolemus, Quo modo? quî fieri poteſt? Aut inuidiæ gratia, vt Medea apud Senecã, Quas peti terras iubes? Aut miſerationis, vt Sinon apud Virgilium, Heu quæ me tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt Accipere? Aut inſtandi & auferendæ diſſimulationis: vt Aſinius, Audis ne? furioſum, inquam, non infitioſum teſtamentum reprehendimus. Totum hoc plenum eſt varietatis: nam & indignationi conuenit, Et quiſquam numen Iunonis adoret? Et admirationis, Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Eſt interim acrius imperandi genus, Non arma expedient, totáque ex vrbe ſequentur? Et ipſi noſmet rogamus: quale eſt illud Terentianum, Quid igitur faciam? Eſt aliqua etiam in RE-

D SPONDENDO Figura, cum aliud interrogãti, ad aliud, quia vtilius ſit, occurritur: Tũ augendi criminis gratia: vt teſtis in reum rogatus, an ab eo fuſtibus vapulaſſet, Et innocens. inquit: Tum declinandi, quod eſt frequentiſſimum. Quæro an occideris hominem, reſpõdetur, Latronem. An fundum occupaueris, reſpondetur, meum. Vt confeſſionem præcedat defenſio: vt apud Virgilium in Bucolicis dicenti, Non ego te vidi Damonis peſſime caprũ Excipere inſidiis: occurritur, An mihi cantando victus non redderet ille? Cui eſt confinis DISSIMVLATIO, non alibi quàm in riſu poſita, ideóque tractata ſuo loco. Nã ſerio ſi fiat, pro Confeſſione eſt. Cæterum etiam Interrogandi ſeipſum, & Reſpondendi ſibi, ſolent eſſe non ingratæ vices: vt Cicero pro Ligario, Apud quem igitur hæc dico? nempe apud eum, qui cum hoc ſciret, tamen me antequam vidit, Reip. reddidit. Aliter pro Cælio ficta interrogatione: Dicet aliquis, Hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcen-

E tes? & totus locus. Deinde, Ego ſi quis iudices hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac continentiæ fuit, &c. Cui diuerſum eſt cum alium rogaueris, non expectare reſponſum, & ſtatim ſubiicere, Domus tibi deerat? at habebas: pecunia ſuperabat? at egebas. Quod Schema quidam PERSVBIECTIONEM vocãt. Fit & Comparatione, Vter igitur facilius ſuæ ſentẽtiæ rationem redderet? Et aliis modis tum breuius, tum latius: tum de vna re, tum de pluribus. Mire vero in cauſis valet PRAESVMPTIO, quæ προλῆψις dicitur, cum id quod obiici poteſt occupamus. Id neque in aliis partibus parum eſt, & præcipuè Proœmio conuenit. Sed quanquam generis vnius, diuerſas tamen ſpecies habet Eſt enim quædam PRAEMVNITIO, qualis Ciceronis cõtra Q. Cæcilium, quòd ad ac-

F cuſandum deſcendat qui ſemper defenderat. Quædam CONFESSIO: vt pro Rabirio Poſthumo, quem ſua quoque ſententia reprehendendum fateretur, quòd pecuniam Regi crediderit. Quædam PRAEDICTIO: vt, Dicam enim non augẽdi criminis gratia. Quædam EMENDATIO: vt, Rogo ignoſcatis mihi, ſi longius ſum euectus.

Frequentiſſima PRAEPARATIO, cum pluribus verbis, vel quare facturi quid ſimus, vel quare fecerimus dici ſolet. Verborum quoque vis ac proprietas cõfirmatur vel PRAESVMPTIONE, Quanquam illi nõ pœna, ſed prohibitio ſceleris fuit. Aut REPRAEHENSIONE, Ciues, ciues, inquam, ſi hoc eos appellari nomine fas eſt.

Interrogationis modi. AEn. i. Pro Lig. In Catil. Ibidem. Pro Cluẽt. AEn. ii. AEn. i. AEn. iii. AEn iiii. In Eun. Reſponſionis Figurę. Ecl. iii. Cic. 1 Or. Subiectio. Pro Mil. Prę ſũptio. Præmunitio. In Diuin. Confeſſio. Prædictio. Emẽdatio. Prępparatio Prę ſũptio. Reprehenſio.

Dubitatio. Affert aliquam fidem veritatis & DVBITATIO, cũ ſimulamus quærere nos, vnde G incipiendum, vbi deſinendum, quid potiſſimum dicendum, an omnino dicendum ſit: cu-
Pro Cluẽt. iuſmodi exemplis plena ſunt omnia. Sed vnum interim ſufficit, Equidem quod ad me attinet, quò me vertam neſcio. Negem fuiſſe infamiam iudicii corrupti? &c. Hoc etiam in præteritum valet. nam & dubitaſſe nos fingimus. A quo Schemate non procul abeſt illa
Communicatio. quæ dicitur COMMVNICATIO, cum aut ipſos aduerſarios conſulimus, vt Domitius Afer pro Cloantilla, At illa neſcit trepida, quid liceat fœminæ, quid coniugem deceat: forte vos in illa ſolicitudine obuios caſus miſeræ mulieri obtulit: tu frater, vos paterni amici, quod conſilium datis? Aut cum iudicibus quaſi deliberamus, quod eſt frequentiſſimũ, Quid ſuadetis? &, Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit? Vt Cato, Cedo ſi vos in eo lo
co eſſetis, quid aliud feciſſetis? Et alibi, Communem rem agi putatote, ac vos huic rei præpo H
ſitos eſſe. Sed nonnunquam communicantes aliquid inexpectatum ſubiungimus, quod
Act. vij. & per ſe Schema eſt: vt in Verrem Cicero, Quid deinde? quid cenſetis? furtum fortaſſe? aut prædam aliquam? Deinde cum diu ſuſpendiſſet iudicum animos, ſubiecit quod multo eſ-
Suſtẽtatio. ſet improbius. Hoc Celſus SVSTENTATIONEM vocat. Eſt autem duplex: nam contrà, frequenter cum expectationem grauiſſimorum fecimus, ad aliquid quod ſit le-
παρὰδοξον ue, aut nullo modo criminoſum, deſcendimus Sed quia non tantùm per Communica-
Inopinatũ. tionem fieri ſolet, παρὰδοξον alii nominauerunt, id eſt INOPINATVM. Illis non ac-
cedo, qui Schema eſſe exiſtimant, etiam ſi quid nobiſipſis dicamus, inexpectatum accidiſſe:
vt Pollio, Nunquam fore credidi iudices, vt reo Scauro, ne quid in eius iudicio gratia va-
Permiſſio. leret, precarer. Eſt pene idem fons illius quam PERMISSIONEM vocant, qui I
Communicationis: cum aliqua ipſis iudicibus relinquimus æſtimanda, aliqua nonnunquã aduerſariis quoque: vt Caluus Vatinio, Perfrica frontem, & dic te digniorem qui Prætor fieres, quàm Catonem. Quæ vero ſunt augendis affectibus accommodatæ Figuræ, cõſtant
Simulatio. maximè SIMVLATIONE. Nanque & iraſci nos, & gaudere, & timere, & admirari,
Pro Mil. & dolere, & indignari, & optare, quæque ſunt ſimilia his, fingimus. Inde ſunt illa, Liberatus ſum, Reſpiraui: &, Bene habet: &, Quæ amentia eſt hæc? &, O tempora, ô mores, ô miſerum me. conſumptis enim lachrymis, infixus tamen pectori hæret dolor. &, Magnæ nunc hiſci-
Exclamatio. re terræ Quod EXCLAMATIONEM quidam vocant, ponuntque inter Figuras orationis. Hæc quoties vera ſunt, non ſunt in ea forma, de qua nunc loquimur: ſed aſſimilata & arte compoſita proculdubio, Schemata ſunt exiſtimanda. Quod idem dictum ſit K
Lib. iiij. ad Herenn. de ORATIONE LIBERA quam Cornificius LICENTIAM vocat, Græci
παῤῥησία. παῤῥησίαν. Quid enim minus figuratum, quàm vera libertas? Sed frequenter ſub hac facie latet adulatio. Nam Cicero cum dicit pro Ligario, Suſcepto bello Cæſar, geſto iã ex parte magna, nulla vi coactus, conſilio ac voluntate mea, ad arma profectus ſum, quæ erant ſumpta contra te: non ſolum ad vtilitatem Ligarii reſpicit, ſed magis laudare victoris clementiam non poteſt. In illa vero ſententia, Quid autem aliud egimus Tubero, niſi vt quod hic poteſt, nos poſſemus? admirabiliter vtriuſque partis facit bonam cauſam: ſed hoc eum demeretur cuius mala fuerat. Illa adhuc audaciora, & * maiorum (vt Cicero exiſtimat) late
προσωποποιΐαι. rum, FICTIONES PERSONARVM, quæ προσωποποιΐαι dicuntur. Mire nanque tum variant orationem, tum excitant. His etiam aduerſariorum cogitationes, velut L
ſecum loquentium, protrahimus: quæ tamen ita demum à fide non abhorrent, ſi ea locutos finxerimus, quæ cogitaſſe eos non ſit abſurdum. Et noſtros cum aliis ſermones, & aliorũ inter ſe credibiliter introducimus: & ſuadendo, obiurgando, querendo, laudando, miſerando, perſonas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, conceſſum eſt. Vrbes etiam populique voces accipiunt. Ac ſunt quidam qui has demum προσωποποιΐας dicant, in quibus & corpora & verba fingimus. Sermones hominum aſſimilatos dicere διαλόγους malunt, quàm quod Latinorum quidam dixerũt, Sermocinationem. Ego iam recepto more vtrunque eodem modo appellaui. Nam certè ſermo fingi non poteſt, vt non perſonæ ſermo fingatur. Sed in his quæ natura non permittit, hoc
In Catil. i. modo mollior fit Figura, Etenim ſi mecum patria, quæ mihi vita mea multo eſt charior, ſi M
Ibidem. cuncta Italia, ſi omnis Reſp. ſic loquatur, M. Tulli quid agis? Illud audacius genus, Quæ tecum Catilina ſic agit, & quodammodo tacita loquitur, Nullum iam aliquot annis facinus extitit niſi per te. Commode etiam apud nos aliquas ante oculos eſſe rerum perſonarumve imagines fingimus, aut eadem aduerſariis aut iudicibus nõ accidere miramur: qualia ſunt, Videtur mihi, & nónne videtur tibi? Sed magna quædam vis Eloquentiæ deſidera-

A tur. Falsa enim & incredibilia natura necesse est aut magis moueant, quia supra vera sunt: aut pro vanis accipiantur, quia vera non sunt. Vt Dicta autem quædam, ita Scripta quoque fingi solent: quod facit Asinius pro Liburnia, Mater mea, quæ mihi tum chariſſima, tũ dulciſſima fuit, quæque mihi vixit, bisque eadem die vitã dedit, & reliqua: deinde, exhæres esto. Scriptorũ.

Hæc tum per se Figura est, tum duplicatur, quoties sicut in hac causa ad imitationem alterius scripturæ componitur. Nam contrà recitabatur testamentum, P. Nouanius Gallio, cui ego omnia meritiſſimo volo & debeo pro eius animi in me summa volũtate: & adiectis deinde aliis, hæres esto. Incipit esse quodammodo προσδοκία, quod nomen ductum à cãticis ad aliorum similitudinem modulatis, abusiue etiam in versificationis ac sermonum imitatione seruatur. προσδοκία

B Sed FORMAS quoque fingimus sæpe, vt Famam Virgilius: vt Voluptatem ac Virtutem, quemadmodum à Xenophonte traditur, Prodicus: vt Mortẽ ac Vitam, quas contendentes in Satyra tradit Ennius. Est & incertæ personæ ficta oratio, Hic aliquis. &, Dicat aliquis. Est & iactus sine persona sermo, Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles. Quod fit mixtura figurarum, cum προσωποποιΐα accedit illa, quæ est orationis per detractionem. detractum est enim, quis diceret. προσωποποιΐα vertitur interim in speciem narrandi. Vnde apud historicos reperiuntur Obliquæ Allocutiones: vt in T. Liuii libro primo statim, Vrbes quoque, vt cætera, ex infimo nasci: deinde qua sua virtus ac dii iuuent, magnas opes sibi, magnũ nomen facere. AVERSVS quoque à iudice SERMO, qui dicitur ἀποστροφή, mire mouet: siue aduersarios inuasimus, Quid enim tuus ille Formæ fictæ. AEn. iiii. ὑποφορὰ μονολογιῶν β' Obliquæ allocutiões Ἀποστροφὴ

C Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? Siue ad inuocationem aliquam cõuertimur, Vos enim iam ego Albani tumuli atque luci. Siue ad inuidiosam imprecationem, O leges Porciæ legesque Semproniæ. Sed illa quoque vocatur Auersio, quæ à proposita quæstione abducit audientẽ, Non ego cũ Danais Troianã excindere gẽtẽ Aulide iuraui. Quod fit & multis & variis Figuris, cum aut aliud expectasse nos, aut maius aliquid timuisse simulamus, aut plus videri posse ignorantibus: quale est Prooemium pro Cælio. Illa vero (vt ait Cicero) SVB OCVLOS SVBIECTIO tum fieri solet, cum res non gesta indicatur, sed vt sit gesta ostenditur: nec vniuersa, sed per partes: quem locum proximo libro subiecimus Euidentiæ. & Celsus hoc nomen isti Figuræ dedit, ab aliis ὑποτύπωσις dicitur, proposita quædã forma rerũ ita expressa verbis, vt cerni potius videatur q̃ audiri, Ipse inflammatus scelere ac Pro Lig. Pro Mil. Pro Sestio & Act in in Ver. vii. AEn. iiii. Subiectio sub oculos. ὑποτύπωσις.

D furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Nec solũ quæ facta sint aut fiãt, sed etiã quæ futura sint aut futura fuerint imaginamur. Mire tractat hæc Cicero pro Milone, quæ facturus fuerit Clodius si Præturã inuasisset. Sed hæc quidẽ TRANSLATIO TEMPORVM, quæ propriè μετάσασις dicitur, ὑποτυπώσει verecundior apud priores fuit. Proponebant enim talia, Credite vos intueri: vt Cicero, Hæc quæ nõ vidistis oculis, animis cernere potestis. Noui vero & præcipuè Declamatores audacius, nec mehercules sine motu quodam imaginantur: vt Seneca in controuersia, cuius summa est, Quòd pater filium & nouercam, inducẽte altero filio in adulterio deprehẽsos occidit. Duc, sequor. Accipe hanc senilem manum, & quocunque vis imprime. Et paulo post, Aspice, inquit, quod diu non credidisti: ego vero non video, nox oboritur, & crassa caligo. Habet hæc In Ver. vii. μετάσασις Pro Cluẽt.

E Figura manifestius aliquid. Non enim narrari res, sed agi videtur. LOCORVM quoque dilucida & significans DESCRIPTIO eidem virtuti assignatur à quibusdam: alii τοπογραφίαν dicunt. εἰρωνείαν inueni qui DISSIMVLATIONEM vocarẽt, quo nomine, quia parum totius huius Figuræ videntur vires ostendi, nimirum sicut in plerisque, græca erimus appellatione contenti. Igitur εἰρωνεία quæ est Schema, ab illa quæ est Tropus, genere ipso nihil admodum distat (In vtroque enim contrarium ei quod dicitur intelligẽdũ est) species vero prudẽtius intuenti diuersas esse, facile est deprehendere. Primũ, quòd Tropus apertior est: & quanquam aliud dicit ac sentit, non tamen aliud simulat. Nam & omnia circa ferè recta sunt: vt illud in Catilinam, A quo repudiatus ad sodalem tuum virum optimum M. Marcellum demigrasti. In duobus demum verbis est Ironia, ergo etiam τοπογραφία. εἰρωνεία Duplex.

F breuior est Tropus. At in Figura, totius voluntatis fictio est, apparens magis quàm confessa: vt illic verba sint verbis diuersa, * hic sensus sermonis, vt ioci & tota interim causæ conformatio. Tum etiam vita vniuersa, Ironiam habere videtur, qualis est vita Socratis. Nam ideo dictus εἴρων, id est agens imperitum, & admirator aliorum tanquam sapientium: Vt quemadmodum ἀλληγορίαν facit continua μεταφορὰ, sic hoc Schema faciat * Tropus ille cõ textus. Quædam vero genera huius Figuræ nullam cum Tropis habent societatem: vt illa statim prima quæ dicitur à negando, quam nonnulli vocant ἀπόφασιν, Non agam te- Cic. ii. de Or. & iiii. Acad. ἀπόφασις

Act.v. cum iure ſummo,non dicam quod forſitan obtinerem.&, Quid ego iſtius decreta?quid ra- G
pinas?quid hæreditatum poſſeſſiones datas?quid ereptas proferam?&,Mitto illam primam
libidinis iniuriam.&,Ne illa quidem teſtimonia recito quæ dicta ſunt de ſeſtertiis ſeptingẽ
tis milibus.&,Poſſum dicere.Quibus generibus per totas interim quæſtiones decurrimus:
vt Cicero,Hoc ego ſi ſic agerem tanquam mihi crimen eſſet diluendum,hæc pluribus dice
AEn.iiii. rem. εἰρωνεία eſt & cum ſimiles imperantibus & permittentibus ſumus, I,ſequere Italiam
ventis. Et cum ea quæ nolumus videri in aduerſariis eſſe,concedimus eis . Id acrius fit cũ
AEn.xi. eadem in nobis ſunt,& in aduerſario non ſunt,Méque timoris Argue tu Drance,quãdo tot
cædis aceruos Teucrorum tua dextra dedit. Quod idem contra valet, cum aut quæ à no
AEn.x. bis abſunt,aut etiam quæ in aduerſarios recidunt,quaſi fatemur,Me duce Dardanius Spar-
tam expugnauit adulter. Nec in perſonis tantùm, ſed & in rebus verſatur hæc contraria H
dicendi,quàm quæ intelligi velis,ratio:vt totum pro Q.Ligario Procœmium , & illæ eleua-
AEn.iiii. tiones,videlicet,O dii boni.Scilicet is ſuperis labor eſt? Et ille pro Oppio locus,O amorem
mirum.O beneuolétiam ſingularem. Non procul autem abſunt ab hac ſimulatione tres
Pro Lig. inter ſe ſimiles, COnfeſſio nihil nocitura:qualis eſt,Habes igitur Tubero quod eſt accuſa
tori maximè optandum,confitentem reum. Et COnceſſio, cum aliquid etiam iniquum
videmur cauſæ fidutia pati,Metum virgarum Nauarchus nobiliſſimæ ciuitatis precio rede-
mit,humanum eſt.Et pro Cluentio de inuidia,Dominetur in concionibus, iaceat in iudi-
ciis. Tertia COnſenſio:vt pro eodem,Iudicium eſſe corruptum. Hæc euidentior Figu
ra eſt,cum alicui rei aſſentimur,quæ eſt futura pro nobis . Verum id accidere ſine aduerſarii
Act.vii. vitio non poteſt. Quædam etiam vel laudamus,vt Cicero in Verrem circa crimẽ * Apol- I
lonii Drepanitani, Gaudeo etiam ſiquid ab eo abſtuliſti , & abs te nihil rectius factum eſſe
dico. Interim augemus crimina quæ ex facili aut diluere poſſumus, aut negare : quod eſt
frequẽtius,quàm vt exemplum deſideret. Interim hoc ipſo fidem detrahimus illis, quòd
ſint tam grauia:vt pro Roſcio Cicero,cum immanitatem parricidii : quanquam per ſe ma-
ἀποσιώπη- nifeſtam,tamen etiam vi orationis exaggerat. ἀποσιώπησις, quam idem Cicero RETI-
σις. CENTIAM, Celſus Obticentiam,nonnulli Interruptionem appellant , & ipſa oſten-
AEn.i. dit aliquid affectus,vel iræ: vt,Quos ego,ſed motos præſtat componere fluctus. Vel ſoli-
Pro Mil. citudinis,& quaſi religionis,An huius ille legis,quam Clodius à ſe inuentam gloriatus eſt,
mentionem facere auſus eſſet viuo Milone,ne dicam Conſule? de noſtrum enim omnium,
non audeo totum dicere.Cui ſimile eſt in Procœmio pro Cteſiphonte Demoſthenis. Vel K
alio tranſeundi gratia:Communis autem,Tametſi, ignoſcite mihi iudices. In quo eſt
& illa, ſi tamen inter Schemata numerari debet,cum etiam aliis pars cauſæ videatur, DI-
GRESSIO. Abit enim cauſa in laudes Cn.Pompeii . Idque fieri etiam ſine ἀποσιωπήσει
potuit.Nam breuior illa , vt ait Cicero, à re Digreſſio,plurimis fit modis. Sed hæc exempli
gratia ſufficient,Tum Caius Varenus,is qui à familia Anchariana occiſus eſt:hoc,quæſo,iu
dices diligenter attendite.Et pro Milone,Et aſpexit me illis quidem oculis quibus tum ſo-
lebat,cum omnibus omnia minabatur. Eſt alia non quidem Reticentia,quæ ſit imperfe
cti ſermonis,ſed tamen præciſa velut ante legitimum finem oratio:vt illa,Nimis vrgeo,cõ-
Pro Lig. moueri videtur adoleſcens.&,Quid plura?ipſum adoleſcentem dicere audiſtis. IMI-
ἠθοποιία TATIO MORVM ALIENORVM, quæ ἠθοποιία , vel , vt alii malunt, μίμη- L
μίμησις. σις dicitur, iam inter leuiores affectus numerari poteſt . Eſt enim poſita ferè in eludendo:
ſed verſatur & in factis & in dictis.In factis, quod eſt ὑποτύπωσει vicinum.In dictis,quale eſt
In Eun. apud Terentium , At ego neſciebam quorſum tu ires. Paruula hinc eſt abrepta,eduxit ma
ter pro ſua,ſoror dicta eſt.Cupio abducere vt reddam ſuis. Sed noſtrorum quoque dicto-
rum factorúmque ſimilis imitatio eſt per relationem,niſi quòd frequentius aſſeuerat quàm
Act.i. eludit,Dicebam habere eos actorem Q. Cæcilium. Sunt & illa iucunda, & ad commen
dationem cum varietate,tum etiam ipſa natura plurimum proſunt, quæ ſimplicem quan-
dam,& non præparatam oſtendendo orationem minus nos ſuſpectos iudici faciũt. Hinc
eſt quaſi pœnitentia dicti:vt pro Cælio,Sed quid ego ita grauem perſonam introduxi? Et
quibus vtimur vulgo,Imprudens incidi. Vel cum quærere nos quid dicamus fingimus, M
Quid reliquum eſt? &,Num quid omiſi?Et cum ibidem in Verrem ait Cicero , Vnum etiá
mihi reliquum huiuſmodi crimen eſt. &, Aliud ex alio ſuccurrit mihi. Vnde etiam ve-
nuſti Tranſitus fiunt:non quia Tranſitus ipſe ſit Schema: vt Cicero narrato Piſonis exem-
plo,qui annulum ſibi cudi ab aurifice in tribunali ſuo iuſſerat,velut hoc in memoriã addu-
ctus,adiecit,Hic modo me commonuit Piſonis annulus, quod totũ effluxerat.quàm mul-

A tis istum putatis hominibus honestis de digitis annulos aureos abstulisse? Et cum aliqua velut ignoramus, Sed earum rerum artificem quem? quémnam? rectè admones. Polycletum esse dicebant. Quod quidem non in hoc tantùm valet. Quibusdam enim dum aliud agere videmur, aliud efficimus: sicut hic Cicero consequitur, ne cum morbum in signis atque tabulis obiiciat Verri, ipse quoque earum rerum studiosus esse credatur. Et Demosthenes iurando per interfectos in Marathone & Salamine, id agit, vt minore inuidia cladis apud Chæroneam acceptæ laboret. Faciunt illa quoque iucundam orationem, aliqua mẽtione habita, differre, & deponere apud memoriam iudicis, & reposcere quæ deposueris, & separare quædam Schemate aliquo (non enim est ista ipsa per se Iteratio Schema) & excipere aliqua, & dare actioni varios velut vultus. Gaudent enim res varietate. & sicut oculi diuer
B sarum aspectu rerum magis detinentur: ita semper animis præstant, in quod se velut nouũ, intendant. Est EMPHASIS etiam inter Figuras, cum ex aliquo dicto latẽs aliquid eruitur: vt apud Virgilium, Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ? Quanquam enim de matrimonio queritur Dido, tamen huc erupit eius affectus, vt sine thalamis vitam hominum non putet, sed ferarum. Aliud apud Ouidium genus, apud quem & Myrrha nutrici amorem patris sic confitetur, O, dixit, felicem coniuge matrem.

Pro Ctesiphonte. ἔμφασις A En. iii. Metam. x.

Huic vel confinis, vel eadem est, qua nunc vtimur plurimum. Iam enim ad id genus, quod & frequentissimum est, & expectari maximè credo, veniendum est: in quo per quandã suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus: non vtique contrarium, vt in εἰρωνέια: sed
C aliud latens, & auditori quasi inueniendum. quod vt supra ostendi, iam ferè solum Schema à nostris vocatur, & vnde CONTROVERSIAE FIGVRATAE dicuntur.

Ex Diony. περὶ σχηματείας

Eius triplex vsus est, Vnus, Si dicere palàm parum tutum est. Alter, Si nó decet. Tertius, qui Venustatis modo gratia adhibetur, & ipsa nouitate ac varietate magis quàm si relatio sit recta, delectat. Ex his quod est PRIMVM, frequens in scholis est. Nam & actiones deponentium imperium tyrannorum, & post ciuile bellum Senatusconsulta finguntur, & capitale est obiicere anteacta: vt quod in foro nó expedit, illic nec liceat. Sed Schematum conditio non eadem est. Quanlibet enim apertum, quod modo & aliter intelligi possit, in illos tyrannos bene dixeris, quia periculum tantûmnon etiam offensa vitatur. Quod si ambiguitate sententiæ possit eludi, nemo non illi furto fauet. Vera negocia nunquam adhuc habuerunt hanc silentii necessitatem, sed aliam huic similẽ: verum multo ad
D agendum difficiliorem, cum personæ potentes obstant, sine quarum reprehensione teneri causa non possit. Ideóque hoc parcius & circunspectius faciendum: quia nihil interest quomodo offendas: & aperta Figura perdit hoc ipsum, quod Figura est. Ideóque à quibusdam tota res repudiatur, siue intelligatur, siue nõ. Sed licet modum adhibere. In primis, Ne sint manifestæ. Non erunt autem, si non ex verbis dubiis, vel quasi duplicibus petentur: qualis est in suspectanuru, Duxi vxorem, quæ patri placuit. Aut quod est multo ineptius, Compositionibus Ambiguis: vt illa controuersia, in qua infamis amore virginis filiæ pater raptam eam interrogat, à quo vitiata sit, Quis te, inquit, rapuit? Tu pater, nescis? Res ipsæ perducãt iudicem ad suspicionem, & amoliamur cætera, vt hoc solum supersit. In quo multum etiam affectus iuuant, & interrupta silentio dictio, & cunctationes. Sic enim fiet, vt iudex quærat il
E lud, nescio quid, quod ipse fortasse non crederet si audiret: & ei quod à se inuentum existimat, credat. Sed ne si optimæ quidem sint, esse debent frequentes. Nam densitate ipsa Figuræ aperiuntur, nec offensæ minus habent, sed authoritatis. Nec pudor videtur quòd non palàm obiicias, sed diffidẽtia. In summa, Sic maximè iudex credit Figuris, si nos putat nolle dicere. Equidem quandoque & in personas incidi tales, & in rem quoque (quod est magis rarum) quæ obtineri nisi hac arte non posset. Ream tuebar, quæ subiecisse dicebatur marito testamentum, & dicebantur chirographum, marito expirante, hæredes dedisse: & verum erat. Nam quia per leges institui vxor non poterat hæres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc tacitum fideicommissum peruenirent. Et caput quidem quæri facile erat, si hoc diceremus palàm: sed per se deperibat hæreditas. Ita ergo fuit nobis agendum, vt iudices il-
F lud intelligerent factum, delatores non possent apprehendere vt dictum: & contigit vtrunque. Quod non inseruissem, veritus opinionem iactantiæ, nisi probare voluissem, in foro quoque esse his Figuris locum. Quædam etiam quæ probare non possis, Figura potius spargenda sunt. Hæret enim nonnunquam telum istud occultum, & hoc ipso quòd non apparet, eximi non potest. At si idem dicas palàm, & defenditur, & probandum est. Cum autem obstat nobis personæ reuerentia (quod SECVNDVM posuimus Genus) tanto

cautius dicendum eſt,quanto validius bonos inhibet pudor,quàm metus. Hic vero tegere G
nos iudex quod ſciamus,& verba vi quadam veritatis erumpentia credat coercere. Nã quã-
to minus aut ipſi quos dicimus,aut iudices,aut aſſiſtentes oderint hanc maledicendi laſci-
uiam,ſi nolle nos credant? Aut quid intereſt quomodo dicatur, cum & res & animus in-
telligitur? Quid dicendo denique proficimus,niſi vt palàm ſit nos facere,quod ipſi ſciamus
non eſſe faciendum? Atqui præcipuè prima,quibus præcipere cœperam,tempora hoc vitio
laborarunt. Dicebant enim libenter tales controuerſias,quæ difficultatis gratia placẽt, cum
ſint multo faciliores. Nam rectum genus approbari niſi maximis viribus non poteſt: hæc
diuerticula & anfractus ſuffugia ſunt infirmitati: Vt qui curſu parum valent, flexu eludunt:
cum hæc quæ affectatur ratio ſententiarum,non procul à ratione iocandi abhorreat. Adiu-
uat etiam quòd auditor gaudet intelligere,& fauet ingenio ſuo,& alio dicente ſe laudat. Ita- H
que non ſolum ſi perſona obſtaret rectæ orationi,quo in genere ſæpius modo quàm Figuris
opus eſt,decurrebãt ad Schemata: ſed faciebãt illis locũ etiã vbi * perſonæ inutiles ac nefariæ
eſſent: vt ſi pater qui infamem in matrem filium ſecreto occidiſſet, reus malæ tractationis,
iacularetur in vxorem obliquis ſententiis. Nam & quid impurius quàm retinuiſſe talem?
Quid porro tam contrarium, quàm cum qui accuſatur, quia ſummum nefas ſuſpicatus de
vxore videatur,confirmare id ipſa defenſione,quod diluendum eſt? At ſi iudicum ſumerẽt
animum,ſcirent quam eiuſmodi actionem laturi nõ fuiſſent: multóque etiam minus, cum
in parentes abominanda crimina ſpargerentur. Et quatinus huc incidimus,paulo plus ſcho
lis demus. Nam & in his educatur Orator, & in eo quo modo declametur,poſitum eſt etiã
quo modo agatur. Dicendum ergo de his quoque in quibus non aſperas Figuras,ſed pa- I
làm contrarias cauſæ plerique fecerunt. Tyrannidis affectatæ damnatus torqueatur,vt con
ſcios indicet: Accuſator eius optet quod volet. Patrem qui accuſauit, optat ne is torquea-
tur, Pater ei contradicit. Nemo ſe tenuit agens pro patre,quin figuras in filium faceret, tan
quam illum conſcium in tormentis eſſet nominaturus. Quo quid ſtultius? Nam cum hoc
iudices intellexerint,aut non torquebitur,cum ideo torqueri velit: aut torto non credetur.
At credibile eſt hoc eum velle fortaſſe. Diſſimulet ergo,vt efficiat. Sed nobis (Declama tori-
bus dico) quid proderit hoc intellexiſſe,niſi dixerimus? Ergo ſi verè ageretur,ſimiliter con-
ſilium illud latens prodidiſſemus. Quid? ſi neque vtique verum eſt,& habere alias hic dãna-
tus contradicendi cauſas poteſt? vel,quòd legem conſeruandam putet: vel, quòd nolit accuſa
tori debere beneficium: vel, quod ego magis ſequerer, vt ſe innocentem in tormentis eſſe K
prætendat? Quare ne illud quidem ſemper ſuccurret ſic dicentibus, Patrocinium hoc vo-
luit qui controuerſiam finxit. Fortaſſe enim noluit: ſed eſto voluerit,continuo ne ſi ille ſtul
tè cogitauit,nobis quoque ſtultè dicendum eſt? At ego in cauſis agendis frequenter non pu
to intuendum quid litigator velit. Eſt & ille in hoc genere frequens error,vt putent aliud
quoſdam dicere, aliud velle: præcipuè cum in themate eſt, aliquem vt ſibi mori liceat po-
ſtulare: vt in illa controuerſia, Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat vt mili-
tia vacaret ex lege,quòd quinquagenarius eſſet, aduerſante filio ire in aciem coactus deſeru
it. Filius qui fortiter eodem prælio fecerat,incolumitatem eius optat: contradicit pater.
Non enim, inquiunt,mori vult, ſed inuidiam filio facere. Equidem rideo, quòd illi ſi ti-
ment tanquam ipſi morituri,& in conſilium ſuos metus ferunt, obliti tot exemplorum L
circa voluntariam mortem, cauſarum quoque quas habet factus ex viro forti deſertor. Sed
de vna cõtrouerſia loqui ſuperuacuum eſt. Ego in vniuerſum, Nec Oratoris puto eſſe vn-
quam præuaricari: Neque Litem intelligo,in qua pars vtraque idem velit: Nec tã ſtultum
quenquam,qui ſi viuere velit, mortem potius male petat,quàm omnino non petat. Non
tamen nego eſſe Cõtrouerſias huiuſmodi Figuratas: vt eſt illa, Reus parricidii, quòd fra-
trem occidiſſet,damnatum iri videbatur. Pater pro teſtimonio dixit eum ſe iubente feciſſe.
abſolutum abdicat. Nam neque in totum filio parcit, nec quod priore iudicio affirmauit,
mutare palàm poteſt: & vt non durat vltra pœnam abdicationis ira,abdicat tamẽ: & Obli
qua Figura in patrem plus facit quam licet,in filium minus. Vt autẽ nemo contra id quod
vult dicit,ita poteſt aliquid melius velle quàm dicit. Quomodo ille abdicatus, qui à patre, M
vt filium expoſitum, & ab eo educatum, ſolutis alimentis recipiat, poſtulat: reuocari for-
taſſe mauult, non tamen quod petit non vult. Eſt latens & illa Significatio,qua cum ius
aſperius petitur à iudice, fit ei tamen ſpecies aliqua clementiæ: non palàm, ne paciſca-
mur, ſed per quandam credibilium ſuſpicionem, vt in multis controuerſiis, ſed in hac
quoque. Raptor niſi intra trigeſimum diem, & raptæ patrem exorauerit, & ſuum,

A pereat, Qui exorato raptæ patre ſuum non exorat, agit cum eo dementiæ. Nam ſi parum promittat hic pater, lis tollitur: Si nullam ſpem faciat, vt non demens, crudelis certè videa tur, & à ſe iudicem auertat. * Latro igitur optimè. Occidet ergo, ſi potero remiſſius, & pro ſuo ingenio pater Gallio. Dura anime hodie, dura, heri fortior fuiſti. Confinia ſunt his celebrata apud Græcos Schemata, per quæ res aſperas mollius ſignificant. Nam Themiſtocles ſuaſiſſe exiſtimatur Athenienſibus, vt vrbem apud deos deponerent: quia durum erat dicere, vt relinquerent: & qui Victorias aureas in vſum belli conflari volebat, ita declinauit, Victoriis vtendum eſſe. Totum autem Allegoriæ ſimile eſt, aliud dicere, aliud intelligi velle. Quæſitum etiã eſt, Quomodo CONTRA FIGVRAS RESPONDERI OPORTEAT. & quidam ſemper ex diuerſo aperiendas eſſe putauerunt, ſi- Figuris reſpondendi modus.

B cut latentia vitia reſcinduntur. Idque ſanè frequentiſſimè faciendum eſt, aliter enim dilui obiecta non poſſunt, vtique cum quæſtio in eo conſiſtit, quod Figuræ petunt. At cum maledicta ſunt tantum, & non intelligere interim, bonæ conſcientiæ eſt: atque etiam ſi fuerint crebriores Figuræ, quàm vt diſſimulari poſſint, poſtulandum eſt, vt illud neſcio quid, quod aduerſarii obliquis ſententiis ſignificare voluerint, ſi fiducia ſit obiiciant palàm, aut certè non exigant: vt quod ipſi non audent dicere, id iudices non modo intelligãt, ſed etiam credant. Vtilis etiam aliquando Diſſimulatio eſt, vt in eo (nota enim fabula eſt) qui cum eſſet contra eum dictum, Iura per patroni tui cineres, paratum ſe eſſe reſpondit: & iudex conditione vſus eſt, clamante multum aduocato, Schemata de rerum natura tolli: vt protinus etiam præceptum ſit, eiuſmodi Figuris vtendũ temerè non eſſe. TER-

C TIVM eſt Genus, in quo ſola melius dicendi petitur occaſio. Ideóque id Cicero non putat eſſe poſitum in * contentione. Tale eſt illud, quo idem vtitur in Clodium, Quibus iſte qui omnia ſacrificia noſſet, facile ab ſe deos placari poſſe arbitrabatur. Ironia quoque in hoc genere materiæ frequentiſſima eſt. Sed eruditiſſimum longe, ſi per aliam rem alia inducatur: vt cum aduerſus tyrannum, qui ſub pacto abolitionis dominationem depoſuerat, agit competitor, Mihi in te dicere non licet, tu in me dic, & potes. Nuper te volui occidere. Frequens illud eſt, nec magnopere captandum, quod petitur iureiurando: vt eſt pro exhæredato, Ita mihi contingat hærede filio mori. Nam & in totum iurare, niſi vbi neceſſe eſt, graui viro parum conuenit. Et eſt à Seneca dictum eleganter, Non patronorum hoc eſſe, ſed teſtium. Nec meretur fidem, qui ſententiolæ gratia iurat: niſi ſi Pro domo ſua.

D poteſt tam bene quàm Demoſthenes, vt ſupra dixi. Leuiſſimum autem longe genus ex verbo, etiam ſi eſt apud Ciceronem in Clodiam, Præſertim quam omnes amicam omnium potius, quàm cuiuſquam inimicam putauerunt. COMPARATIONEM equidem video Figuram non eſſe, cum ſit interim Probationis, interim etiam Cauſæ genus: & ſit talis eius forma, qualis eſt pro Murena, Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas: ille, vt quo contendit, mature cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuſcitat, & cætera. Neſcio an orationis potius quàm ſententiæ ſit. Id enim ſolum mutatur, quòd non vniuerſa vniuerſis, ſed ſingula ſingulis opponuntur. Et Celſus tamen, & non negligens author Viſellius, in hac eam parte poſuerunt: Rutilius quidem Lupus in vtroque genere, idque ἀντίθετον vocat. Præter Pro Cęlio. A Figuris excludẽda. ἀντίθετον

E illa vero quæ Cicero inter lumina poſuit Sententiarum multa alia, & idem Rutilius Gorgiam ſecutus, non illum Leontinum, ſed alium ſui temporis, cuius quatuor libros in vnum ſuum tranſtulit, & Celſus videlicet, Rutilio accedens, poſuerunt Schemata, CONSVMMATIONEM, quam græcus διαλλαγὴν vocat, cum plura argumenta ad vnũ effectum deducuntur. CONSEQVENS, ille ἐπακολούθησιν, de quo nos in Argumentis diximus. COLLECTIONEM, qui apud illum eſt συλλογισμός. MINAS, id eſt κατάπληξιν. EXHORTATIONEM, παραινετικόν. Quorum nihil nõ rectum eſt, niſi cum aliquam ex his, de quibus locuti ſumus, Figuram accipit. Præter hæc Celſus, Excludere, Aſſeuerare, Detrectare, Excitare iudicem, Prouerbiis vti, & Verſibus, & Ioco, & Inuidia, & Inuocatione intendere crimen, quod eſt δέινωσις, Adulari, Ignoſcere, Faſtidire, Admonere, Satisfacere, Precari, Corripere, Figuras putat. Partitionem Lib. v. cap. viij. & x.

F quoque, & Propoſitionem, & Diuiſionem, & Rerum duarum Cognationem, quod eſt vt idem valeant quæ videntur eſſe diuerſa, vt non is demum ſit veneficus, qui vitam abſtulit data potione, ſed etiam qui mentem. Quod eſt in parte Finitionis. Rutilius ſiue Gorgias, ἀναγκαῖον, ἀνάμνησιν, ἀνθυποφοράν, ἀνάληψιν, παράληψιν, προέκθεσιν, quod eſt dicere quid fieri oportuerit, deinde quid factum ſit: ἀναλύτικα, vnde ſit enthymema, * κατ' αὐ-

ὕλαιρ, μεταλήψιν,* etiam quo ſtatu Hermagoras vtitur. Viſellius quanquam pauciſſimas fa G
ciat Figuras, facit ἐνθύμημα tamen, quod Commentum vocat: & Rationem appellans, ἐπιχείρημα inter eas habet. quod quidem recipit quodammodo & Celſus: nam Conſequẽs an Epicherema ſit dubitat. Viſellius adiicit & Sententiã. Inueni qui aggregẽt iis διασκευὰς, ἀπαγορεύσεις, παραδιηγήσεις. Sed vt hæc non ſunt Schemata,* ſic alia vel ſunt forſitã, ac nos fugerunt: vel etiam noua fieri adhuc poſſunt, eiuſdem tamen naturæ cuius ſunt ea de quibus dictum eſt.

De Figuris Verborum. Cap. III.

Antiqua locutio immutata.

VERBORVM vero FIGVRAE, & mutatæ ſunt ſemper, & vtcunque H
valuit Conſuetudo, mutantur. Itaque ſi antiquum ſermonem noſtro compa
V remus, penè iam quicquid loquimur Figura eſt: vt, huic rei Inuidere, non vt
omnes veteres, & Cicero præcipuè hanc rem: &, Incumbere illi, non in illũ: &, Plenum vino, non vini: &, huic non hunc Adulari, iam dicitur, & mille alia: vtinamque non peiora vincant. Verum Schemata λέξεως duorum ſunt generum, alterum loquendi rationem vocant, alterum quod collocatione maximè exquiſitum eſt. Quorum tametſi vtrunque conuenit orationi, tamen poſſis illud Grammaticum, hoc magis Rhetoricum dicere. Prius fit iiſdem generibus, quibus vitia. Eſſet enim omne Schema vitium, ſi non peteretur, ſed accideret. Verũ Authoritate, Vetuſtate, Conſuetudine plerunque defenditur, ſæpe etiam Ratione quadam. Ideóque cum ſit à ſimplici rectôque loquẽ I
di genere deflexa, virtus eſt ſi habet probabile aliquid quod ſequatur. Vna tamen in re maximè vtilis, vt quotidiani & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium leuet, & nos à vulgari dicendi genere defendat. Quo ſiquis parce, & cum res poſcet, vtetur, velut aſperſo quodam condimento iucundior erit: at qui nimium affectauerit, ipſam illam gratiam varietatis amittet. quanquam ſunt quædam Figuræ ita receptæ, vt penè iam hoc ipſum nomen effugerint: quæ etiam ſi fuerint crebriores, aures conſuetas minus ferient. Nam & ſecretæ, & extra vulgarem vſum poſitæ, ideôque magis nobiles, vt nouitate aurem excitant, ita copia ſatiant: nec ſe obuias fuiſſe dicenti, ſed conquiſitas, & ex omnibus latebris extractas con-

Vitii in Figura excuſandi ratio.

Per genus. Georg. i. Ecl. viij. Pro Rab. Poſthumo Pro Mil.

geſtásque declarant. Fiunt ergo & circa GENVS Figuræ in Nominibus. Nam & oculis capti talpæ. &, Timidi damæ dicuntur à Virgilio: ſed ſubeſt ratio, quia ſexus vterque al- K
tero ſignificatur. Tam enim mares eſſe talpas damâsque, quàm fœminas certum eſt. Et in Verbis: vt, Fabricatus eſt gladium: &, inimicos Punitus es. Quod mirum minus eſt, quòd in natura verborum eſt, & quæ facimus patiendi modo ſæpe dicere, vt arbitror, ſuſpicor: & contrà faciendi quæ patimur, vt vapulo: ideóque frequens permutatio eſt: & pleraque vtroque modo efferũtur, luxuriatur luxuriat, fluctuatur fluctuat, aſſentior aſſentio, * reuertor reuerto.

Per Numerum. Ecl. iiij.

Eſt Figura & in NVMERO: Vel cum ſingulari pluralis ſubiungitur, Gladio pugnaciſſima gens Romani. Gens enim ex multis. Vel è diuerſo, Quoi non riſere parentes, Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. Ex illis enim qui non riſere, hunc non dignatus deus, nec dea dignata.

Per partes mutatas. Perſ. Sat. i. AEn. v.

Et in Satyra, Et noſtrum iſtud viuere triſte Aſpexi: cum infinito verbo ſit vſus pro Appellatione. Noſtram enim vitam vult intelligi. Vtimur & L
Verbo pro Participio, Magnũ dat ferre talentum, tanquam ferendũ. Et Participio pro Verbo, Volo datũ. Interim etiã dubitari poteſt, cui ſimile vitio ſit Schema: vt in hoc, Virtus eſt vitium fugere. Aut enim partes orationis mutat ex illo, Virtus eſt fuga vitiorum: aut caſus, ex illo * virtutis eſt vitium fugere. Multa tamen hoc vtroque excitatius iunguntur interim Schemata, Sthenelus ſciens pugnæ. * Eſt enim ſcitus Sthenelus pugnandi.

Hor. Epiſt. lib. i. Car. i.

Per tẽpora. Act. vij. AEn. ii. In Iugur.

Transferuntur etiam TEMPORA, Timarchides negat eſſe ei periculum à ſecuri. Præſens enim pro præterito poſitum eſt. Et futurũ pro præſenti, Hoc Ithacus velit. Et ne te morer, per omnia ſit genera, per quæ Soloeciſmus. Hæc quoque quam ἐπέρωσιν vocant,* cum diſſimilis eſt tum Zeugma dicitur: vt apud Salluſtium, Neque ea res falſum me habuit. &, Duci probare. Ex quibus ferè præter nouitatem, breuitas etiam peti ſolet. Vnde eoũſque proceſſum eſt, M
vt non Pœniturum pro non acturo pœnitentiam: & Viſuros, ad videndum miſſos, idem author dixerit. Quæ ille quidem fecerit Schemata, an idem vocari poſſint videndum, quia recepta ſint. Nam receptis etiam vulgo authore contenti ſumus. Verum natura eualuit agentibus, quod Pollio in Labieno damnat: & Contumeliam fecit, quod à Cicerone reprehendi notum eſt. Affici enim contumelia dicebant. Alia commendatio Vetuſta-

A tis,cuius amator vnicè Virgilius fuit, Vel cum se pauidum contra mea iurgia iactat. Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat. Quorum similia apud veteres Tragicos Comicosque sunt plurima. Illud etiam in consuetudine remãsit, Enim vero * his amplius apud eundem, Nam quis te iuuenum confidentissime: cum quis sermonis initium sit. &, Tam magis illa tremens, & tristibus effera flammis, Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. Quod est versum ex illo, *Quàm magis ærumna viget, tam magis ad male faciendum vrget. Pleni talibus antiqui: sicut initio Eunuchi Terentius, Quid igitur faciam? inquit, * Allusit tandem leno. Catullus in Epithalamio, * Dum innupta manet, dum chara suis est. Sed prius dum, significat quoad: sequens, vsque eo. Ex GRAECO vero TRANSLATA, vel Sallustii plurima: quale est, Vulgus amat fieri: Vel Horatii. * Nã
B id maximè probat hoc Ciceronis. * Nec longæ inuidit auenæ. & Virgilii, Tyrrhenum nauigat æquor. Etiam vulgatum actis quoque, Sautius pectus. Ex eadem parte Figurarũ priore Additio & Abiectio est. Illáque prior videri potest superuacua, sed non sine gratia est. Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi. Potest enim deesse alterum nam. Et apud Horatium illud, Fabriciumque, Hunc & intonsis Curium capillis. * Est etiam adiectio, quæ in complexu sermonis aut vitium habet, aut Figuram. Figuram: vt, Accede ad ignem hũc iam calesces plus satis, plus enim quàm satis est. De altera quæ detractio est, pluribus dicendum est. * Vtimur vulgo & COMPARATIVIS pro absolutis, vt cum se quis infirmiorem esse dixerit. Duo inter se comparatiua committimus, Si te iam Catilina comprehendi, si interfici iussero, credo erit verendum mihi, ne non potius omnes boni serius à
C me, quàm quisquam crudelius factum esse dicat. Sunt illa non similia Solœcismo quidem, sed tamen numerum mutantia, quæ & Tropis assignari solent, vt de vno pluraliter dicamus, Sed nos immensum spatiis confecimus æquor. Et de pluribus singulariter, Haud secus ac patriis acer Romanus in armis. Specie diuersa, sed genere eadem & hæc sunt, Néve tibi ad solem vergant vineta cadentem. Nec mihi tum mollis sub dio carpere somnos, Neu dorso nemoris libeat iacuisse per hærbas. Non enim nescio cui alii prius, nec postea sibi vni, sed omnibus præcipit. Et de nobis loquimur tanquam de aliis. Dicit Seruius, Negat Tullius. Et nostra persona vtimur pro aliena, & alios pro aliis fingimus. Vtriusque rei exemplum pro Cecinna. Pisonem aduersæ partis aduocatum alloquens Cicero dicit, Restituisse te dixti. Nego me edicto Prætoris restitutum esse. Verum enim illud re-
D stituisse, Ebutius dixit: Nego me, Cecinna, edicto Prætoris restitutum esse. Vbi & ipsum dixti extrita syllaba Figura in verbo est. Illa quoque ex eodem genere possunt videri, quã nos INTERPOSITIONEM, vel INTERCLVSIONEM dicimus. Graeci πρένθεσιν vocant, dum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit. Ego cum te (mecum enim sæpissimè loquitur) patriæ dedidissem. Cui adiiciunt HYPERBATON, non illud quod inter Tropos esse voluerunt: sed alterum, quod est eius Figuræ Sententiarum quæ ἀποστροφὴ dicitur, simile: cum non sensus mutatur, verum forma eloquendi, Decios, Marios, magnosque Camillos, Scipiadas duros bello, &
E te maxime Cæsar. Acutius adhuc in Polydoro, Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Qui tam parua momenta nominibus discreuerunt, μεταβασιν vocant, quam & aliter fieri putant. Quid loquor, aut vbi sum? Coniunxit autem πρένθεσιν & ἀποστροφὴν Virgilius in illo loco, Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ Distulerant (at tu dictis Albane maneres) Raptabátque viri mendacis viscera Tullus. Hæc Schemata aut his similia, quæ erunt per mutationem, adiectionem, detractionem, ordinem, & conuertunt in se auditorem, nec languere patiuntur, subinde aliqua notabili Figura excitatum, & habent quandam ex illa vitii similitudine gratiam: Vt in cibis interim acor ipse iucundus est. Quod continget, si neque supra modum multæ fuerint, nec eiusdem generis, aut iunctæ, aut frequentes: quia satietatem vt varietas earum, ita raritas effugit. Illud est acrius genus, quod non tantum in ratione positum est loquendi, sed ipsis sensibus tum gratiam, tum etiam vires accommodat. E quibus primum sit quod fit PER ADIECTIONEM:
F Plura sunt genera. Nam & verba geminantur, vel amplificandi gratia: vt, Occidi, occidi non Sp. Melium. Alterum est enim quod indicat, alterum quod affirmat. Vel miserandi: vt, Ah Corydon, Corydon. Quæ eadem Figura nonnunquam per Ironiam ad eleuandum euertitur. Similis geminationis, post aliquam interiectionem, Repetitio est, sed paulo etiam vehementior, Bona miserum me (Consumptis enim lachrymis

AEn.xi. AEn.i. AEn.vii. Græcæ Figuræ. Hor.ser.ii. Sat.vi. Ecl.x. Cõparatiuorũ figuratus vsus. Inuect.i. Deuno pluraliter & cõtra. Georg.ii. Ibidem. Georg.iii. πρένθεσις Pro Mil. ὑπερβάτον Geor.ii. AEn.iii. μεταβασις AEn.viii. Adiectiõis Figuræ. Pro Mil. Ecl.ii. Philipp.ii.

In Catil.i. In eadem. tamen infixus animo hæret dolor) bona, inquam, Cn. Pompeii acerbiſſimæ voci ſubiecta G
præconis. Viuis,& viuis non ad deponendam, ſed confirmandam audaciam. Et ab iiſ-
dem verbis plura acriter & inſtanter incipiunt, Nihil ne te nocturnum præſidium Pala-
tii, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil * conſenſus bonorum omnium, nihil hic
munitiſſimus habendi Senatus locus, nihil horum ora vultusque mouerunt? Et iiſdem
Pro Mil. deſinunt, Quis eos poſtulauit? Appius. quis produxit? Appius. Quanquam hoc exem
plum ad aliud quoque Schema pertinet, cuius initia inter ſe & fines iidem ſunt, quis
Cornificiꝰ lib.iiij. & quis, Appius & Appius. Quale eſt, Qui ſunt qui fœdera ſæpe ruperunt? Carthaginen-
ſes. Qui ſunt, qui in Italia crudele bellum geſſerunt? Carthaginenſes. Qui ſunt qui Italiam
deformauerunt? Carthaginenſes. Qui ſunt qui ſibi ignoſci poſtulant? Carthaginenſes.
Etiam in Contrapoſitis vel Comparatiuis ſolet reſpondere primorum verborum alterna H
Pro Mure- na. repetitio, quod modo huius eſſe loci potius dixi, Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultori-
bus reſpondeas: ille, vt eò quò intendit, mature cum exercitu perueniat. Te gallorum, il-
lum buccinarum cantus exuſcitant. Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. Tu caues ne
conſultores tui, ille ne vrbes aut caſtra capiantur. Sed hac gratia non fuit contentus Orator,
vertit in contrarium eandem Figuram, Ille tenet & ſcit vt hoſtium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ
arceantur, Ille exercitatus in propagandis finibus, tu in regendis. Poſſunt media quoque
AEn.vij. reſpondere, vel primis: vt, Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda. Vel vltimis,* Hæc
Act.vij. nauis onuſta præda Sicilienſi: cum ipſa quoque eſſet etiam præda. Nec quiſquam du-
Ibidem. bitauit idē poſſe fieri iteratis vtrinque mediis. Reſpondent primis & vltima, Multi & gra
ues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi. Eſt & illud repetendi genus, quod I
AEn.ij. ἐπάνοδος ſemel propoſita iterat & diuidit, Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus æuo Iam gra-
uior, Pelias & vulnere tardus Vlyſſi. ἐπάνοδος dicitur græce, noſtri REGRESSIO-
NEM vocant. Nec ſolum in eodem ſenſu, ſed etiam in diuerſo eadem verba contra ſu-
Pro Lig. muntur. Principum dignitas erat pene par, non par fortaſſe eorum qui ſequebantur. In-
terim variatur caſibus hæc & generibus iteratio, Magnus eſt labor dicendi, magna res eſt.
Et apud Rutilium longiore περιόδῳ, & hæc initia ſententiarnm ſunt, Pater hic tuus? pa-
trem hunc appellas? patris tui huius filius es? Fit caſibus modo hoc Schema, quod πολύπτωτον
πολύπτωτον vocant. Conſtat & aliis etiam modis: vt pro Cluētio, Quod autem tempus ve-
neni dandi? illo die? in illa frequentia? per quem porro datum? vnde ſumptum? quæ por-
ro interceptio poculi? cur non de integro autem datum? Hanc rerum coniunctam di- K
μεταβολὴ uerſitatem Cecilius μεταβολῶ vocat: qualis eſt pro Cluentio locus in Oppianicum, Illum
tabulas publicas violaſſe, cenſorias corrupiſſe, Decuriones vniuerſi iudicauerunt: cum illo
nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat, nemo illum ex tam multis cognatis & affi-
nibus tutorem vnquam liberis ſuis ſcripſit, & deinceps adhuc multa. Vt hæc in vnum
Diſſipata. Georg.i. congeruntur, ita contra illa diſperſa ſunt. quæ à Cicerone DISSIPATA dici puto, Hic
ſegetes, illic venūt felicius vuæ, Arborei fœtus alibi, & deinceps. Illa vero apud Ciceronē
mira Figurarum mixtura deprehenditur, in qua & primo verbo longo poſt interuallo red-
ditum eſt vltimum, & media primis, & mediis vltima congruunt. Veſtrum iam hic factum
deprehenditur Patres Conſcripti non meum, ac pulcherrimum quidem factum: verum vt
πλοκὴ dixi, non meum ſed veſtrum. Hanc frequentiorem repetitionem πλοκὴν vocant, quæ fit L
ex permixtis Figuris, vt ſupra dixi, vtque ſe habet Epiſtola ad Brutum, Ego cum in gratiam
redierim cum Appio Claudio, & redierim per Cn. Pompeium, te ego ergo cum redierim.
Et in iiſdem ſententiis crebrioribus mutata declinationibus iteratione verborum: vt
Sat.i. apud Perſium, Vſqueadeo ne Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Et apud Cice-
ronem, Neque enim poterat indicio ex his damnatis qui indicabātur. Sed ſenſus quo-
que toti quemadmodum cœperunt deſinent, Venit ex Aſia, hoc ipſum quàm bonū: Trib.
Act.vij. pleb. venit ex Aſia. In eadem tamen Periodo & verbum vltimum primo refertur, tertium
iam ſermone adiectum eſt, Veruntamen venit. Interim ſententia quidem repetitur, ſed
eodem verborum ordine, Quid Cleomenes facere potuit? Non enim poſſum quenquam
inſimulare falſo. Quid, inquam, Cleomenes facere potuit? Prioris ſententiæ verbum vl- M
timum ac ſequentis primum frequenter eſt idem. Quo quidem Schemate vtuntur poetæ
Eclog.x. In Catil.i. ſæpius, Pierides vos hæc facietis maxima Gallo, Gallo, cuius amor tantum mihi cre-
ſcit in horas. Sed ne Oratores quidem raro, Hic tamen viuit, viuit? immo etiam in
Senatum venit. Aliquando, ſicut in Geminatione verborum diximus, initia quo-
que & clauſulæ ſententiarum aliis, ſed non aliò tendentibus verbis, inter ſe conſonant.

A Initia hoc modo, Dederim periculis omnibus, obtulerim insidiis, obiecerim inuidiæ. Rursus clausulæ: Ibidem statim, Vos enim statuistis, vos sententiam dixistis, vos iudicastis. Hoc alii μετωνυμίαν, alii DISIVNCTIONEM vocãt, vtrũque (etiamsi est diuersum) rectè. μετωνυμία
Nam est nominum idem significantium separatio. CONGREGANTVR quoq; verba idem significantia, Quæ cum ita sint Catilina, perge quò cœpisti: egredere aliquando Inuect.i.
ex vrbe, patét portæ, proficiscere. Et in eundem alio libro, Abiit, excessit, erupit, euasit. Hoc
Cecilio περιεργασμὸς videtur, id est abũdans supra necessitatẽ oratio: sicut illa, Vidi oculos ante ipse meos. In illo enim vidi inest ipse. Verum id vt alio quoque loco dixi, cum superuacua περιεργασμὸς
oneratur adiectione, vitium est: cũ autem auget manifestè sententiam, sicut hic, virtus, Vidi AEn.xij.
ipsé ante oculos. quot verba, totidem sunt affectus. Cur tamen hæc propriè nomine tali no-
B tarit, non video. Nã & Geminatio, & Repetitio, & qualiscunque Adiectio, περιεργασμὸς videri
potest. Nec verba modo, sed sensus quoque idem facientes aceruãtur. Perturbatio istum Pro Mil.
mẽtis, & quædam scelerum offusa caligo, & ardentes furiarum faces excitarunt. Congerũtur
& diuersa, Mulier, tyranni sæua crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas, dementia. Et
apud Ouidium, Sed graue Nereidum numen, sed corniger Ammon, Sed quæ viscera ve- Metam.v.
niebat bellua ponti Exaturanda meis. Inueni qui & hoc vocaret περιεργίαν, cui non assentior, περιεργίαν
cũ sint vnius Figuræ: mixta quoque, & idẽ & diuersum significantia, quod & ipsum διαλλαγὴν διαλλαγὴν
C γὴν vocãt, Quæro ab inimicis, sint ne hæc inuestigata, comperta, patefacta, sublata, * deleta, In Catil.ij.
extincta per me. Et inuestigata comperta, patefacta, aliud ostendunt: sublata, deleta, extincta,
sunt inter se similia, sed non etiam prioribus. Et hoc autem exemplum, & superius aliã
quoque efficiunt Figuram, quæ quia Coniunctionibus caret, DISSOLVTIO vocatur: Dissolutio.
apta, cum quid instantius dicimus. Nam & singula inculcantur, & quasi plura fiũt. Ideóque
vtimur hac Figura, non in singulis modo verbis, sed sententiis etiam: vt Cicero dicit contra
concionem Metelli, Qui iudicabantur, eos vocari, custodiri, ad Senatum adduci iussi, in Se- βραχυλογία.
natu sunt positi. Et totus hic locus talis. Hoc genus * βραχυλογίαν vocant, quæ potest esse
copulata dissolutio. Contrarium est Schema, quod Coniunctionibus abundat. Illud, ἀσυνδέτον
ἀσυνδέτον, hic πολυσυνδέτον dicitur. Hoc est, vel iisdẽ sæpius repetitis: vt, Tectúmque larẽm- πολυσυνδέτον
que, Armáque Amyclæúmque canem, Cressamque pharetrã. Vel diuersis, Arma virumque.
Multum ille & terris. Multa quoque & bello. Aduerbia quoque & Pronomina variantur, Georg.iij.
Hic illum vidi iuuenem. Bissenos cui nostra dies. Hic mihi responsum primus dedit ille pe- Ecl.i.
D tenti. Sed vtrunque horum Coaceruatio. etenim tantum Iũcta aut Dissoluta, omnibus scriptores sua nomina dederunt: sed varia, & vt cuique fingenti placuit. Fons quidem vnus,
quia acriora facit, & instantiora quæ dicimus, & vim quandam præ se ferentia, velut sæpius erumpentis affectus. GRADATIO quæ dicitur κλῖμαξ, apertiorem habet ar- κλῖμαξ
tem, & magis affectatam, ideóque esse rarior debet. Est autem ipsa quoque Adiectionis. repetit enim quæ dicta sunt: & priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit. Eius exem-
plum ex Græco notissimo transferatur, Nec hæc dixi quidem, sed nec scripsi: nec scripsi Demosth.
quidem, sed nec obii legationem: nec obii quidem, sed nec persuasi Thebanis. Sunt tamen pro Ctesi-
erudita & Latina, Aphricano industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos compara phonte.
Cornif.lib.
uit. & Calui, Non ergo magis pecuniarum repetundarum quàm maiestatis, neque maie- iiij.
E statis magis quàm Plautiæ legis, neque Plautiæ legis magis quàm ambitus, neque ambitus In Vatiniũ.
magis quàm omnium legum iudicia perierũt. Inuenitur apud poetas quoque, vt apud Ho- Iliad. α'
merum de sceptro quod à Ioue ad Agamemnonẽ vsque deducit: & apud nostrũ etiam tragicum, Ioue propagatus est (vt perhibent) Tantalus, ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem satus
Atreus, qui nostrũ porro propagat genus. At quæ PER DETRACTIONEM fiũt Detractio-
Figuræ, breuitatis nouitatisque maximè gratia petuntur: quarum vna est ea, quã libro pro- ne Figuræ.
ximo in Figuras distuli, SYNECDOCHE, cum subtractum aliquod verbũ satis ex συνεκδοχὴ.
cæteris intelligitur: vt Cælius in Antoniũ, Stupere gaudio Græcus. Simul enim auditur cœ-
pit. Cicero ad Brutum, Sermo nullus, scilicet nisi de te. Quid enim potius? Tũ Flauius, Er-
ras, * inquit, tabellarie, & ego ibidem orans inter cœnã exoraui. Cui similia sunt illa meo
quidẽ iudicio, in quibus verba decẽter pudoris gratia subtrahũtur, Nouimus & qui te, trãs- Eclog.iij.
F uersa tuẽtibus hircis: Et quo, sed faciles Nymphæ riserе, sacello. Hãc quidã APOSIO- Aposiope-
PESIN putant frustra. Nam illa quid taceat incertum est, aut certè longiore sermone ex- sis.
plicandũ. Hic vnum verbum & manifestũ quidem desideratur: quæ si Aposiopesis est, nihil
in quo deest aliquid, nõ idẽ appellabitur. Ne ego illud quidẽ Aposiopesin semper voco,
in quo res quæcũq; relinquitur intelligẽda, vt ea quæ in epistolis Cicero, Data Lupercalibus,

quo die Antonius Cæsari. Nihil obticuit, lusitq; :quia nihil hic aliud intelligi poterat, quàm G
hoc, diadema imposuit. Altera est per detractionem Figura, de qua modo dictum est, cui
Σωιζδυγμλήον Coniunctiones eximũtur. Tertia, quæ dicitur σωιζδυγμλήομ. In qua vnum ad verbum
plures sententiæ referuntur, quarum vnaquæque desideraret illud, si sola poneretur. Id
Pro Cluēt. accidit aut præposito verbo ad quod reliqua respiciant, Vicit pudorem libido, timorem au
Inuect.i. dacia, rationem amentia. Aut illato, quo plura clauduntur, Neque enim is es Catilina, vt
te aut pudor vnquam à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit.
Medium quoque potest esse, quod & prioribus & sequentibus sufficiat. Iungit autem
& diuersos sexus, vt cum marē fœminámque filios dicimus. Et singularia pluralibus mi
scet. Sed hæc adeo sunt vulgaria, vt sibi artem Figurarum asserere non possint. Illud plane
AEn.iiij. Figura est, qua diuersa sermonis forma coniungitur, Sociis tunc arma capessant Edico, & di H
ra bellum cum gente gerendum. Quanuis enim pars bellum posterior participio insistat,
Σωοικέ- ωσις vtrique tamen cõuenit illud, edico: nã vtrique detractionis gratia facta coniunctio. Σωοι-
κέωσιμ vocant, quæ duas res diuersas colligat, Tam deest auaro quod habet, quàm quod non
παραδια- σολὴ habet. Huic diuersam volunt esse DISTINCTIONEM, cui dant nomen παρα-
διασολλὼ, qua similia discernuntur, Cum te pro astuto sapientem appelles, pro cõfidente for-
tem, pro illiberali diligentem: quod pẽdet ex finitione, ideóque an Figura sit dubito. Cui
Hor.ī Art. contraria est ea quæ ex vicinia transit ad diuersa aut similia, Breuis esse laboro, Obscurus fio,
& quæ sequuntur. Tertium est genus Figurarum, quæ aut Similitudine aliqua vocum,
παρωνο- μασία aut Paribus, aut Cõtrariis vertunt in se aures, & animos excitant. Huic nomen est * παρω-
νομασία, quæ dicitur AGNOMINATIO. Ea non vno modo fieri solet, sed ex vicinia I
quadam prædicti nominis ducta casibus declinatur: vt Domitius Apher pro Cloãtilla, Mu
lier rerum omnium imperita, in omnibus rebus infelix. Et cum verbo idem verbũ plus
significanter subiungitur, Quando homo, hostis homo. Quibus exemplis sum in aliud
vsus, * sed in vno facilis est geminatio. * παρωνομασία. ci contrarium est, quòd eodem ver-
In Pisonẽ. bo quasi falsum augetur, Quæ lex priuatis hominibus esse lex nõ videbatur. Cui confinis
ἀντανακλα σις est ἀνταναίκλασις, eiusdem verbi contraria significatio. Cum Proculeius quereretur de filio,
Rutilius. quòd is mortem suam expectaret, & ille dixisset, se vero non expectare: Immo, inquit, ro-
go expectes. Non ex eodẽ, sed ex diuerso vicinum accipitur, cum supplicio afficiendum
dicas, quem supplicatione dignum iudicaris. Aliter quoque voces aut eædem diuersa in si-
gnificatione ponuntur, aut productione tantum, vel correptione mutatæ: quod etiam K
in iocis frigidum, equidem tradi inter præcepta miror, eorũmque exempla vitandi po-
tius quàm imitandi gratia pono. Amari iucundum est, si curetur ne quid insit amari.
In Epigrã. Auium dulcedo ad auium ducit. & apud Ouidium ludentem, Cur ego non dicam Furia
Lib.iiij.ī te furiam? Cornificius hanc TRADVCTIONEM vocat, videlicet alterius intelle-
ctus ad alterum. Sed elegantius, quod est positum in distinguendam rei proprietatem.
In Catil i. Hanc Reipublicæ pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Et quæ
Ibidem. præpositionibus in contrarium mutantur, Non emissus ex vrbe, sed immissus in vrbem
esse videatur. Melius atque acrius, quod cum Figura iucundum est, tum etiam sensu va-
Philip.iij. let, Emit morte immortalitatem. Illa leuior est, Non Pisonum, sed pistorũ, & ex * ara-
tore Orator. Pessimum vero, Ne Patres Conscripti videantur circunscripti. Raro eue- L
nit, sed vehementer venit. Sic contingit vt aliquis sensus vehemens & acer venustatem ali-
quam non eodem ex verbo non dissonam accipiat. Et cur me prohibeat pudor vti domesti
co exemplo? Pater meus contra eum qui se legationi immoriturum dixerat, deinde vix pau
cis diebus insumptis re infecta redierat, Non exigo vti immoriaris legationi, immorare.
Nam & valet sensus ipse, & in verbis tantum distantibus iucunde consonat vox, præser-
Pariū Con trariorum gratia. tim non captata, sed velut oblata: cum altero suo sit vsus, alterum ab aduersario accepe-
rit. Magnæ veteribus curæ fuit gratiam dicendi E PARIBVS, CONTRARI-
IS acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copiosus vtique prima ætate Isocrates fuit. Dele-
lectatus est his etiam M. Tullius, verum & modum adhibuit non ingratæ (nisi co-
pia redundet) voluptati, & rem alioqui leuem sententiarum pondere impleuit. Nam M
Similiū ra- tio quadru plex. per se frigida & inanis affectatio cum in acreis incidit sensus, innata videtur esse, non
accersita. SIMILIVM ferè quadruplex ratio est. Nam est primum, quo-
AEn.i. ties verbum verbo * simile, aut non dissimile valde quæritur: vt, Puppésque tuæ pu-
Pro Cluēt. besque tuorum: &, Sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua pernicioſissima flam-
ma: &, Non enim tam spes laudanda, quam res est. Aut certè par est extremis sylla-

A bis consonans, Non verbis, sed armis. Et hoc quoque quoties in sententias acres incidit, pulchrum est, Quantum possis in eo semper experire: vt prosis. Hoc est πάρισον, vt plerisque placuit. Cleoiteleus πάρισον existimat, quod sit è membris non dissimilibus. πάρισον

SECundum, vt Clausula similiter cadat, vel iisdem in vltimam partem collatis, ὁμοιοτέλευτον, similem duarum Sententiarum vel plurium finem, Non modo ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. Ex quibus ferè sunt, non tamen vt semper vltimis consonent, quæ τρίκωλα dicunt, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Sed in quaternas quoque ac plures hæc ratio ire sententias potest. Fit etiam singulis verbis, * Hæc cubat, dolet, piget, pudet. &, Abiit excessit, erupit, euasit. TERtium est, quod in eosdem casus cadit, ὁμοιόπτωτον dicitur. Sed B neque quod finem habet similem, est ὁμοιόπτωτον: vtique in eundem finem venit ὁμοιοτέλευτον. Est enim ὁμοιόπτωτον tantum casus similis, etiam si dissimilia sint quæ declinentur: nec tantum in fine deprehenditur, sed respondent vel prima inter se, vel mediis, vel extremis: vel etiam permutatis his, vt media primis, & summa mediis accommodentur, & quocunque modo accommodari poterunt. Nec enim semper paribus syllabis constat: vt est apud Afrum, Amisso nuper infelicis aulæ si non præsidio inter pericula, tamen solatio vitæ inter aduersa. Ea * vero videntur optima, in quibus initia sententiarum & fines consentiunt: vt hic, Præsidio, solatio. Et vt penè similia sint verbis, & paribus cadant, & eodem modo desinant. Etiam vt sint, quod est QVartum, membris æqualibus, quod ἰσόκωλον dicitur, Si quantum in agro locisque desertis audacia po- C test, tantum in foro atque iudiciis impudentia valeret, ἰσόκωλον est, & ὁμοιόπτωτον habet. Non minus nunc in causa cederet Aulus Cecinna Sexti Ebutii impudentiæ, quàm tum in vi facienda cessit audaciæ, ἰσόκωλον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον. Accidit & ex illa Figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti, Non minus cederet quàm cessit. Adhuc ὁμοιοτέλευτον, & παρονομασία est, Neminem posse alteri dare matrimonium, nisi quē penes sit patrimonium. CONTRAPOSITVM autem, vel vt quidam vocant, CONTENTIO (ἀντίθετον dicitur) non vno fit modo. Nam & fit si singula singulis opponuntur: vt in eo quod modo dixi, Vicit pudorem libido, timorem audacia. Et bina binis, Non nostri ingenii, vestri auxilii est. Et sententiæ sententiis, Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Cui commodissimè subiungitur & ea species, quam D Distinctionem diximus, Odit populos Ro. priuatam luxuriam, publicam magnificentiã diligit. Et quæ sunt simili casu, dissimili sententia in vltimo locata: vt, Quod in tempore mali fuit, nihil obsit, quin quod in causa boni fuit, prosit. Nec semper Contraposítum subiungitur, vt in hoc, Est igitur iudices non scripta, sed nata lex. Verum, sicut Cicero dicit, quod de singulis rebus propositis refertur ad singula: vt in eo quod sequitur, Quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsam arripuimus: hausimus expressimus. Nec semper quod aduersum est contraponitur, quale est apud Rutilium, Nobis primum dii immortales fruges dederunt: nos quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus. Nobis maiores nostri Rempub. reliquerunt: nos etiam socios nostros de seruitute eripuimus &c. Fit etiam assumpta illa Figura, qua verba declinata repetuntur, quod E ἀνὴλμεταβολὴ dicitur, Non vt edam viuo, sed vt viuam edo. Et quod apud Ciceronem conuersum ita est, vt cum mutationem casus habeat, etiam similiter desinat: vt, Sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. Quod & eodem eluditur verbo: vt quod dicit de * Sexto Roscio, Etenim cum artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videatur esse qui scenam introeat, tum vir eiusmodi sit, vt solus videatur dignus, qui eò non accedat. Est & in nominibus ex diuerso collocatis sua gratia, Si Consul Antonius, Brutus hostis: si conseruator Reipublicæ Brutus, hostis Antonius. Olim plura de Figuris quàm necesse erat: & adhuc erit qui putet esse Figuram, Incredibile est quod dico, sed verum, ἀνθυποφορὰν vocant. Et aliquis hoc, Semel tulit, ego bis, ego ter, διέξοδον. Longius euectus sum, sed redeo ad propositum, ἄφοδον. Quædam verborum Figuræ paulum Figuris sententiaF rum declinantur, vt DVBITATIO. Nam cum est in re, priori parti assignanda est: cũ in verbo, sequenti, Siue me malitiam, siue stultitiam dicere oportet. Item CORRECTIONIS eadẽ ratio est. Nã quod illic dubitat, hic emendat. Etiã in Personæ Fictione, accidere quidã idẽ putauerunt, vt in verbis etiam esset hæc Figura, Crudelitatis est mater auaritia. Et apud Sallustium in Ciceronẽ, O Romule Arpinas. quale est & apud Menãdrũ, OEdipus Othryasius. Hæc omnia copiosius sunt executi, qui non vt partẽ operis transcurm.iiii.

πάρισον
ὁμοιοτέλευτον Pro Mil.
τρίκωλα Pro Cluẽt. In Catil.ij.
ὁμοιόπτωτον
ἰσόκωλον Pro Cecin.
ἀντίθετον Pro Cluẽt. Ibidem. Pro Mur. Pro Cluẽt. Pro Mil. De Orat. iij. & i Or.
ἀνὴλμεταβολὴ Pro Cluẽt.
Philip. iiij.
ἀνθυποφορὰ
διέξοδον
ἄφοδον
Dubitatio. Cornif. iiij. Correctio.

rerunt, sed propriè libros huic operi dedicauerunt: sicut Cecilius, Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius, aliique non pauci. sed non minor erit eorum qui viuunt gloria. G

Vt fateor autem Verborum Figuras posse plures reperiri à quibusdam, ita iis quæ ab authoribus claris traduntur, meliores, non assentior. Nam in primis M. Tullius multas in tertio de Oratore libro posuit, quas in Oratore postea scripto transeundo videtur ipse damnasse: quarum pars est quæ Sententiarum potuis, quàm Verborum sit, vt Imminutio, Improuisa Imago, sibi ipsi Responsio, Digressio, Permissio, Contrarium. Hoc enim puto quod dicitur ἀναπόδοτος, sumpta ex aduerso probatio. Quædam omnino non sunt Figuræ, sicut Ordo, Dinumeratio, Circunscriptio: siue hoc nomine significatur comprehensa breuiter sententia, siue Finitio. Nam & hæc Cornificius atque Rutilius Schemata λέξεως putant. Verborum autem concinna TRANSGRESSIO, id est Hyperbaton, quod Cecilius quoque putat Schema, à nobis est interposita. H Et Mutatio: quæ si ea est, quam Rutilius ἀλλοίωσιν vocat, dissimilitudinem ostendit hominum, rerum, factorúmque: si latius fiat, Figura non est: si angustius, in αἴνιγμα cadet. Si vero hæc appellatio significat ὑπαλλαγὴν, satis de ea dictum est. Quod vero Schema est, ad propositum SVBIECTA RATIO, quod Rutilius ἀπολογίαν vocat, vtrum (nam de illo dubitari possit an Schema sit) distributis subiecta ratio: quod apud eundem primo loco positũ est, προσαπόδοσιν dicit, quæ vt maximè seruetur, sanè est in pluribus propositis. quia aut singulis statim ratio subiicitur: vt est apud Antonium, Sed neque accusatorem eum metuo, qui sum innocens: neque competitorem vereor, qui sum Antonius: neque Consulem spero, qui est Cicero. Aut positis duobus vel tribus, eodem ordine singulis continuo redditur: I quale apud Brutum de Dictatura Cn. Pompeii, Præstat enim nemini imperare, quàm alicui seruire. Sine illo enim viuere honestè licet, cum hoc viuendi nulla conditio est.

Sed vni rei multiplex ratio subiicitur: vt apud Virgilium, Siue inde occultas vires & pabula terræ Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem Excoquitur vitium, & totus locus. Seu plures calor ille vias. Seu durat magis. RELATIONEM quid accipi velit, non mihi liquet. Nam si ὑπαλλαγὴν, aut ἐπάνοδον aut αἰτιμεταβολὴν dicit, de omnibus locuti sumus. Sed quicquid est, neque hæc, neque superiora in Oratore repetit. Sola in eo libro posita, ponitur inter Figuras Verborum, EXCLAMATIO, quam Sententiæ potius puto. Affectus enim est. & cæteris omnibus consentio. Adiicit his Cecilius πρόφασιν, de qua dixi. Cornificius Interrogationem, Ratiocinationem, Subiectionem, Trãslationem, Occultationem: præterea Sententiam, Membrum, Articulum, Interpretationem, Conclusionem. quorum priora alterius generis sunt Schemata, sequentia Schemata omnino non sunt. Item Rutilius præter ea quæ apud alios quoque sunt Schemata, παρομολογίαν, ἀναγκαῖον, ἠθοποιΐαν, διημολογίαν, πρόληψιν, χαρακτηρισμὸν, βραχυλογίαν, παρασιώπησιν, παῤῥησίαν. de quibus idem dico. Nam eos quidem authores, qui nullum propè finem fecerunt exquirendis nominibus, præteribo. qui etiam quæ sunt argumentorum, Figuris asciripserunt. Ego illud de his etiam quæ verè sunt, adiiciam breuiter, Sicut ornant orationes opportunè positæ, ita ineptissimas esse, cum immodice petuntur. Sunt qui neglecto rerum pondere, & viribus Sententiarum, si vel inania verba in hos modos deprauarint, summos se iudicent artifices, ideóque non desinunt eas nectere: quas sine Sententia sectari tam est ridiculum, quàm quærere habitum, gestũmque sine corpore. L Sed ne hæ quidem quæ rectè fiunt, densandæ sunt nimis. Nam & vultus mutatio, oculorúmque coniectus multum in actu valet: sed siquis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur. Et oratio habeat rectam quandam velut faciem: quæ vt stupere immobili rigore non debebit, ita sæpius in ea, quam natura dedit, specie continenda est. Sciendum vero in primis, Quid quisque in orando postulet locus, Quid persona, Quid tempus. Maior enim pars harum Figurarum posita est in delectatione. Vbi vero atrocitate, inuidia, miseratione pugnandum est, quis ferat contrapositis, & pariter cadentibus, & consimilibus, irascentem, flentem, rogantem? cũ in his rebus cura verborum deroget affectibus fidem: & vbicunque ars ostentatur, veritas M abesse videatur.

ἀναπόδοτος Circũscriptio.

Hypbaton.

ἀλλοίωσις

αἰτιολογία

προσαπόδοσις

Georg. i.

In Partit.

Exclamatio.

Figuris vtẽdi ratio.

A De Compositione Cap. IIII.

E COMPOSITIONE non equidem post Marcum Tullium scribere auderem, cui nescio an vlla pars operis huius sit magis elaborata, nisi &
D eiusdem ætatis homines scriptis ad ipsum etiam literis reprehendere * vel collocādi genus ausi fuissent, & post eum plures multa ad candem rem pertinētia memoriæ tradidissent. Itáque accedam in plerisque Ciceroni, atque in his ero, quæ indubitata sunt, breuior: in quibusdam paulum fortasse dissentiam. Nam etiā cum iudicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam. Neque ignoro quos- An sit mi-
dam esse, qui curam omnem Compositionis excludāt, atque illum horridum sermonem vt nus natura
B forte effluxerit, modo magis naturalem, modo etiam magis virilem esse contendant. Qui si lis cōposi-
id demum Naturale esse dicūt, quod à natura primum ortum est, & quale ante cultum fuit, ta oratio q̄
tota hæc ars orandi subuertitur. Neque enim locuti sunt ad hanc regulam & diligentiam pri incōposita.
mi homines, nec Prooemiis præparare, docere Expositione, Argumētis probare, Affectibus commouere scierunt. Ergo iis omnibus, non sola Compositione caruerunt: quorum si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem casas, aut vestibus pellium tegmina, aut vrbibus montes ac syluas mutari oportuit. Quæ porro ars statim fuit? quid non cultu nitescit? cur vites coercemus manu? cur eas fodimus? rubos aruis excidimus? terra & hæc generat. Mansuefacimus animalia? indomita nascuntur. Verum id est maximè Naturale, quod fieri natura An sit ma-
C optimè patitur. Fortius vero * qui incompositum potest esse, quàm iunctum & bene collo- gis virilis.
catum? Neque si parui pedes vim detrahāt rebus, vt Sotadeorum, & Galliamborum, & quorundam in oratione simili penè licentia lasciuientium, Compositionis est iudicandum. Cæterum quanto vehementior fluminum cursus est prono alueo, ac nullas moras obiiciente, quàm inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus, tanto quæ connexa est, & totis viribus fluit, fragosa atque interrupta melior oratio. Cur ergo vires ipsas specie solui putent, quando nec vlla res sine arte satis valeat, & comitetur semper artem decor? An non eam quæ emissa optimè est, hastam specioßissimè contortam ferri videmus? & arcu dirigentium tela quo certior manus, hoc est habitus ipse formosior? Iam in certamine armorum, atque in omni palæstra, quid satis rectè cauetur ac petitur, cui non artifex motus, & certi quidam
D pedes adsint? Quare mihi * Compositione velut amentis quibusdam neruisve intendi & Cōpositio
concitari sententiæ videntur. Ideo eruditissimo cuique persuasum est, Valere eam quamplu- non delec-
rimum, non ad delectationem modo, sed ad motum quoque animorum. Primum, quia ni- tat solū,
hil intrare potest in affectum, quod in aure velut quodam vestibulo statim offendit. Deinde sed etiam
quòd natura ducimur ad modos. Neque enim aliter eueniret, vt illi quoque organorum so- affectus
ni, quanquā verba nō exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. In mouet.
certaminibus sacris non eadem ratione concitant animos ac remittunt: nec eosdem modos adhibent cum bellicum est canendum, & cum posito genu supplicandum: nec idem signorum concentus est procedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen. Pythagoreis cer- Pythago-
tè moris fuit, & cum euigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectio- reorū mos.
E res: & cum somnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, vt siquid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. Quòd si numeris & modis inest quædam tacita vis, in oratione eo vehemētissima: quantúmque interest sensus idem quibus verbis efferatur, tantum verba eadem qua Compositione vel in exitu iungantur, vel fine claudantur. Nam quædam & sententiis parua, & elocutione modica, virtus hæc sola commendat. Denique quod cuique visum erit vehementer, dulciter, specioßè dictū soluat & turbet: abierit omnis vis, iucunditas, In Orat. ex
decor. Soluit quædā sua in Oratore Cicero. Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Aphri Cornelia-
canos & Lælios, multi venalitii mercatoresque superarunt: * vt sit, Multi superarunt merca- na.
tores, venalitiique, & insequentes deinceps periodos: quas si ad illum modum perturbes, velut fracta aut transuersa tela proiecceris. Idem corrigit quæ à Graccho composita durius pu-
F tat. Illum decet, nos hac simus probatione contenti, quòd in scribendo quæ se nobis solutio ra obtulerint, componemus. Quid enim attinet eorum exempla quærere, quæ sibi quisque experiri potest? Illud notasse satis habeo, quo pulchriora & sensu & elocutione dissolueris, hoc orationem magis deformem fore, quia negligentia collocationis ipsa verborum luce deprehenditur. Itáque vt cōfiteor penè vltimam oratoribus artem Compositionis, quæ per- Veterib. nō
fecta sit, contigisse: ita illis priscis habitam inter curas, inquantum adhuc profecerant, puto. defuisse cō-
Neque enim mihi quamlibet magnus author Cicero persuaserit, Lysiam, Herodotum, Thu- positionē.
In Orat.

cydidem,parum ſtudioſos eius fuiſſe.Genus fortaſſe ſint ſecuti non idem quod Demoſthe- G
nes,aut Plato,quanquam & ii ipſi inter ſe diſſimiles fuerunt. Nam neque illud in Lyſia di-
cendi textum tenue atque * rarum lætioribus numeris corrumpẽdum erat.Perdidiſſet enim
gratiam,quæ in eo maxima eſt,ſimplicis atque inaffectati coloris:perdidiſſet fidem quoque.
Nam ſcribebat aliis, non ipſe dicebat: vt oportuerit eſſe illa rudibus & incompoſitis ſimi-
lia, * quod ipſum Compoſitio eſt.Et hiſtoriæ (quæ currere debet ac ferri) minus conueniſ-
ſent * inſiſtentes clauſulæ,& debita actionibus reſpiratio, & cludendi inchoandique ſenten-
tias ratio.In concionibus quidem etiam ſimiliter cadentia quædam,& contrapoſita depre-
hendas:in Herodoto vero cum omnia (vt ego quidem ſentio) leniter fluunt,tum ipſa διάλε-
κτος habet eam iucunditatem,vt latentes etiam numeros complexa videatur. Sed de propo
ſitorum diuerſitate poſt paulum.Nunc quæ prius iis qui rectè componere volent diſcenda H
Alia oratiõnũ vĩcta alia ſoluta ſint. Eſt igitur ante omnia, Oratio alia VINCTA atque CONTEXTA: SO-
LVTA alia,qualis in Sermone & Epiſtolis: niſi cum aliquid ſuprà naturam ſuam tractãt,
vt de Philoſophia,de Rep.ſimilibusque. Quod non eò dico,quia non illud quoque ſolutum
habeat ſuos quoſdam,& forſitan difficiliores etiam pedes: neque enim aut hiare ſemper vo-
calibus,aut deſtitui temporibus volũt Sermo & Epiſtola : ſed non fluunt,nec cohærent,nec
verba de verbis trahunt:vt potius laxiora in his vincula,quàm nulla ſint.Nonnunquam in
Vincta qb⁹ partib⁹ cõ ſtet. cauſis quoque minoribus decet eadem ſimplicitas,quæ non illis ſed aliis vtitur numeris,diſ-
ſimulatque eos,& tantum communit * occultius. At illa CONNEXA SERIES
tres habet formas: Inciſa,quæ κόμματα dicuntur: Membra,quæ κῶλα: περίοδον,quæ eſt vel
Ambitus,vel Circumductum,vel Cõtinuatio,vel Cõcluſio. In omni porro Compoſitio- I
Ordo compoſitionis. ne tria ſunt neceſſaria,Ordo,Iunctura, Numerus. Primum igitur DE ORDINE.
In ſingulis. Eius obſeruatio in Verbis eſt Singulis,& Contextis. SIngula ſunt quæ diximus ἀσυνθετα.
I. In his cauendum eſt,Ne decreſcat oratio,& fortiori ſubiungatur aliquid infirmius:vt ſacrile
Philip.ij. go fur,aut latroni petulans. Augeri enim debent ſententiæ & inſurgere : vt optimè Cicero,
Tu,inquit,iſtis faucibus,iſtis lateribus,iſta gladiatoria totius corporis firmitate.Aliud enim
II. maius alio ſuperuenit.At ſi cœpiſſet à toto corpore,non bene ad latera faucesque deſcende-
ret. Eſt & alius Naturalis Ordo,vt viros ac fœminas,diem ac noctem,ortum & occaſum di
III. cas potius,* quàm retrorſum. Quædam ordine permutato fiunt ſuperuacua : vt,Fratres ge
mini.Nam ſi præceſſerint gemini,fratres addere nõ eſt neceſſe. Illa nimia quorũdam fuit
obſeruatio,vt Vocabula Verbis,Verba rurſus Aduerbiis,Nomina Appoſitis,& Pronomini K
IIII. bus rurſus eſſent priora.Nam fit contrà quoque frequẽter non indecorè. Necnon & illud
nimiæ eſt ſuperſtitionis,Vt quæque ſint tempore,ea etiam facere ordine priora: nõ quin fre
quenter ſit hoc melius,ſed quia interdum plus valent ante geſta,ideóque leuioribus ſuperpo-
V. nenda ſunt. Verbo ſenſum cludere,multo, ſi Compoſitio patiatur,optimum eſt.In verbis
enim ſermonis vis ineſt.* At ſi id aſperũ erit, cedat hæc ratio numeris, vt fit apud ſummos
Græcos Latinosque oratores frequentiſſimè.Sine dubio enim,omne quod non cludet, * Hy
perbaton eſt.Ipſum hoc inter Tropos vel Figuras,quæ ſunt virtutis,receptũ eſt. Non enim
ad pedes verba dimenſa ſunt.Ideóque ex loco transferuntur in locum, vt iungantur quo cõ-
gruunt maximè: Sicut in ſtructura ſaxorum rudium,etiam ipſa enormitas inuenit cui appli
cari,& in quo poſſit inſiſtere.Feliciſſimus tamẽ Sermo eſt,cui & rectus Ordo, & apta Iunctu L
Laſciua quorundã compoſitio & vitioſa. ra,& cum iis Numerus opportunè cadens contingit. Quædam vero Trãſgreſſiones & lon
gæ ſunt nimis,vt in ſuperioribus diximus libris:& interim etiam Cõpoſitione vitioſæ, quæ
in hoc ipſum petuntur,vt exultent atque laſciuiant:quales illæ Mecœnatis,Sole & aurora ru
bent plurima,Inter ſacra mouit aqua fraxinos. Ne exequias quidem vnus inter miſerrimos
viderem meas.Quod inter hæc peſſimum eſt,quia in re triſti ludit Compoſitio.Sæpe tamen
eſt vehemens aliquis ſenſus in verbo:quod ſi in media parte ſententiæ latet,* tranſiri inten-
tione,& obſcurari circumiacentibus ſolet:in clauſula poſitum aſſignatur auditori,& infigi-
Philip.ij. tur.quale illud Ciceronis,Vt tibi neceſſe eſſet in conſpectu populi Romani vomere poſtri-
die.Transfer hoc vltimum,minus valebit.Nam totius ductus hic eſt quaſi mucro, vt per ſe
* fœda vomendi neceſſitas,iam nihil vltra expectantibus,hanc quoque adiiceret deformita- M
tem,vt cibus teneri non poſſet poſtridie.Solebat Afer Domitius traiicere in clauſulas verba
tantum aſperandæ Compoſitionis gratia,& maximè in Prooemiis : vt pro Cloantilla, Gra-
tias agam continuo.Et pro Lælia,Eis vtriſque apud te iudicem periclitatur Lælia. Adeo refu
git teneram delicatamque modulandi voluptatem,vt * currentibus per ſe numeris quo eos
inhiberet,obiiceret. Amphiboliam quoque fieri vitioſa locatione verborum,nemo eſt qui

A nesciat. Hæc arbitror, vt in breui, de ordine fuisse dicenda: qui si vitiosus est, licet & * iuncta sit, & aptè cadens oratio, tamen merito incompositа dicatur. IVNCTVRA sequitur. Ea est in Verbis, Incisis, Membris, Periodis. Omnia nãque ista & virtutes, & vitia in cõplexu habent. Atque vt ordinem sequar, Primum quæ imperitis quoque ad reprehensionem notabilia videntur, * vt quæ commissis inter se verbis duobus ex vltima prioris, ac prima sequentis syllaba, deforme aliquod nomen efficiunt. Tum VOCAlium Cõcursus: qui cum accidit, hiat, & intersistit, & quasi laborat oratio. Pessimè longæ, quæ easdem inter se literas committunt, sonabunt. Præcipuus tamen erit hiatus earũ, quæ cauo aut patulo maximè ore efferuntur. E * plenior litera est, I angustior. ideóque obscurius in his vitium. Minus peccabit qui longis breues subiiciet, & adhuc qui præponet longæ breuem. * Minima est in dua-
B bus breuibus offensio. Atque cum aliæ subiunguntur aliis perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili, aut diuerso pronunciabuntur. Non tamen id vt crimen ingens expaueſcendum est, ac nescio an negligẽtia in hoc, an solicitudo sit peior. Inhibeat enim necesse est, hic metus impetum dicendi, & à potioribus auertat. Quare vt negligentiæ * est hoc pati, ita humilitatis vbique perhorrescere. Nimiosque non immerito in hac cura putãt omnes Isocratem secutos, præcipuéque Theopompum. At Demosthenes & Cicero modicè respexerunt in hanc partem. Nam & coeuntes literæ, quæ συναλοιφὴ * dicuntur, etiam leniorem faciunt orationem, quàm si omnia verba suo fine cludantur: & nonnunquam hiulca etiam decent, faciuntque ampliora quædam: vt, Pulchra oratione * acta omnino iactare: tum longæ per se, & velut optimæ syllabæ aliquid etiam * medii temporis inter vocales quasi intersistatur,
C * assumunt. Qua de re vtar Ciceronis potissimum verbis: Habet, inquit, ille tanquam hiatus & * concursus vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam, de re hominis magis quàm de verbis laborantis. Cæterum CONsonantes quoque, eæque præcipuè quæ sunt asperiores, in commissura verborum rixantur. & s vltima cum x proxima, * quarum tristior, etiam si binæ collidantur, stridor est, vt ars studiorum. Quæ fuit causa & Seruio (vt dixi) subtrahendæ s literæ, quoties vltima esset, aliaque consonante susciperetur. quod reprehendit Lauranius, Messala defendit. Nam neque Lucilium putant vti eadem vltima, cum dicit, Serenu' fuit, & dignu' * loco. Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic locutos. Inde, Belligerare po' meridiem. & illa Censorii Catonis, Die' hãc, æque m litera in e mollita. quæ in veteribus libris reperta mutare imperiti solent: & dum librario
D rum inscitiam insectari volunt, suam confitentur. Atqui eadem illa litera quoties vltima est, & vocalem verbi sequentis ita contingit, vt in eam transire possit, etiam si scribitur, tamẽ parum exprimitur: vt, Multum ille. &, Quantum erat. adeo vt penè cuiusdam nouæ literæ sonum reddat. Neque enim eximitur, sed obscuratur, & tantum aliqua inter duas vocales velut nota est, ne ipsæ coeant. Videndum etiam, Ne SYllabæ verbi prioris vltimæ, sint primæ sequẽtis. Id nequis præcipi miretur, Ciceroni in Epistolis excidit, Res mihi inuisæ visæ sunt Brute. Et in Carmine, O fortunatam natam me Consule Romam. Etiam Monosyllaba, si plura sunt, male continuabuntur: quia necesse est Compositio multis clausulis concisa subsultet. Ideóque etiam breuium verborum ac nominũ vitanda continuatio: & ex diuerso quoque longorum, afferunt enim quandam dicendi tarditatem. Illa quoque vitia sunt eiusdem
E loci, si Cadentia similiter, & similiter Desinentia, & eodem modo Declinata, multa iungantur. Ne verba quidem verbis, aut nomina nominibus, similiáque iis cõtinuari decet: cum virtutes etiam ipsæ tædium pariant, nisi gratia varietatis adiutæ. MEMBrorum, Incisorũmque iunctura non eo modo est obseruanda, quo verborum: quanquam & in his extrema & prima coeunt. Sed plurimum refert Compositionis, quæ quibus anteponas. Nam & vomens frustis esculentis, vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit. Et contrà (Nam frequentius vtar iisdem diuersarum quoque rerum exemplis, quo sint magis familiaria) Saxa atque solitudines voci respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt. Magis id insurgebat, si verteretur. * Nam etsi plus est saxa quàm bestias commoueri, inest tamen Compositioni decor. Sed transeamus ad NVMEROS. Omnis
F Structura, ac dimensio, & copulatio vocum constat aut Numeris (Numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτρῳ, id est dimensione quadam. Quod etiam si constat vtrunque pedibus, habet tamen non simplicem differentiam. Nam RHYTHMI, id est Numeri spatio temporum constant: METRA etiam ordine. ideóque alterum esse quantitatis videtur, alterum qualitatis. ῥυθμὸς aut par est, vt Dactylus. vnam enim syllabã parem breuibus habet. Est quidem vis eadem & aliis pedibus, sed nomen illud tenet. Longam esse duorum temporum,

Iũctura cõpositionis.

Vocaliũ cõcursus.

Cõsonantium commissura.

Syllabarũ cõtextus.

Mẽbrorũ incisorũque obseruatio Philip. ij.

Pro Archia.

De nũeris.

Rhythmos.

breuem vnius,etiam pueri ſciũt. Aut ſeſquiplex,vt Pæon:cuius vis eſt ex longa & tribus bre G
uibus,quique ei contrarius,ex tribus breuibus & longa,vel alio quoquo modo tempora tria
ad duo relata ſeſquiplum faciunt. Aut duplex,vt,Iambus, nam eſt ex breui & longa : quique
eſt ei contrarius . Sunt hi & Metrici Pedes : ſed hoc intereſt, quòd Rhythmo indifferens
eſt Dactylus,ne ille priores habeat breues,an ſequentes.* Tempus enim ſolum metitur, vt à
Sublatione ad Poſitionem iiſdem ſit ſpatiis pedum. In verſu pro Dactylo poni non poterit
Anapæſtus aut Spondeus:nec Pæon eadem ratione à breuibus incipiet ac deſinet. Neque ſo
lum alium pro alio pedem metrorum ratio non recipit, ſed ne Dactylum quidem aut forte
Spondeum,alterum pro altero. Itáque ſi quinque continuos Dactylos (vt ſunt in illo, Pandi
tur interea domus omnipotentis olympi) confundas,ſolueris verſum. Sunt & illa diſcrimi-
na,quòd rhythmis libera ſpatia, metris finita ſunt:& his certæ clauſulæ, illi quomodo cœpe H
rant currunt vſque ad μεταβολὴν, id eſt tranſitum in aliud genus rhythmi. Et quòd metrum
in verbis modo,rhythmus etiam in * corporis motu eſt. Inania quoque tẽpora rhythmi fa-
cilius accipient,quanquam hæc & in metris accidunt. maior tamen illic licentia eſt,vbi tem
pora etiam animo metiuntur,& pedum & digitorum ictu interualla ſignant,aut quibuſdam
notis: atque æſtimant quot breues illud ſpatium habeat. inde * πεντάσημον, πενταόσημον. Dein-
ceps longiores fiunt percuſſiones. Nam σημεῖον, Tempus eſt vnum. In Compoſitione oratio-
nis certior,& magis omnibus aperta ſeruari debet dimenſio. Eſt igitur in pedibus. Et Metri-
ci quidem Pedes adeo reperiuntur in oratione , vt in ea frequenter non ſentientibus nobis
omnium generum excidant verſus. Et contrà,nihil eſt proſa ſcriptum, quod non redigi poſ-
ſit in quædam verſiculorum genera,vel in membra. Sed in adeo moleſtos incidimus Gram- I
maticos,quorum fuerunt,qui Lyricorum quædam carmina in varias menſuras coegerũt. At
Cicero frequentiſſimè dicit totum hoc conſtare numeris , ideóque reprehẽditur à quibuſdã,
tanquam orationem ad rhythmos alliget. Nam ſunt Numeri Rhythmi,vt & ipſe cõſtituit:
Eclog.ix. & ſecuti eum Virgilius cum dicit, Numeros memini ſi verba tenerem: & Horatius, Nume-
Car.iiij. risque fertur lege ſolutis. Inuadunt ergo hanc inter cæteras vocem. Neque enim Demoſthe-
nes fulmina tantopere vibraſſe diceretur,niſi numeris illa contorta ferrentur. In quo ſi hoc
ſentit,rhythmis contorta,diſſentio. Nam rhythmi,vt dixi,neque habent finem certum,nec
vllam in contextu varietatem:ſed qua cœperunt Sublatione ac Poſitione ad finem vſque de-
currunt. Oratio non deſcẽdit ad ſtrepitum digitorum. Id quod Cicero optimẽ videt, ac teſta
tur frequenter,Se quod numeroſum ſit quærere,vt magis non ἄῤῥυθμον, quod eſſet inſcitum K
atque agreſte,quàm εὔῤῥυθμον,quod poeticum eſt,eſſe Compoſitionem velit:Sicut etiam quos
palæſtritas eſſe nolumus,tamen eſſe nolumus eos qui dicuntur ἀπάλαιστοι. Verum ea quæ
efficitur è pedibus æqua clauſula,nomẽ aliquod deſiderat.* Quid ſit igitur potius quàm Nu
merus,& Oratorius Numerus,vt Enthymema Rhetoricus Syllogiſmus. Ego certè ne in calũ
niã cadam,qua ne M. quidé Tullius caruit,poſco hoc mihi, vt cum pro cõpoſito dixero Nu
Collocatio merum,& vbicũque iam dixi, Oratorium dicere intelligar. COLLOCATIO autem
apta. verba iam probata, & electa, & velut aſſignata ſibi debet connectere : nam vel dura inter ſe
commiſſa potiora ſunt inutilibus. Tamen & eligere quædam,dum ex iis quæ idem ſignifi-
cent,atque idem valeant,permiſerim: Et adiicere,dum non ociosa:Et detrahere,dum nõ ne-
ceſſaria.* Et Figuris mutare,& caſus,& numeros,quorum varietas frequenter gratia Compo L
ſitionis adſcita etiam ſine numero ſolet eſſe iucunda. Etiam vbi aliud ratio, aliud conſuetu-
do poſcit,vtrum volet ſumat Compoſitio, Vitauiſſe vel Vitaſſe, Deprehẽdere vel Deprẽdere.
Coitus etiam ſyllabarum non negabo, & quicquid ſententiis aut Eloquentiæ non nocebit.
Præcipuum tamẽ in hoc opus eſt,ſcire, Quid quoque loco verborũ maximè quadret. Atque
Pedũ ratio is optimè componet,qui hoc ſolum componendi gratia faciet. RAtio vero PEDVM
in oratiõe. in oratione eſt multo quàm in verſu difficilior. Primum,quòd verſus paucis continetur, ora
tio longiores habet ſæpe Circuitus:deinde,quòd verſus ſemper ſimilis ſibi eſt,& vna ratione
decurrit:orationis Compoſitio niſi varia eſt,& offendit ſimilitudine,& affectatione deprehẽ
ditur. Et in omni quidem corpore,totóque (vt ita dixerim) tractu,numeris inſerta eſt. Neque
Numerus ſine enim loqui poſſumus niſi è ſyllabis breuibus ac longis, ex quibus Pedes fiunt. Magis ta- M
ſine domi- men & deſideratur in CLAVSVLIS,& apparet : primum,quia ſenſus omnis habet ſuũ
natur. finem,poſſidetque naturale interuallum,quo à ſequentis initio diuidatur:deinde,quòd aures
continuam vocem ſecutæ,ductæque velut prono decurrentis orationis flumine, tum ma-
gis iudicant,cum ille impetus ſtetit,& intuendi tempus dedit. Non igitur durum ſit neque
abruptum,quo animi velut reſpirant ac reficiuntur. Hæc eſt ſedes orationis , hoc auditor ex-

A pectat,hic laus omnis declamat. Proximam Clausulis diligentiam postulãt INITIA, nam & ad hæc intentus auditor est. Sed eorum facilior ratio est. Non enim cohærent aliis, nec præcedentibus seruiunt:sed nouum exordium sumunt,cum illa quamlibet sit composi ta,ipsam gratiam perdat,si ad eam rupta via veniamus. Nanque cum sit, vt videtur, seuera Demosthenis Compositio, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι δὲ πάντας. & illa quæ ab vno (quod sciam)Bruto minus probatur,cæteris placet, νὴ μὴ πῶ * θάλλη, μηδὲ τοξότη: Non desunt qui Ciceronem carpant in his, Familiaris cœperat esse balneatori. Et non minus dura Archipiratæ.nam Balneatori & Archipiratæ idem finis est,qui πᾶσι μὴ πάσας, & qui μηδὲ τοξότη: sed priora sunt,ideo seueriora. Est in eo quoque nonnihil, quòd hic singulis verbis bini pedes continentur, quod etiam in carminibus est permolle : nec so-
B lum vbi quinæ syllabæ nectuntur,vt in his,Fortissima Tyndaridarum : sed etiam quaternæ, cum versus cluditur,Apennino:&,Armamẽtis:&,Oriona. Quare hoc quoque vitãdum est, ne plurium syllabarum verbis vtamur in fine. MEDIIS quoque non ea modo cura sit, Vt inter se cohæreãt:sed, Ne pigra, Ne longa sint:Ne,quod nũc maximũ vitium est,breuium contextu resultent,ac sonum reddant penè puerilium crepitaculorum. Nam vt initia clausulæque plurimũ momenti habent, quoties incipit sensus aut desinit: sic in mediis quoque sunt quidam conatus qui leuiter insistunt: Vt currentium pes etiam si non moratur,tamen vestigium facit : Itáque non modo membra atque incisa bene incipere atque cludi decet,sed etiam in his quæ non dubie contexta sunt,nec respiratione vtuntur *, illi vel occulti
C gradus (Quis enim dubitet vnum sensum & vnius spiritus esse) Animaduerti iudices omnẽ accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Tamen & duo prima verba,& tria proxima,& deinceps duo rursus ac tria,suos quasi numeros habẽt spiritum sustinẽtes : sicut apud rhythmicos æstimantur hæ particulæ,prout sunt graues,acres,lentæ,celeres,remissæ, exultãtes. Proinde,id quod ex illis conficitur,aut seuerum,aut luxuriosum,aut quadratum,aut solutum erit. Quædam etiam Clausulæ sunt Claudæ atque Pẽdentes,si relinquantur.sed sequẽtibus suscipi ac sustineri solent:eóque facto vitium, quod erat in fine, continuatio emendat. Non vult P.R.obsoletis criminibus accusari Verrem : Durum si desinas.sed cum est continuatum iis quæ sequuntur,quanquam natura ipsa diuisa sint, Noua postulat,inaudita desiderat : saluus est cursus. Vt adeas tantum dabis:male cluderet.nam & trimetri versus pars vltima est.excipit, Vt cibum vestitũmque introferre liceat, tantum : præceps adhuc firmatur ac
D sustinetur vltima,Recusabat nemo. VERSVM in oratione fieri multo fœdissimum est totum,sicut etiam in parte deforme: vtique si pars posterior in clausula deprehendatur, aut rursus prior in ingressu. Nam quod est contrà, sæpe etiam decet, quia & cludit interim optimè prima pars versus, dum intra paucas syllabas, præcipuè senarii atque octonarii. In Aphrica fuisse, initium senarii est, primũ pro Q.Ligario caput cludit.* Esse videatur. Nam nimis frequens octonariũ inchoat *. Talia sunt Demosthenis, πᾶσι δὲ πάσας. & πᾶσιν ὑμῖν ὅσων δύνασαι,& totum penè principium. Et vltima versuum initio conueniunt orationis. Et si vereo ir udices. &,Animaduerti iudices. Sed initia initiis nõ conueniunt. T. Liuius hexametri exordio cœpit,Facturus ne operæprecium sim. Nam ita edidit,estque melius quàm quomodo emendatur. Nec clausulæ clausulis,vt Cicero, Quò me vertam nescio. qui trimetri fi-
E nis est. Trimetrum. &,Pro misero dicere liceat. Sex enim pedes,tres percussiones habẽt. Pe ius claudit finis hexametri:vt Brutus in Epistolis,Neque enim illi malũt habere tutores aut defensores,quanquam sciunt placuisse Catoni. Illic minus sunt notabiles,quia hoc genus sermoni proximum est. Itaque & versus hi ferè excidunt, quos Brutus ipso componẽdi ductus studio sæpissimè facit,non raro Asinius: sed etiam Cicero nonnũquam,vt in principio statim orationis in Lucium Pisonem, Pro dii immortales,quis hic illuxit dies? Non minore autem cura vitandum est,quicquid εὔρυθμον, quale est apud Sallustium , Falso queritur de
F natura sua. Quãuis enim iuncta sit,tamen soluta videri debet oratio. Atqui Plato diligentissimus compositionis,in Timæo prima statim parte vitare ista non potuit. Nam & initium hexametri statim inuenias,& Anacreontion protinus colon efficias,& si velis trimetron, & quod duobus pedibus & parte, παρημιμερὴς à Græcis dicitur , & hæc omnia in tribus verbis,vt * Thucydidis,οἳ δρύμασι πᾶρες ἐφάνησαν, ex mollissimo rhythmorum genere excidant.

Sed quia orationẽ iam constare Pedibus dixi,aliqua de iis quoque,quorũ * quoniã nomina varia traduntur,constituẽdum est,quo quẽque appellemus. & quidem Ciceronem sequar, nam is eminentissimos Græcorum est secutus,excepto quòd Pedes mihi Trisyllabos nõ videtur excedere , quãquam ille Pæone Dochimóque, quorum prior in quatuor , secundus in

Numerus initijs.

Pro Ctesi.

Philip.iij.

Pro Cęlio

Hor. Ser.i. Sat.i.

Media qd artis postulent.

Pro Cluẽt.

Clausulæ pendẽtes.

Act.vij. In eadem.

Versus abest ab oratione.

Pro lege Manilia.

Pro Mil.

Pro Cluẽ.

Pro Lig.

In Iugur.

quinque excurrit,vtatur. Nec tamen ipſe diſſimulat quibuſdam numeros videri non Pedes. G
neque immerito. Quicquid enim ſupra tris ſyllabas habet, id ex pluribus eſt pedibus. Ergo
Pedũ noĩa cum cõſtẽt quatuor Pedes binis,octo ternis,SPONDEVM lõgis duabus: PYRRHI-
CHIVM quem alii * Periambum vocãt, breuibus. IAMBVM breui lõgáque: huic cõ
trariũ è lõga & breui,hũc CHOREVM nos,vt alii TROCHAEVM, nominemus.
Ex iis vero qui ternas ſyllabas habẽt,DACTYLVM,lõga duabusque breuibus:huic tẽ
poribus parẽ,ſed retro actum,appellari cõſtat ANAPAESTON. Media inter lõgas bre
uis faciet Amphimacrũ,ſed frequẽtius eius nomẽ eſt CRETICVS: Longa inter breues,
AMPHIBRACHYS. Duabus lõgis breuẽ ſequẽtibus BACCHIVS: totidẽ longis
breuẽ præcedẽtibus, huic cõtrarius, PALIMBACCHIVS erit. Tres breues TRO-
CHAEVM,quẽ TRIBRACHYN dici volũt,qui Choreo Trochæi nomẽ imponũt: H
totidem lõgæ MOLOSSON efficiũt. Horũ pedũ nullus nõ in orationẽ venit. Sed quo
Cic. & Te rẽtianus. quique ſunt tẽporibus pleniores,lõgisque ſyllabis magis ſtabiles, hoc grauiorẽ faciũt oratio-
nem,breues celerẽ ac mobilẽ. Vtrũque locis vtile. Nã & illud vbi opus eſt velocitate,tardum
& ſegne: & hoc vbi pondus exigitur,præceps ac reſultãs merito dãnetur. Sit in hoc quoque
aliquid fortaſſe momẽti,quòd & lõgis lõgiores,& breuibus ſunt breuiores ſyllabæ,vt quãuis
neque plus duobus tẽporibus, neque vno minus habere videãtur (ideóque in metris omnes
breues longæque inter ſe obſeſſæ ſunt pares) lateat tamẽ neſcio quid,ſi quicquam ſuperſit aut
deſit. Nã verſuũ propria cõditio eſt,ideóque in his quædã etiã cõmunes. Veritas vero quia pa
titur æque breuẽ eſſe vel longã vocalẽ cum eſt ſola,quàm cũ eã cõſonãtes vna pluresve præce-
dunt,certè in dimẽſione pedum, ſyllaba quæ eſt breuis inſequente alia vel breui,quæ tamen I
Eclog.i. duas primas cõſonãtes habeat,fit longa:vt,* Agreſtẽ tenui muſam meditaris auena. Nam li-
cet gre breuis, facit tamen longam,a,priorem. Dat igitur illi aliquid ex ſuo tẽpore: quomo-
do? niſi habeat plus quàm quæ breuiſſima,qualis ipſa eſſet detractis conſonãtibus? nũc vnũ
tempus accommodat priori, & vnũ accipit à ſequente:ita duæ natura breues, poſitione ſunt
temporũ quatuor. Miror autem in hac opinione doctiſſimos homines fuiſſe, vt alios Pe-
des ita eligerent,alios damnarent,quaſi vllus eſſet quem non ſit neceſſe in oratione deprehẽ
Rhetor.iij di. Licet enim Pæonem ſequatur Ephorus inuentũ à Thraſymacho, probatũ ab Ariſtotele,
Dactylúmque, vt temperatiores breuibus ac longis: fugiat Spondeum & Trochæum, alte-
rius tarditate, alterius celeritate damnata: & Herous qui eſt idem Dactylus, Ariſtoteli am-
plior,Iambus * humanior videatur: Trochæũ vt nimis currentem damnet,eique * Cordacis K
nomen imponat, eadémque dicant Theodectes ac Theophraſtus, ſimilia poſt eos Halicar-
naſſeus Dionyſius: irrũpent etiam ad * vicinos,nec ſemper illis Heroo aut Pæone ſuo,quem
quia verſus raro facit,maximè laudant,vti licebit. Vt ſint tamẽ aliis alii crebriores,non ver-
ba facient,quæ neque augeri,nec minui, nec ſicut modulatione produci aut corripi poſſint:
ſed tranſmutatio & collocatio. Plerique enim ex commiſſuris eorũ,vel diuiſione fiũt Pedes,
quo fit vt iiſdem verbis alii atque alii verſus fiant. vt memini quẽdam non ignobilẽ poetam
ita luſiſſe, Aſtra tenet cælũ,mare claſſes,area meſſem. Hic retrorſum fit Sotadeus. * Itémque
Sotadeo adiũgat retro trimetros.* Caput hoc exeruit mobile pinus repetita *. Miſcẽdi ergo
ſunt,curãdúmq; vt ſint plures qui placeãt,& circũfuſi bonis deteriores lateãt. Nec vero in li-
teris ſyllabisq; natura mutatur,ſed refert quæ cũ quaq; optimè coeat. Plurimũ igitur authori L
tatis,vt dixi,& põderis habẽt lõgæ,celeritatis breues: quæ ſi miſcẽtur quibuſdã lõgis, currũt:
ſi cõtinuãtur,exultãt. Acres,quæ ex breuibus ad lõgas inſurgũt: leniores,quæ ab lõgis in bre-
ues deſcẽdũt. Optimè incipitur à longis,rectè aliquãdo à breuibus: vt, Nouũ crimẽ C. Cæſar:
Pro Cluẽ. lenius: vt, Animaduerti iudices.* Quod initium partitioni ſimile eſt,quæ celeritate gaudet.
Clauſula quoque è longis firmiſſima eſt,ſed cludẽt & breues,quãuis habeatur indifferens vl-
tima. Neque enim ego ignoro in fine pro longa accipi breuem, quòd videtur aliquid vacan-
tis temporis,ex eo quod inſequitur,accedere: aures tamen conſulens meas intelligo multum
Pro Mil. referre,vtrum ne longa ſit quæ cludit,an pro longa. Neque enim tam plenum eſt dicere, In-
Pro Lig. cipientem timere:quàm illud, Auſus es confiteri. Atqui ſi nihil refert, breuis an longa ſit vl-
tima,idem pes erit: verũ neſcio quomodo ſedebit hoc,illud ſubſiſtet. Quo moti quidã,lon- M
gæ vltimæ tria tẽpora dederũt,vt illud tẽpus quod breuis ex longa accipit,huic quoq; accede
ret. Nec ſolũ refert quis claudat,ſed quis antecedat. Retrorſum autẽ neque plus tribus, iique
ſi non ternas ſyllabas habebũt,repetẽdi ſunt (Abſit tamen poetica obſeruatio) neque minus
duobus,alioqui pes erit non numerus. Poteſt tamen vel vnus eſſe Dichoreus,ſi vnus eſt qui
conſtet ex duobus Choreis. Itémque Pæon,qui eſt ex Choreo & Pyrrhichio,quẽ aptum ini-

A tiis putãt.vel cõtra qui eſt ex tribus breuibus & longa,cui clauſulam aſſignãt: de quibus ferè
duobus ſcriptores huius artis loquũtur. Alios omnes quotcũque ſint temporum,quæ ad ora
tionem pertineãt,Pæonas appellãt. Eſt & Dochimus, qui fit ex Bacchio & Iambo, vel Iam-
bo & Cretico,ſtabilis in clauſulis & ſeuerus.Spõdeus quoque,quo plurimum eſt Demoſthe-
nes vſus,moram ſemper per ſe habet:optimè præcedet eum Creticus: vt in hoc, De quo ego
nihil dicam niſi depellendi criminis cauſa. Illud eſt quod ſupra dixi,Multum referre,vno Referre in
ne verbo Pedes ſint duo comprehẽſi,an vterque liber.Sic enim fit forte,Criminis cauſa:mol vno an in
le archipiratæ:mollius ſi Tribrachus præcedat, facilitates, temeritates. Eſt enim quoddam plurib⁹ ver
in ipſa diuiſione verborum latẽs tempus,vt in Pẽtametri medio,Spondeo : qui niſi alterius bis ijdem
verbi fine,alterius initio cõſtet,verſum nõ efficit. Poteſt etiam ſi minus bene, præponi Ana ſint pedes.
B pæſtus,Muliere nõ ſolum nobili,verumetiam nota. Tum Anapæſtus & Creticus *. Iambus
quoque,qui eſt vtroq; ſyllaba minor.præcedet enim tres longas breuis.Sed & Spondeus Iam
bo rectè præponitur,Iiſdem in armis fui.* Tum Spõdeus & Bacchius, ſic enim fiet vltimus
Dochimus,Iiſdem in armis fui.Ex iis quæ ſupra probaui,apparet Moloſſon quoque clauſu-
læ cõuenire,dum habeat ex quocũque Pede ante ſe breuẽ. Illud ſcimus,vbicũque ſunt,eſſe
pro nobis. Minus grauis erit Spõdeus præcedẽte * ſe Pyrrichio:vt,* Iudicii Iuniani:& ad- In Orat.
huc peius priore Pæone:vt, Brute dubitaui. niſi potius hoc eſſe velimus Dactylum & Bac-
chium. Duo Spondei non ferè cõiungi patiũtur, quæ in verſu quoque notabilis clauſula eſt,
niſi cum id fieri poteſt ex tribus quaſi membris,* Cur de perfugis noſtris copias comparat is
cõtra nos ? * vna ſyllaba,duabus,vna. Ne Dactylus quidẽ Spõdeo bene præponitur,quia fi
C nem verſus damnamus in fine orationis. Bacchius & cludit,& ſibi iũgitur, Venenum time
res.* Vitat Choreum,Spõdeum * autẽ amat: vt,Nõ venena timeres,ſed virus timeres.* Cõ-
trarius quoque qui eſt,cludet,niſi ſi vltimã lõgam eſſe volumus : optimẽque habebit ante ſe Pro Lig.
Moloſſon:vt,Et ſpinis reſperſum. Aut Bacchium, Quod hic poteſt,nos poſſemus.Sed verius Act.vij.
erit cludere Choreum præcedẽti Spõdeo. Nam hic potius eſt numerus, Nos poſſemus : &,
Romanus ſum.Cludet & Dichoreus,ſi pes idem tamẽ ſibiipſi iungetur, quo Aſiani ſunt vſi
plurimum. Cuius exemplum Cicero ponit, Patris dictum ſapiẽs temeritas filii comproba- In Orat.
uit. Accipiet ante ſe Choreus & Pyrrhichium, Omnes propè ciues virtute, gloria dignitate,
ſuperabat.Cludet & Dactylus,niſi eum obſeruatio vltimæ Creticum facit:vt,Muliercula ni- Act.vij.
xus in littore. Habebit antè bene Creticum & Iambum,Spõdeum male,peius Choreũ.Clu-
D dit Amphibrachus,Q.Ligariũ in Aphrica fuiſſe:ſi nõ eum malumus eſſe Bacchium.* Non Pro Lig.
optimus eſt Trochæus, ſi vltima eſt breuis, quod certè ſit neceſſe eſt, alioqui quomodo clu-
det,qui placet pleriſque Dichoreus? Illa obſeruatione ex Trochæo fit Anapæſtus.Idem Tro-
chæus præcedẽte lõga fit Pæon:quale eſt,Si potero.&,Dixit hoc Cicero,Obſtat inuidia: Sed
hoc initiis dederũt.Cludit & Pyrrhichius Choreo præcedente. Nam ſic Pæon eſt. Omnes ii
qui in breues excidũt,minus erũt ſtabiles: nec alibi ferè ſatis apti, quàm vbi curſus orationis
exigitur,& clauſulis nõ * inſiſtitur. Creticus eſt INITIIS optimus, Quæ * precatus à Initijs apti
diis immortalibus ſum.& clauſulis,In cõſpectu populi Romani vomere poſtridie. Apparet pedes.
vero quàm bene eum præcedãt,vel Anapæſtus,vel ille qui videtur fini aptior,Pæon.Sed & ſe Pro Mur.
ipſe ſequitur,Seruare quàmplurimos.Sic melius,quàm Choreo præcedẽte,Quis nõ turpe du Pro Lig.
E ceret?ſi nõ vltima breuis pro lõga ſit.Sed fingamus ſic,Non * turpe ducerẽt?Sed hic eſt illud Philip. ij.
inanè quod dixi. Paululum enim moræ damus inter vltimum atque proximum verbum,&
turpe illud interuallo quodam producimus : alioqui ſit exultantiſſimum , & trimetri finis,
Quis nõ turpe duceret? Sicut illud,Ore ſpiritum excipere liceret : ſi iungas, laſciui carminis Act.ij.
eſt:ſed interpũctis quibuſdam, & tribus quaſi initiis fit plenum authoritatis. Nec ego cum
præcedẽtes pedes poſui,legem dedi,ne alii eſſent:ſed quid ferè accideret, quod in præſentia vi
deretur optimum,oſtẽdi. Et quidem * non optimè eſt ſibi iunctus Anapæſtus, vt qui ſit pẽ-
tametri finis:vel Rhythmus,qui nomẽ ab eo traxit, Nam vbi libido dominatur, innocẽtiæ Craſſus.
leue præſidiũ eſt. Nam Synalœphe facit vt vltimæ ſyllabæ pro vna ſonẽt.* Mollior fiet præ-
cedẽte Spõdeo vel Bacchio:vt ſi mutes idem,Leue innocẽtiæ præſidium eſt. Non me ca-
F pit (vt à magnis viris diſſentiam)Pæon,qui eſt ex tribus breuibus & lõga. Nam eſt ipſe vna
plus breui Anapæſto,facilitas,& agilitas. Quod quid ita placuerit iis non video, niſi quòd il
lum ferè probauerint,quibus loquendi magis quàm orãdi ſtudium fuit. Nam & ante ſe bre-
uibus gaudet Pyrrhichio & Choreo, Mea vel noſtra facilitas. At præcedente Spondeo tum
planè finis eſt trimetri,cum ſit per ſe quoque * ei cõtrarius. Principiis merito laudatur. Nam
& primam ſtabilem & tres celeres habet, tamen hoc quoque meliores alios puto. Totus

vero hic locus non ideo tractatur à nobis, vt oratio quæ ferri debet ac fluere, * demetiẽdis pe G
dibus, ac perpendendis syllabis consenescat. Nam id tum miseri, tum in minimis occupati
est. Neque enim qui se totum in hac cura consumpserit, potioribus vacabit: siquidem relicto
In Orat. rerum pondere, ac nitore cõtempto, tesserulas (vt ait Lucilius) struet, & vermiculate inter se
lexeis committet.* Nonne ergo refrigeretur sic calor, & impetus pereat, vt equorum cursum
qui dirigit minuit, & passus qui æquat, cursum frangit, quasi numeri non fuerint in Compo
sitione deprehensi?* Sicut poema nemo dubitauerit * imperito quodam initio fusum, & au-
rium mensura, & similiter decurrentium spatiorum obseruatione esse generatum: mox in eo
repertos Pedes. Satis igitur in hoc nos componit multa scribendi exercitatio, vt ex tempore
etiam similia fundamus. Neque vero tam sint intuendi Pedes, quàm vniuersa comprehen-
sio. Vt versum facientes, totum illum decursum, non sex vel quinque partes, ex quibus cõstat H
Enn. in Orat. versus, aspiciunt. Ante enim carmen ortũ est, quàm obseruatio carminis. Indeque illud, Fau-
ni vatesque canebant. Ergo quem in poemate locũ habet Versificatio, eum in oratione Com
positio. Optimè autẽ de illa iudicãt aures, quæ & plena sentiũt, & parum expleta desiderãt, &
fragosis offenduntur, & lenibus mulcentur, & contortis excitantur, & stabilia probant, clau
da deprehendunt, redundantia & nimia fastidiunt. Ideóque docti rationem componẽdi in-
telligunt, & indocti voluptatem. Quædam vero tradi arte non possunt. Mutandus est ca-
sus, si durius is quo cœperamus feratur: num in quẽ transeamus * ex quo præcipi potest? Fi-
guræ laboranti etiam Compositioni variatæ sæpe succurrunt. Quæ? cum orationis, tum etiã
sententiæ: * num præscriptum eius rei vllum est? Occasionibus vtendum, & cum re præsen-
ti deliberandum. Enimuero spatia ipsa, quæ in hac quidem parte plurimum valent, quod pos I
sunt nisi aurium habere iudicium? Cur alia paucioribus verbis satis plena, vel nimium, alia
Act. iiij. pluribus breuia & absciſſa sunt? Cur in Circũductionibus etiã cum sensus finitus est, aliquid
tamen loci vacare videatur? Neminem vestrum ignorare arbitror iudices, hunc per hosce
dies sermonem vulgi, atque hãc opinionem Populi Romani fuisse. Cur, hosce, potius quàm
hos? Neque enim erat asperum. Rationem fortasse non reddam, sentiam esse melius. Cur
non satis sit, Sermonem vulgi fuisse? Compositio enim patiebatur. Ignorabam, sed ita vt au-
dio, hoc animus accipit, plenum sine hac geminatione non esse. Ad sensum igitur referenda
sunt. Nequis satis fortè quid seuerum, quid iucundum sit, intelligere: * facias quidem natura
duce melius quàm arte: sed naturæ ipsi ars inerit. Illud prorsus Oratoris, scire, Vbi quoque
genere Compositionis sit vtendum. Ea duplex Obseruatio, Altera, quæ ad Pedes refertur: Al K
tera, quæ ad Comprehensiones, quæ efficiuntur ex pedibus. Et de his prius. Diximus igi-
Incisum. In Corn. ij tur esse Incisa, Membra, Circuitus. INCISVM (quãtum mea fert opinio) erit sensus nõ
expleto numero conclusus: plerisque pars Membri. Tale est enim quo Cicero vtitur, Domus
tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. Fiunt autem etiam singulis verbis In-
Membrũ. cisa: vt, Diximus, testes dare volumus. Incisum est, Diximus. MEMBRVM autem est
sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiẽs. Id enim, O cal-
lidos homines, perfectum est: at remotum à cæteris vim non habet: vt per se manus, & pes,
& caput. &, O rem excogitatam. quando ergo incipit corpus esse? cum venit extrema conclu
In Orat. sio, Quem, quæso, nostrum fefellit, id vos ita esse facturos? Quam Cicero breuissimam putat.
Periodus. Itáque feré Incisa & Membra mixta sunt, & Cõclusionem vtique desiderãt. PERIO- L
DO plurima nomina dat Cicero, Ambitum, Circuitum, Comprehensionem, Cõtinuatio-
nem, Circunscriptionem. Genera eius duo sunt: Alterum simplex, cum sensus vnus longio
Act. vij. re ambitu circunducitur: Alterum, quod constat Membris & Incisis, quæ plures sensus ha-
Periodi ratio. bent, Aderat ianitor carceris, & carnifex Prætoris, & reliqua. Habet Periodos Mẽbra mi-
nimum duo. Medius numerus videtur quatuor: sed recipit frequẽter & plura. Modus ei à Ci
cerone, aut quatuor senariis versibus, aut ipsius spiritus modo terminatur. Præstare debet, Vt
Membri ratio. sensum concludat: Sit aperta, vt intelligi possit: Non immodica, vt memoria cõtineri. Mem
brũ longius iusto, tardũ: breuius, instabile est. Vbicunque acriter erit & instanter pugnaciter-
que dicendum, membratim cæsimque dicemus. Nam hoc in oratione plurimum valet:
adeóque rebus accommodãda Compositio, vt asperis asperos etiam numeros adhiberi opor M
teat, & cum dicente æque audientem inhorrescere. Membratim plerunque narrabimus, aut
ipsas Periodos maioribus interuallis, & velut laxioribus nodis resoluemus: exceptis quæ nõ
Act. v. docendi gratia, sed ornandi narrantur: vt in Verrem Proserpinæ raptus.* Hæc enim lenis &
fluens contextus decet. Periodos apta Procœmiis maiorum causarum, vbi solicitudine, com-
mendatione, miseratione res eget. Item Communibus Locis, & in omni amplificatione. sed

A poſcitur tum auſtera,ſi accuſes:tum fuſa,ſi laudes. Multum & in Epilogis pollet. Totum autem adhibendum eſt,* quo ſit amplius Compoſitionis genus,cum iudex non ſolum rem tenet,ſed etiam captus eſt oratione,& ſe credit actori,& voluptate iam ducitur. HISTORIA non tam finitos numeros, quàm orbem quendam contextúmque deſiderat. Nãque omnia eius Membra cõnexa ſunt,* quoniam lubrica eſt, ac fluit: Vt homines, qui manibus inuicem apprehenſis gradum firmant, continent & cõtinẽtur. DEMONSTRATIVVM Genus omne fuſiores habet liberiorésque numeros. IVDICIALE & CONCIONALE vt materia varium eſt,* ſic etiam ipſa collocatione verborum. Vbi iam nobis pars ex duabus (quas modo fecimus) ſecunda tractanda eſt. Nam quis dubitat alia lenius,alia cõcitatius,alia ſublimius,alia pugnacius, alia gracilius, alia grauius eſſe dicẽ-
B da? Grauibus,ſublimibus,ornatis,longas magis ſyllabas cõuenire? Ita vt lenia ſpatium,ſublimia & ornata claritatem quoque * vocum poſcant,potius quàm his cõtraria. Magis laudarem, breuibus Argumenta, Partitiones, locos, & quicquid eſt Sermoni magis ſimile.

Itaque componemus PROOEMIVM varie,atque vt ſenſus eius poſtulabit. Neque enim acceſſerim Celſo,qui vnam quandam huic parti formam dedit:& optimam Compoſitionem eſſe Procemii,vt apud Aſinium,dixit,Si Cæſar ex omnibus mortalibus,qui ſint ac fuerint,poſſet huic cauſæ diſceptator legi, non quiſquam te potius optandus nobis fuit. Non quia negem hoc bene eſſe compoſitum,ſed quia legem hanc eſſe componẽdi in omnibus Principiis recuſem. Nam iudicis animus varie præparatur, tum miſerabiles eſſe volumus,tum modeſti,tum acres,tum graues,tum blandi,tum flectere, tum ad diligẽtiam hor-
C tari. Hæc vt ſunt diuerſa natura, diſſimilem componẽdi quoque rationem deſiderant. An ſimilibus Cicero vſus eſt numeris in Exordio pro Milone? pro Cluentio? pro Ligario?

NARRATIO ferè tardiores,atque,vt ſic dixerim,* modeſtiores deſiderat pedes, & nominibus maximè mixtos. Nam * & verbis,vt ſæpius preſſa eſt,ita interim inſurgit: ſed docere & infigere animis res ſemper cupit:quod minimè feſtinantium opus eſt. Ac mihi videtur tota Narratio conſtare longioribus Membris, breuioribus Periodis. ARGVMENTA Acria & Citata, pedibus quoque ad hanc naturam accommodatis * vtentur. Non tamẽ ita vt Trochæis,quæ celeria quidem,ſed ſine viribus ſunt: Verum quãuis ſint breuibus longisque mixta,* non tamẽ plures lõgas quàm breues habẽtia. Illa SVBlimia, ſpatioſas clarasque voces habẽt,amãt amplitudinem.* Dactyli quoque ac Pæones,etiam ſi ma-
D iori ex parte ſyllabis breuibus,temporibus tamẽ ſatis pleni. ASPera cõtra Iambis maximè cõcitãtur:non ſolum quòd è duabus modo ſyllabis, cõque frequentiorem quaſi pulſum habẽt,quæ res lenitati cõtraria eſt:ſed etiam quòd omnibus * partibus inſurgũt,& à breuibus in lõgas nitũtur & creſcũt. Ideóque meliores Choreis,qui à longis in breues cadũt. SVMmiſſa,qualia in Epilogis,lentas & ipſa & minus exclamãtes exigũt. Vult eſſe Celſus aliquam & ſuperiorem Compoſitionem,* quam ſi quidem ſciremus,doceremus: ſed ſit neceſſe eſt tarda & ſupina. Verum niſi ex verbis atque ſentẽtiis per ſeſe id quæritur, ſatis odioſa eſſe non poterit. Denique,vt ſemel finiam,Sic ferè componendum,quo modo pronunciandum erit. An non in Procemiis plerũque ſummiſſi,niſi cum in accuſatione cõcitandus eſt iudex, aut aliqua indignatione complẽdus? In Narratione pleni atque expreſſi? In Argumẽtis ci-
E tati,atque ipſo etiam motu celeres ſumus? vt * in locis ac deſcriptionibus fuſi ac fluentes,in Epilogis plerũque deiecti & infracti? Atqui corporis quoque * motui ſua quædam tempora, * & ad ſigna pedum, nõ minus ſaltationi,quàm modulationibus adhibet muſica ratio * numeros. Quid nõ vox ad actus accõmodatur naturæ ipſarum de quibus dicimus rerum? Quominus id mirum in pedibus orationis,cum debeãt ſublimia ingredi, lenia duci, acria currere,delicata fluere. Itáque vbi eſt neceſſe,affectamus etiam * tumorem,qui Spõdeis atque Iambis maximè continetur,* Hyperoargus ſceptra mihi liquit Pelops. At ille comicus æque ſenarius,quem Trochaicum vocãt, pluribus Choreis, qui Trochæi ab aliis dicuntur. Pyrrhichius quidem decurrit:ſed quantum celeritatis habet, tantum grauitatis * admittit, Quid
F igitur faciam? non eam? ne nunc quidem? * Aſpere vero & maledictum etiam in carmine Iambis craſſatur. Quis hoc poteſt videre? quis poteſt pati? niſi impudicus,& vorax, & aleo?

In vniuerſum autẽ,ſi ſit neceſſe, Duram potius atque aſperam cõpoſitionem malim eſſe, quàm effœminatã & enerue: qualis apud multos,& quotidie magis laſciuimus,* ſyntonorũ modis ſaltitantes.* At ne tam bona quidem vlla erit,vt debeat eſſe continua, & * in eoſdem ſemper pedes ire. Nam & verſificandi genus eſt vnam legem omnibus ſermonibus dare, & id cum manifeſta affectatione.cuius rei maximè cauenda ſuſpitio eſt, tum etiam tædium ex

Hiſtoriæ numeri.

Demõſtratiui gñis.

Iudicialis & Cõcionalis.

Procemij cõpoſitio.

Narrationis.

Argumentorum.

Cõpoſitionis ſumma

Terent. Eunuch.

similitudine ac *satietatem creat.* Quôque est dulcius, magis perdit amittitque & fidem & G
affectus, motûsque omnes, qui est in hac cura deprehensus: nec potest ei credere, aut propter
eum dolere, & irasci iudex, cui putat hoc vacare. Ideôque * initia quædam quasi soluenda de
industria sunt, ita quidem maximi laboris, ne laborata videantur. Sed neque longioribus
quàm oportet hyperbatis Cõpositioni seruiamus, ne quæ eius gratia fecerimus, propter eam
fecisse videamur. Et certè nullum aptum atque idoneum verbum prætermittemus gratia
lenitatis. Neque enim erit vllum tam difficile, quod nõ commodè inferi possit, nisi quôd in
euitandis eiusmodi verbis non decorem Compositionis quærimus, sed facilitatem. Non
tamẽ mirabor Latinos magis indulsisse Compositioni, quàm Atticos, quãuis minus in ver-
bis habeant varietatis & gratiæ. Nec vitium dixerim si Cicero à Demosthene paululũ in hac
parte desciuit. Sed quæ sit differentia nostri Græcique sermonis, explicabit summus liber. H

Cõpositio Compositio (nam finem imponere egresso destinatum modum volumini festino) de-
bet esse honesta, iucũda, varia. Eius tres partes, Ordo, Coniunctio, Numerus. Ratio, in ad-
iectione, detractione, mutatione. Vsus, pro natura rerum, quas dicimus. Cura magna, vt
sentiendi atque loquendi, prior sit. Dissimulatio curæ præcipua, vt numeri sponte fluxisse,
non arcessiti & coacti esse videantur.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBER X.

De Copia Verborum. Cap. I. I

SED HAEC ELOQVENDI PRAECEPTA sicut cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim dicẽdi valẽt: nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos * ἕξις nominatur, accesserit: quam scribendo plus an legendo, an dicendo consequamur, solere quæri scio. Quod esset diligenti nobis examinandum cura, si qualibet earum rerum possemus vna esse contenti. Verum ita sunt inter se connexa & indiscreta omnia, vt siqui flexus iisdem defuerint, frustra sit in cæteris laboratũ. Nã neque solida atque robusta fuerit vnquam Eloquentia, nisi multo stylo vires acceperit, & citra lectionis exemplum labor ille carens re- K
ctore fluit. Qui autem scierit quo sint quæque modo dicenda, nisi tanquam in procinctu para-
tã quidem ad omnes casus habuerit Eloquentiã, velut clausis thesauris incubabit. Non
autem vt quicque præcipuè necessarium est, sic ad efficiendum Oratorem maximi protinus
erit momenti. Nam certè cum sit in eloquẽdo Oratoris officium positũ, dicere ante omnia
est, atque hinc initium eius artis fuisse manifestum est: proximam deinde imitationem: no-
uissimam scribendi quoque diligentiam. Sed vt peruẽiri * ad summam nisi ex principiis nõ
potest: ita procedẽte iam opere minima incipiũt esse, quæ prima sunt. Verum nos non quo-
modo instituendus Orator, hoc loco dicimus: (Nam id quidem, aut satis, aut certè vti potui
mus à nobis dictum est) sed vt Athleta qui omnia iam perdidicerit à præceptore, nimirum
quo genere exercitationis ad certamina præparandus sit: ita eum qui res inuenire & dispone L
re sciet, verba quoque & eligendi, & collocandi rationem perceperit, instruamus qua in ora-
tione quæ dicere, facere quàmoptimè, quàfacillimè possit. Non ergo dubium est, quin ei ve-
lut opes sint quædam parandæ, quibus vbicunque desideratum erit, possit ei constare copia
rerum ac verborum. Sed res propriæ sunt cuiuscunque causæ, aut paucis communes, verba in
vniuersas parãda: quæ si in rebus singulis essent singula, minorem curam postularent: nam
cuncta sese cum iis protinus rebus offerrẽt. Sed cum sint aliis alia, aut magis propria, aut ma
gis ornata, aut plus efficiẽtia, aut melius sonantia, debent esse non solum nota omnia, sed in
promptu, atque (vt ita dicam) in conspectu, vt cum se iudicio dicentis ostenderint, facilis
ex his optimorũ sit electio. * Equidẽ scio quosdam collecta quæ idem significarẽt vocabu-
la solitos ediscere, quo facilius & occurreret vnũ ex pluribus: & cum essent vsi aliquo, si breue M
intra spatium rursus desideraretur, effugiẽdæ repetitionis gratia sumerẽt aliud quo idem in-
telligi posset. Quod cum est puerile, & cuiusdam infelicis operæ, tum etiam vtile parum. tur
bam enim modo cõgregat, ex qua sine discrimine occupet proximum quodque. Nobis au
tem COPIA cum iudicio parãda est: vim orandi, non circulatoriam * volubilitatẽ spe-
ctantibus. Id autem consequemur optima legendo & audiendo. Non enim solum nomina

A ipſa rerum cognoſcimus hac cura, ſed cui quodque loco ſit aptiſſimum. Omnibus enim ferè vel præter pauca quæ ſunt parum verecunda, in oratione locus eſt. Nam ſcriptores iamborum veterisque comœdiæ etiam in illis ſæpe laudantur. Sed nobis noſtrum opus interim tueri ſatis eſt. Omnia verba (exceptis de quibus dixi) ſunt alicubi optima, & humilibus interim & vulgaribus opus: & quæ cultiore in parte videntur ſordida, vbi res poſcit, propriè dicuntur. Hæc vt ſciamus, atque eorum non ſignificationem modo, ſed formas etiam menſuraſque norimus, & vbicunque erunt poſita conueniant, niſi multa lectione atque auditione aſſequi non poſſumus: cum omnem ſermonem auribus primum accipiamus. Propter quod infantes à mutis nutricibus iuſſu regũ in ſolitudine educati, etiam ſi verba quædam emiſiſſe traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt. Sunt autem alia huius na-

B turæ, vt idem pluribus vocibus declarent, ita vt nihil ſignificationis, quo potius vtaris, interſit: vt Enſis & Gladius. Alia, quæ etiam ſi propria rerum aliquarum ſint nomina, προ-
πικῶς tamen ad eundem intellectum feruntur, vt Ferrum & Mucro. Nam per Abuſionem Sicarios etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocunque commiſerint. Alia Circuitu verborum plurium oſtendimus: quale eſt, Et preſſi copia lactis. Plurima vero mutatione figuramus, Scio, Non ignoro: &, Non me fugit, Non me præterit: &, Quis neſcit? Nemini dubium eſt. Sed etiam ex proximo mutuari licet. Nam & Intelligo, & Sẽtio, & Video ſæpe idem valent, quod Scio. Quorum nobis vbertatem ac diuitias dabit lectio, vt non ſolum quum occurrerint, ſed etiam quum oportet, vtamur. Non ſemper enim hæc inter ſe idem faciũt. nec ſicut de intellectu animi rectè dixerim, Video: ita de viſu oculorum, Intelligo. Nec

C vt Mucro Gladium, ſic Mucronem Gladius oſtendit. Sed vt copioſus verborum ſit paratus, ita non verborum tantum gratia legendum vel audiendum eſt. Nam omnium quæcunque docemus, hoc ſunt exempla potentiora etiam ipſis quæ traduntur artibus, cum eò qui diſcit perductus eſt, vt intelligere ea ſine demonſtrante, & ſequi iam ſuis viribus poſſit: quia quæ doctor præcipit, Orator oſtendit. Alia vero legentes, alia audientes magis adiuuant. Et excitat qui dicit ſpiritu ipſo, nec imagine & ambitu rerum, ſed rebus incendit. Viuunt enim omnia & mouentur, excipimusque noua illa velut naſcentia cum fauore ac ſolicitudine. Nec fortuna, modo iudicii, ſed etiam ipſorum qui orãt, periculo afficimur. Præter hæc vox & actio decora commẽdat, vt quid quiſque locus poſtulabit, & pronũciandi vel potẽtiſſima in dicendo ratio: & vt ſemel dicam, pariter omnia docet. In LECTIONE cer- Lectionis

D tius iudicium, quod audienti frequenter, aut ſuus cuiuſque fauor, aut ille laudãtium clamor extorquet. Pudet enim diſſentire, & ab illis tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere, cum interim & vitioſa pluribus placeant, & à corrogatis laudentur etiam quæ non placent. Sed econtrario quoque accidit, vt optimè dictis gratiam praua iudicia non referãt. Lectio libera eſt, nec actionis impetu tranſcurrit: ſed repetere ſæpius licet, ſiue dubites, ſiue memoriæ affigere velis. Repetimus autem & tractamus, & vt cibos manſos ac propè liquefactos demittimus, quo facilius digerãtur: ita lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita, & velut confecta, memoriæ imitationique tradatur. Ac diu non niſi optimus quiſque, & qui credentem ſibi minimè fallat legendus eſt, ſed diligenter ac penè ad ſcribendi ſolicitudinem: nec per partes modo ſcrutanda omnia, ſed perlectus liber vtique ex integro reſumen-

E dus: præcipuè oratio, cuius virtutes frequenter ex induſtria quoque occultantur. Sæpe enim præparat diſſimulatim inſidias Orator, atque in prima parte actionis dicit, quæ ſunt in ſumma profutura. Itaque ſuo loco minus placent, adhuc nobis quare dicta ſunt ignorantibus. Idcóque erunt cognitis omnibus repetũda. Illud vero vtiliſſimum, Noſſe eas cauſas quarum orationes in manus ſumpſimus: & quoties continget, vtrinque habitas legere actiones: vt Demoſthenis & AEſchinis, inter ſe contrarias: vt Seruii Sulpitii, & Meſſalæ, quorum alter pro Aufidia, contradixit alter: vt Pollionis, & Caſſii,* reo Aſpernate, aliásque plurimas. Quinetiam ſi minus pares videbuntur, aliquæ tamen ad cognoſcendam litium quæſtionem rectè requirentur: vt contra Ciceronis orationes, Tuberonis in Ligarium, & Hortenſii pro Verre. Quinetiã eaſdem cauſas vtile erit ſcire. Nam pro domo Ciceronis dixit Callidius:

F & pro Milone orationem Brutus exercitationis cauſa ſcripſit, etiam ſi egiſſe eum Cornelius Celſus falſo exiſtimat. Et Pollio & Meſſala defenderunt eoſdem. & nobis pueris inſignes pro Voluſeno Catulo, Domitii Afri, Criſpi Paſſieni, Decimi Lælii, orationes ferebantur. Neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit, Omnia quæ omnes Authores dixerũt, vtique eſſe perfecta. Nam & labant aliquando, & oneri cedunt, & indulgẽt ingeniorum ſuorum voluptati: nec ſemper intendunt animum, nonnunquam fatigantur: cum Ciceroni dormita- Authoritatinõ nimis fidendum.

re interim Demoſthenes, Horatio etiam Homerus ipſe videatur. Summi enim ſunt, homi- G
nes tamen: acciditque iis, qui quicquid apud illos repererunt, dicendi legem putant, vt deteriora imitentur (Id enim eſt facilius) ac ſe abunde ſimiles putent, ſi vitia magnorum cõſequã tur. Modeſtè tamen & circunſpecto iudicio de tantis viris pronunciandum eſt, ne (quod pleriſque accidit) damnent quæ non intelligunt. Ac ſi neceſſe eſt in alterã errare partem, omnia eorum legentibus placere, quàm multa diſplicere maluerim. Plurimum dicit Oratori cõferre Theophraſtus LECTIONEM POETARVM, multique eius iudiciũ ſequũtur: neque immerito. Nanque ab iis & in rebus ſpiritus, & in verbis ſublimitas, & in affectibus motus omnis, & in perſonis decor petitur, præcipuêque velut attrita quotidiano actu forenſi ingenia optimè rerum talium blanditia reparantur. Ideoque in hac lectione Cicero requieſcendum putat. Meminerimus tamen non per omnia Poetas eſſe Oratori ſequendos, H
nec libertate verborũ, nec licentia figurarũ. Genus oſtentationi cõparatum, & præter id quod ſolam petit voluptatem, & eam fingendo non falſa modo, ſed etiam quædam incredibilia ſectatur. Patrocinio quoque aliquo iuuari poſcit, quòd alligati ad certam pedum neceſſitatem nõ ſemper vti propriis poſſint: ſed depulſi à recta via, neceſſario ad eloquendi quædam diuerticula cõfugiant: nec mutare quædam modo verba, ſed extendere, corripere, conuertere, diuidere cogantur: Nos vero armatos ſtare in acie, & ſummis de rebus decernere, & ad victoriam niti decet. Neque ego arma ſquallere ſitu ac rubigine velim, ſed fulgore munita eſſe, qui terreat, qualis eſt ferri, quo mens ſimul viſusque perſtringatur: non qualis auri argentique, imbellis, & potius habenti periculoſus. HISTORIA quoque alere orationem quodam
molli iucundóque ſucco poteſt. Verum & ipſa ſic eſt legenda, vt ſciamus pleraſque eius virtu- I
tes Oratori eſſe vitãdas. Eſt enim proxima poetis, & quodammodo carmen ſolutum: & ſcribuntur ad narrãdum, non ad probãdum: totúmque opus non ad intuitum rei pugnámque præſentẽ, ſed ad memoriam poſteritatis, & ingenii famam cõponitur. Ideóque & verbis liberioribus, & remotioribus figuris narrandi tædium euitat. Itáque vt dixi, neque illa Salluſtiana breuitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas poteſt eſſe perfectius, apud occupatũ variis cogitationibus iudicem, & ſæpius incruditum captanda nobis eſt: neque illa Liuii lactea vbertas ſatis decebit eum, qui nõ ſpeciem expoſitionis, ſed fidem quærit. Adde quòd M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem vtiles Oratori putat, quanquam illius bellicum canorem, huius ore Muſas eſſe locutas exiſtimet. Licet tamen nobis in Digreſſionibus vti vel hiſtorico nõnũquam nitore, dum in iis, de quibus erit quæſtio, meminerimus K
nõ athletarum toros, ſed militum lacertos eſſe, nec verſicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur vti, veſtem bene ad forenſem puluerẽ facere. Eſt & alius ex Hiſtoriis Vſus, & is quidem maximus, ſed non ad præſentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorũmque, quibus in primis inſtructus eſſe debet Orator, ne omnia teſtimonia expetat à litigatore: ſed pleraque ex vetuſtate diligenter ſibi cognita ſumat: hoc potentiora, quòd ea ſola criminibus odii & gratiæ vacant. A PHILOSOPHORVM vero LECTIONE vt eſſent nobis multa petenda, vitio factum eſt aliàs Oratorum, qui quidem illis optima ſui operis parte ceſſerũt. Nam & de iuſtis, honeſtis, vtilibus, iisque quæ ſint cõtraria, & de rebus diuinis maximè dicũt, & argumẽtatur acriter, & altercationibus atque interrogationi bus Oratorem futurum optimẽ Socratici præparant. Sed iis quoque adhibendum eſt ſimile L
iudicium, vt etiam cum in rebus verſemur iiſdem, nõ tamen eandem eſſe cõditionẽ ſciamus litium ac diſputationum, fori & auditorii, præceptorum & periculorum. Credo exacturos pleroſque, cum tantum eſſe vtilitatis in legendo iudicemus, vt id quoque adiungamus operi, Qui ſint, Quæ in quoque authore præcipua virtus. Sed perſequi ſingulos infiniti fuerit operis. Quippe cum in Bruto M. Tullius tot milibus verſuum de Romanis tantum Oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis ſuæ, quibûsque cõuiuebat, exceptis Cæſare atque Marcello, ſilẽtiũ egerit: quis erit modus, ſi & illos qui poſtea fuerũt, & Græcos omnes, & Philoſophos perſequar? Fuerit igitur breuitas illa tutiſſima, quæ eſt apud Liuium in Epiſtola ad filium ſcripta, Legendos Demoſthenem atque Ciceronem: tum ita vt quiſque eſſet Demoſtheni & Ciceroni ſimillimus. Non eſt tamẽ diſſimulãda noſtri quoque iudicii ſum- M
ma. Paucos & vix vllum ex iis qui vetuſtatem pertulerunt, exiſtimo poſſe reperiri, qui iudicium adhibentibus non allaturus ſit vtilitatis aliquid: cum ſe Cicero ab illis quoque vetuſtiſſimis authoribus, ingenioſis quidem, ſed arte carentibus, plurimum fateatur adiutum. Nec multo aliud de nobis ſentio. quid enim? quiſque in veritate tumens, potensque, ne minima quidem alicuius certæ fidutia partis memoriam artis ſperauerit? qui ſiquis eſt, intra primos

Poetæ oratoribus legendi.

Nõ in oĩb. ſequendi.

Hiſtoria oõnẽ alit.

Lib. iij. de Narrat.

In Orat.

A philoſophis repetenda.

Qui ſint imitandi.

In Bruto.

A ſtatim verſus deprehendetur,& citius nos dimittet,quàm vt eius nobis magno temporis detrimento conſtet experimentum.Sed non quicquid ad aliquam partem ſcientiæ pertinet, protinus ad faciendam etiam φάσιν (de qua loquimur) accommodatum eſt. Verum antequam de ſingulis loquar,pauca in vniuerſum de varietate opinionum dicenda ſunt. Nam quidam ſolos Veteres legẽdos putant,neque in vllis aliis eſſe naturalem Eloquentiam,& robur viris dignum,arbitrantur. Alios recens hæc laſciuia deliciáque,& omnia ad voluptatem multitudinis imperitæ compoſita delectant.Sunt etiam qui rectum dicendi genus ſequi volunt:Alii preſſa demum & tenuia,atque quæ minimum ab vſu quotidiano recedant, ſana & vere Attica putant. Quoſdam elatior ingenii vis,& magis cõcitata,& aliàs ſpiritus plena capit:Sunt etiam lenis,& nitidi,& compoſiti generis non pauci amatores. De qua differentia
B differam diligentius,cum de genere dicendi quærendum erit. Interim ſummam, quam,& à qua lectione petere poſſint,qui cõfirmare facultatem dicendi volunt,attingam. Paucos(ſunt enim eminẽtiſſimi)excerpere in animo eſt.facile eſt autem ſtudioſis,qui ſint iis ſimillimi iudicare.Nec quiſquam quæratur omiſſos fortè aliquos , quos ipſe valde probet. Fateor enim plures legẽdos eſſe,quàm qui nominabũtur. Sed nunc genera ipſa Lectionum,quæ præcipuè cõuenire intẽdentibus vt Oratores fiant exiſtimem,perſequar. Igitur vt Aratus ab Ioue incipiẽdũ putat,nos ita rite cœpturi ab HOMERO videmur. Hic enim quẽadmodũ ex Occano dicit ipſe amnium vim fontiúmque curſus initium capere, omnibus Eloquẽtiæ
C partibus exemplum & ortum dedit.Hũc nemo in magnis rebus ſublimitate,in paruis proprietate ſuperauit.Idem lætus ac preſſus,iucũdus & grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis.nec poetica modo,ſed oratoria virtute eminẽtiſſimus.Nãque vt de laudibus,exhortationibus,cõſolationibusque taceam,nõne vel nonus liber, quo miſſa ad Achillem legatio cõtinetur,vel in primo inter duces illa cõtentio,vel dictæ in ſecũdo ſententiæ , omnes litium ac cõſiliorum explicãt artes? Affectus quidem vel illos mites,vel hos cõcitatos, nemo erit tam indoctus,qui non in ſua poteſtate hunc authorem habuiſſe fateatur. Age vero, nonne in ſui vtriuſque operis ingreſſu pauciſſimis verſibus legem prooemiorum non dico ſeruauit, ſed cõſtituit?Nam & beneuolum auditorẽ inuocatione Dearum,quas præſidere vatibus creditum eſt,& intentum propoſita rerum magnitudine, & docilẽ ſumma celeriter cõprehenſa facit.
Narrare vero quis breuius,quàm qui mortẽ nũciat Patrocli?quis ſignificantius poteſt,quàm qui Curetum AEtolorúmque præliũ exponit? Iam ſimilitudines,amplificationes,exempla,
D digreſſus,ſigna rerũ & argumẽta,cæteraque probãdi ac refutandi,ſunt ita multa,vt etiam qui de artibus ſcripſerunt, plurima earũ rerum teſtimonia ab hoc poeta petãt. Nam & Epilogus quidem quis vnquam poterit illis rogãtis Achillẽ Priami precibus æquari? Quid? in verbis, ſententiis,figuris,diſpoſitione totius operis,nõne humani ingenii modum exceſſit? vt magni ſit viri,virtutes eius non æmulatione,quod fieri non poteſt, ſed intellectu ſequi. Verum hic omnes ſine dubio,& in omni genere Eloquẽtiæ procul à ſe reliquit.Heroicos tamẽ præcipuè,videlicet quia clariſſima in materia ſimilis cõparatio eſt. Raro aſſurgit HESIODVS, magnáque pars eius in nominibus eſt occupata, tamẽ vtiles circa præcepta ſentẽtiæ,
lenitasque verborum,& cõpoſitionis probabilis : daturque ei palma in illo mediocri genere dicẽdi. Cõtra in ANTIMACHO vis & grauitas,& minimè vulgare eloquendi ge-
E nus habet laudem.Sed quãũis ei ſecũdas ferè Grãmaticorum cõſenſus deferat , & affectibus, & iucũditate,& diſpoſitione,& omnino arte deficitur,vt planè manifeſtéque appareat , quãto ſit aliud Proximum eſſe,aliud Secundum. PANYASIN ex vtroque mixtum putant,in eloquendo neutrius æquare virtutes:alterum tamen ab eo materia,alterum diſponẽdi ratione ſuperari. APOLLONIVS in ordinem a Grammaticis datum non venit, quia Ariſtarchus atque Ariſtophanes poetarum iudices,neminem ſui temporis in numerũ redegerũt:nõ tamen cõtemnẽdum edidit opus,æquali quadam mediocritate. ARATI materia motu caret,vt in qua nulla varietas,nullus affectus, nulla perſona cui vſquam ſit oratio : ſufficit tamen operi, cui ſe parem credidit. Admirabilis in ſuo genere THEOCRITVS,ſed Muſa illa ruſtica & paſtoralis non forum modo,verum ipſam etiam vrbem
F reformidat. Audire videor vndique congerentes nomina plurimorum poetarum.quid? Herculis acta non bene PISANDROS? Quid? NICANDRVM fruſtra ſecuti Macer atque Virgilius? Quid? EVPHORIONEM fruſtra tranſibimus? quem niſi probaſſet Virgilius,idem nunquam certè conditorum Chalcidico verſu carminum feciſſet in Bucolicis mentionem. Quid? Horatius fruſtra TYRTAEVM Homero ſubiungit? Nec ſanè quiſquam eſt tam procul à cognitione eorum remotus,vt nõ indicem cer-

Opiniones de legẽdis authorib⁹.

Homerus. Iliad. xxi.

Iliad.xvij. Iliad.ix.

Iliad.xxiiij

Heſiodus.

Antimachus.

Panyaſis.

Apolloni⁹

Aratus.

Theocrit⁹. Piſander. Nicander. Euphoriõ.

Eclog.x.

Tyrtæus.

In Arte

tè ex bibliotheca ſumptum transferre in libros ſuos poſſit. Nec ignoro igitur quos tranſeo, G
neq; vtique damno: vt qui dixerim eſſe in omnibus vtilitatis aliquid. Sed ad illos iam perfectis conſtitutisque viribus reuertemur. Quod etiam in cœnis grādibus ſæpe facimus, vt cum optimis ſatiati ſimus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata ſit. Tūc & Elegiā vacabit
Callimachus. in manus ſumere, cuius princeps habetur CALLIMACHVS. Secūdas cōfeſſione pluri
Philætas morum PHILAETAS occupauit. Sed dum aſſequimur illā firmā (vt dixi) facilitatē, opti
mis aſſueſcendum eſt: & multo magis, quia multorū lectione firmanda mens, & ducēdus color. Itáque ex tribus receptis Ariſtarchi iudicio ſcriptoribus Iamborū, ad * ἔξιμ maximè perti
Archilochus nebit vnus ARCHILOCHVS. Summa in hoc vis elocutionis, cum validæ, tum bre
ues vibrātesque ſentētiæ, plurimū ſanguinis atque neruorū: adeo, vt videatur quibuſdā, quòd
Pindarus quidem minor eſt materiæ eſſe, non ingenii vitium. Nouē vero Lyricorum lōgè PIN- H
DARVS princeps, ſpiritus magnificentiis, ſentētiis, figuris, beatiſſima rerum verborúmque copia, & velut quodam Eloquētiæ flumine: propter quæ Horatius eum merito credidit
Car. iiij. Steſichor⁹. nemini imitabilem. *STESICHORVM, quàm ſit ingenio validus, materiæ quoque oſtēdunt: maxima bella, & clariſſimos canentem duces, & epici carminis onera lyra ſuſtinētem. Reddit enim perſonis in agēdo ſimul loquendoque debitam dignitatem: ac ſi tenuiſſet
modū, videtur æmulari proximus Homerum potuiſſe: ſed redūdat, atque effunditur: quod vt
Alcæus eſt reprehēdendum, ita copiæ vitiū eſt. ALCAEVS in parte operis aureo plectro meri
to donatur, quia tyrannos inſectatur: multū etiam moribus cōfert: in eloquēdo quoque breuis, & magnificus, & diligens: Homero ſimilis, ſed in luſus & in amores deſcēdit, maioribus
Simonides tamen aptior. SIMONIDES tenuis, alioqui ſermone proprio, & iucūditate quadam I
cōmendari poteſt: præcipua tamen eius in cōmouenda miſeratione virtus, vt quidam in hac
Comœdia antiqua. cum parte omnibus eiuſdem operis authoribus præferāt. Antiqua illa COMOEDIA
cum ſyncerā illam ſermonis Attici gratiam propè ſola retinet, tum * fœcūdiſſimæ libertatis: & ſi eſt in inſectādis vitiis præcipua, plurimū tamen viriū etiam in cæteris partibus habet.
Nam & grandis, & elegans, & venuſta, & neſcio an vlla, poſt Homerum tamen, quē vt Achil
lem ſemper excipi par eſt, aut ſimilior ſit Oratoribus, aut ad Oratores faciendos aptior. Plu
Ariſtophanes. res eius authores, ARISTOPHANES tamen, & EVPOLIS, CRATINVS-
Tragici. que præcipui. TRAGOEDIAS primus in lucem AESCHYLVS protulit, ſub-
AEſchyl⁹. limis, & grauis, & grādiloquus ſæpè vſque ad vitium: ſed rudis in pleriſque, & incompoſitus:
propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre poſterioribus poetis Athenienſes K
permiſere. Suntque eo modo multi coronati. Sed longè clarius illuſtrauerunt hoc opus SO-
Sophocles. Euripides. PHOCLES atque EVRIPIDES: quorū in diſpari dicendi via vter ſit poeta melior,
inter plurimos quæritur. Idque ego ſanè, quoniam ad præſentem materiam nihil pertinet,
iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fateatur neceſſe eſt, iis qui ſe ad agēdum cōparant, vtiliorem longè Euripidem fore. Nāque is ſermone, quo ipſum reprehēdunt, quibus
grauitas, & cothurnus, & ſonus Sophoclis videtur eſſe ſublimior, magis accedit oratorio ge
neri: & ſententiis denſus, & in iis quæ à ſapientibus tradita ſunt, penè ipſis par: & in dicendo atque reſpondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diſerti, comparandus. In affectibus vero cum omnibus mirus, tum in iis quæ miſeratione conſtant facile præcipuus, & ad
mirandus maximè eſt: vt ſæpe teſtatur & eum ſecutus, quanquam in opere diuerſo, ME- L
Menād er. NANDER: qui vel vnus, meo quidem iudicio, diligenter lectus, ad cuncta, quæ præcipimus, efficienda ſufficiat: ita omnem vitæ imaginē expreſſit, tāta in eo inueniēdi copia, & elo
quendi facultas, ita eſt omnibus rebus, perſonis, affectibus accōmodatus. Nec nihil profecto viderūt, qui orationes, quæ Chariſii nomine edūtur, à Menādro ſcriptas putāt. Sed mihi longè magis Orator probari in opere ſuo videtur, niſi fortè aut alia mala iudicia, * quæ Epitrepō
tes, Epicleros, Lectos habent, aut meditationes in Sophocle, & Nomothetæ in Hypobolimæo nō omnibus Oratoriis numeris ſunt abſolutæ *. Ego tamē plus adhuc quiddā collaturum eſſe declamatoribus puto, quoniā iis neceſſe eſt ſecūdum cōditionem cōtrouerſiarū plu
res ſubire perſonas, Patrum, Filiorum, Maritorum, Militū, Ruſticorum, Diuitum, Pauperū,
Iraſcentium, Deprecantium, Mitium, Aſperorū. In quibus omnibus mire cuſtoditur ab hoc M
poeta decorū. Atque ille quidē omnibus eiuſdē operis authoribus abſtulit nomē, & fulgore quodā ſuæ claritatis tenebras obduxit. Habēt tamen alii quoque COMICI, ſi cum ve
Philemon. nia legantur, quædam quæ poſſis decerpere: & præcipuè PHILEMON, qui vt prauis ſui
temporis iudiciis Menādro ſæpe prælatus eſt, ita conſenſu omnium meruit credi ſecundus.
Hiſtorici. HISTORIAM multi ſcripſere præclare, ſed nemo dubitat lōgè duos cæteris præferē-

A dos,quorũ diuersa virtus laudẽ penè est parem cõsecuta. Densus,& breuis,& semper instãs sibi THVCYDIDES: Dulcis,& candidus,& effusus Herodotus:ille cõcitatis,hic remissis affectibus melior:ille cõcionibus,hic sermonibus: ille vi,hic voluptate. THEOPOMPVS iis proximus,vt in historia prædictis minor,ita oratori magis similis : vt qui antequam est ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. PHILISTVS quoque meretur,qui turbæ,quãuis bonorũ post hos authorũ,eximatur,imitator Thucydidis:& vt multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. EPHORVS, vt Isocrati visum , calcaribus eget. Thucydides Herodot⁹. Theopompus Philistus Ephorus

CLITARCHI probatur ingeniũ,fides infamatur. Longo post interuallo tẽporis natus TIMAGENES,vel hoc ipso probabilis,quòd intermissam historias scribendi industriã noua laude reparauit.Xenophon nõ excidit mihi, sed inter philosophos reddendus Clitarch⁹ Timagenes

B est. Sequitur ORATORVM ingẽs manus:vt decẽ simul Athenis ætas vna tulerit. quorũ lõgè princeps DEMOSTHENES, ac penè lex orãdi fuit:tãta vis in eo,tam dẽsa omnia,ita quibusdam neruis intenta sunt,tam nihil ociosum,is dicendi modus,vt nec quid desit in eo,nec quid redũdet inuenias. Plenior AESCHINES,& magis fusus,& grandiori similis,quo minus strictus : carnis tamen plus habet,minus lacertorum. Dulcis in primis,& acutus HYPERIDES est:sed minoribus causis , vt non dixerim vtilior,magis par. His ætate LYSIAS maior,subtilis atque elegans,& quo nihil,si Oratori satis sit docere,quæras pẽrfectius.nihil enim est inane,nihil arcessitũ:puro tamẽ fonti,quàm magno flumini propior. ISOCRATES in diuerso genere dicendi nitidus & comptus, & palæstræ quàm pugnæ magis accõmodatus:omnes dicendi veneres sectatus est:nec immerito, Oratores Demosthenes AEschines Hyperides Lysias Isocrates

C auditoriis enim se,nõ iudiciis cõpararat:inuentione facilis,honesti studiosus: in Cõpositione adeo diligens,vt cura eius reprehẽdatur. Neque ego in his,de quibus sum locutus, has solas virtutes,sed has præcipuas puto,nec cæteros paru fuisse magnos. Quinetiam PHALEREVM illum DEMETRIVM (quanquam is primus inclinasse Eloquẽtiam dicitur) multum ingenii habuisse,& facundiæ fateor.vel ob hoc memoria dignum, quòd vltimus est ferè ex Atticis qui dici possit Orator: quem tamen in illo medio genere dicẽdi præferat omnibus Cicero. PHILOSOPHORVM,ex quibus plurimũ se traxisse Eloquentiæ M.Tullius cõfitetur,quis dubitet PLATONEM esse præcipuum? siue acumine differendi,siue eloquẽdi facultate diuina quadam & Homerica? multum enim supra prosam orationem,& quam pedestrem Græci vocant,surgit : vt mihi non hominis ingenio,sed Phalereus Demetri⁹. Philosophi Plato Pedestris oratio

D quodam Delphico videatur oraculo instinctus. Quid ego cõmemorẽ XENOPHONTIS illam iucunditatem inaffectatam? sed quam nulla affectatio cõsequi possit: vt ipsæ sermonem Gratiæ finxisse videantur: & quod de Pericle veteris comœdiæ testimonium est, in hunc transferri iustissimè possit,In labris eius sedisse quandam persuadendi Deam. Quid reliquorum Socraticorũ elegantiam? Quid ARISTOTELEM? quem dubito scientia rerum,an scriptorum copia,an eloquendi suauitate,an inuentionum acumine, an varietate operum,clariorem putem. Nam in THEOPHRASTO tam est eloquendi nitor ille diuinus,vt ex eo quoq; nomen traxisse dicatur. Minus indulsere Eloquentiæ STOICI veteres:sed cum honesta suaserunt,tum in eligẽdo probandóque quod instituerant,plurimum valuerũt:rebus tamẽ acuti magis,quàm(id quod sanè nõ affectarũt)oratione magnifici. Xenophõ. Aristoteles Theophrastus Stoici

E Idẽ nobis per ROMANOS quoque AVTHORES ordo ducẽdus est. Itaq; vt apud illos Homerus,sic apud nos VIRGILIVS auspicatissimum dederit exordium, omnium generis eius poetarũ Græcorũ nostrorúmque illi haud dubiè proximus. Vtar enim verbis iisdem,quæ ab Afro Domitio iuuenis excepi:qui mihi interroganti, quẽ Homero crederet maximè accedere,Secundus,inquit,est Virgilius,propior tamẽ primo quàm tertio. Et hercle vt illi naturæ cælesti atque immortali cesserimus, ita curæ & diligẽtiæ vel ideo in hoc plus est,quòd ei fuit magis laborandũ:& quantum eminẽtioribus vincimur,fortasse æqualitate pẽsamus.Cæteri omnes longè sequẽtur. Nam MACER & LVCRETIVS legendi quidem,sed non vt phrasin,id est corpus Eloquentiæ faciant : elegantes in sua quisque materia,sed alter humilis,alter difficilis. ATTACINVS VARRO in iis per quæ Romani authores. Virgilius Macer Lucretius Varro Attacinus.

F nomẽ est assecutus,interpres operis alieni,nõ spernẽdus quidẽ,verũ ad augẽdam facultatẽ dicẽdi parũ locuples. ENNIVM sicut sacros vetustate lucos adoremus:in quibus grandia & antiqua robora iam non tantam habent speciẽ,quantã religionem. Propiores alii,atque ad hanc phrasin,de qua loquimur,magis vtiles. Lasciuus quidem in Heroicis quanquam OVIDIVS,& nimiũ amator ingenii sui,laudandus tamẽ parcius. CORNELIVS autẽ SEVERVS,etiã si versificator quàm poeta melior,si tamẽvt est dictũ,ad exẽplar pri- Ennius Ouidius Cornelius. Seuerus

mi libri bellum Siculum perſcripſiſſet,vendicaret ſibi iure ſecundũ locum. Sed eum cõſum- G
mari mors immatura non paſſa eſt. puerilia tamen eius opera,& maximam indolem oſten-
Val.Flacc⁹ dunt,& admirabilem præcipuè in ætate illa recti generis voluntatem. Multum in VA-
Saleius LERIO FLACCO nuper amiſimus. Vehemẽs & poeticum ingenium SALEII
Baſſus BASSI fuit,nec ipſum ſenectute * maturum. RABIRIVS ac PEDO non indi-
Rabirius gni cognitione,ſi vacet. LVCANVS ardens,& concitatus,& ſententiis clariſſimus:&
Pedo vt dicam quod ſentio,magis oratoribus quàm poetis annumerandus. Hos nominaui-
Lucanus mus,quia GERMANICVM AVGVSTVM ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura ter
Germanic⁹ rarum,parũmque diis viſum eſt eſſe eum maximũ poetarum. Quid tamen iiſipſis eius ope-
Auguſt. ribus,in quæ donatus imperio iuuenis ſucceſſerat,ſublimius?doctius?omnibus denique nu-
meris præſtantius? Quis enim caneret bella melius,quàm qui ſic gerit? quem præſidẽtes ſtu H
diis deæ propius audirent? cui magis ſuas artes aperiret familiare numen Mineruæ? Dicent
hæc plenius futura ſecula. Nunc enim cæterarum fulgore virtutum laus iſta præſtringitur.
Nos tamen ſacra literarum colentes,feras Cæſar ſi non tacitum hoc præterimus, & Virgilia
Elegiaci no certè verſu teſtamur,Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros. ELEGIA Græcos
Tibullus quoque prouocamus:cuius mihi terſus atque elegans maximè videtur author TIBVL-
Properti⁹ LVS. Sunt qui PROPERTIVM malint. OVIDIVS vtroque laſciuior:ſicut
Ouidius durior GALLVS. SATYRA quidem tota noſtra eſt,in qua primus inſignem lau-
Gallus dem adeptus eſt LVCILIVS,qui quoſdã ita deditos ſibi adhuc habet amatores, vt eum
Satyrici non eiuſdem modo operis authoribus,ſed omnibus poetis præferre non dubitent.Ego quã-
Lucilius tum ab illis,tantum ab Horatio diſſentio,qui Lucilium fluere lutulentũ,& eſſe aliquid quod I
tollere poſſis,putat. Nam eruditio in eo mira,& libertas, atque inde acerbitas, & abunde ſa-
Horatius lis. Multo eſt terſior,ac purus magis HORATIVS, & ad notandos hominum mo-
Perſius res præcipuus.Multũ & veræ gloriæ, quãuis vno libro,PERSIVS meruit.Sũt clari hodie
Iuuenalis quoque,& qui olim nominabuntur. Alterum illud eſt,& prius SATyræ genus,quod nõ
Terentius ſola carminum varietate miſtum condidit TERENTIVS VARRO, vir Romano-
Varro rum eruditiſſimus.Plurimos hic libros & doctiſſimos compoſuit,peritiſſimus linguæ Lati-
næ,& omnis antiquitatis,& rerum Græcarum noſtrarũmque: plus tamen ſcientiæ collatu-
Iambici rus,quàm Eloquẽtiæ. IAMBVS non ſanè à Romanis celebratus eſt,vt proprium opus,
Catulus à quibuſdam interpoſitus:cuius acerbitas in CATVLO, BIBACVLO, HORA-
Bibaculus TIO: q̃q̃ illi epodos interuenire nõ reperiatur. At LYRICORVM idẽ Horatius fe K
Horatius rè ſolus legi dignus.Nã & inſurgit aliquãdo, & plenus eſt iucũditatis & gratiæ, & variis ver-
Cæſius bis & figuris feliciſſimè audax.Si quẽ adiicere velis,is erit Cæſius Baſſus,quẽ nuper vidimus,
Baſſus ſed eum longè præcedũt ingenia viuẽtium. TRAGOEDIAE ſcriptores ACCIVS
Martialis atque PACVVIVS clariſſimi,grauitate ſentẽtiarũ,verborũmque pondere,& authoritate
Tragici perſonarũ.Cæterum nitor & ſumma in excolẽdis operibus manus, magisvideri poteſt tem-
Accius poribus quàm ipſis defuiſſe.Viriũ tamen Accio plus tribuitur:Pacuuium videri doctiorem,
Pacuuius qui eſſe docti affectant,volũt. Iam VARII Thyeſtes cuilibet Græcorũ cõparari poteſt.
Varius OVIDII Medea videtur mihi oſtẽdere,quantum vir ille præſtare potuerit, ſi ingenio
Ouidius ſuo tẽperare quàm indulgere maluiſſet. Eorũ quos viderim, longè princeps POMPO-
Pomponi⁹ NIVS SECVNDVS:quẽ ſenes parum Tragicũ putabãt, eruditione ac nitore præſta- L
Secundus re cõfitebãtur. In COMOEDIA maximè claudicamus: licet Varro muſas AEpii Sto
Comici lonis ſentẽtia,PLAVTINO dicat ſermone locuturas fuiſſe,ſi latinè loqui vellent: licet
Cęcilius CAECILIVM veteres laudibus ferãt:licet TERENTII ſcripta ad Scipionẽ Africa
Terentius num referãtur. Quæ tamen ſunt in hoc genere elegãtiſſima,& plus adhuc habitura gratiæ,ſi
intra verſus trimetros ſtetiſſent. Vix leuem cõſequimur vmbrã,adeo,vt mihi ſermo ipſe Ro-
manus non recipere videatur illam ſolis cõceſſam Atticis venerẽ,quãdo eam ne Græci quidẽ
Togati in alio genere linguæ obtinuerint. TOGATIS excellit AFRANIVS.vtinámque
Afranius nõ inquinaſſet arguméta puerorũ fœdis amoribus,mores ſuos faſſus. At HISTORIA
Hiſtorici non ceſſerit Græcis.nec opponere Thucydidi SALLVSTIVM verear:nec indignetur
Salluſtius ſibi Herodotus æquari T. LIVIVM,cum in narrãdo miræ iucũditatis,clariſſimiq; cãdo- M
T.Linius ris,tum in cõcionibus ſupraq̃ enarrari poteſt eloquẽtem:ita dicũtur omnia cum rebus,tum
perſonis accõmodata:ſed affectus quidẽ,præcipuè eos qui ſunt dulciores, vt parciſſimè dicã,
nemo hiſtoricorũ cõmendauit magis.Ideóq; immortalẽ illam Salluſtii velocitatem,diuerſis
Seruilius virtutibus cõſecutus eſt.Nã mihi egregie dixiſſe videtur SERVILIVS NOVIANVS, Pa-
res eos magis q̃ ſimiles. qui & ipſe à nobis auditus eſt, clarus ingenio, & ſentẽtiis crebrior:

A ſed minus expreſſus, quàm hiſtoriæ authoritas poſtulat. Quam paulum ætate præcedens eũ BASSVS AVFIDIVS egregiè vtique in libris belli Germanici præſtitit, genere ipſo probabilis in omnibus, ſed in quibuſdam viribus minor. Supereſt adhuc, & exornat ætatis noſtræ gloriam vir ſeculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores, vt libertas: quanquam circunciſis quæ dixiſſet, ei nocuerit. Sed elatum abunde ſpiritum, & audaces ſententias deprehendas etiam in iis quæ manent. Sunt & alii ſcriptores boni: ſed nos genera deguſtamus, non bibliothecas excutimus. Baſſus Aufidius.

ORATORES vero vel præcipuè Latinam Eloquentiam parem facere Græcæ poſſunt. Nam CICERONEM cuicunque eorum fortiter oppoſuerim. Nec ignoro quantam mihi concitem pugnam, cum præſertim id non ſit propoſiti, vt eum Demoſtheni com- Oratores Ciceronis Demoſthenisque comparatio.
B parem hoc tempore. Neque enim attinet, cum Demoſthenem in primis legendum, vel ediſcendum potius putem. Quorum ego virtutes pleraſque arbitror ſimiles, conſilium, ordinẽ diuidendi, præparandi, probandi rationem, omnia denique quæ ſunt Inuentionis: In eloquendo aliqua diuerſitas: denſior ille, hic copioſior: ille concludit aſtrictius, hic latius pugnat: ille acumine ſemper, hic frequenter & põdere: illi nihil detrahi poteſt, huic nihil adiici: curæ plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certè & commiſeratione qui duo plurimum affectus valent, vincimus. Et fortaſſe Epilogos illi mos ciuitatis abſtulerit: ſed & nobis illa quæ Attici mirantur, diuerſa Latini ſermonis ratio minus permiſerit. In Epiſtolis quidem, quãquam ſunt vtriuſque, nulla contentio eſt. Cedendum vero in hoc, quòd & ille prior fuit, & ex magna parte Cicerõnem, quantus eſt, fecit. Nam mihi videtur M. Tullius cum ſe totum Ciceronis laudes.
C ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxiſſe vim Demoſthenis, copiam Platonis, iucũditatem Iſocratis. Nec vero quod in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantũm, ſed plurimas vel potius omnes ex ſeipſo virtutes extulit, immortalis ingenii beatiſſima vbertate. Nõ enim pluuias (vt ait Pindarus) aquas colligit, ſed viuo gurgite exundat, dono quodam Prouidentiæ genitus, in quo totas vires ſuas Eloquentia experiretur. Nam quis docere diligentius? mouere vehementius poteſt? cui tãta vnquam iucunditas affuit? vt ipſa illa quæ extorquet, impetrare eum credas: & cum tranſuerſum vi ſua iudicem ferat, tamen ille nõ rapi videatur, ſed ſequi. Iã in omnibus quæ dicit tanta authoritas ineſt, vt diſſentire pudeat: nec aduocati ſtudium, ſed teſtis aut iudicis afferat fidem. * Tum interim hæc omnia, quæ vix ſingula quiſquam intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata: & illa qua nihil
D pulchrius auditu oratio, præ ſe fert tamen feliciſſimam facilitatem. Quare nõ immerito ab hominibus ætatis ſuæ, regnare in iudiciis, dictus eſt: apud poſteros vero id conſecutus, vt Cicero iam non hominis nomẽ, ſed Eloquentiæ habeatur. Hunc igitur ſpectemus: hoc propoſitum nobis ſit exemplum. Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit. Multa in ASINIO POLLIONE inuentio, ſumma diligentia: adeo, vt quibuſdam etiam nimia videatur: & conſilii & animi ſatis. à nitore & iucunditate Ciceronis ita longe abeſt, vt videri poſſit ſeculo prior. At MESSALA nitidus & candidus, & quodammodo præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam: viribus minor. C. vero CAESAR ſi foro tantum vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur. tãta in eo vis eſt, id acumen, ea concitatio, vt illum eodem animo dixiſſe quo bellauit, appareat. Exornat tamen Aſinius Pollio. Meſſala C. Cæſar Cic. ĩ Brut.
E hæc omnia mira ſermonis, cuius propriè ſtudioſus fuit, elegantia. Multum ingenii in CAELIO, & præcipuè in accuſando, multa vrbanitas: dignusque vir, cui & mens melior, & vita longior contigiſſet. Inueni qui CALVVM præferrent omnibus, inueni qui contra crederent eum nimia contra ſe calumnia verum ſanguinem perdidiſſe. Sed eſt & ſancta & grauis oratio, & caſtigata, & frequenter vehemens quoque. Imitator autem eſt Atticorum. fecitque illi properata mors iniuriam, ſiquid adiecturus, non ſi quid detracturus fuit. Cælius Caluus

Et SERVIVS SVLPITIVS inſignem non immerito famam tribus orationibus meruit. Multa ſi cum iudicio legatur, dabit imitatione digna CASSIVS SE-
F VERVS, qui ſi cæteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adieciſſet, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum eſt in eo, & acerbitas mira, & vrbanitas, & vis ſumma: ſed plus ſtomacho, quàm conſilio dedit. præterea vt amari ſales, ita frequẽter amaritudo ipſa ridicula eſt. Sunt & alii multi diſerti, quos perſequi longũ eſt. Eorum quos viderim, DOMITIVS AFER, & IVLIVS AFRICANVS, longe præſtantiſſimi. Verborum arte ille, & toto genere dicendi præferendus, & quem in numero veterum locare non timeas: Hic concitatior, ſed in cura verborum nimius, & compoſitione nonnunquam longior, & translationibus parum modicus. Erant clara & nuper inge- Seruius Sulpitius. Caſſius Seuerus. Domitius Afer. Iulius Africanus.

Trachallus nia: Nam & TRACHALLVS plerunque ſublimis,& ſatis apertus fuit,& quẽ velle G optima crederes:auditus tamen maior. Nam & vocis quantam in nullo cognoui felicitas,& pronunciatio vel ſcenicis ſuffectura,& decor:omnia denique ei quæ ſunt extra, ſuperfuerũt.

Vibius Criſpus Iulius Secundus. Et VIBIVS CRISPVS, compoſitus,& iucundus,& delectationi natus, priuatis tamen cauſis quàm publicis melior. IVLIO SECVNDO, ſi longior contigiſſet ætas,clariſſimum profecto nomẽ Oratoris apud poſteros foret. Adieciſſet enim atque adiiciebat cæteris virtutibus ſuis quod deſiderari poteſt. Id eſt autem,vt eſſet multo magis pugnax,& ſæpius ad curam rerum ab elocutione reſpiceret. Cæterum interceptus quoque magnum ſibi vendicat locum. Ea eſt facundia,tanta in explicando quod velit,gratia:tam candidum,& lene,& ſpecioſum dicendi genus:tanta verborum etiam quæ aſſumpta ſunt, proprietas,tanta etiam in quibuſdam ex periculo petitis ſignificantia. Habebunt qui poſt nos H de Oratoribus ſcribent,magnam eos qui nunc vigent materiam verè laudandi. Sunt enim ſumma hodie,quibus illuſtratur forum,ingenia. Nanque & conſummati iam patroni veteribus æmulantur, & eos iuuenum ad optima tendentium imitatur ac ſequitur induſtria.

Philoſophi latini. Tullius. Brutus. Cor. Cel. Plancus. Catius. Seneca. Superſunt qui de PHILOSOPHIA ſcripſerunt,quo in genere pauciſſimos adhuc eloquentes literæ Romanæ tulerunt. Idem igitur M. TVLLIVS,qui,vt vbique,etiã in hoc opere Platonis æmulus extitit. Egregius vero multóque quàm in orationibus præſtantior BRVTVS, ſuffecit ponderi rerum:ſcias eum ſentire quæ dicit. Scripſit non parum multa CORNELIVS CELSVS,Scepticos ſecutus, non ſine cultu ac nitore. PLANCVS in Stoicis rerum cognitioni vtilis. In Epicureis leuis quidem, ſed non iniucundus tamen author eſt CATIVS. Ex induſtria SENECAM in o- I mni genere Eloquentiæ diſtuli,propter vulgatam falſò de me opinionem,quia damnare eũ, & inuiſum quoque habere ſum creditus. Quod accidit mihi,dum corruptum,& omnibus vitiis fractum dicendi genus reuocare ad ſeueriora iudicia contendo. Tum autem ferè ſolus hic in manibus adoleſcentium fuit. Quem non equidem omnino conabar excutere, ſed potioribus præferri non ſinebam:quos ille non deſtiterat inceſſere, cum diuerſi ſibi conſcius generis,placere ſe in dicendo poſſe,in quibus illi placerent,diffideret. Amabaut autem eum magis,quàm imitabantur:tantúmque ab eo defluebant,quantum ille ab antiquis deſcenderat. Foret enim optandum,pares aut ſaltem proximos illi viro fieri. Sed placebat propter ſola vitia,& ad ea ſe quiſque dirigebat effingenda,quæ poterat. Deinde cum ſe iactaret, eodem modo dicere Senecam infamabat. Cuius & multæ alioqui,& magnæ virtutes fuerunt,inge K nium facile & copioſum,plurimum ſtudii,& multarum rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab iis quibus inquirenda quædam mandabat deceptus eſt. Tractauit etiam omnem ferè ſtudiorum materiam. Nam & Orationes eius,& Poemata, & Epiſtolæ, & Dialogi ferũ tur. In Philoſophia parum diligens,egregius tamen vitiorũ inſectator fuit. Multæ in eo claræque ſententiæ,multa etiam morum gratia legenda: ſed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo pernicioſiſſima,quòd abundant dulcibus vitiis. Velles eũ ſuo ingenio dixiſſe, alieno iudicio. Nam ſi * aliqua contempſiſſet,ſi parum concupiſſet,ſi non omnia ſua amaſſet, ſi rerum pondera minutiſſimis ſententiis non fregiſſet, conſenſu potius eruditorum, quàm puerorum amore comprobaretur. Verum ſic quoque iam robuſtis, & ſeueriore genere ſatis firmatis legendus,vel ideo quòd exercere poteſt vtrunque iudicium. Multa enim (vt dixi) L probanda in eo,multa etiam admiranda ſunt: eligere modo curæ ſit, quod vtinam ipſe feciſſet. Digna enim fuit illa natura,quæ meliora vellet,quæ quod voluit effecit.

De Imitatione. Cap. II.

E XHIS cæterisque lectione dignis authoribus & verborum ſumenda Copia eſt,& varietas Figurarum,& Componendi ratio, Tum ad exemplũ virtutum omnium mens dirigenda. Neque enim dubitari poteſt,quin artis pars magna contineatur IMITATIONE. Nam vt inuenire primum fuit,eſtque præcipuum:ſic ea quæ bene inuenta ſunt, vtile ſequi. At-

Imitatio artis pars magna.

que omnis vitæ ratio ſic conſtat, Vt quæ probamus in aliis,facere ipſi velimus. Sic literarum M ductus,vt ſcribendi fiat vſus,pueri ſequuntur: ſic muſici vocem docentium, pictores opera priorum, ruſtici probatam experimento culturam in exemplum tuentur. Omnis denique diſciplinæ initia ad propoſitum ſibi præſcriptum formari videmus. Et hercule neceſſe eſt, aut ſimiles bonis,aut diſſimiles ſimus. Similem raro natura præſtat, frequenter Imitatio. Sed hoc ipſum quod tanto faciliorem nobis rationem rerum omnium facit, quàm fuit iis

qui nihil quod ſequerentur habuerunt, niſi cautè & cũ iudicio apprehenditur, nocet. Ante omnia igitur Imitatio per ſe ipſa non ſufficit, vel quia pigri eſt ingenii contentum eſſe iis quæ ſunt ab aliis inuenta. Quid enim futurum erat temporibus illis, quæ ſine exemplo fuerunt, ſi homines nihil niſi quod iam cognouiſſent, faciendum ſibi, aut cogitandum putaſſent? Nempe nihil fuiſſet inuentum. Cur igitur nefas eſt reperiri aliquid à nobis, quod antè non fuerit? An illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt in hoc vt tam multa generarent, nos ad quærendum non eo ipſo concitemur, quòd certè ſcimus inueniſſe eos qui quæſierint? Et cum illi qui nullum cuiuſquam rei habuerunt magiſtrum, plurima in poſteros tradiderint, nobis vſus illarum rerum ad eruendas alias non proderit? ſed nihil habebimus niſi beneficii alieni? quemadmodum quidam pictores in id ſolum ſtudent, vt deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant. Turpe etiam illud eſt, Eſſe contentum id cõſequi, quod imiteris. Nam rurſus quid erat futurum, ſi nemo plus effeciſſet eo quod ſequebatur? Nihil in poetis ſupra Liuium Andronicũ, nihil in hiſtoriis ſupra Pontificum Annales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus: non eſſet pictura, niſi quæ lineas modo extremas vmbræ, quam corpora in ſole feciſſent, circunſcriberet. At ſi omnia percenſeas, nulla ſit ars qualis inuenta eſt, nec intra initium ſtetit: niſi forte noſtra potiſſimum tempora damnamus huius infelicitatis, vt nũc demum nihil creſcat. Nihil enim creſcit ſola imitatione. Quòd ſi prioribus adiicere fas non eſt, quomodo ſperare poſſimus, vllum Oratorem perfectum? cum in iis quos maximos adhuc nouimus, nemo ſit inuentus, in quo nihil aut deſideretur, aut reprehẽdatur. Sed etiã qui * ſummam non appetẽt, contendere potius, quã ſequi debent. Nam qui agit vt prior ſit, forſitan etiam ſi non tranſierit, æquabit. Eum vero nemo poteſt æquare, cuius veſtigiis ſibi *vtique inſiſtendũ putat. Neceſſe eſt enim ſemper ſit poſterior, qui ſequitur. Adde quòd plerunque facilius eſt plus facere, quàm idem. Tantam enim difficultatem habet ſimilitudo, vt ne ipſa quidem natura in hoc ita valuerit, vt non res quæ ſimillimæ videantur, vtique diſcrimine aliquo diſcernãtur. Adde quòd quicquid alteri ſimile eſt, neceſſe eſt minus ſit eo quod imitatur, vt vmbra corpore, & imago facie, & actus hiſtrionum veris affectibus. Quod in orationibus quoque euenit. Nanque iis quæ in exemplum aſſumimus, ſubeſt natura, & vera vis: contrà omnis Imitatio ficta eſt, & ad alienum propoſitum accommodatur. Quô fit vt minus ſanguinis ac virium Declamationes habeant, quàm Orationes: quòd in illis vera, in his aſſimulata materia eſt. Adde, quòd ea quæ in Oratore maxima ſunt, imitabilia nõ ſunt, ingenium, inuentio, vis, facilitas, & quicquid arte non traditur. Ideóque plerique cum verba quædam ex orationibus excerpſerunt, aut aliquos compoſitionis certos pedes, mire à ſe quæ elegerunt, effingi arbitrantur: cum verba intercidant, inualeſcántque tẽporibus, vt quorum certiſſima ſit regula in conſuetudine, eáque non ſua natura ſint bona aut mala. (Nã per ſe ſoni tantum ſunt) ſed prout opportunè propriéque aut ſecus collocata ſunt, & compoſitio cum rebus accommodata, * tum ipſa varietate gratiſſima. Quapropter exactiſſimo iudicio circa hanc partem ſtudiorum examinanda ſunt omnia. Primum, Quos imitemur. nam ſunt plurimi, qui ſimilitudinem peſſimi cuiuſque & corruptiſſimi concupierũt. Deinde, In ipſis quos elegerimus, quid ſit ad quod efficiendum nos comparemus. Nam in magnis quoque authoribus incidunt aliqua vitioſa, & à doctis inter ipſos etiam mutuo reprehenſa: atque vtinam tam bona imitantes dicerent melius, quàm mala peius dicũt. Nec vero ſaltem, iis quibus ad euitanda vitia iudicii ſatis fuit, ſufficiat imaginem virtutis effingere, & ſolam, vt ſic dixerim, cutem, vel potius illas Epicuri Figuras, quas è ſummis corporibus dicit effluere. Hoc autem iis accidit, qui non introſpectis penitus virtutibus, ad primũ ſe velut aſpectum orationis aptarunt: & cum iis feliciſſime ceſſit imitatio, qui verbis atque numeris ſunt non multum differentes, vim dicendi atque inuentionis non aſſequũtur: ſed plerunque declinant in peius, & proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiúntque pro grandibus tumidi, preſſis exiles, fortibus temerarii, lætis corrupti, compoſitis exultantes, ſimplicibus negligentes. Itaque qui horridè atque incompoſitè quidlibet frigidũ & inane extulerint, antiquis ſe pares credunt: qui carent cultu atque ſententiis, Atticis: qui præciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem ſuperant: triſtes & ieiuni, Pollioné æmulantur: ocioſi & ſupini, ſiquid modo longius circunduxerint, iurant Ciceronem ita loquuturum fuiſſe. Noueram quoſdam, qui ſe pulchrè expreſſiſſe genus illud huius cæleſtis in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, Eſſe videatur. Ergo primum eſt, Vt quod imitaturus eſt quiſque, intelligat: & quare bonum ſit, ſciat. Tum, in ſuſcipiendo onere cõſulat ſuas vires. Nam quia quædã ſunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non

Imitatio periculoſa.

Conandi meliora ratio.

Imitationi neceſſariũ.

sufficiat,aut diuersitas repugnet:ne cui tenue ingenium erit,sola velit fortia & abrupta: cui G
forte quidem,sed indomitum,amore sublimitatis & vim suam perdat, & elegantiam quam
cupit,non persequatur. Nihil est enim tam indecens,quàm cum mollia dura fiunt. Atque
ego illi præceptori,quem instituera m in libro secundo,tradidi non ea sola docenda esse, ad
quæ quenque discipulorum natura compositum videret. Nam is & adiuuare debet quæ in
quoque eorum inuenerit bona,& quantū fieri potest adiicere quæ desunt,& emendare quæ-
dam & mutare. Rector enim est aliorum ingeniorum atque formator. difficilius est enim
naturam suam fingere. Sed ne ille quidem doctor,quāquam omnia quæ recta sunt velit esse
in suis auditoribus quàm plenissima, in eo tamen cui naturam obstare viderit, laborabit.

Decorum materiæ seruandū. Eloquētiæ omni aliquid commune.

Id quoque vitandum, in quo magna pars errat, Ne in oratione poetas nobis & histori-
cos,in illorum operibus Oratores aut Declamatores imitandos putemus. Sua cuique pro- H
posita lex,suus cuique decor est. Nec comœdia in cothurnos assurgit, nec contrà tragœdia
socco ingreditur. Habet tamen omnis Eloquentia aliquid commune. Id imitemur quod cō
mune est. Etiam solet hoc incommodi accidere iis,qui se vni alicui generi dediderunt, Vt si
asperitas iis placuit alicuius,hanc etiam in leni ac remisso causarum genere non exuant: si
tenuitas ac nuditas,in asperis gravibusque causis ponderi rerum parum respondeant. Cum
sit diuersa non causarum modo inter seipsas conditio,sed in singulis etiam partium causæ:
sintque alia leniter,alia asperè,alia concitatè,alia remissè, alia docendi, alia mouendi gratia
dicenda:quorum omnium dissimilis atque diuersa inter se ratio est. Itaque ne hoc quidem
suaserim,vni se alicui propriè,quem per omnia sequatur, addicere. Longe omnium perfe-
ctissimus Græcorum Demosthenes,aliquid tamen aliquo in loco melius alii: plurima ille, I
sed non qui maximè imitandus,etiam solus imitandus est. Quid ergo? non est satis omnia
sic dicere quomodo M. Tullius dixit? Mihi quidem satis esset, si omnia consequi possem.
Quid tamen noceret vim Cæsaris,asperitatem Cælii, diligentiam Pollionis,iudicium Ca-
lui, quibusdam in locis assumere? Nam præter id quod prudentis est,quod in quoque opti
mum est,si possit, suum facere:tum tāta rei difficultate,vnum intuētes vix aliqua pars sequi-
tur. Ideóque cum totum exprimere quem elegeris pene sit homini inconcessum, plurium
bona ponamus ante oculos, vt aliud ex alio hæreat, & quod cuique conueniat, aptemus.

Imitatio qualis sit.

Imitatio autem (nam sæpius idem dicam) non sit tantum in verbis. Illuc intendenda
mens,quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque personis,quod consilium,quæ dispo-
sitio,quàm omnia etiam quæ delectationi videantur data,ad victoriam spectent,quid agant K
Prooemio,quæ ratio,& quàm varia narrandi,quæ vis probandi ac refellendi,quanta in affe-
ctibus omnis generis mouendis scientia,quantaque laus ipsa popularis vtilitatis gratia as-
sumpta. quæ tum est pulcherrima,cum sequitur,non cum accersitur. Hæc si præuiderimus,
tum verè imitabimur. Qui vero etiam propria his bona adiecerit, vt suppleat quæ deerant,
circuncidat siquid redundabit,is erit (quem quærimus) perfectus Orator: quem nunc con-
summari potissimum oportebat,cum tanto plura exempla bene dicendi supersunt, quàm
illis qui adhuc summi sunt,contigerunt. Nam erit hæc quoque laus eorum,vt priores supe-
rasse, posteros docuisse dicantur.

Qui Modus Scribendi sit. Cap. III.

De Orat.i. Stylus optimus dicēdi magister. Scribendi ratio.

THAEC quidem auxilia extrinsecus adhibentur: in iis autem quæ no- L
bisipsis paranda sunt, vt laboris, sic vtilitatis etiam longe plurimum af-
E fert STYLVS. Nec immerito M. Tullius hunc optimum effectorem ac
magistrum dicendi vocat. Cui sententiæ personam L. Crassi in disputatio-
nibus,quæ sunt de Oratore assignando,iudicium suum cum illius autho-
ritate coniunxit. SCRIBENDVM ergo quàm diligentissime, & quàm plurimū.
Nam vt terra altius effossa generandis alendisque seminibus fœcundior fit:sic profectus nó
à summo petitus,studiorum fructus effundit vberius,& fidelius continet. Nam sine hac
quidem conscientia, ipsa illa ex tempore dicendi facultas inanem modo loquacitatem da
bit, & verba in labris nascentia: illic radices,illic fundamenta sunt:illic opes, velut sanctio- M
re quodam ærario reconditæ,vnde ad subditos quoque casus, cum res exiget, proferantur.
Vires faciamus ante omnia, quæ sufficiant labori certaminum, & vsu non exhauriantur.
Nihil enim rerum ipsa natura voluit magnum effici cito, præposuitque pulcherrimo cui-

Quomodo scribendū.

que operi difficultatem: quæ nascendi quoque hanc fecerit legem, vt maiora animalia
diutius viscеribus parentum continerentur. Sed cum sit duplex quæstio, Quomo-

A do,& Quæ maximè ſcribi oporteat,iam hinc ordinem ſequar.Sit primo vel tardus,dum diligẽs,Stylus:quæramus optima,nec protinus ſe offerentibus gaudeamus:adhibeatur iudicium inuentis, diſpoſitio probatis . Delectus enim rerum verborúmque habendus eſt , & pondera ſingulorum examinanda. Poſtea ſubeat ratio collocandi , verſentúrque omni modo numeri : non vt quodque ſe proferet verbum , occupet locum . Quæ quidem vt diligentius exequamur , repetenda ſæpius erunt ſcriptorum proxima . Nam præter id, quòd ſic melius iunguntur prioribus ſequentia,calor quoque ille cogitationis,qui ſcribendi mora refrixit,recipit ex integro vires,& velut repetito ſpatio ſumit impetum. quod in certamine ſaliendi fieri videmus,vt conatum longius petant,& ad illud quo contenditur ſpatium,curſu ferantur:vtque in iaculando brachia reducimus,& expulſuri tela neruos retro tendimus.

B Interim tamen,ſi fuerit flatus,danda ſunt vela,dum non indulgentia illa nõ fallat.Omnia enim noſtra dum naſcuntur placent:alioqui nec ſcriberentur.Sed redeamus ad iudicium,& retractemus ſuſpectam facilitatem.Sic ſcripſiſſe Salluſtium accepimus , & ſanè manifeſtus eſt etiam ex opere ipſo labor. Virgilium quoque pauciſſimos die compoſuiſſe verſus, author eſt Varus.Oratoris quidem alia conditio.Itaque hanc moram & ſolicitudinem initiis impero. Nam primum hoc conſtituendum,hoc obtinẽdum eſt,vt quàm optimè ſcribamus: celeritatem dabit conſuetudo. Paulatim res facilius ſe oſtẽdent,verba reſpondebunt,compoſitio ſequetur:cuncta denique,vt in familia bene inſtituta,in officio erunt . Summa hæc eſt rei,Cito ſcribendo non fit,vt bene ſcribatur:bene ſcribendo,fit,vt cito.Sed tum maximè cũ facultas illa contigerit,reſiſtamus,prohibeamus,& efferentes equos frenis quibuſdam coer-

Bene potius q̃ cito ſcribẽdum.

C ceamus:quod non tam moram faciet,quàm nouos impetus dabit. Nec enim rurſus eos qui robur aliquod in ſtylo fecerunt,ad infelicem calumniandi ſe pœnam alligandos puto . Nã quo modo ſufficere ciuilibus officiis poſſit,qui ſingulis actionum partibus inſeneſcat? Sunt autem quibus nihil ſit ſatis,omnia mutare,omnia aliter dicere quàm occurrit,velint. Increduli quidam,& de ingenio ſuo peſſime meriti,qui diligentiam putant facere ſibi ſcribendi difficultatem. Nec promptum eſt dicere, vtros peccare validius putem , quibus omnia ſua placent,an quibus nihil. Accidit etiam ingenioſis adoleſcentibus frequenter,vt labore conſumantur: & in ſilentium vſque deſcendant nimia bene dicendi cupiditate. Qua de re memini narraſſe mihi Iulium Secundum,illum æqualem meum,atque à me,vt notum eſt, familiariter amatum,miræ facundiæ virum,infinitæ tamen curæ, quid eſſet ſibi à patruo ſuo

Morositas odioſa.

D dictum.Is fuit Iulius Florus,in Eloquentia Galliarum (quoniam ibi demum exercuit eam) princeps,alioqui inter paucos diſertus,& dignus illa propinquitate. Is cum Secũdum ſcholæ adhuc operatum,triſtem forte vidiſſet:interrogauit,Quæ cauſa frontis tam obductæ:nec diſſimulauit adoleſcens , Tertiũ iam diem eſſe,ex quo omni labore materiæ ad ſcribendum deſtinatæ non inueniret exordium:quo ſibi non præſens tantum dolor, ſed etiam deſperatio in poſterum fieret. Tum Florus arridens, Nunquid tu, inquit, melius dicere vis quàm potes?Ita ſe res habet,Curãdum eſt,vt quàm optimè dicamus:dicendũ tamen,pro facultate. Ad profectum enim opus eſt ſtudio,non indignatione. Vt poſſimus autem ſcribere etiã plura celerius,non exercitatio modo præſtabit,in qua ſine dubio multum eſt, ſed etiam ratio:ſi non reſupini, ſpectantéſque tectum,& cogitationem murmure agitantes expectaueri-

E mus quid obueniat,quid res poſcat,quid perſonam deceat,quod ſit tempus, qui iudicis animus,intuitu humano quodam modo ad ſcribendum acceſſerimns. Sic nobis initia,& quæ ſequuntur,natura ipſa præſtabit.Certa ſunt enim pleraque,& niſi conniueamus, in oculos incurrunt.Ideo nec indocti,nec ruſtici diu quærunt vnde incipiant: quod pudẽdum eſt magis,ſi difficultatem facit doctrina.Non ergo putemus ſemper optimum eſſe, quod latet: ne immuteſcamus alioqui,ſi nihil dicendum videatur,niſi quod nõ inuenimus . Diuerſum eſt huic eorum vitium,qui primo quaſi decurrere per materiam ſtylo quàm velociſſimo volũt, & ſequentes calorem atque impetum,ex tempore ſcribunt.Hanc Syluam vocant . repetunt deinde,& componunt quæ effuderant:ſed verba emendantur, & numeri manent in rebus temerè congeſtis,quæ fudit leuitas.Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atque ab ini-

F tio ſic opus ducere,vt cælandum,non ex integro fabricandum ſit . Aliquando tamen affectus ſequimur,in quibus ferè plus calor quàm diligentia valet. Satis apparet ex eo quòd hanc ſcribentium negligentiam damno,quid de illis dictandi deliciis ſentiam. Nam in ſtylo quidem quanlibet properato dat aliquam cogitationi moram non conſequens celeritatẽ eius manus. Ille cui dictamus vrget,atque interim pudet etiã dubitare,aut reſiſtere,aut mutare,quaſi conſcium infirmitatis noſtræ timentes. Quo fit, vt non rudia tantum & fortui-

Dictantes reprobat.

ta,ſed impropria interim,dum ſola eſt connectendi ſermonis cupiditas, effluant: quæ nec G
ſcribentium curam,nec dicentium impetum conſequantur. At idem ille qui excipit,ſi tardior in ſcribendo,aut inertior in legendo,velut offenſator fuerit,inhibetur curſus, atque omnis quæ erat conceptæ mentis intentio,mora,& interdum iracundia excutitur. Tum illa quæ apertiorē animi motum ſequūtur, quæque ipſa animū quodam modo concitāt, quorum eſt iactare manum,torquere vultum,ſimul vertere latus, & interim obiurgare, quæque
Satyr.i. Perſius notat,cum leuiter dicendi genus ſignificat, Nec pluteum,inquit,cædit,nec demorſos ſapit vngues: etiam ridicula ſunt,niſi cum ſoli ſumus. Denique vt ſemel (quod eſt potiſſimum) dicam,ſecretum quod dictando perit,atque liberum arbitris locum, & quàm al-
Seceſſus an ſtudijs apt⁹ tiſſimum ſilentium ſcribentibus maximè conuenire nemo dubitauerit. Non tamen protinus audiendi,qui credunt aptiſſima in hoc nemora ſyluásque, quòd illa cæli libertas, H
locorúmque amœnitas,ſublimem animum,& beatiorem ſpiritum parent. Mihi certè iucūdus hic magis,quàm ſtudiorum hortator videtur eſſe ſeceſſus. Nanque illa ipſa quæ delectant,neceſſe eſt auocent ab intentione operis deſtinati. Neque enim ſe bona fide in multa ſimul intendere animus totum poteſt. & quocunque reſpexerit, deſinit intueri quod propoſitum fuerat. Quare ſyluarum amœnitas, & præterlabentia flumina, & inſpirātes ramis arborum auræ,volucrumque cantus,& ipſa late circunſpiciendi libertas, ad ſe trahunt: vt mihi remittere potius voluptas iſta videatur cogitationem,quàm intendere. Demoſthenes melius, qui ſe in locum, ex quo nulla exaudiri vox, nihilque proſpici poſſet, recondebat,ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideóque lucubrantes ſilentium noctis,& cluſum cubiculum,& lumen vnum velut rectos maximè teneat. Sed cum in omni ſtudiorum gene- I
re,tum in hoc præcipuè bona valetudo,quæque eam maximè præſtat, frugalitas neceſſaria eſt: cum tempora ab ipſa rerum natura ad quietem refectionēmque nobis data,in acerrimū laborem conuertimus. Cui tamen non plus irrogandum eſt,quàm quod ſomno ſupererit, haud deerit. Obſtat enim diligentiæ ſcribendi etiam fatigatio: & abunde,ſi vacet,lucis ſpatia ſufficiunt: occupatos in noctem neceſſitas agit. Eſt tamē lucubratio,quoties ad eam integri ac refecti venimus,optimum ſecreti genus. Sed ſilentium,& ſeceſſus, & vndique liber animus,vt ſunt maximè optanda,ita non poſſunt ſemper contingere. Ideóque nō ſtatim ſiquid obſtrepet,abiiciendi codices erunt,& deplorandus dies: verum incommodis repugnādum: & hic faciendus vſus,vt omnia quæ impediunt,vincat intentio. quam ſi tota mente in opus ipſum direxeris,nihil eorum quæ oculis vel auribus incurſant, ad animum perue- K
niet. An vero frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præſtat, vt obuios non videamus, & itinere deerremus,non conſequemur idem ſi & voluerimus? Non eſt indulgendum cauſis deſidiæ. Nam ſi non niſi refecti,non niſi hilares,non niſi omnibus aliis curis vacantes,ſtudendum exiſtimauerimus, ſemper erit propter quod nobis ignoſcamus. Quare in turba,iti nere,conuiuiis etiam faciat ſibi cogitatio ipſa ſecretum. Quid alioqui fiet,cum in medio foro,tot circunſtantibus iudiciis,iurgiis,fortuitis etiam clamoribus,erit ſubito continua oratione dicendum,ſi particulas quas cæris mandamus, niſi in ſolitudine reperire non poſſumus? Propter quæ ille idem tantus amator ſecreti Demoſthenes,in littore,in quod maximo cum ſono fluctus illideretur,meditans conſueſcebat concionum fremitus non expaueſcere.

Cæris ſcribendum. Illa quoque minora (ſed nihil in ſtudiis paruum eſt) non ſunt tranſeunda,Scribi optimè L
Cæris,in quibus facillima eſt ratio delendi: niſi forte viſus infirmior membranarum potius vſum exiget: quæ vt iuuant aciem,ita crebra relatione,quoad intinguntur calami,morantur manum,& cogitationis impetum frangunt. Relinquēdæ autem in vtrolibet genere * vacuæ tabellæ,in quibus libera adiiciendi ſit excurſio. Nam interim pigritiam emendandi anguſtiæ faciunt, aut certè nouorum interpoſitione priora confunduntur. Ne latas quidem vltra modum eſſe Cæras velim: expertus iuuenem ſtudioſum alioqui prælongos habuiſſe ſermones, quia illos numero verſuum metiebatur: idque vitium, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat,mutatis codicibus eſſe ſublatum. Debet vacare etiam locus in quo notentur,quæ ſcribentibus ſolent extra ordinem,id eſt ex aliis,quàm qui ſunt in manibus, locis occurrere. Irrumpunt enim optimi nonnunquam ſenſus,quos neque inſerere oportet, M
nec differre tutum eſt: quia interim elabuntur: interim memoriæ ſuæ intentos ab alia inuentione declinant. Ideóque optimè ſunt in depoſito.

A

De Emendatione. Cap. IIII.

EQVITVR EMENDATIO, pars ſtudiorum longe vtiliſſima. Neque enim ſine cauſa creditum eſt, Stylum non minus agere cum delet. Emẽdatio nis partes.

S Huius autẽ operis eſt, Adiicere, Detrahere, Mutare. Sed facilius in iis ſimpliciũsque iudicium, quæ replenda vel deiicienda ſunt: premere vero tumẽtia, humilia extollere, luxuriantia aſtringere, inordinata digerere, ſoluta cõponere, exultantia coercere, duplicis operæ. Nam & damnanda ſunt quæ placuerant, & inuenienda quæ fugerant. Nec dubium eſt, optimum eſſe emendandi genus, ſi ſcripta in Emendandi ratio.

aliquod tempus reponantur, vt ad ea poſt interuallum velut noua atque aliena redeamus,

B ne nobis ſcripta noſtra quaſi recentes fœtus blandiantur. Sed neque hoc contingere ſemper poteſt, præſertim Oratori, cui ſæpius ſcribere ad præſentes vſus neceſſe eſt. Et ipſa Emendatio finem habet. Sunt enim qui ad omnia ſcripta tanquã vitioſa redeant, & quaſi nihil fas ſit rectum eſſe quod primum eſt, melius exiſtiment quicquid eſt aliud: idque faciant quoties librum in manus reſumpſerint, ſimiles medicis etiam integra ſecantibus. Accidit itaque vt cicatricoſa ſint & exanguia, & cura peiora. Sit ergo aliquando quod placeat, aut certè quod ſufficiat: vt opus poliat lima, non exterat. Tẽporis quoque eſſe debet modus. Nã quòd Cinnæ Smyrnam nouem annis accipimus ſcriptam, & Panegyricum Iſocratis, qui parciſſimè, decem annis dicunt elaboratum, ad Oratorem nihil pertinet: cuius nullum erit, ſi tam tardum fuerit auxilium. Emendandi finis.

C

Quæ Scribenda ſunt præcipuè. Cap. V

PROXIMVM eſt vt dicamus, QVAE PRAECIPVE SCRIBENDA ſint. Hoc exuberantis quidem eſt operis, vt explicemus quæ

P ſint materiæ: quæ prima, aut ſecunda, aut deinceps tractanda ſint. Nam id factum eſt etiam primo libro, quo puerorum: & ſecundo, quo iam robuſtorum ſtudiis ordinem dedimus. Sed de quo nunc agitur, Vnde copia & facilitas maximè veniat. VERTERE GRAECA IN LATINVM veteres noſtri Vertenda græca in latinum. Lib. i. Timeũ & Oeconomicum.

Oratores optimum iudicabant. Id ſe L. Craſſus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitaſſe. Id Cicero ſua ipſe perſona frequentiſſimè præcipit. Quin etiam libros Platonis at-

D que Xenophontis edidit hoc genere translatos. Marco id meſſalæ placuit, multæque ſunt ab eo ſcriptæ ad hũc modum orationes: adeo vt etiam cum illa Hyperidis pro Phryne diffi cillima Romanis ſubtilitate contenderet. Et manifeſta eſt exercitationis huiuſce ratio: nam & rerum copia Græci authores abundant, & plurimum artis in Eloquentiam intulerunt, & hos transferentibus, verbis vti optimis licet. Omnibus enim vtimur noſtris. Figuras vero quibus maximè ornatur oratio, multas & varias excogitãdi etiam neceſſitas quædam eſt: quia plerunque à Græcis Romana diſſentiunt. Sed etiam illa ex Latinis Conuerſio ex latinis.

uerſio, multum & ipſa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo ſolo genere exercitationis dicitur vſus eſſe Sulpitius. Nam & ſublimis ſpiritus attollere orationem poteſt, & verba poetica libertate audaciora, præſumunt eandem propriè dicendi fa-

È cultatem. Sed & ipſis ſententiis adiicere licet Oratorium robur, & omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. Neque ego παράφρασιν eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen atque æmulaaionẽ. Ideóque ab illis diſſentio, qui vertere orationes latinas vetant, quia optimis occupatis, quicquid aliter dixerimus, neceſſe ſit eſſe deterius. Nam neque ſemper eſt deſperandum aliquid illis quæ dicta ſunt, melius poſſe reperiri: neque adeo ieiunã ac pauperem natura Eloquentiam fecit, vt vna de re bene dici niſi ſemel non poſſit. Niſi forte hiſtrionum multa circa voces eaſdem variare geſtus poteſt, orandi minor vis, vt dicatur aliquid, præter quod in eadem materia nihil dicendum ſit. Sed eſto, neque melius quod inuenimus ſit, nec par, eſt certè proximus locus. An non ipſi nos bis ac ſæpius de eadem re dicimus, & quidem continuas nonnunquam ſententias? Niſi forte contendere nobiſcum poſſu-

F mus, cum aliis non poſſumus. Nam ſi vno tantum genere bene dicetur, fas erit exiſtimari præcluſam nobis à prioribus viam in dicendo. Nunc vero innumerabiles ſunt modi, plurimæque eodem viæ ducunt: ſua breuitati gratia, ſua copiæ, alia translatis virtus, alia propriis. Hoc oratio recta, illud figura declinata commendat. Ipſa denique vtiliſſima eſt exercitationi difficultas. Quid, quòd authores maximi ſic diligentius cognoſcuntur? Non enim ſcripta, lectione ſecura tranſcurrimus: ſed tractamus ſingula, & neceſſariò introſpicimus: & quã-

παράφρασις

Noſtra plu rib⁹ modis tractanda

tum virtutis habeant vel hoc ipſo cognoſcimus,quòd imitari non poſſumus. Nec alie- G
na tantum transferre,ſed etiam NOSTRA pluribus modis tractare proderit:vt ex indu
ſtria ſumamus ſententias quaſdam,eásque verſemus quàm numeroſiſſimè, velut eadem cæ-
ra aliæ atque aliæ formæ duci ſolent. Plurimum autem parari facultatis exiſtimo ex ſimpli-
ciſſima quaque materia. Nam in illa multiplici perſonarum,cauſarum,temporum, locorũ,
dictorum,factorũ diuerſitate facile deliteſcet infirmitas: tot ſe vndique rebus, ex quibus ali-
qua apprehendas,offerentibus. Illud virtutis indicium eſt, Fundere quæ natura contracta
ſunt,augere parua,varietatem ſimilibus,voluptatem expoſitis dare,& bene dicere multa de
Lib.iij. cap.v. paucis. In hoc optimè facient INfinitæ QVæſtiones,quas vocari THeſeis diximus:qui-
bus Cicero iam princeps in Rep.exerceri ſolebat. His confinis eſt DEſtructio & CON-
Theſes Sententia rum deſtru ctio & con firmatio. firmatio Sententiarum. Nam cum ſit Sentẽtia,decretum quoddam atque præceptum,quod H
de reo,idem de iudicio rei quæri poteſt. Tum LOci COMmunes,quos etiam ſcriptos ab
Oratoribus ſcimus. Nam qui hæc recta tantum, & in nullos flexus recedentia copioſè tra-
ctauerit:vtique in illis plures excurſus recipientibus magis abundabit,eritque in omnes cau
Loci com- munes. ſas gratus. Omnes enim generalibus quæſtionibus conſtant. Nam quid intereſt,Cornelius
Trib.pl.quòd codicem legerit,reus ſit:an quæramus violetur ne maieſtas,ſi magiſtratus ro-
gationem ſuam populo ipſe recitauerit? Milo Clodium rectè ne occiderit, veniat in iudiciũ:
an oporteat ne inſidiatorem interfici,vel pernicioſum Reip.ciuem,etiam ſi non inſidietur?
Cato Martiam honeſtè ne tradiderit Hortenſio,an conueniat nec ne res talis bono viro? De
De Dela- matione. perſonis iudicatur, ſed de rebus contenditur. DECLAMATIONES vero quales
in ſcholis Rhetorum dicuntur,ſi modo ſunt ad veritatem accommodatæ,& orationibus ſi- I
miles,non tantum dum adoleſcit profectus,tunc vtiliſſimæ,quæ inuentionem & diſpoſitio
nem pariter exercent,ſed etiam cum eſt conſummatus, ac iam in foro clarus. Alitur enim
atque eniteſcit velut pabulo lætiore facundia,& aſſidua contentionum aſperitate fatigata re-
Hiſtoriæ. Dialogi. Carmina. nouatur. Quapropter Hiſtoriæ nonnunquam vbertas in aliqua exercendi ſtyli parte ponẽ-
da:& DIalogorũ libertate geſtiendũ. Ne CArmine quidẽ ludere contrariũ fuerit:Sicut athle
tæ remiſſa quibuſdam temporibus ciborum atque exercitationum certa neceſſitate, ocio &
iucundioribus epulis reficiuntur. Ideóque mihi videtur M. Tullius tãtum intuliſſe Eloquẽ-
tiæ lumen,quòd in hos quoque ſtudiorum receſſus excurrit. Nam ſi nobis ſola materia fue-
rit ex litibus,neceſſe eſt deteratur fulgor,& dureſcat articulus,& ipſe ille mucro ingenii quo-
tidiana pugna retundatur. Sed quemadmodũ forenſibus certaminibus exercitatos, & quaſi K
militantes reficit ac reparat hæc velut ſagina dicendi:ſic adoleſcentes non debent nimium
in falſa rerum imagine detineri,& inanibus ſimulacris:vſqueadeo * vt difficile ab iis digreſ-
ſos ſit aſſuefacere,ne ab illa in qua propè conſenuerint vmbra,vera diſcrimina velut quen-
dam ſolem reformident. Quod accidiſſe etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis
profeſſor fuit, traditur:vt cum ei ſummam in ſcholis opinionem obtinenti cauſa in foro
eſſet oranda,impenſè petierit,vti ſubſellia in baſilicam transferrentur:ita illi cælum nouum
fuit,vt omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. Quare iuuenis,qui ra
tionem inueniendi eloquendique à præceptoribus diligenter acceperit, quod non eſt infi-
niti operis,ſi docere ſciant,& vel exercitationem quoque modicam fuerit conſecutus, Ora-
torem ſibi aliquem (quod apud maiores fieri ſolebat) deligat, quem ſequatur, quem imite- L
tur,iudiciis interſit quamplurimis,& ſit certaminis cui deſtinatur frequens ſpectator:tũ cau
ſas vel eaſdem quas agi audierit,ſtylo & ipſe componat:vel etiam alias,veras modo,& vtrũ-
q; tractet: & quod in gladiatoribus fieri videmus, * in rebus actis exerceatur:vt feciſſe Brutũ
Lib.iij. cap.viij. diximus pro Milone. Melius hoc,quàm reſcribere veteribus orationibus,vt fecit Sextius cõ
tra Ciceronis actionem habitam pro eodem, cum alteram partem ſatis noſſe non poſſet
ex ſola defenſione. Citius autem ſic idoneus erit iuuenis,quem præceptor coegerit in decla
mando quàm ſimillimum eſſe veritati,& per totas ire materias: quarum nunc facillima &
maximè fauorabilia decerpunt. Obſtabat huic (quod ſecundo libro poſui) * frequens turba
diſcipulorum,& conſuetudo claſſium certis diebus audiendarum: nonihil etiam perſuaſio
patrum numerantium potius Declamationes,quàm æſtimantium. Sed quod dixi primo(vt M
arbitror) libro,nec ille ſe bonus præceptor maiore numero, quàm ſuſtinere poſſit,onerabit:
& niniam loquacitatem recidet,vt omnia quæ ſunt in controuerſia,non,vt quidam volũt,
quæ in rerum natura dicantur,& vel longiore potius dierum ſpatio laxabit dicendi neceſſi-
tatem, vel materias diuidere permittet. Vna enim diligenter effecta plus proderit,quàm plu
res inchoatæ,& quaſi deguſtatæ. Propter quod accidit, vt nec ſuo loco quicquam ponatur,

A nec illa quæ prima ſunt ſeruent ſuam legem,iuuenibus floſculos omniũ partium in ea quæ ſunt dicturi congerentibus:quo fit,vt timentes ne ſequentia perdant,priora confundant.

De Cogitatione. Cap. VI.

PROXIMA ſtylo COGITATIO eſt,quæ & ipſa vires ab hoc accipit,& eſt inter ſcribendi laborem, extẽporalémque fortunam media quædam,& neſcio an vſus frequentiſſimi. Nam ſcribere,nec vbique,nec ſemper poſſumus,cogitationi temporis ac loci plurimum eſt. Hæc paucis admodum horis magnas etiam cauſas complectitur. Hæc quoties intermiſſus eſt ſomnus, ipſis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid inuenit vacui,nec ocium patitur. Neque vero rerum ordinẽ modo(quod ipſum ſatis erat) intra ſe ipſa diſponit:ſed verba etiam copulat,totámque ita contexit orationem, vt ei nihil præter manum deſit. Nam memoriæ quoque plerũque inhæret fidelius,quòd nulla ſcribendi ſecuritate laxatur. Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi perueniri poteſt,aut ſubito,aut cito. Nam primum facienda multo ſtylo forma eſt,quæ nos etiam cogitantes ſequatur: tum aſſumendus vſus , paulatim,vt pauca primum cõplectamur animo,quæ reddi fideliter poſſint:mox per incrementa tam modica,vt onerari ſe labor ille non ſentiat, augenda vſu & exercitatione multa continenda eſt,quæ quidem maxima ex parte memoria conſtat : ideóque aliqua mihi in illum locum differenda ſunt. Eò tamen peruenit, vt is cui non refragetur ingeniũ, acri ſtudio adiutus tantum conſequatur,vt ea etiam quæ cogitarit,quæ ſcripſerit atque edicerit,in dicendo fidem ſeruent. Cicero certè Græcorum Metrodorum Sceptium , & Eriphylum Rhodium,noſtrorúmque Hortenſium tradidit,quæ cogitauerant ad verbũ in agẽdo retuliſſe. Sed ſi forte aliquis inter dicendum effulſerit extemporalis color , non ſuperſtitioſè cogitatis demum eſt inhærendum. Neque enim tantum habent curæ,vt non ſit dandus & fortunæ locus,cum ſæpe etiam ſcriptis ea quæ ſubito nata ſunt , inſerantur . Ideóque totum hoc exercitationis genus ita inſtituendum eſt,vt & digredi ex eo,& redire in id facile poſſimus. Nam vt primum eſt domo afferre paratam dicendi copiam & certam:ita refutare tempotis munera,longe ſtultiſſimum eſt. Quare cogitatio in hoc præparetur,vt nos fortuna decipere non poſſit,adiuuare poſſit. Id autem fiet memoriæ viribus,vt ea quæ complexi animo ſimus,fluant ſecura,ne ſolicitos & reſpicientes,& vna ſpe ſuſpenſos recordationis non ſinant præuidere:alioqui vel extemporalem temeritatem malo,quàm male cohærentem cogitationem. Peius enim quæritur retrorſus:quia cũ illa deſideramus,ab aliis auertimur:& ex memoria potius repetimus,quàm ex materia. Plura ſunt autem ſi *vtrũque quærendum eſt,quæ inueniri poſſunt,quàm quæ inuenta ſunt.

Lib. ij. de Orat. In Bruto.

Quemadmodum Extemporalis Facultas paretur & contineatur. Cap. VII.

MAXIMVS vero ſtudiorum fructus eſt,& velut præmium quoddam amplius lõgi laboris,EXTEMPORE DICENDI FACVLTAS: quam qui non erit conſecutus,mea quidem ſententia,ciuilibus officiis renũciabit,& ſolam ſcribẽdi facultatem potius ad alia opera cõuertet . Vix enim bonæ fidei viro conuenit,auxilium in publicum polliceri, quod præſentiſſimis quibusque periculis deſit: Vt indicare portum ad quem nauis accedere,niſi lenibus ventis vecta,non poſſit. Siquidem innumerabiles accidunt ſubitæ neceſſitates, vel apud magiſtratus, vel repræſentatis iudiciis continuo agendi:quarum ſiqua non dico cuicunque innocentium ciuium,ſed amicorum atque propinquorum alicui euenerit,ſtabit ne mutus,& ſalutarem petentibus vocem, ſtatimque ſi non ſuccurratur , perituris , moras & ſeceſſum & ſilentium quæret, dum illa verba fabricentur,& memoriæ inſidant, & vox ac latus præparetur? Quæ vero patitur hoc ratio?vt quiſquam ſit Orator imparatus ad caſus ? Quid cum aduerſario reſpondendum erit,fiet? Nam ſæpe ea quæ opinati ſumus , & contra quæ ſcripſimus,fallunt,ac tota ſubito cauſa mutatur. Atque vt gubernatori ad incurſus tempeſtatum, ſic agenti ad varietatem cauſarum ratio mutanda eſt. Quid porro multus ſtylus , & aſſidua lectio,& longa ſtudiorum ætas facit,ſi manet eadem quæ fuit incipientibus difficultas? Periſſe profecto confitendum eſt præteritum laborem,cui ſemper idem laborandum eſt . Neque ego hoc ago,vt extẽpore dicere malit,ſed vt poſſit. Id autẽ maximè hoc modo conſequemur. Nota ſit primũ dicẽdi via. Neque enim prius cõtingere curſus poteſt,quàm ſcierimus,quò ſit,& quà perueniẽdũ. Nec ſatis eſt,non ignorare quæ ſint cauſarũ iudicialiũ par-

Facilitas extẽpore dicendi qũo cõparetur.

tes,aut quæſtionum ordinem rectè diſponere,quanquam iſta ſunt præcipua: ſed quid quo- G
que loco primum ſit,quid ſecundum,ac deinceps:quæ ita ſunt natura copulata, vt mutari
aut interuelli ſine confuſione non poſſint. Quiſquis autem viam diſcet, ducetur ante o-
mnia rerum ipſa ſeriè,velut duce:propter quod homines etiam modice exercitati,facillimè
tenorem in narrationibus ſeruant. Deinde,quid quoque loco quærant,ſcient,nec circun-
ſpectabunt,nec offerentibus ſe aliunde ſenſibus turbabuntur: nec confundent ex diuerſis
orationem,velut ſaltantes huc,illuc,nec vſquam inſiſtentes. Poſtremo, habebunt modum
& finem,qui eſſe citra diuiſionem nullus poteſt. Expletis pro facultate omnibus quæ propo
ſuerint,peruenisſe ſe ad vltimum ſentient. Et hæc quidem ex arte,illa vero ex ſtudio: vt co-
piam ſermonis optimi,quemadmodum præceptum eſt,comparemus:multo ac fideli ſtylo
ſic formetur oratio,vt ſcriptorum colorem etiam ea quæ ſubito effuſa ſint reddant, vt cum H
multa ſcripſerimus etiam multa dicamus. Nam conſuetudo & exercitatio facilitatem ma-
ximè parit: quæ ſi paulum intermiſſa fuerit,non velocitas illa modo tardatur, ſed *κάρηνμα*
ipſum coit atque concurrit. Quanquam enim opus eſt naturali quadam mobilitate ani-
mi,vt dum proxima dicimus,ſtruere vlteriora poſſimus,ſempérque noſtram vocem prouiſa
& formata cogitatio excipiat,vix tamen aut natura aut ratio in tam multiplex officium
diducere animum queat,vt inuẽtioni,diſpoſitioni,elocutioni,ordini verborum rerũmque,
tum iis quæ dicit, quæ ſubiuncturus eſt, quæ vltra ſpectanda ſunt, adhibita vocis, pronun-
ciationis, geſtus obſeruatione, vna ſufficiat. Longe enim præcedat oportet intentio,ac præ
ſe res agat:quantumque dicendo conſumitur,tantùm ex vltimo prorogetur, vt donec per-
ueniamus ad finem,nõ minus proſpectu procedamus quàm gradu,ſi non interſiſtentes of- I
fenſantésque breuia illa,atque conciſa ſingultantiũ modo eiecturi ſumus. Eſt igitur Vſus
Irrationabilis quidam, quem Græci *ἄλογον τριβὴν* vocant, quo manus in ſcribendo decur-
rit,quo oculi totos ſimul in lectione verſus, flexúsque eorum,& tranſitus intuẽtur, & ante
ſequentia vident,quàm priora dixerunt. Quo conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum ac
ventilatorum,vt ea quæ emiſerint vltro venire in manus credas,& qua iubentur decurrere.
Sed hic vſus ita proderit,ſi ea de qua locuti ſumus ars anteceſſerit, vt ipſum illud quod in ſe
rationem non habet,in ratione verſetur. Nam mihi ne dicere quidẽ videtur,niſi qui diſpo-
ſitè,ornatè,copioſè dicit. Sed nec tumultuarii nec fortuiti ſermonis contextum mirabor
vnquam,quem iurgantibus etiam mulierculis ſuperfluere video:quẽ ſi calor & ſpiritus tulit
(frequenter enim accidit,vt ſucceſſum extemporalem conſequi cura non poſſit) Deum tunc K
i.de Orat. affuiſſe,cum id euenisſet,veteres Oratores (vt Cicero dicit) aiebant. Sed ratio manifeſta eſt.
Nam bene concepti affectus,& recentes rerum imagines continuo impetu feruntur, quæ
nonnunquam mora ſtyli refrigeſcunt,& dilatæ non reuertuntur. Vtique vero cum infelix
illa verborum cauillatio acceſſit,& curſus ad ſingula veſtigia reſtitit, non poteſt ferri contor
ta vis. Sed vt optimè vocum ſingularum cedat electio,non cõtinua,ſed compoſita eſt. Qua-
Lib.viij. cap.iiij. re capiendæ ſunt ille,(de quibus dixi) rerum imagines,quas vocari *φαντασίας* indicauimus,
omniáque de quibus dicturi erimus,perſonæ, quæſtiones,ſpes,metus,habenda in oculis,in
Pectus diſertos facit. affectus recipienda. PEctus eſt enim quod diſertos facit,& vis mentis. Ideóque imperitis
quoque ſi modo ſunt aliquo affectu concitati,verba non deſunt. Tum intẽdendus ANi-
mus,non in aliquam rem vnam,ſed in plures ſimul continuas:vt ſi per aliquam rectam viã L
mittamus oculos,ſimul omnia quæ ſunt in ea,circáque intuemur:non vltimũ tantùm vide
Pudor. mus,ſed vſque ad vltimum. Addit ad dicendum etiam PVdor ſtimulos, habet & dicen-
dorum expectata laus:mirúmque videri poteſt,quòd cũ ſtylus ſecreto gaudeat,atque omnes
arbitros reformidet,extemporalis actio auditorum frequentia, vt miles congeſtu ſignorum
excitatur. Nanque & difficiliorem cogitationem exprimit & expellit dicendi neceſſitas, &
ſecundos impetus auget placendi cupido. Adeo precium omnia expectat,vt eloquẽtia quo-
que, quãquam plurimum habeat in ſe voluptatis,maximè tamẽ præſenti fructu laudis opi
nionisque ducatur. Nec quiſquam tantum fidat ingenio,vt id ſibi ſpe ret incipienti ſtatim
poſſe contingere. Sed ſicut in cogitatione præcepimus,ita * facilitatem quoque extemporalẽ
à paruis initiis paulatim perducemus ad ſummam:quæ nec perfici, nec contineri niſi vſu M
poteſt. Cæterum peruenire eò debet,vt cogitatio,non vtique melior ſit ea, ſed tutior: cũ hãc
* facilitatem nõ in proſa modo multi ſint conſecuti, ſed etiam in carmine, vt Antipater
In Orat. pro Arch. poeta. Sidonius, & Licinius Archias. Credendum enim Ciceroni eſt: non quia noſtris qu oque
temporibus non & fecerint quidam hoc,& faciant: quod tamen ipſum non tam probabile
puto (Neque enim habet aut vſum res,aut neceſſitatem) quàm exhortandis in hanc ſpẽ qui

foro præparantur,vtile exemplum. Neque vero esse vnquam tantam fiduciã facilitatis velim,vt non breue saltem tempus,quod nusquam ferè deerit, ad ea quæ dicturi sumus dispiciẽda sumamus. Quod quidem in iudiciis ac foro datur semper. Neque enim quisquam est, qui causam quam non didicerit,agat. Declamatores quosdam peruersa ducit ambitio, vt exposita controuersia protinus dicere velint: quin etiam quod est in primis friuolum ac scenicum,verbum petant quo incipiant. Sed tam contumelioſos in se ridet inuicem Eloquẽtia,& qui stultis eruditi videri volunt, stulti eruditis videntur. Siqua tamen fortuna tam subitam fecerit agendi necessitatem,mobiliore quodam opus erit ingenio, & vis omnis intendenda rebus, & in præsentia remittendum aliquid ex cura verborum. Si sequi vtrunque non dabitur, tum & tardior pronunciatio moras habet, & suspensa ac veluti dubitans oratio: vt tamen deliberare, non hæsitare videamur. Hoc dum egredimur è portu, si nos nondum aptatis satis armamentis aget ventus:deinde paulatim simul cuntes aptabimus vela, & disponemus rudentes, & impleri sinus optabimus. Id potius, quàm se inani verborum torrenti dare quasi tempestatibus, quò volent auferendum. Sed non minore studio continetur hæc facultas, quam paratur. Ars enim semel percepta non labitur, stylus quoque intermissione paulum admodum de celeritate perdit, promptum hoc & in expedito positum exercitatione sola continetur. Hac vti sic optimum est, vt quotidie dicamus audientibus pluribus, maximè de quorum sumus iudicio ac opinione soliciti. rarum est enim vt satis se quisquam vereatur,vel soli tamen dicamus potius,quàm non omnino dicamus. Est alia exercitatio cogitandi,totásque materias vel silentio, dum tamen quasi dicat intra seipsum,persequendi:quæ nullo non & tempore, & loco, quando non aliud agimus, explicari potest,& est in parte vtilior quàm hæc proxima. Diligentius enim componitur, quàm illa in qua contextum dicendi intermittere veremur. Rursus illa prior plus confert vocis firmitate,oris facilitate,motu corporis,qui & ipse,vt dixi, excitat Oratorem, & iactatione manus,pedis supplosione, sicut cauda leones facere dicuntur, hortatur. Studendum vero semper,& vbique. Neq; enim ferè tã vllus est dies occupatus,vt nihil lucri,vel, vt Cicero Brutum facere tradit, operæ ad scribendum, aut ad legendum, aut ad dicendum rapi aliquo momento temporis possit. Siquidem C. Carbo etiam in tabernaculo solebat hac vti exercitatione dicendi. Ne id quidem tacendum est, quod eidem Ciceroni placet, Nullum nostrum vsquam negligentem esse sermonem: quicquid loquimur, vbicunque sit pro sua scilicet portione perfectum. Scribendum certè nunquam est magis,quàm cum multa dicemus extempore. Ita enim seruabitur pondus, & intrans illa verborum facilitas in altum reducetur:Sicut rustici proximas vitis radices amputant,quæ illam in summum solum ducant,vt inferiores penitus descendendo firmentur. Ac nescio an vtrunque cum cura & studio fecerimus,inuicem prosit,Vt scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius. Scribendum ergo,quoties licebit: si non dabitur, cogitandum: ab vtroque excluſi, debent tamen adniti,vt neque deprehẽsus Orator,neque litigator destitutus esse videatur. Plerunque autem multa agentibus accidit, vt maximè necessaria, & vtique initia scribant:cætera quæ domo afferunt, cogitatione complectantur, subditis ex tempore occurrãt. Quod feciſſe M. Tullium Commentariis ipsius apparet. Sed feruntur aliorum quoque, & inuẽti fortè vt eos dicturus quisque composuerat, & in libros digesti, vt causarum quæ sunt actæ à Seruio Sulpitio,cuius tres orationes extant. Sed hi, de quibus loquor,Commentarii ita sunt exacti, vt ab ipso mihi in memoriam posteritatis videantur esse compositi. Nam Ciceronis ad præsens modo tempus aptatos libertus Tiro contraxit: quos non ideo excuſo, quia non probem, sed vt sint magis admirabiles. In hoc genere prorsus recipio hanc breuem annotationem, libellôsque qui vel manu teneantur, & ad quos interim respicere fas sit. Illud quod Lenas præcipit, displicet mihi, Quæ scripsimus, in summas siue commentarios & capita referre. Facit enim & discendi negligentiam hæc ipsa fidutia, & lacerat ac deformat orationem. Ego autem ne scribendum quidem puto, quod simus memoria prosecuturi. Nam hoc quoque accidit,vt reuocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec sinat præsentem fortunam experiri. Sic anceps inter vtrunque animus æstuat, cum & scripta perdit,& nõ quærit noua. Sed de memoria destinatus est proximo libro locus,nec huic parti subiungendus,quia sunt alia prius nobis dicenda.

In Bruto.

Nullus sermo negligens sit.

Cõmẽtarij Ciceronis.

De Apte dicendo. Cap. I.

ij.&.iij.de Orat.

ARATA, ſicut ſuperiore libro continetur, facultate ſctibendi cogì tandique,& ex tempore etiam cum res poſcet orādi: proxima eſt cura,vt dicamus apte: quam virtutem Elocutionis quartam Cicero demonſtrat, quæque eſt meo quidem iudicio maximè neceſſaria. Nam cum ſit ornatus orationis varius & multiplex,cōueniárque alius alii, P niſi fuerit accommodatus rebus atque perſonis, non modo non il- H luſtrabit eam, ſed & deſtruet,& vim rerum in contrariū vertet. Quid enim prodeſt eſſe verba & Latina, & ſignificantia, & nitida, figuris etiam numerisque elaborata, niſi cum iis in quæ iudicem duci formarique volumus,conſentiant? Si genus ſublime dicendi paruis in cauſis,paruum* limatūque grandibus, lætum triſtibus, lene aſperis, minax ſupplicibus, ſummiſſum concitatis, trux atque violentum iucundis adhibeamus? Vt monilibus & margaritis,ac veſte lōga,quæ ſunt ornamenta fœminarum,deformentur viri:nec habitus triumphalis,quo nihil cogitari poteſt auguſtius,fœminas deceat. Hunc locum Cicero breuiter in tertio de Oratore libro perſtringit: neque tamen videri poteſt quicquam omiſiſſe,dicendo, Non omni cauſæ, nec auditori,nec perſonæ, nec tēpori cōgruere orationis vnū genus. Nec ferè pluribus in Ora- I
In Orat. tore eadem. Sed illic L. Craſſus,cum apud ſummos Oratores,hominésque eruditiſſimos dicat,ſatis habet partem hanc velut notare inter agnoſcentes. Et hic Cicero alloqués Brutum teſtatur eſſe hæc ei nota,ideóque breuius à ſe dici,quanquā ſit fuſus locus,tracteturque à philoſophis latius. Nos inſtitutionē profeſſi,non ſolum ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus, tradimus: ideóque paulo pluribus verbis debet haberi venia. Quare notū ſit nobis ante omnia, Quid conciliando, docendo,mouendo iudici conueniat. Quid quaque parte orationis petamus. Ita nec vetera,aut translata,aut ficta verba incipiendo,narrando, argumentando tractabimus,neque decurrentis contexto nitore circuitus,vbi diuidenda erit cauſa,& in partes ſuas digerēda,neque humile atque quotidianum ſermonis genus,& compoſitione ipſa diſſolutū epilogis dabimus:nec iocis lachrymas,nec rurſus lachrymas vbi opus erit mi K
Ornatus quo cōſtet. ſeratione,ſiccabimus. Nam Ornatus omnis non tam ſua quàm rei cui adhibetur,conditione conſtat:nec plus refert quid dicas,quàm quo loco. Sed totum hoc apte dicere,non elocutionis tantùm genere conſtat,ſed eſt cum inuētione commune. Nā ſi tantūm habēt etiam verba momētum,quanto res ipſæ maius? Quarū quæ eſſet obſeruatio,ſuis locis ſubinde ſubiecimus. Illud eſt diligentius docēdum, Eum demū dicere apte,qui nō ſolum quid exQuid deeeat inſpiciendum. pediat, ſed etiam QVID DECEAT, inſpexerit. Nec me fugit plerūque hæc eſſe cōiuncta. Nam quod decet,ferè prodeſt:neque alio magis animi iudicum conciliari, aut ſi res in contrarium tulit,alienari ſolent. Aliquando tamen & hæc diſſentiunt. Quoties autē pugnabunt,ipſam vtilitatem vincet quod decet. Nam quis neſcit nihil magis profuturū ad abſolutionem Socrati fuiſſe, quàm ſi eſſet vſus illo iudiciali genere defenſionis, & oratione ſum- L
miſſa conciliaſſet iudicum animos ſibi,crimenque ipſum ſolicitè redarguiſſet? Verum id minimè eum decebat,ideóque ſic egit,vt qui pœnam ſuam honoribus ſummis eſſet æſtimaturus. Maluit enim vir ſapientiſſimus quod ſupereſſet ex vita ſibi perire, quàm quod præteriſſet. Et quando ab hominibus ſui temporis parum intelligebatur,poſterorum ſe iudiciis reſeruauit,breui detrimento iam vltimæ ſenectutis,æuum ſeculorum omnium conſecutus.
Cic.i.de Orat.& Val.lib. vi. tit.iiij. Itaque quanuis Lyſias,qui tum in dicendo præſtātiſſimus habebatur,defenſionem illi ſcriptam obtuliſſet,vti ea noluit,cum bonam quidem, ſed parum ſibi conuenientem iudicaſſet. Quo vel ſolo patet, non perſuadendi, ſed bene dicendi finem in Oratore ſeruandum, cum interim perſuadere deformè ſit. Non fuit hoc vtile abſolutioni: ſed (quod eſt maius) homini fuit. Et nos ſecundum communem potius loquendi conſuetudinem,quàm ipſam M
veritatis regulam, diuiſione hac vtimur,vt ab eo quod deceat,vtilitatem ſeparemus. Niſi forte prior ille Aphricanus, quia patria cedere, quàm cum Trib. pleb. humillimo contendere de innocentia ſua, maluit, inutiliter ſibi videtur conſuluiſſe: Aut P. Rutilius, vel cum illo penè Socratico genere defenſionis eſt vſus, vel cum reuocante eum P. Sylla manere in
Cic.i.de Orat. exilio maluit, quid ſibi maximè conduceret neſciebat. Hi vero parua illa, quæ abiectiſ-

A simus quisque animus vtilia credit, si cum virtute conferantur, despicienda iudicauerunt, ideóque perpetua seculorum admiratione celebrantur. Neque nos simus tam humiles, vt quæ laudamus, inutilia credamus. Sed hoc qualecunque discrimen, raro admodum euenit. Cæterum idem ferè (vt dixi) in omni genere causarum, & proderit, & decebit. Est autē quod omnes, & semper, & vbique persuadere ac dicere honestè, honestéque facere deceat: cōtráque neminem vnquam vllo in loco turpiter. Minora vero quæ sunt ex mediis, plerunque sunt talia: vt aliis sint concedenda, aliis non sint: aut pro persona, tempore, loco, causa, magis ac minus, vel excusata debeant videri, vel reprehendenda. Cum dicamus autem de rebus, aut alienis, aut nostris, diuidenda est ratio eorum, dum sciamus pleraque neutro loco conuenire.

In primis enim omnis SVI VITIOSA IACTATIO est, eloquētiæ tamen in Iactatio
B Oratore præcipuè: affertque audiētibus non fastidiū modo, sed plerunque etiam odium. Habet enim mens nostra natura sublime quiddam & erectum, & impatiens superioris. Ideóq; abiectos aut submittētes se libenter alleuamus, quia hoc facere tāquam maiores videamur: & quoties discessit æmulatio, succedit humanitas. At qui se supra modum extollit, premere ac despicere creditur: nec tam se maiorē, quàm minores cæteros facere. Inde inuident humiliores: nam hoc vitium est eorum, qui nec cedere volunt, nec possunt contendere: rident superiores, improbant bonos. Plerunque vero deprehēdas arrogantium fallacem de se opinionem, sed in veris quoque sufficit conscientia. Reprehensus est in hac parte non mediocriter Cicero, quanquam is quidē rerum à se gestarum maior, quàm eloquētiæ fuit in orationibus Hoc excu-
vtique iactator. Ac plerunque illud quoque non sine aliqua ratione fecit. Aut enim tueba- sat oōne, p
C tur eos, quibus erat vsus adiutoribus in oppriméda coniuratione: aut respondebat inuidiæ, domo sua
cui tamen non fuit par, seruatæ patriæ pœnam passus exilium, vt illorum quæ egerat in Cō ad Pont.
sulatu frequens commemoratio, possit videri non gloriæ magis quàm defensioni data. Eloquētiam quidem cum plenissimam diuersæ partis aduocatis concederet, sibi nunquam in agendo immodicè arrogauit. Illius sunt enim, Siquid est in me ingenii iudices, quod sentio quàm sit exiguum. &, Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam compa- Pro Arch.
raui. Quinetiam contra Q. Cæcilium de accusatore in Verrem constituendo, quanuis mul Pro Quīt.
tum esset in hoc quoque momenti, vter ad agendum magis idoneus veniret, dicendi tamē In Diuin.
facultatem magis illi detraxit quàm arrogauit sibi: seq; non consecutum, sed omnia feciisse, vt posset eam consequi, dixit. In Epistolis aliquando familiariter apud amicos, nonnunquā iij. lib de
D in dialogis, aliena tamen persona, verum de eloquentia sua dicit. Et aperte tamen gloriari, Orat. &
nescio an sit magis tolerabile, vel ipsa vitii huius simplicitate: quàm illa iactatione peruersa, Bruto.
si abundans opibus, pauperem se neget, nobilis obscurum, & potens infirmum: quàm si se disertus imperitum planè & infantem vocet. Ambitiosissimum gloriandi genus est etiam deridere. Ab aliis ergo laudemur. Nam ipsos, vt Demosthenes ait, erubescere etiam cum Pro Cte-
ab aliis laudamur, decet. Neque hoc dico, non aliquando de rebus à se gestis Oratori esse siphonte.
dicendum, sicut eidem Demostheni pro Ctesiphonte: quod tamen ita emendauit, vt necessitatem id faciendi ostenderet, inuidiámque omnem in eum regereret, qui hoc se coegisset. Et M. Tullius sæpe dicit de oppressa cōiuratione Catilinæ, sed modo id virtuti Senatus, In Pisonē.
modo prouidentiæ Deorum immortalium assignat: plerunque contra inimicos atque ob- Pro Ra-
E trectatores plus vendicat sibi. Erant enim tuenda cum obiicerentur. In carminibus vtinam birio.
pepercisset, quæ non desierunt carpere maligni, Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. In lib. tēpo
&, O fortunatam natam me Consule Romam. &, Iouem illum, à quo in consilium deo- rū suorum.
rum aduocatur. &, Mineruam, quæ eum artes edocuit. quæ sibi ille secutus quædam Græcorum exempla permiserat. Verum Eloquentiæ vt indecora iactatio, sic nonnunquam cō Eloquētiæ
cedenda FIDVTIA est. Nam quis reprehendat hæc, Quid putem? contēptúmne me? fidutia.
non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate inge- Philip. ij.
nii, quid despicere possit Antonius. Et paulo post apertius, An decertare mecum voluit contentione dicendi? Hoc quidem beneficium est. Quid enim plenius, quid vberius, quàm mihi pro me, & contra Antonium dicere? Arrogantes & illi, qui se iudicasse de causa, nec
F aliter affuturos fuisse proponunt. Nam & inuiti iudices audiunt' præsumētem partes suas: Cic. i. de
nec hoc Oratori contingere inter aduersarios, quod Pythagoræ inter discipulos contigit, potest, Ipse dixit. Sed istud magis minúsve vitiosum est, pro personis dicentium. Defenditur enim aliquatenus, ætate, dignitate, authoritate: quæ tamen vix in vllo tāta fuerint, vt non hoc affirmationis genus temperandum sit aliqua moderatione, sicut omnia in quibus patronus argumentum ex seipso petet. Quod fuisset tumidius, si criminis loco esse

Pro Cęlio. negasset Cicero,equitis Romani esse filium se defendente:at ille fecit hoc etiam fauorabile, G
coniungẽdo cum iudicibus dignitatem suam.Equitis autem Romani esse filium, criminis
loco poni,ac ab accusatoribus,neque his iudicantibus oportuit, nec defendentibus nobis.

Actio indecora. Impudens,Tumultuosa,Iracunda ACTIO omnibus INDECORA: sed vt quis-
que ærate,dignitate,vsu præcedit,magis in ea reprehendẽdus.Videas autem rixatores quos-
dam,neque iudicum reuerẽtia,neque agendi more ac modo contineri. Ex quo ipso mentis
habitu manifestum sit,tam in suscipiẽdis quàm in agendis causis nihil pensi habere. Profert
enim mores plerunque oratio,& animi secreta detegit. Nec sine causa Græci prodiderũt, Vt
viuat,quenque etiã dicere. Humiliora illa vitia,Summissa Adulatio,Affectata Scurrilitas,
In rebus ac verbis parum modestis ac pudicis Vilis Pudor,In omni negocio Neglecta Au-
thoritas:quæ ferè accidunt iis,qui nimiũ aut blandi esse,aut ridiculi volunt. Ipsum etiã H

Eloquẽtiæ genus alios aliud decere. Eloquẽtiæ genus ALIOS ALIVD DECET.Nam neque tam plenũ,& erectum, &
audax,& præcultũ SEnibus conuenerit, quàm pressum,& mite,& limatũ,& quale intelligi
vult Cicero,cum dicit orationem suam cœpisse canescere:sicut vestibus quoque non purpu
ra coccóque fulgẽtibus illa ætas satis apta sit. In IVuenibus etiam vberiora paulo,& penè
periclitantia ferũtur. At in iisdem siccum,& solicitum & contractũ dicẽdi propositũ,plerũ-
que affectatione ipsa seueritatis inuisum est:quãdo etiã morum senilis authoritas immatura
in adolescẽtibus creditur. Simpliciora MIlitares decẽt. PHilosophiam ex professo (vt
quidã faciunt)ostẽtantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus,maximẽque ex af
fectibus,quos illi vitia dicũt. Verba quoque exquisitiora,& compositio numerosa tali propo
sito diuersa. Non enim solum illa lætiora,qualia à Cicerone dicũtur, Saxa atque solitudines I
voci respondent:sed etiam illa,quanquam plena sanguinis, Vos enim iam Albani tumuli
atque luci,vos, inquam, imploro atq; testor,vosque Albanorum obrutæ aræ sacrorum Po.
Ro.sociæ & æquales:non conueniant barbæ illi atque tristitiæ. At vir ciuilis verẽque sapiẽs,
qui se non ociosis disputationibus,sed administrationi reip.dediderit,à qua longissimè isti
qui Philosophi vocantur,recesserunt,omnia quæ ad efficiendum oratione quod proposuerit
valent,libẽter adhibebit:cum prius quod honestum sit,efficere in animo suo constituerit.

Principes. Et quod PRincipes deceat,aliis non concesseris. IMperatorum ac triumphantium se-
Impatores parata est aliqua ex parte ratio Eloquentiæ: sicut Pompeius abunde disertus rerum suarum
Liberũ in narrator:& hic qui bello ciuili se interfecit Cato, eloquens Senator fuit. Idem dictum
vno,furio- sæpe in alio Liberum,in alio Furiosum,in alio Superbum est. Verba aduersus Agamemno- K
sum ĩ alio. nem à Thersite habita ridentur. Da illa Diomedi,aliive cui pari,magnum animũ ferre præ
Iliad.β iij.de Or. se videbuntur.Ego te,inquit COS.putẽ L.Crassus Philippo,cum tu me non putes Senato-
rem?Vox honestissimæ libertatis,non tamen ferres quẽcunque dicẽtem.Negat se magni fa
Catullus. cere aliquis poetarum,Cæsar ater an albus homo sit:insania.Verte,vt idem Cæsar de illo di
xerit,arrogantia est. Maior in Personis obseruatio est apud comicos tragicosque.Multis
enim vtuntur & variis.Eadem & eorum qui orationes aliis scribebant,fuit ratio,& declamã
tium est.Non enim semper vt aduocati,sed plerunque vt litigatores dicimus.Verum etiam
in iis causis,quibus aduocamur,eadem differentia diligenter est custodienda. Vtimur enim
fictione personarum,& velut ore alieno loquimur:dandique sunt iis quibus vocem accom-
Pro Cęlio. modamus,sui mores.Aliter enim P.Clodius,aliter Appius Cæcus,aliter Cæcilianus ille,a- L
Act.vij. liter Terentianus pater fingitur.Quid asperius lictore Verris?Vt adeas,tantum dabis.Quid
In eadem. fortius illo?Cuius inter ipsa verberum supplicia vna vox audiebatur,Ciuis Romanus sum.
Quàm dignæ Milonis in Peroratione ipsa voces eo viro, qui pro Rep. seditiosum ciuem
toties compescuisset?quique insidias virtute superasset?Denique non modo quot in causa,to
tidem in Prosopopœia sunt varietates:sed hôc etiam plures,quòd in his puerorum, fœmi-
narum,populorum,mutarum etiam rerum assimulamus affectus,quibus omnibus debetur
suus decor.Eadem in iis pro quibus agemus,obseruanda sunt.Aliter enim pro alio sæpe di-
cendum est,vt quisque honestus,humilis,inuidiosus,fauorabilis erit,adiecta propositorum
quoque & anteactæ vitæ differentia. Iucundissima vero in Oratore Humanitas, Facilitas,
Moderatio,Beneuolentia.Sed illa quoque diuersa bonum virum decent, Malos odisse, Pu- M
Apud quẽ dicas referre. blica vice commoueri,Vltum ire scelera & iniurias,& omnia,vt initio dixi,Honesta. Nec
tantum Quis, & Pro quo: sed etiam APVD QVEM dicas,interest. Facit enim & for-
tuna discrimen,& potestas:nec eadem apud Principem,& Magistratum,Senatorem,priua-
tum tamen liberum ratio est:nec eodem sono publica iudicia, & arbitrorum disceptatio-
nes aguntur.Nam vt orantem pro capite solicitudo deceat & cura,& omnes ad amplifican

A dam orationem quasi machinæ,ita in paruis rebus iudiciisque vana sint eadem. Rideatur- que merito qui apud disceptatorē de re leuissima sedens dicturus vtatur illa Ciceronis con- Pro Mil.
fessione,non modo se animo commoueri,sed etiam corpore ipso perhorrescere. Quis vero nesciat quin aliud dicendi genus poscat grauitas senatoria,aliud aura popularis?cum etiam singulis iudicantibus,non idem apud graues viros,quod leuiores:non idem apud eruditū, quod militarem ac rusticum deceat: sitque nonnunquam summittēda & contrahenda ora- tio,ne iudex eam vel intelligere vel capere non possit. TEMpus quoque ac LOcus egēt ob- Quo tēpo
B seruatione propria. Nam & Tempus tum lætum,tum triste,tum liberum, tum angustū est. re.
Atqui ad hæc omnia componendus Orator. Et loco publico priuatone, celebri an secreto, Quo loco.
aliena ciuitate an tua,in castris denique an foro dicas,interest plurimum: ac suam quicque formam,& proprium modum eloquentiæ poscit. Cum etiam in cæteris actibus vitæ non idem in foro,curia,campo,theatro,domi facere conueniat,& pleraque quæ natura nō sunt reprehendēda,atque ideo interim sunt necessaria,alibi quàm mos permiserit,turpia habeā- tur. Illud iam diximus,quanto plus nitoris & cultus demonstratiuæ materiæ,vt ad delecta- Lib.viij.
C tionem audientiū compositæ,quàm quæ sunt in actu & contentione,suasoriæ,iudicalésque cap.iij.
permittāt. Hoc adhuc adiiciēdū,Aliquas etiā quæ sunt egregiæ dicendi virtutes,quo mi- Virtutes dī
nus deceant,effici conditione causarum. An quisquam tulerit reum in discrimine capitis, cēdi quas-
præcipuè qui apud victorem & principem pro se ipse dicat,frequenti trāslatione, fictis aut dā, nō sem
repetitis ex vetustate verbis,compositione quæ sit maximè à vulgari vsu remota, decurrenti per decere.
bus periodis,quàm lætissimis locis sententiisque dicentem? Non perdant hæc omnia ne-
D cessarium periclitanti solicitudinis colorem,petendúmque etiam innocentibus misericor- diæ auxilium? Commoueatúrne quisquam eius fortuna,quem tumidum, ac sui iactantem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in ancipiti sorte videat?non. immo oderit reum ver ba aucupantem,& anxium de fama ingenii,& cui esse diserto vacet. Quod mire M. Cælius in defensione causæ,qua reus de vi fuit,comprehendisse mihi videtur, Ne cui vestrum at- que etiam omnium,qui ad rem agendam assunt,mens aut vultus molestior,aut vox immo derator aliqua,aut denique quod nimium est, iactantior gestus fuisse videatur. Atqui sunt quædam actiones in Satisfactione,Deprecatione,Confessione, positæ: Sententiolis ne flendum erit? Epiphonemata aut Enthymemata exorabunt?non quicquid meris adiicietur affectibus,omnes eorum diluet vires, & miserationem securitate laxabit? Agē si de morte fi-
E lii sui, vel iniuria (quæ morte sit grauior) dicendum patri fuerit,aut in narrando gratiam il- lam expositionis, quæ continget ex sermone puro atque dilucido,quæret,breuiter ac signi- ficanter ordinem rei protulisse contentus,aut argumēta diducet in digitos,& propositionū ac partitionum captabit lepōrem?& vt plerunque in hoc genere moris est,intentione omni remissa loquatur? Quò fugerit interim dolor ille? vbi lachrymæ substiterint? vnde se in me- dium tam secura obseruatio artium miserit? Non ab Exordio vsque ad vltimam vocem cō- tinuus quidam gemitus: & idem tristitiæ vultus seruabitur? si quidem volet dolorem suum etiam in audientes transfundere: quem si vsquam remiserit, in animum iudicantium non reducet. Quod præcipuè declamantibus (neque enim me pœnitet ad hoc quoque opus Declaman
F meum, & curam susceptorum semel adolescentium respicere) custodiendum est, quo plu- tes quomo
res in schola finguntur affectus, quos non vt aduocati,sed vt passi subimus. Cum etiam do affectib.
hoc genus simulari litium soleat, cum ius mortis à Senatu quidam, vel ob aliquam magnā vtantur.
infelicitatem, vel etiam pœnitentiam petunt?in quibus non solum non cantare,quod vi- tium peruasit, aut lasciuire,sed ne argumentari quidem nisi mixtis,& quidem ita,vt in ipsa probatione magis emineant,affectibus decet. Nam qui intermittere in agendo dolorem potest, videtur posse etiam deponere. Nescio tamen an huius (de quo loquimur) decoris custodia, maximè circa eos, contra quos dicimus, examinanda sit. Nam sine dubio in Accusandū
omnibus statim accusationibus hoc agendum est,Ne ad eas libenter descendisse videamur. inuite.
Idcóque mihi illud Cassii Seueri non mediocriter displicet, Dii boni viuo: & quo me Moderatio
viuere iuuet, Aspernatem reum video. Non enim iusta ex tausa vel necessaria videri po- causarum
test postulasse eum, sed quadam accusandi voluptate. Præter hoc tamen quod est quarūdam
commune, Propriam Moderationem quædam causæ desiderant. Quapropter & qui Cu propria.
rationem bonorum patris postulabit, doleat eius valetudine: & quālibet grauia filio pater obiecturus miserrimam sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatem: nec hoc paucis mo- do verbis, sed toto colore actionis, vt id eum non dicere modo, sed etiam verè dicere ap- pareat. Nec causanti pupillo sic tutor irascatur vnquam, vt non remaneant amoris ve-

ca de Qua litate.

ſtigia,& ſacra quædam patris eius memoria.Iam quo modo contra abdicantem patrẽ,que- G
rentem vxorem, agi cauſam oporteret,in libro, vt arbitror, ſeptimo dixi. Quando etiã
aduocati voce vti deceret,quartus liber,in quo Prooemii præcepta ſunt,continet.Eſſe & in

Turpia vt deco ra fiãt.

verbis quod deceat,aut turpe ſit, nemini dubium eſt. Vnum iam igitur huic loco,quod
eſt ſanè ſummæ difficultatis,adiiciendum videtur,Quibus modis ea quæ ſunt natura parũ
ſpecioſa,quæque non dicere,ſi vtrunlibet eſſet liberum, maluiſſemus,non tamẽ ſint indeco
ra dicẽtibus.Quid aſperiorem habere frontem poteſt, aut quid aures hominum magis re-
ſpuunt,quàm cum eſt filio filiive aduocatis in matrem perorandum? aliquando tamen ne-
ceſſe eſt,vt in cauſa Cluentii Habiti.Sed non ſemper illa via,qua contra Saſſiam Cicero vſus
eſt:non quia non ille optimè,ſed quia plurimum refert,qua in re,& quomodo lædat.Itaque
illa cum filii caput palàm impugnaret, fortiter fuit repellẽda. Duo tamen quæ ſola ſupere- H
rant,diuinè Cicero ſeruauit.Primum, ne obliuiſceretur reuerentiæ quæ parẽtibus debetur:
deinde,vt repetitis altius cauſis,diligentiſſimè oſtẽderet,quàm id quod erat in matrem di-
cturus,non oporteret modo fieri,ſed etiam neceſſe eſſet.Primáque hæc expoſitio fuit,quan-
quam ad præſentem quæſtionem nihil pertinebat:adeo in cauſa difficili atque perplexa,ni-
hil prius intuẽdum credidit,quàm quid deceret.Fecit itaque nomen parẽtis non filio inui-
dioſum,ſed ipſi in quam dicebatur.Poteſt tamẽ aliquãdo mater & in re leuiore, aut minus
infeſta cõtra filium ſtare:tum lenior atque ſummiſſior decebit oratio. Nam & ſatisfaciẽdo,
aut noſtram minuemus inuidiam,aut etiam in diuerſum eam trãsferemus:& ſi grauiter do
lere filium palàm erit,credetur abeſſe ab eo culpã,fietque vltro miſerabilis. Auertere quo-
que in alios crimen decet,vt fraude aliquorum concita credatur:& omnia nos paſſuros, ni- I
hil aſperè dicturos,teſtandum, vt etiam ſi non poſſumus non conuiciari, nolle videamur.
Etiam ſi quid obiiciendum erit,officium eſt patroni,vt id filio inuito, ſed fide cogẽte facere
credatur.Ita poterit vterque laudari.Quod de matre dixi,de vtroque parẽte accipiẽdum eſt.
Nam inter patres etiam filiosque,cum interueniſſet emancipatio,litigatũ ſcio.In aliis quo-
que propinquitatibus cuſtodiẽdũ eſt,vt inuiti & neceſſario,& parce iudicemur dixiſſe: ma-
gis autẽ aut minus,vt cuique perſonæ debetur reuerẽtia.Eadem pro libertis aduerſus patro-
nos obſeruantia:& vt ſemel plura complectar, Nũquam decebit ſic aduerſus tales agere per-
ſonas,quo modo contra nos agi ab hominibus conditionis eiuſdem, iniquo animo tuliſ-

Excuſatio.

ſemus. Præſtatur hoc aliquando etiam dignitatibus,vt libertatis noſtræ ratio reddatur,
ne quis nos aut petulantes in lædendis iis, aut etiam ambitioſos putet. Itaque Cicero quã- K
quam erat in Cottam grauiſſimè dicturus,neque aliter agi P.Oppii cauſa poterat, longa ta-
men præfatione excuſauit officii ſui neceſſitatem. Aliquando etiam inferioribus, præci-
puèque adoleſcentulis parcere,aut mederi decet.Vtitur hac moderatione Cicero pro Cælio
contra Atracinum,vt enm non inimicè corripere,ſed penè patriæ monere videatur. Nam

Perſonarũ quomodo habẽda ratio quas offendere veremur.

& iuuenis,& nobilis,& non iniuſto dolore venerat ad accuſandum. Sed in iis quidem,
in quibus vel iudici,vel etiam aſſiſtentibus ratio noſtræ moderationis probari debet,minor
eſt labor:Illic plus difficultatis,vbi ipſos contra quos dicimus, veremur offendere. Duæ ſi-
mul huiuſmodi perſonæ Ciceroni pro Murena dicenti obſtiterunt, M.Catonis, Seruiique
Sulpitii:quàm decenter tamen Sulpitio cum omnes conceſſiſſet virtutes,ſcientiam petendi
Cõſulatus ademit?Quid enim aliud eſſet quo ſe victum homo nobilis,& iuris antiſtes ma- L
gis ferret? Vt vero rationem defenſionis ſuæ reddit,cum ſe ſtuduiſſe petitioni Sulpitii cõtra
honorem Murenæ,non idem debere accuſationi contra caput,diceret?Quàm molli autem
articulo tractauit Catonem?cuius naturam ſumme admiratus,non ipſius vitio, ſed Stoicæ
ſectæ, quibuſdam in rebus factam duriorem videri volebat. Vt inter eos non forenſem cõ
tentionem, ſed ſtudioſam diſputationem crederes incidiſſe. Hæc eſt profecto ratio,

Detrahẽdi ratio cum gratia.

& certiſſimum præceptorum genus,illius viri obſeruatio,Vt cum aliquid detrahere ſalua
gratia velis, concedas alia omnia: in hoc ſolo vel minus peritum,quàm in cæteris, adie-
cta,ſi poterit fieri,etiam cauſa cur ita ſit, vel paulo pertinaciorem,vel credulum,vel iratum
vel impulſum ab aliis. Hoc illis commune remedium eſt, ſi in tota actione æqualiter
appareat non honor modo, ſed etiam charitas : præterea cauſa ſit nobis iuſta ſic di- M

Turpiũ laudãdi ratio.

cendi: neque id moderatè tantum faciamus, ſed etiam neceſſario. Diuerſum ab hoc,
ſed facilius cum hominum aut alioqui turpium, aut nobis inuiſorum, quædam facta
laudanda ſunt. Decet enim rem ipſam probare in qualicunque perſona. Dixit Cicero
pro Gabinio, & P. Vatinio inimiciſſimis antea ſibi hominibus, & in quos oratio-
nes etiam ſcripſerat. Verum cauſa iuſta ſit fatendo, non ſe de ingenii fama, ſed de fide

A esse sollicitũ. Difficilior enim ratio in iudicio Cluẽtiano fuit, cum Scamãdrũ necesse haberet dicere nocẽtem, cuius egerat causam. Verũ illud elegãtissimè, cum eorum, à quibus ipse perductus esset, preces, tum etiam adolescẽtiam suam excusat: detracturus alioqui plus authoritatis, si in causa præsertim suspecta, se eum esse, qui temere nocẽtes reos susciperet, fateretur. Apud iudicem vero, quòd aut propter alienum cõmodum in causa quam susceperimus, aut suum, vt persuadendi ardua ratio, ita dicẽdi expeditissima. Fiducia enim iustitiæ eius, nõ causæ, nihil nos timere simulabimus. Ipse erit gloria inflãdus, vt tanto clarior futura sit fides, ac religio in pronunciãdo, quanto minus vel offensæ, vel vtilitati suæ indulserit. Hoc modo & apud eos à quibus appellatum erit (si fortè ad eosdem remittẽtur) adiiciẽda ratio, vel necessitatis alicuius, si id causæ cedit, vel erroris, vel suspitionis. Tutissimum ergo pœnitẽtiæ, Cõ-

B fessio, & Satisfactio culpæ: perducẽdúsque omni modo iudex ad iræ pudorem. Accidit etiam nõnunquam, vt eãdem causam, de qua pronũciauit, cognoscat iterum: tum illud quidem commune, apud alium nos iudicem disputaturos de illius sententia non fuisse. Neque enim emẽdari ab alio quàm ab ipso fas esse. Cæterum ex causa vt quæque permittet, aut ignorata quædam, aut defuisse testes, aut quod timidissimè, & si nihil aliud planè fuerit, dicẽdum est, patronos non satisfeciisse. Succurret etiam si apud alios iudices agetur, vt in secũda assertione, aut in Cẽtumuiralibus iudiciis duplicibus parte victa, decẽtius erit quoties contigerit seruare iudicum pudorem. de qua re latius in Probationum loco dictum est. Potest eueni-

C re, Vt in aliis reprehẽdenda sint, quæ ipsi fecerimus: vt obiicit Tubero Ligario, quòd in Africa fuerit. Et ambitus quidam damnati, recuperãdæ dignitatis gratia, reos eiusdem criminis detulerunt, vt in scholis luxuriãtem patrem luxuriosus ipse iuuenis accusat. Id quàm decẽter fieri possit, equidem nõ inuenio, nisi aliquid reperiatur quod intersit, persona, ætas, tempus, causa, locus, animus. Tubero iuuenem se patri hæsisse, illum à Senatu missum non ad bellũ, sed ad frumẽtum coemẽdum ait, vt primum licuerit a partibus recessisse: Ligarium & perseueransse, & nõ pro Cn. Pompeio, inter quem & Cæsarem dignitatis fuerit contẽtio, cum saluam vterque Remp. vellet, sed pro Iuba atque Afris inimicissimis pop. Rom. stetisse. Cæterum vel facillimum est ibi alienam culpam accusare, vbi fateris tuam. Verum id iam iudicis est, nõ actoris. Quòd si nulla cõtingit excusatio, sola colorem habet Pœnitẽtia. Potest enim videri satis emẽdatus, qui in odium eorum in quibus errauerat, ipse cõuersus est. Sunt enim

D quidam, qui hoc natura ipsa rei non indecẽs faciũt, vt cum pater ex meretrice natum, quòd amet meretricem in matrimonium abdicat. Scholastica materia, sed nõ quæ non possit accidere. Hic igitur multa non deformiter dicet: vel quod omnium sit votum parẽtum, vt honestiores quàm sint ipsi liberos habeant: nam & filia nata, meretrix eam mater pudicam esse voluisset. vel quòd humilior ipse fuerit (licet enim hoc dicere) vel quòd non habuerit patrem qui moneret: quin eo minus faciendum filio fuisse, ne renouaret domus pudorẽ, & exprobraret patri nuptias, matri prioris vitæ necessitatẽ, ne denique legem quãdam suis quoq; subinde liberis daret: & credibilis erit etiã propria quædã in illa meretrice turpitudo, quam nunc hic pater ferre non possit: alia præterea. Neque enim nunc declamamus, sed ostẽdimus nonnũquam posse ipsis incommodis dicẽtem bene vti. Illic maior æstus, vbi quis PV-

E denda queritur, vt stuprum præcipuè in maribus: aut os prophanatum, nõ dico si loquatur ipse (Nam quid aliud ei quàm gemitus ac fletus & execratio vitæ cõueniat? vt iudex intelligat potius dolorem illum quàm audiat?) sed patrono quoque per similes affectus eundum erit, quia hoc iniuriæ genus verecũdius inest passis quàm ausis. Mollieda est in plerisque alio colore Asperitas Orationis, vt Cicero de proscriptorum liberis fecit. Quid enim crudelius quàm homines honestis parẽtibus ac maioribus natos à Rep. summoueri? Itáque durum id esse summus ille tractãdorum animorum artifex cõfitetur: sed ita legibus Syllæ cohærere statum ciuitatis affirmat, vt iis solutis stare ipsa non possit. Assecutus itáque est, vt ali

F quid eorum quoque causa videretur facere cõtra quos diceret. Illud etiam in Iocis monui, quàm turpis esset fortunæ insectatio, & ne in totos ordines, aut gentes, aut populos petulantia incurreret. Sed interim fides patrocinii cogit quædam de vniuerso genere aliquorum hominum dicere, vt Libertinorum, vel Militum, vel Publicanorum, vel similiter aliorum: in quibus õmnibus commune remedium est, vt ea quæ lædunt, non libenter tractare videaris: nec in omnia impetum facias, sed in id quod expugnandum est: & reprehendens, alia laude compenses. Si Milites cupidos dicas esse, nõ mirum quòd periculorum ac sanguinis maiora sibi deberi præmia putent: eosdem petulantes, & hoc fieri, quòd bellis magis quàm paci assueuerint. Libertinis detrahenda est authoritas: licet iis testimonium reddere industriæ,

Quomodo apud eũdẽ iterũ agendum.

Lib. v. ca. iij Reprehendi quæ feceris ratio.

Pœnitẽtiæ color.

Quomodo pudẽda queritur.

Mollienda asperitas.

Ordinis ciuiũ insectãdi ratio.

In milites.

Libertinos

Pro Flac. Vareno Fõteio.

per quam exierint de ſeruitute. Quod ad nationes exteras pertinet, Cicero varie detracturus Græcis teſtibus fidem, doctrinam iis concedit ac literas: ſeque eius gentis amatorẽ fuiſſe profitetur. Sardos contemnit. Allobrogas vt hoſtis inſectatur: quorum nihil tũc cum diceretur, parum aptum aut remotum à cura decoris fuit. G

Inuidię detrahendæ ratio.

Verborum etiam moderatione detrahi ſolet, ſiqua eſt rei inuidia, ſi aſperum dicas nimium ſeuerum, iniuſtum perſuaſione labi, pertinacem vltra modum tenacẽ eſſe propoſiti: plerũque velut ipſos coneris ratione vincere, quod eſt molliſſimum.

Nimiũ oẽ indecorũ.

Indecorum eſt ſuper hæc, Omne Nimium: ideóque etiam quod natura rei ſatis aptum eſt, niſi modo quoque tẽperetur, gratiam perdit. Cuius rei obſeruatio iudicio magis quodam ſentiri, quàm præceptis tradi poteſt, quantũ ſatis ſit, & quãtũ recipiãt aures. Non habet hæc res menſuram, & quaſi pondus, quia vt in cibis, alia aliis magis complent.

Virtutes diuerſæ. In Orat.

Adiiciendum etiam breuiter videtur, quòd ferè dicendi virtutes diuerſiſſimæ, non ſolum ſuos amatores habeant, ſed ab eiſdẽ ſæpe laudentur. Nam Cicero quodam loco ſcribit id eſſe optimũ, quod cum te facile credideris cõſequi imitatione, non poſſis. Alio vero, nõ ſe id egiſſe, vt ita diceret quomodo ſe quilibet poſſe confideret, ſed quomodo nemo. Quod poteſt pugnare inter ſe videri. Verum vtrunque ac merito laudatur. Cauſa enim modoque diſtat: quia ſimplicitas illa, & velut ſecuritas inaffectatæ orationis, mire tenues cauſas decet. Maioribus illud admirabile dicendi genus magis conuenit. In vtroque eminet Cicero, ex quibus alterũ imperiti ſe poſſe conſequi credent, neutrum qui intelligunt. H

De Memoria. Cap. II.

Memoriæ vtilitas.

MEMORIAM quidam naturæ modo eſſe munus exiſtimauerũt, eſtque in ea non dubie plurimum: ſed ipſa excolẽdo, ſicut alia omnia augetur: & totus de quo diximus, adhuc inanis eſt labor, niſi cæteræ partes hoc velut ſpiritu cõtinentur. Nã & omnis diſciplina memoria cõſtat: fruſtraque docemur, ſi quic quid audimus, præterfluat, & exẽplorum, legum, reſponſorum, dictorum, benẽque factorum, quæ velut quaſdam copias, quibus abundare, quásque in promptu ſemper habere debet Orator, eadem illa vis repræſentat. Neque immerito theſaurus hic Eloquentiæ dicitur. Sed non firme tantum cõtinere, verumetiam cito percipere, multa acturos oportet, nec quæ ſcripſeris modo iterata lectione complecti: ſed in cogitatis quoque rerum ac verborũ cõtextum ſequi, & quæ ſint ab aduerſa parte dicta meminiſſe, neque vtique ea quo dicta ſunt ordine refutare, ſed opportunis locis ponere. Quid extẽporalis oratio? non alio mihi videtur mentis vigore conſtare. Nam dum alia dicimus, quæ dicturi ſumus intuenda ſunt: Ita cum ſemper cogitatio vltra id quod eſt, longius quæret, quicquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit, quod illa quaſi quædam media manus acceptum ab inuentione tradit elocutioni. Non arbitror autẽ mihi in hoc immorandum, quid ſit quod memoriam faciat: quãquam plerique imprimi quædam veſtigia noſtro animo, quæ * velut in ceris annulorum ſigna ſeruẽtur, exiſtimant. Neque ero tam credulus, vt quaſi habitu tardioré firmioremque memoriam fieri putẽ. Eius autẽ quod ad animum pertinet, magis admirẽre naturã, ſubito res vetuſtas tanto ex interuallo repetitas reddere ſe & offerre: nec tantum requirentibus, ſed etiam ſponte interim: nec vigilantibus, ſed etiam quiete compoſitis magis: eóque illa quoque animalia, quæ carere intellectu videmus, meminerunt & agnoſcũt, & quãlibet longo itinere diducta ad aſſuetas ſibi ſedes reuertũtur. Quid? non hæc varietas mira eſt, excidere próxima, vetera inherere? heſternorũ immemores, acta pueritiæ recordari? Quid? quòd quædam requiſita ſe occultant, & eadem fortè ſuccurrũt: nec manet ſemper memoria, ſed aliquãdo etiam redit. Neſciretur tamẽ quanta vis eſſet eius, quanta diuinitas illa, niſi in hoc lumẽ orandi extuliſſet: nõ enim rerum modo, ſed etiam verborũ ordinẽ præſtat: nec ea pauca contexit, ſed durat propẽ in infinitum, & in lõgiſſimis actionibus prius audiẽdi patietia, quàm memoriæ fides deficit. Quod & ipſum argumẽtum eſt, ſubeſſe artẽ aliquam, iuuarique ratione naturã: cum iidẽ docti facere illud, indocti & inexercitati nõ poſſimus. quãquam inuenio apud Platonẽ obſtare memoriæ, vſum literarũ: videlicet quòd illa quæ ſcriptis repoſuimus, velut cuſtodire deſinimus, & ipſa ſecuritate dimittimus. Nec dubium eſt, quin plurimũ in hac parte valeat mẽtis intẽtio, & velut acies luminũ à proſpectu rerum quas intuetur, nõ auerſa. Vnde accidit, vt quæ per plures dies ſcribimus ediſcendi cauſa, cogitatione ipſa contineat. I K L M

In Phędro & Timæo.

Artẽ memoriæ eſſe.

ARTEM autem MEMORIAE primus oſtendiſſe dicitur Simonides. cuius vulgata fabula eſt, Cum pugili coronato carmen, quale componi victoribus ſolet, mercede pacta ſcripſiſſet, * abnegata ei pecuniæ pars eſt: quòd de more poetis frequẽtiſſimo, digreſſ' in

A laudes Caſtoris & Pollucis exierat: quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebraſſet,iubebatur:& perſoluerunt,vt traditum eſt. Nam cum eſſet grande cõuiuium in honorem eiuſdem victoriæ, atque adhibitus ei cœnæ Simonides, nuncio eſt excitus, quòd eum duo iuuenes equis aduecti deſiderare maiorem in modum dicebantur. Et illos quidem non inue nit,fuiſſe tamen gratos erga ſe exitu comperit. Nam vix eo limen egreſſo,triclinium illud ſu pra cõuiuas corruit:atque ita confudit, vt non ora modo oppreſſorum, ſed membra etiam omnia requirẽtes ad ſepulturam propinqui,nulla nota poſſent diſcernere. Tum Simonides dicitur, memor ordine quo quiſque diſcubuerat, corpora ſuis reddidiſſe. Eſt autem magna inter authores diſſenſio, Glaucóne Caryſtio,an Leocrati, an Agatharcho, an Scopæ ſcriptũ ſit id carmen:& Pharſali fuerit hæc domus,vt ipſe quodam loco ſignificare Simonides vide
B tur,atque Apollodorus,& Eratoſthenes,& Euphorion, & Lariſſeus Eurypylus tradiderunt: an Cranone,vt Apollas,Callimachus,quem ſecutus Cicero hanc famã latius fudit. Scopam nobilem Theſſalum periſſe in eo conuiuio conſtat,adiicitur ſororis filius : putãt & ortos ple rosq; ab illo Scopa,qui maior ætate fuerit:quanquam mihi totum de Tyndaridis fabuloſum videtur. Neque omnino huius rei meminit vſquam poeta ipſe,profecto non taciturus de tã ta ſua gloria. Ex hoc Simonidis facto notatum videtur iuuari memoriam ſignatis animo ſedibus,idque credere ſuo quiſque experimento. Nam cum in loca poſt tempus reuerſi ſumus, non ipſa agnoſcimus tantum,ſed etiam quæ in iis fecerimus reminiſcimur,perſonæque ſubcunt,nonnunquam tacitæ quoque cogitationes in mentem reuertuntur. NATA eſt igitur, vt in pleriſque,Ars ab experimento. Loca diſcunt, vt quammaximè ſpatioſa, multa
C varietate ſignata,domum fortè magnam,& in multos diductam receſſus. In ea quicquid no bile eſt animo diligenter affigitur,vt ſine cunctatione ac mora partes eius omneis cogitatio poſſit percurrere. Et primus hic labor eſt,nõ hærere in occurſu. Plus enim quàm firma debet eſſe memoria,quæ aliam memoriam adiuuet. Tum quæ ſcripſerunt, vel cogitatione comple ctuntur,& alio ſigno quo moneãtur notant: quod eſſe vel ex re tota poteſt, vt de nauigatione,militia:vel ex verbo aliquo. Nam etiam excidentes vnius admonitione verbi in memoriam reponuntur. Sit autem ſignum nauigationis,vt anchora:militiæ, vt aliquid ex armis. Hæc itáque * digerunt,primum ſenſum vel locum veſtibulo quaſi aſſignant, ſecũdum atrio, tum impluuia circumeunt:nec cubiculis modo aut exhedris, ſed ſtratis etiam ſimilibúsque per ordinem committunt. Hoc facto cum eſt repetenda memoria, incipiunt ab initio loca
D hæc recenſere,&,quod cuique crediderunt,repoſcunt,& eorum imagine admonétur:vt quãlibet multa ſint,quorum meminiſſe oporteat,ſint ſingula connexa quodam choro, ne errẽt coniungentes prioribus ſequentia ſolo ediſcendi labore. Quod de domo dixi, & in operibus publicis,& in itinere longo,vt vrbium ambitu,& picturis fieri poteſt. Etiam fingere ſibi has imagines licet. Opus eſt ergo Locis,quæ vel finguntur,vel ſumũtur:Imaginibus,vel Simulacris,quæ vtique fingenda ſunt. Imagines notæ ſunt, quibus ea quæ ediſcenda ſunt notamus: vt quomodo Cicero dicit,locis pro cæra,ſimulacris pro literis vtamur. Illud quoque ad verbum ponere,optimum fuerit. Locis eſt vtendum multis,illuſtribus,explicatis, modicis in-
E teruallis : Imaginibus aliquid agẽtibus, acribus,inſignitisq;,quæ occurrere,celeriterque percutere animum poſſint. Quô magis miror quomodo Metrodorus in XII ſignis per quæ ſol meat,trecenos & ſexagenos inuenerit locos. Vanitas nimirum fuit atque iactatio circa memoriam ſuam potius arte quàm natura gloriantis. Equidẽ hæc ad quædam prodeſſe non negauerim,vt ſi rerum nomina multa per ordinem audita reddẽda ſint. Nanque in iis quæ didicerunt,locis reponunt res illas,menſam, vt hoc vtar, in veſtibulo, in atrio puluinum,& ſic cætera. deinde relegentes,inueniunt vbi poſuerint. Et forſitan in hoc ſunt adiuti, qui auctione dimiſſa,quid cuique vendidiſſent teſtibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod præſtitiſſe Hortenſium dicunt. Minus idem proderit in ediſcendis, quæ orationis perpetuæ erunt. Nam & ſenſus non eandem imaginem quam * res habent, cum alterum fingendum ſit,& horum tamen vtrũque commonet. Sed ſermonis alicuius habitu verborum cõtextus, eadem arte quomodo cõprehendetur? Mitto quòd quædam nullis ſimulacris ſignificari poſ-
F ſunt,vt certæ coniunctiones. Habeamus enim ſanè, vt qui notis ſcribunt, certas imagines omnium,& loca ſcilicet infinita,per quæ verba, quæ ſunt in quinque contra Verrem ſecundæ actionis libris,explicentur,vt meminerimus etiam omnium quaſi depoſitorum, nonne impediri quidem eorũ quæ dicit,decurſum neceſſe eſt duplici memoriæ cura? Nam quomodo poterunt copulata fluere,ſi propter ſingula verba ad ſingulas formas reſpiciendum erit? Quare & Carneades,& Sceptius (de quo modo dixi) Metrodorus,quos Cicero dicit vſos hac

Ars memoriæ qd ſit.

De Ora.ij.

De Ora.ij. & Partit.

De Ora.ij.

Memoriæ præcepta p Fabium.

exercitatione,ſibi habeant ſua:nos ſimpliciora tradamus. Si longior cõplectenda memoria fuerit oratio,proderit per partes ediſcere (Laborat enim maximè onere)& hæ partes non ſint perexiguæ.alioqui nimis multæ erunt,& eam diſtinguẽt atque concidẽt. Nec vtique certum imperauerim modum, ſed maximè vt quiſque finietur locus. Niſi fortè tam ſit numeroſus,vt ipſe quoque diuidi debeat. Dandi ſunt certi quidam termini,vt contextum verborũ (qui eſt difficillimus) continuet crebra meditatio, partes deinceps ipſas repetitus ordo coniungat. Non eſt inutile quo facilius hæreant,aliquas apponere notas: quarum recordatio cõ moneat,& quaſi excitet memoriam. Nemo enim ferè tam infelix,vt quod cuique loco ſignũ deſtinauerit,neſciat:vt ſi erit tardus ad hoc,eo quoque adhuc remedio vtatur, vt ipſæ excitẽt notæ. Hinc eſt ex illa arte non inutile,attẽdere ſigna ad eos qui exciderunt ſenſus,anchoram (vt ſupra poſui) ſi de naue dicẽdum eſſet:ſpiculum,ſi de prælio. Multum enim ſignà faciunt, & ex alia memoria venit alia, vt cum trãslatus annulus vel alligatus commoneat nos cur id fecerimus. Hæc magis adhuc aſtringunt, quæ memoriam ab aliquo ſimili transferunt ad id quod continẽdum eſt:vt in nominibus,ſi Fabius fortè ſit tenẽdus, referamus ad illum cunctatorẽ,qui excidere non poteſt: aut ad aliquẽ amicum, qui idem vocetur. quod eſt facilius in apris,& vrſis,& naſone,aut criſpo, vt id memoriæ affigatur, vnde ſunt nomina. Origo quoque aliquãdo declinatorum tenẽdi magis cauſa eſt,vt in Cicerone, Verrio, Aurelio,ſi debet inferi. Illud neminem non iuuabit,iiſdem quibus ſcripſerit cæris,ediſcere. Sequitur enim veſtigiis quibuſdam memoriam,& velut oculis intuetur non paginas modo, ſed verſus propè ipſos,qui tum dicit ſimilis legẽti. Iam vero ſi litura aut adiectio aliqua,aut mutatio interueniat,ſigna ſunt quædam quæ intuẽtes errare non poſſumus. Eſt ratio, vt illi de qua primum locutus ſum arti non diſſimilis,ita(ſiquid me experimẽta docuerunt) & expeditior & potẽtior,ediſcere tacitè. Nam id quoque eſt, quod tum erat optimum, ſi non ſubirent velut ocioſum animum plerunque aliæ cogitationes,propter quas excitandus eſt voce, vt duplici motu iuuetur memoria,dicendi & audiẽdi. Sed hæc vox ſit modica,& magis murmur. Quĩ autẽ legẽte alio ediſcit,in parte tardatur, quòd acrior eſt oculorum, quàm aurium ſenſus: in parte iuuari poteſt,quòd cum ſemel aut bis audierit, continuo illi memoriam ſuam experiri licet,& cum legente contendere. Nam & alioqui id maximè faciendum eſt, vt nos ſubinde tentemus:quia continua lectio,& quæ magis & quæ minus hærent,æqualiter tranſit. In experiendo teneãsne, & maior intentio eſt,& nihil ſuperuacui temporis perit,quo etiam quæ tenemus repeti ſolent:ita ſola quæ exciderunt retractantur, vt crebra reiteratione firmentur. quãquam ſolent hoc ipſo maximè hærere,quòd exciderunt. Illud ediſcendo ſcribendóque commune eſt vtrique,plurimum conferre Bonam VAletudinem,Digeſtum cibum,Animũ cogitationibus aliis liberum. Verumetiam in iis quæ ſcripſimus,complectendis multum valent,& in iis quæ cogitamus continendis propè ſolæ, excepta quæ potiſſima eſt exercitatione,DIuiſio & COmpoſitio. Nam qui rectè diuiſerit, nunquam poterit in rerum ordine errare. Certa ſunt enim non ſolum in digerendis quæſtionibus,ſed etiam in exequendis, ſi modo rectè dicimus,prima,ac ſecunda,& deinceps:cohærẽtque omnis rerum copulatio,vt ei nihil nec ſubtrahi ſine manifeſto intellectu, nec inſeri poſſit. An vero Scæuola in luſu duodecim ſcruporum,cum prior calculum promouiſſet, eſſetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato erraſſet, recordatus rediit ad eũ, quicum luſerat, iſque ita factum eſſe confeſſus eſt:minus idem ordo valebit in oratione,præſertim totus noſtro arbitrio conſtitutus,cum tantum ille valeat alternus? Etiam quæ bene compoſita erunt,memoriam ſerie ſua ducent. Nam ſicut facilius verſus ediſcimus,quàm proſam orationem:ita proſam iunctam,quàm diſſolutam. Sic contingit,vt etiam quæ extempore videbantur effuſa, ad verbum repetita reddantur, quod meæ quoque mediocritatem memoriæ ſequebatur,ſiquando interuentus aliquorum,qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partẽ coegiſſet. Nec eſt mendacio locus,ſaluis qui interfuerunt. Siquis tamen vnam maximámque à me artem memoriæ quærat,Exercitatio eſt,& labor,multa ediſcere,multa cogitare,& (ſi fieri poteſt) quotidie,potiſſimum eſt. Nihil æque vel augetur cura,vel negligẽtia intercidit. Quare & pueri ſtatim,vt præcepi,quàmplurima ediſcant, & quæcũque ætas operam iuuandæ ſtudio memoriæ dabit,deuoret initio tædium illud,& ſcripta & lecta ſæpius reuoluẽdi, & quaſi eundem cibum remandendi. Quod ipſum hoc fieri poteſt leuius,ſi pauca primum,& quæ tædium non afferant,cœperimus ediſcere:tum quotidie adiicere ſingulos verſus, quorum acceſſio labori ſenſum incrementi non afferat,in ſummam ad infinitum vſque perueniat: & poetica prius,tum oratorum,nouiſſimè etiam ſolutiora numeris,& magis ab vſu dicendi remo-

De ediſcẽdi ratione.

Memoriæ cõducẽtia.

Diuiſio & Cõpoſitio.

Ars ſũma.

A ta, qualia ſunt Iuriſconſultorum. Difficiliora enim debent eſſe quæ exercent, quo ſit leuius ipſum illud in quod exercent: vt Athletæ ponderibus plumbeis aſſuefaciunt manus, quibus vacuis & nudis in certamine vtendum eſt. Non omittam etiam quod quotidianis experimentis deprehenditur, Minimè fidelem eſſe paulò tardioribus ingeniis recentem memoriã. Mirum dictu eſt, nec in promptu ratio, quantum nox interpoſita afferat firmitatis, ſiue requieſcit labor ille, cuius ſibi ipſa fatigatio obſtabat: ſiue maturatur ac coquitur, ſeu firmiſſima eius pars eſt recordatio, quæ ſtatim referri non poterant, contexũtur poſtero die: confirmátque memoriam idem illud tempus, quod eſſe in cauſa ſolet obliuionis. Etiam illa præuelox ferè cito effluit, & velut præſenti officio functa nihil in poſterum debeat, tanquam dimiſſa diſcedit. Nec eſt mirum magis hærere animo, quæ diutius affixa ſint. Ex hac ingeniorum
B diuerſitate nata dubitatio eſt, An ad verbum ſit ediſcendum dicturis, an vim modo rerum atque ordinem complecti ſatis ſit: de quo ſine dubio non poteſt in vniuerſum pronunciari. Nam ſi memoria ſuffragatur, tempus non defit: nulla me velim ſyllaba effugiat, alioqui etiam ſcribere ſit ſuperuacuum. Idque præcipuè à pueris obtinendum, atque in hanc conſuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis diſcamus ignoſcere. Ideóque admoneri, & ad libellum reſpicere vitioſum, quòd libertatem negligentiæ facit. nec quiſquam ſe parũ tenere iudicat, quod ne ſibi excidat non timet. Inde interruptus actionis impetus, & reſiſtés ac ſalebroſa oratio, & qui dicit ediſcẽti ſimilis, etiam omnem bene ſcriptorum gratiam perdit, vel hoc ipſo quòd ſcripſiſſe ſe confitetur. Memoria autem facit & prompti ingenii famã, vt illa quæ dicimus nõ domo attuliſſe, ſed ibi protinus * ſumpſiſſe videamus: quod & Orato
C ri & ipſi cauſæ plurimum confert. Nam & magis miratur, & minus timet iudex, quæ nõ putat aduerſus ſe præparata. Ideo in actionibus inter præcipua ſeruãdum eſt, Vt quædam etiam quæ optimè iunximus, velut ſoluta enunciemus: & cogitantibus nonnunquam, & dubitantibus ſimiles quærere videamur, quæ attulimus. Ergo quid ſit optimum, neminé fugit. Si vero aut memoria natura durior erit, aut nõ ſuffragabitur, tẽpus etiam inutile erit ad omnia ſe verba alligare, cum obliuio vnius eorum cuiuslibet, aut deformem hæſitationé, aut etiam ſilentium inducat. Tutiúsque multo comprehenſis animo rebus ipſis, libertatem ſibi eloquendi relinquere. Nam & inuitus perdit quiſque id quod elegerat verbum: nec facile reponit aliud, dum id quod ſcripſerat, quærit. Sed ne hoc quidem infirmæ memoriæ remedium eſt, niſi in iis qui ſibi facultatem aliquam dicendi ex tempore parauerunt. Quòd ſicui vtrun
D que defuerit, huic omittere totum actionum laborem, ac ſiquid in literis valet, ad ſcribẽdum potius ſuadebo conuertere. Sed hæc rara infelicitas erit. Cæterum quantum natura ſtudióque valeat memoria, vel Themiſtocles teſtis: quem vnum intra annum optimè locutum eſſe Perſice conſtat: Vel Mithridates, cui duas & viginti linguas, quot nationibus imperauit, traditur notas fuiſſe: Vel Craſſus ille Diues, qui cum Aſiæ præeſſet, quinque Græci ſermonis differentias ſic tenuit, vt qua quiſque apud eum lingua poſtulaſſet, eadem ius ſibi redditum ferret: Vel Cyrus, quem omnium militum tenuiſſe creditum eſt nomina. Quin ſemel auditos quamlibet multos verſus protinus dicitur reddidiſſe Theodectes. Dicebantur etiam eſſe nunc qui facerent, ſed mihi nunquam vt ipſe intereſſem cõtigit: habenda tamen fides eſt vel in hoc, vt qui crediderit, & ſperet.

Quid ſi de bili memoria.

Thucydides. i. Plin. li. vij. Val. viij. Plinius. vij. Val. viij. Xenoph. in Pędia.

E

De Pronunciatione. Cap. III.

PRONVNCIATIO à pleriſque ACTIO dicitur: ſed prius nomen à voce, ſequens à geſtu videtur accipere. Nãque actionem Cicero aliâs quaſi ſermonem, aliâs Eloquẽtiam quandam corporis dicit. Idem tamẽ duas eius partes facit, quæ ſunt eædẽ Pronunciationis, Vocem atque Motum. Quapropter vtráque appellatione indifferenter vti licet. Habet autem res ipſa miram quã-
dam in orationibus vim ac poteſtatem. Nec enim tam refert qualia ſint, quæ intra noſmetipſos compoſuimus, quàm quo modo efferantur: Nam ita quiſque vt audit, mouetur. Quare
F nec probatio vlla quæ aliquo modo venit ab Oratore, tam firma eſt, vt non perdat vires ſuas niſi adiuuetur aſſeueratione dicentis. Affectus omnes langueſcant neceſſe eſt, niſi voce, vultu, totius propè habitu corporis inardeſcant. Nam cum hæc omnia fecerimus, felices: tamen ſi noſtrũ illum ignẽ iudex cõceperit, ne dum eũ ſupini ſecuriq; moueamus, ac nõ & ipſe noſtra oſcitatione ſoluatur. Documento ſunt vel ſcenici actores, qui & optimis poetarum tantum adiiciunt gratiæ, vt nos infinitè magis eadem illa audita quàm lecta delectent, & viliſſi-

iij. de orat. & in Orat.

Pronũciationis laus.

mis etiam quibuſdam impetrent aures,vt quibus nullus eſt in bibliothecis locus,ſit etiã frequens in theatris. Quòd ſi in rebus quas fictas eſſe ſcimus, & inanes, tantum pronunciatio poteſt,vt iram, lachrymas, ſolicitudinem afferat, quanto plus valeat neceſſe eſt vbi & credimus? Equidem vel mediocrem orationẽ commendatam viribus actionis affirmauerim plus habituram eſſe momẽti,quàm optimam eadem illa deſtitutam. Siquidem & Demoſthenes quid eſſet in toto genere dicendi ſummum,interrogatus, Pronunciationi palmam dedit,eidémque ſecundum ac tertium locum,donec ab eo quæri deſierit:vt eam videri poſſit nõ præcipuam,ſed ſolam iudicaſſe. Ideóque ipſe tam diligenter apud Andronicum Hypocriten ſtuduit,vt admirantibus eius orationem Rhodiis, non immerito AEſchines dixiſſe videatur, Quid ſi ipſum audiſſetis? Et M. Cicero vnam in dicẽdo actionem dominari putat. Hac Cn. Lentulum plus opinionis conſecutum,quàm Eloquẽtia tradit. Eadem C. Gracchum in deflenda fratris nece totius pop. Rom. lachrymas concitaſſe. Antonium & Craſſum multum valuiſſe,plurimum vero Q. Hortenſium:cuius rei fides eſt, quòd eius ſcripta tantum intra famam ſunt,qui diu princeps oratorum,aliquando æmulus Ciceronis exiſtimatus eſt, nouiſſimè quoad vixit ſecundus:vt appareat placuiſſe aliquid eo dicente,quod legentes non inuenimus. Et hercle cum valeant multum verba per ſe, & vox propriam vim adiiciat rebus, & geſtus motúsque ſignificet aliquid,profecto perfectum quiddam fieri, cum omnia coierint, neceſſe eſt. Sunt tamen qui rudem illam,& qualem impetus cuiuſque animi tulit, actionẽ iudicent fortiorem,& ſolam viris dignam:ſed non alii ferè, quàm qui etiam in dicendo curam,& artem,& nitorem,& quicquid ſtudio paratur, vt affectata, & parum naturalia ſolent improbare,vel qui verborum atque ipſius etiam ſoni ruſticitate,vt L. Cottam dicit Cicero ſe ciſſe, imitationem antiquitatis affectant. Verum illi perſuaſione ſua fruantur, qui hominibus vt ſint Oratores,ſatis putant naſci: noſtro labori dent veniam, qui nihil credimus eſſe perfectum, niſi vbi natura cura iuuetur. In hoc igitur non contumaciter conſentio, primas partes eſſe naturæ. Nam certè bene pronunciare non poterit, cui aut in ſcriptis memoria, aut in iis quæ ſubito dicẽda erunt, facilitas prompta defuerit, nec ſi emẽdabilia oris incommoda obſtabunt. Corporis etiam poteſt eſſe aliqua tanta deformitas, vt nulla arte vincatur. Sed ne vox quidẽ niſi liberalis,actionẽ habere optimam poteſt. Bona enim firmáque,vt volumus,vti licet:mala vel imbecilla & inhibet multa,vt inſurgere,exclamare: & aliqua cogit,vt ſummittere,deflectere,& raucas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed nos de eo nunc loquamur,cui non fruſtra præcipitur. Cum ſit autẽ omnis actio, vt dixi, in duas diuiſa partes,vocẽ geſtúmque:quorum alter oculos,altera aures mouet, per quos duos ſenſus omnis ad animum penetrat affectus,prius eſt de Voce dicere,cui etiam geſtus accommodatur. In ea prima obſeruatio eſt, Qualem habeas:ſecunda, Quo modo vtaris. Natura vocis ſpectatur Quãtitate & Qualitate. Quantitas eſt ſimplicior. In ſumma enim Grandis,aut Exigua eſt: ſed inter has extremitates mediæ ſunt ſpecies,& ab ima ad ſummam,ac retro, multi ſunt gradus. Qualitas magis varia. Nam eſt & Candida,& Fuſca,& Plena,& Exilis, & Lenis,& Aſpera,& Contracta,& Fuſa,& Dura,& Flexibilis,& Clara,& Obtuſa. Spiritus etiã longior breuiórque. Nec cauſas cur quicque eorum accidat, perſequi propoſito operi neceſſarium eſt: eorum ne ſit differentia in quibus aura illa concipitur,an eorum per quæ velut organa meat, an ipſi propria natura,an prout mouetur, lateris pectorisve firmitas an capitis plus adiuuet. Nam opus eſt omnibus, ſicut non oris modo ſuauitate, ſed narium quoque, per quas quod ſupereſt vocis egreditur. Dulcis tamen eſſe debet non exprobrans ſonus.

Vtendi VOce multiplex ratio. Nam præter illam differẽtiam, quæ eſt tripertita, acutæ, grauis, flexæ: tum intentis, tum remiſſis, tum elatis, tum inferioribus modis opus eſt, ſpatiis quoque lentioribus aut citatioribus: ſed iiſipſis media interiacent multa. & vt facies, quanquam ex pauciſſimis conſtat, infinitam habet differentiam: ita vox, & ſi paucas quæ nominari poſſent continet ſpecies, propria cuique eſt:& non hæc minus auribus, quàm oculis illa dignoſcitur. Augentur autem ſicut omnium, ita Vocis quoque bona,cura, & negligentia minuuntur. Sed cura non eadem Oratoribus, quæ phonaſcis, conuenit: tamen multa ſunt vtriſque communia, firmitas corporis, ne ad ſpadonum, & mulierum, & ægrorum exilitatem vox noſtra tenuetur, quod ambulatio, vnctio, veneris abſtinentia, facilis ciborum digeſtio, id eſt frugalitas, præſtat. Præterea vt ſint fauces integræ, id eſt molles ac lenes,quarum vitio & frangitur, & obſcuratur, & exaſperatur, & ſcinditur vox. Nam vt tibiæ eodem ſpiritu accepto alium clauſis, alium apertis foraminibus, alium non ſatis purgatæ, alium quaſſæ ſonum reddunt: ita fauces tumentes ſtrangulant vocem, obtuſæ

Cic. i Bruto,& de Ora.iij.

De Ora.iij

In Bruto.

Ibidem.

Pronũciatio ex natura ſit, an ex arte.

De Ora.iij & Bruto.

Quantitas vocis.

Qualitas.

Spiritus.

Vtendi vocc ratio.

Vocis cura

A obſcurant, raſæ exaſperant, conuulſæ fractis ſunt organis ſimiles. Finditur etiam ſpiritus obiectu aliquo, ſicut lapillo tenues aquæ, quarum* fluctus etiam ſi vltra paulum coit, aliquid tamen caui relinquit poſt idipſum quod offenderat. Humor quoque vocem vt nimius impedit, ita conſumptus deſtituit. Nam vt fatigatio corpora, non ad præſens modo tempus, ſed etiam futurum afficit. Sed vt communiter & phonaſcis, & oratoribus neceſſaria eſt exercitatio, qua omnia conualeſcunt, ita curæ non idem genus. Nam neque certa tempora ad
* ſpatiādum dari poſſunt tot ciuilibus officiis occupato, nec præparare ab imis ſonis vocem ad ſummos, nec ſemper à contentione concedere licet, cum pluribus iudiciis ſæpè dicendum ſit. Nec ciborum quidem eſt eadem obſeruatio. Non enim tam molli teneráque voce, quàm forti ac durabili opus eſt. Cum illi omnes etiam altiſſimos ſonos leniant cantu oris, nobis
B pleraque aſperè ſint concitatéque dicenda, & vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda, & in ſudata veſte durandum. Quare vocem deliciis non molliamus, nec imbuamur ea conſuetudine, quæ duratura non ſit: ſed exercitatio eius talis ſit, qualis vſus: nec ſilentio ſubſidat, ſed firmetur cõſuetudine, qua difficultas omnis leuatur. EDISCERE autem quo exercearis, erit optimum, (nam extempore dicenti auocatur cura vocis ille, qui ex rebus ipſis concipitur, affectus) & ediſcere quàmmaximè varia, quæ & clamorem, & diſputationem, & ſermonem, & flexus habeant, vt ſimul in omnia paremur. Hoc ſatis eſt, alioqui nirida illa, & curata vox inſolitum laboré recuſabit, vt aſſueta gymnaſiis, & oleo corpora, quamlibet ſint in ſuis certaminibus ſpecioſa atq; robuſta, ſi militare iter, faſcèsque, & vigilias imperes, deficiant, & quærant vnctores ſuos nudúmque ſudorem. Illa tamen in hoc opere præ- Ediſcendi ratio.
C cipi quis ferat? Vitandos ſoles atque ventos, & nubila etiam ac ficcitates. Ita ſi dicendum in ſole, aut ventoſo, humido calidove die fuerit, reos deſeremus? Nam crudum quidem, aut ſaturum, aut ebrium, aut eiecto modo vomitu, quæ cauenda quidem monent, declamare neminem, qui ſit mentis compos, puto. Illud nõ ſine cauſa eſt ab omnibus præceptum, Vt parcatur maximè voci in illo à pueritia in adoleſcentiam tranſitu, quia naturaliter impeditur: non, vt arbitror, propter caloré, quod quidam putauerunt, (Nam eſt maior in aliis) ſed propter humorem potius. Nam hoc ætas illa turgeſcit. Itaque nares etiam, ac pectus, eo * tẽpore tumẽt, atque omnia velut geminant, eóque tenera & iniuriæ obnoxia. Sed vt ad propoſitum redeam, iam confirmatæ conſtitutæque vocis, genus exercitationis optimũ duco, quod eſt operi ſimillimum, dicere quotidie ſicut agimus. Nanque hoc modo non vox tantum con
D firmatur & latus, ſed etiam corporis decens & accommodatus orationi motus componitur.

Non alia eſt autem ratio Pronunciationis, quàm ipſius orationis. Nam vt illa emenda ta, dilucida, ornata, apta eſſe debet: ita hæc quoque Emẽdata erit, id eſt vitio carebit, ſi fuerit os facile explanatum, iucundum, vrbanum: id eſt in quo nulla neque ruſticitas, neque peregrinitas reſonet. Non enim ſine cauſa dicitur, Barbarum Græcúmve. Nam ſonis homines, vt æra tinnitu dignoſcimus. Ita fiet illud quod Ennius probat, cum dicit ſuauiloquenti ore Cethegum fuiſſe: non quòd Cicero in iis reprehẽdit, quos ait latrare non agere. Sunt enim multa vitia, de quibus dixi, cum in quadam primi libri parte puerorum ora formarem, opportunius ratus in ea ætate facere illorum mentionem in qua emẽdari poſſunt. Itáque ſi ipſa vox
E primum fuerit (vt ſic dicam) ſana, nullum eorum de quibus nunc dixi, patietur incũmodũ: deinde nõ ſubſurda, rudis, immanis, dura, rigida, * vana, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, puſilla, mollis, effœminata. Spiritus, nec breuis, nec parum durabilis, nec in receptu difficilis. DILVCIDA vero erit Pronunciatio primum, ſi verba tota exegerit, quorũ pars deuorari, pars deſtitui ſolet: pleriſque extremas ſyllabas non proferentibus, dum priorum ſono indulgent. Vt autem eſt neceſſaria verborum explanatio, ita omnes computare, & velut annumerare literas, moleſtum, & odioſum. Nam & vocales frequẽtiſſimè coeunt, & conſonantium quædam in ſequente vocali diſſimulantur. vtriuſque exemplum poſuimus, Multum ille & terris. Vitatur etiã durior inter ſe congreſſus, vnde pellexit, & collegit, & quæ alio loco dicta ſunt. Ideóque laudatur in Catullo ſuauis appellatio literarum. Secundum eſt, vt ſit ORATIO DISTINCTA, id eſt vt qui dicit, & incipiat vbi oportet, & deſinat.

Pronũciatiõis ratio eadẽ quę & orationis.

Cic. ī Bru.

Lib. i. cap. ij. & x.

Pronũciatio diluci-da.

Cic. ī Bru.

Diſtincta.

F Obſeruandum etiam quo loco ſuſtinendus, & quaſi ſuſpendendus ſermo ſit, quod Græci ὑφιστολὴν, vel ὑφοστολὴν, vel ὑφεστιγμὴν vocant, quo deponendus ſuſpenditur. Arma, virumque cano, quia illud virum, ad ſequẽtia pertinet: vt ſit, virum Troiæ qui primus ab oris. & hic iterum. Nã etiamſi aliud eſt vnde venit quàm quo venit, nõ diſtinguẽdum tamẽ, quia vtrũque eodem verbo continetur, venit. tertio Italiam, quia interiectio eſt, Fato profugus, & continuum ſermonẽ qui faciebat, Italiã, Lauinâq;, diuidit, ob eandémq; cauſam. quarto profugus,

deinde Lauináque venit Littora: Vbi iam erit diſtinctio, quia inde alius incipit ſenſus. Sed G
in ipſis etiam diſtinctionibus tempus,aliâs breuius,aliâs longius dabimus.Intereſt enim ſer
monem finiat,an ſenſum.Itaque illam diſtinctionem Littora, protinus altero ſpiritus initio
inſequar,cum illuc venero,Atque altæ mœnia Romæ:deponam & morabor, & nouum rur
ſus exordium faciam.Sunt aliquando & ſine reſpiratione quædam moræ etiam in periodis:
Philip. ij. vt in illa,In cœtu vero pop.Romani,negocium publicum gerẽs,magiſter Equitum,& cæte-
ra.Multa habẽt membra.Sẽſus enim ſunt alii atque alii.& ſicut vna circũductio eſt, ita pau-
lum morandum in iis interuallis: non interrumpendus eſt contextus, & ecõtrario ſpiritum
interim recipere ſine intellectu moræ neceſſe eſt:quo loco quaſi ſurripiẽdus eſt, alioqui ſi in-
ſcitè recipiatur,non minus afferat obſcuritatis,quàm vitioſa diſtinctio.Virtus autem diſtin-
Ornata. guẽdi fortaſſe ſit parua,ſine qua tamen eſſe nulla alia in agẽdo poteſt. ORNATA eſt H
Vox bona. Pronũciatio,cui ſuffragatur vox facilis,magna,beata,flexibilis,firma,dulcis, durabilis, cla-
ra,pura,ſecans aera,auribus ſedens. Eſt enim quædam ad auditum accommodata, non ma-
gnitudine,ſed proprietate ad hoc velut tractabilis,vtique habẽs omnes in ſe,qui deſiderãtur,
ſonos intentionésque,& toto (vt aiunt) organo inſtructa.Cui aderit lateris firmitas,ſpiritus
cum ſpatio pertinax,tum labori non facile ceſſurus.Neque grauiſſimus autem in muſica ſo-
nus,nec acutiſſimus orationibus cõuenit. Nam & hic parũ clarus, nimiúmque plenus nul-
lum afferre animis motum poteſt:& ille prætenuis & immodicæ claritatis,cum eſt vltra ve-
rum,tum neque pronũciatione flecti, nec diutius ferre intẽtionẽ poteſt.Nam vox vt nerui,
quô remiſſior,hôc & grauior & plenior: quô tenſior, hoc tenuis & acuta magis eſt. Sic ima
vim non habet,ſumma erũpi periclitatur. Mediis igitur vtẽdum ſonis : iique, cum augenda I
intẽtio eſt,excitandi:cum ſummittẽda,ſunt tẽperandi.Nam prima eſt obſeruatio rectè pro-
nunciandi,AEqualitas,ne ſermo ſubſultet imparibus ſpatiis ac ſonis,miſcẽs longa breuibus,
grauia acutis,elata ſummiſſis: & inæqualitate horũ omnium, ſicut pedum, claudicet ſermo.
Secũda, Varietas eſt, quæ ſolum eſt pronunciatio.Ac ne quis pugnare inter ſe putet æqualita
tem & varietatem,cum illi virtuti cõtrarium ſit vitium inæqualitas , huic qui dicitur μονο-
Variandæ δὴς,quaſi quidam vnus aſpectus. Ars porro variandi cum gratiam præbet, ac renouat au
artis bona res,tum dicẽtem ipſa laboris mutatione reficit, vt ſtandi,ambulãdi,ſedẽdi,iacẽdi vices ſunt,
nihilque eorum pati vnum diu poſſumus. Illud vero maximum (ſed id paulo pòſt tractabi-
mus) Quòd ſecũdum rationem rerum de quibus dicimus,animorũmque habitus,cõformã-
Monoto- da vox eſt,ne ab oratione diſcordet. Vitemus igitur illã quæ Græce μονοτονία vocatur, vna K
nia vitãda. quedam ſpiritus ac ſoni intẽtio : non ſolum ne dicamus omnia clamoſè, quod inſanum eſt:
aut intra loquẽdi modum,quod motu caret: aut ſubmiſſo murmure, quo etiam debilitatur
omnis intẽtio:Sed vt in iiſdem partibus,iiſdémque affectibus,ſint tamẽ quædam nõ ita ma
gnæ vocis declinationes,prout aut verborum dignitas, aut ſentẽtiarũ natura, aut depoſitio,
aut inceptio,aut trãſitus poſtulabit: vt qui ſingulis pinxerũt coloribus, alia tamẽ eminẽtio-
ra,alia reductiora fecerunt,ſine quo ne membris quidem ſuas lineas dediſſent. Proponamus
enim nobis illud Ciceronis in oratione nobiliſſima pro Milone principium,nõne ad ſingu
Facies. las penè diſtinctiones,quãuis in eadem facie,tamẽ quaſi vultus mutãdus eſt? Etſi vereor iu-
Vultus. dices,ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere incipientem timere. Etiam ſi eſt toto propoſito
cõtractum atque ſubmiſſum,quia & exordium eſt, & ſoliciti exordium, tamen fuerit neceſſe L
eſt aliquid plenius & erectius , dum dicit , Pro fortiſſimo viro dicere: quàm, Etſi vereor: &,
Turpe ſit:&, Timere.Iam ſecunda reſpiratio increſcat oportet,& naturali quodã conatu, quo
minus pauide dicimus quæ ſequũtur,& quo magnitudo animi Milonis oſtẽditur,Minimé-
que deceat, cũ T. Annius ipſe magis de Reipublicæ ſalute quàm de ſua perturbetur. Deinde
quaſi obiurgatio ſui eſt,Me ad eius cauſam parem animi magnitudinem afferre non poſſe.
Tum inuidioſiora,Tamẽ hæc noui iudicii noua forma terret oculos.Illa vero iam penè aper
tis (vt aiunt) tibiis,Qui quocũque inciderunt,veterem cõſuetudinem fori,& priſtinum mo-
rem iudiciorum requirunt.Nam ſequens latum etiam atque effuſum eſt,Non enim corona
conſeſſus veſter cinctus eſt,vt ſolebat.Quod notaui,vt appareret non ſolum in membris cau
ſæ,ſed etiam in articulis eſſe aliquam pronunciandi varietatem : ſine qua nihil , nec minus, M
Vox nõ ni nec maius eſt. VOX autem vltra vires vrgenda non eſt.Nam & ſuffocata ſæpè,& maio-
mis vrgẽda re niſi minus clara eſt,& interim eliſa in illum ſonum erumpit,cui Græci * κλωσμὸν nomen
ab immaturo gallorum cantu dederunt. Nec volubilitate nimia cõfundenda quæ dicimus.
qua & diſtinctio perit & affectus, & nonnunquam etiam verba aliqua ſui parte fraudantur.
Cui contrarium eſt vitium nimiæ tarditatis. Nam & difficultatem inueniendi fatetur, &

A ſegnitia ſoluit animos,& in quo eſt aliquid,temporibus præfinitis aquam perdit. Promptum ſit OS,non præceps:moderatum,non lentum. SPIRITVS quoque nec crebro receptus cõcidat ſententiam:nec eo vſque trahatur,donec deficiat. Nam & deformis eſt conſumpti illius ſonus,& reſpiratio ſub aqua diu preſſi ſimilis,& receptus lõgior,& non opportunus:vt qui fiat non vbi volumus, ſed vbi neceſſe eſt. Quare longiorem dicturis periodum colligendus eſt ſpiritus:ita tamen,vt id neque diu,neque cum ſono faciamus, neque omnino vt manifeſtum ſit:reliquis partibus optimè inter iuncturas ſermonis reuocabitur. Exercẽdus autem eſt,vt ſit quàm longiſſimus: quod Demoſthenes vt efficeret, ſcandens in aduerſum continuabat quàm poſſet plurimos verſus. Idem quô facilius verba ore libero exprimeret,calculos lingua voluens dicere domi ſolebat. Eſt interim & longus,& plenus, & clarus ſa
B tis ſpiritus,non tamen firmæ intentionis,ideôque tremulus: Vt corpora quæ aſpectu integra neruis parum ſuſtinentur. Id Græci ῥᾴγᾶν vocant. Sunt qui ſpiritum cum ſtridore per raritatem dentium non recipiunt,ſed reſorbẽt. Sunt qui crebro anhelitu, & introrſum etiam clare ſonante,imitentur iumenta onere & iugo laborantia. Quod affectant quoque, tanquam inuentionis copia vrgeantur,maiorque vis Eloquentiæ ingruat, quàm quæ emitti faucibus poſſit. Eſt & aliis Concurſus Oris, & cum verbis ſuis Colluctatio. Iam tuſſire, & ẽxpuere crebro,& ab imo pulmone pituitã trochleis adducere, & oris humore proximos ſpargere,& maiorem partem ſpiritus in loquendo per nares effundere,etiam ſi non vtique vocis ſunt vitia,quia tamen propter vocem accidunt,potiſſimum huic loco ſubiiciantur. Sed quodcũque ex iis vitium magis tulerim,quàm quo nunc maximè laboratur in cauſis omni-
C bus,ſcholisque,cãtandi:quod inutilius ſit an fœdius,neſcio. Quid enim minus Oratori cõuenit,quàm modulatio ſcenica,& nonnunquam ebriorum,aut comeſſantium licentiæ ſimilis? Quid vero mouendis affectibus contrarium magis, quàm cum dolendum, iraſcendum, indignandum,commiſerandum ſit,non ſolum ab iis affectibus, in quos inducendus eſt iudex,recedere,ſed ipſam fori ſanctitatem ludorum talarium licentia ſoluere? Nam Cicero illos ex Lycia & Caria Rhetores penè cantare in Epilogis dixit. Nos etiam cantandi ſeueriorem paulò modum exceſſimus. Quiſquámne, non dico de homicidio, ſacrilegio,parricidio, ſed de calculis certè atque rationibus, quiſquam denique (vt ſemel finiam) in lite cantat? Quod ſi omnino recipiendum eſt, nihil cauſæ eſt cur non illam vocis modulationem fidibus ac tibiis, immo mehercules, quod eſt huic deformitati propius,
D cymbalis adiuuemus. Facimus tamen hæc libenter: Nam nec cuiquam ſunt iniucunda quæ cantant ipſi: & laboris in hoc, quàm in agendo minus eſt. Et ſunt quidam qui ſecundum alia vitæ vitia, etiam hac vbique audiendi quod aures mulceat, voluptate ducantur. Quid ergo? non & Cicero dicit eſſe aliquem in oratione cantum obſcurionem? Et hoc quodam naturali vitio venit. Oſtendam non multo poſt, vbi, & quatenus, recipiendus ſit hic flexus, & cantus quidem, ſed (quod plerique intelligere nolunt) obſcurior. Iam enim tempus eſt dicendi, Quæ ſit APTA PRONVNCIATIO, Quæ certè ea eſt, quæ iis de quibus dicimus, accommodatur:quod quidam maxima ex parte præſtant ipſi motus animorum, ſonatque vox vt feritur. Sed cum ſint alii veri Affectus, alii ficti & imitati: Veri naturaliter erumpunt,vt dolentium,iraſcentium,indignan-
E tium:ſed carent arte,ideóque non ſunt diſciplinæ traditione formandi. Contrà qui effingũtur imitatione,artem habent:ſed hi carent natura,ideóque in iis primũ eſt bene affici,& concipere imagines rerum,& tanquam veris moueri:ſic velut media vox, quem habitum à nobis acceperit,hunc iudicum animis dabit. Eſt enim mentis index,& velut exemplar,ac totidem,quot illa,mutationes habet. Itáque lætis in rebus plena,ſimplex,& ipſa quodam modo hilaris fluit:at in certamine erecta totis viribus, & velut omnibus neruis intenditur. Atrox in ira,& aſpera ac denſa, & reſpiratione crebra. Neque enim poteſt eſſe longus ſpiritus, cum immoderatè effunditur. Paulum in inuidia facienda lentior, quia non ferè ad hanc niſi inferiores confugiunt:at in blandiendo,fatendo,ſatisfaciendo, rogando, lenis & ſubmiſſa. Suadentium, & monentium, & pollicentium, & conſolantium grauis, in metu & verecundia
F contracta, adhortationibus fortis, diſputationibus teres, miſeratione flexa & flebilis, & conſulto quaſi obſcurior: at in egreſſionibus fuſa & ſecuræ claritatis, in expoſitione ac ſermonibus recta,& inter acutum ſonum & grauem media. Attollitur autem concitatis affectibus,compoſitis deſcendit,pro vtriuſque rei modo altius vel inferius. Quid autem quiſque in dicendo poſtulet locus,paulum differam,vt DE GESTV prius dicam:qui & ipſi voci cõſentit,& animo cum ea ſimul patet. Is quãtum habeat in Oratore momenti, ſatis vel

Oris diſpoſitio.
Spiritus.
De Ora.i.
Cantandi vitium.
In Orat.
In Orat.
Pronũciatio apta.
Affect⁹ duplices.
De geſtu.

Cic. ī part. ex eo patet,quòd pleraque etiam citra verba ſignificat. Quippe non manus ſolum, ſed nutus G
etiã declarãt noſtram voluntatẽ,& in mutis pro ſermone ſunt: & ſalutatio frequenter ſine vo
ce intelligitur atque afficit,& ex vultu ingreſſúque perſpicitur habitus animorum:& anima-
lium quoque ſermone carentium ira,lætitia, adulatio, & oculis, & quibuſdam aliis corporis
ſignis deprehenditur. Nec mirum ſi iſta, quæ tamen in aliquo poſita ſunt motu, tantum in
animis valent, cum pictura tacens opus, & habitus ſemper eiuſdem, ſic in intimos pe-
netret affectus,vt ipſam vim dicendi nonnunquam ſuperare videatur. Cõtra ſi geſtus ac vul-
tus ab oratione diſſentiant,triſtia dicamus hilares,affirmemus aliqua renuentes:non autho
ritas modo verbis,ſed etiam fides deſit. Decor quoque à geſtu atque à motu venit. Ideóque
Demoſthenes grande quoddam ſpeculum intuens,componere actionem ſolebat. Adeo quã-
Capitis geſtus. uis fulgor ille ſiniſtras imagines reddat,ſuis demum oculis credidit,quod efficeret. Præ- H
cipuum vero in actione,ſicut in corpore ipſo, C A P V T eſt,cum ad ipſum de quo dixi de-
corem,tum etiam ad ſignificationem decoris illa ſunt, Vt ſit primo rectum,& ſecundum na-
turam. Nam & deiecto humilitas,& ſupino arrogantia,& in latus inclinato languor,& præ-
duro ac rigente barbaria quædam mentis oſtenditur. Tum accipiat aptos ex ipſa actione mo
tus,vt cum geſtu concordet,& manibus ac lateribus obſequatur. Aſpectus enim ſemper eodẽ
vertitur quo geſtus,exceptis quæ,aut damnare,aut nõ cõcedere, aut à nobis remouere opor-
A En.iij. tebit:vt idem illud vultu videamur auerſari, manu repellere, Dii talem terris auertite peſtẽ.
A En.i. Haud equidem tali me dignor honore. Significat vero plurimis modis. Nam præter annuẽ-
di,renuendi, confirmandique motus, ſunt & verecundiæ, & dubitationis, & admirationis,
& indignationis noti,& communes omnibus. Solo tamen eo facere geſtum ſcenici quoque I
doctores vitioſum putauerunt. Etiam frequens eius nutus non caret vitio: adeo iactare id,&
Vultus. comas excutientem rotare phanaticum eſt. Dominatur autem maximè V V L T V S.
Hoc ſupplices,hoc minaces,hoc blandi,hoc triſtes,hoc hilares, hoc erecti, hoc ſubmiſſi ſu-
mus,hoc pendent homines:hunc intuentur, hunc ſpectant etiam antequam dicamus: hoc
quoſdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus: hic eſt ſæpè pro omnibus ver-
bis. Itaque in iis quæ ad ſcenam componuntur fabulis,artifices pronũciandi à perſonis quo-
que affectus mutuantur:vt ſit Niobe in tragœdia triſtis,atrox Medea,attonitus Aiax,trucu
lentus Hercules. In comœdiis vero præter aliam obſeruationem,qua ſerui, lenones,paraſiti,
ruſtici,milites,vetulæ,meretriculæ,ancillæ,ſenes auſteri ac mites,iuuenes ſeueri ac luxurioſi,
matronæ,puellæ,inter ſe diſcernuntur. Pater ille cuius præcipuè partes ſunt,quia interim cõ K
citatus,interim lenis eſt,altero erecto,altero compoſito eſt ſupercilio. atque id oſtendere ma
ximè Latinis actoribus moris eſt,quod cum iis quas agũt partibus congruat. Sed in ipſo
Oculorum Lachry-marum. vultu plurimum valẽt O C V L I, per quos maximè animus emanat, vt citra motum quo-
que, & hilaritate eniteſcant, & triſtitia quoddam nubilum ducant. Quinetiam L A-
C H R Y M A S iis natura mentis indices dedit:quæ aut erumpunt dolore, aut lætitia ma-
nant. Motu vero intenti,remiſſi,ſuperbi,torui,mites,aſperi fiunt,quæ vt actus popoſcerit fin
gentur. Rigidi vero & extenti, aut languidi & torpentes, aut ſtupentes, aut laſciui & mobi-
les, aut natantes, & quadam voluptate ſuffuſi,aut limi,& (vt ſic dicam) venerei, aut poſcen-
tes aliquid,pollicentésve nonnunquam eſſe debebunt. Nam opertos compreſſósve eos in di
Palpebrarum. cendo, quis niſi planè rudis & ſtultus habeat? Et ad hæc omnia exprimenda in P A L- L
Genarum. P E B R I S etiam & in G E N I S eſt quoddam deſeruiens iis miniſterium. Multum &
Supciliorũ S V P E R C I L I I S agitur. Nam & oculos formant aliquatenus, & fronti imperant. His
contrahitur,attollitur,demittitur,vt nulla res in ea plus valeat. Sanguis ille, qui mentis ha-
bitu mouetur,& cum infirma verecũdia cutem accipit,effunditur in ruborem,cum metu re-
fugit,abit omnis,& pallore frigeſcit,temperatus medium quoddam ſerenum efficit. Vitium
in ſuperciliis,ſi aut immota ſunt omnino,aut nimiñm mobilia, aut inæqualitate (vt modo
de perſona comica dixeram) diſſident,aut contra id quod dicimus finguntur. Etenim con-
tractis triſtitia,diductis hilaritas, remiſſis pudor oſtenditur. Annuendi quoque renuendive
Naribus. ratione demittuntur aut alleuantur. N A R I B V S L A B R I Sque non ferè quic-
quam decenter oſtendimus,tametſi deriſus,contemptus,faſtidium ſignificari ſolet. Nam & M
Serm.i. corrugare nares (vt Horatius ait) & inflare,& mouere,& digito inquietare,& impulſu ſubito
ſpiritum excutere,& diducere ſæpius,& plana manu reſupinare, indecorum eſt, cum emun-
Labrorum ctio etiam frequentior non ſine cauſa reprehendatur. L A B R A & porriguntur malè, &
ſcinduntur,& aſtringuntur,& diducuntur,& dentes nudant,& in latus ac penè ad aurẽ tra-
huntur,& velut quodam faſtidio replicantur, & pendent, & vocem tantum altera parte di-

A mittunt. Lambere quoque ea & mordere, deforme eſt: cum etiam in efferēdis verbis, modicus eſſe eorum debeat motus. Ore enim magis, quàm labris, loquendum eſt. CERVICEM erectam oportet eſſe, non rigidam aut ſupinam. COLLVM diuerſa quidē, ſed pari deformitate contrahitur, & tenditur: ſed tenſo ſubeſt & labor, tenuatúrque vox ac fatigatur. Affixum pectori MENTVM minus claram, & quaſi latiorem preſſo gutture facit. HVMERORVM raro decens alleuatio atque cōtractio eſt. Breuiatur enim ceruix, & geſtum quendam humilem atque ſeruilem, & quaſi fraudulentum facit, cum ſe in habitum adulationis, admirationis, metus, fingunt. BRACHII moderata proiectio remiſſis humeris atque explicantibus ſe in proferenda manu digitis, continuos & decurrētes locos maximè decet. At cum ſpecioſius quid vberiusque dicendum eſt, vt illud, Saxa atque ſo Ceruicis. Colli. Menti. Humerorū Brachij. Pro Arch.

B litudines voci reſpondent, expatiatur in latus, & ipſa quodammodo in ſe cum geſtu fundit oratio. MANVS vero ſine quibus trūca eſſet actio ac debilis, vix dici poteſt quot motus habeant, cum penè ipſam verborum copiam perſequantur. Nam cæteræ partes loquentem adiuuant, hæ (propè eſt vt dicam) ipſæ loquuntur. An non iis poſcimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? ſupplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudium, triſtitiam, dubitationem, confeſſionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus, oſtendimus? Non cædem concitant? ſupplicant? inhibent? probāt? admirantur? verecundantur? non in demonſtrandis locis atque perſonis aduerbiorum, atque pronominum obtinent vicem? vt in tanta per omnes gētes nationésque linguæ diuerſitate hic mihi omnium hominum cōmnis ſermo videatur. Et ii quidem de quibus ſum locutus, Manuum geſtus.

C cum ipſis vocibus naturaliter exeūt geſtus, alii ſunt qui res imitatione ſignificant: Vt ſi ægrū tentātis venas medici ſimilitudine, aut citharœdū formatis ad modum percutiētis neruos manibus oſtendas. quod eſt genus quàm longiſſimè in actione fugiendum. Abeſſe enim plurimum à ſaltatore debet Orator, vt ſit geſtus ad ſenſus magis, quàm ad verba accōmodatus: quod etiam hiſtrionibus paulò grauioribus facere moris fuit. Ergo vt ad ſe manum referre, cum de ſe ipſo loquatur, & in eum quem demonſtret intendere, & aliqua his ſimilia permiſerim: ita non effingere ſtatus quoſdam, & quicquid dicet, oſtendere. Neque id in manibus ſolum, ſed in omni geſtu ac voce ſeruandum eſt. Non enim aut in illa periodo, Stetit ſoleatus Prætor Populi Romani, inclinatio incumbentis in mulierculam Verris effingenda eſt: Aut in illa, Cædebatur in medio foro Meſſanæ: motus laterū, qualis eſſe ad verba ſolet, torquen Act. vij. In eadem.

D dus: aut vox qualis dolore exprimitur, eruēda. Cum mihi comœdi quoque peſſimè facere videantur, qui etiam ſi iuuenē agant, cum tamen in expoſitione, aut ſenis ſermo, vt in Hydriæ prologo: aut mulieris, vt in * Georgo, incidit, tremula vel effœminata voce pronūciāt. Adeo in illis quoque eſt aliqua vitioſa imitatio, quorum ars omnis conſtat imitatione. Eſt autem geſtus ille maximè communis, quo medius digitus in pollicem cōtrahitur explicitis tribus, & principiis vtilis, cum leni in vtranque partem motu modice prolatus, ſimul capite atque humeris ſenſim ad id quò manus feratur obſecundantibus: & in narrādo certus, ſed tum paulò productior: & in exprobrando, & in arguendo acer atque inſtans. Longius enim partibus iis & liberius exeritur. Vitioſe vero idem ſiniſtrum quaſi humerum petens in latus agi ſolet: quāquam adhuc peius aliqui tranſuerſum brachium proferunt, & cubito pronunciant. Duo

E quoque medii ſub pollicē veniūt, & eſt hic adhuc priore geſtus inſtantior, principio & narrationi non accōmodatus. At cum tres cōtracti pollice premuntur, tum DIGITVS ille, quo vſum optimè Craſſum Cicero dicit, explicari ſolet. Is in exprobrādo & indicando (vnde ei nomen eſt) valet: & alleuata ac ſpectante humerum manu paulum inclinatus affirmat: verſus in terram & quaſi pronus vrget, aliquando pro numero eſt. Idem ſummo articulo vtrinque leniter apprehenſo, duobus modice curuatis, minus tamen * minimo, aptus ad diſputandum eſt. Acrius tamen argumentari videntur, qui medium articulū potius tenent: tanto cōtractioribus vltimis digitis, quāto priores deſcederūt. Eſt & ille verecūdæ actioni aptiſſimus, quo quatuor primis leuiter in ſummū coeuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo cœpiſſe Demo- Index Craſſi. De Ora. ij.

F ſthenem credo in illo pro Cteſiphonte timido ſummiſſóque principio: ſic formatā Ciceronis manū, cum diceret, Si quid eſt in me ingenii iudices, quod ſentio quàm ſit exiguū. Eadē aliquatenus liberius deorſum ſpectantibus digitis colligitur in os, & fuſius paulo in diuerſa reſoluitur, vt quodam modo ſermonem ipſum proferre videatur. Binos interim digitos diſtinguimus, ſed non inſerto pollice: paulū tamen inferioribus intrà ſpectantibus, ſed ne illis quidem tenſis qui ſupra ſunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premūt, Pro Arch.

ipſe prioribus ad medios articulos iungitur:interim quartus obliquè reponitur.interim qua G
tuor remiſſis magis quàm tenſis,pollice intus inclinato, habilem in latus demonſtrãdo aut
diſtinguendo quæ dicimus manum facimus,cum ſupina in ſiniſtrũ latus, prona in alterum
fertur. Sunt & illi breues Geſtus,Cum manus leuiter pãdata,qualis vouẽtium eſt, paruis in-
teruallis,& ſubaſſentientibus humeris mouetur: maximè apta parce & quaſi timidè loquen
tibus.Eſt admirationi conueniens ille geſtus,quo manus modicè ſupinata, ac per ſingulos à
minimo collecta digito redeunte flexu ſimul explicatur atque conuertitur. Nec vno modo
interrogantes,geſtum componimus:plerunque tamen vertentes manum,vtcunque compo
ſita eſt. POLLICI proximus digitus,mediúmque contingens quà dexter eſt,vnguẽ
pollici ſummo ſuo iungens,remiſſis cæteris, eſt & approbantibus, & narrantibus, & diſtin-
guentibus decorus.Cui non diſſimilis,ſed compreſſis tribus digitis, quo nunc Græci pluri- H
mum vtuntur etiam vtraque manu, quoties Enthymemata ſua geſtu velut cornu tũdunt cæ
ſim.Manus lenior promittit & aſſentatur,citatior hortatur,interim laudat. Eſt & ille vrgẽs
orationem geſtus vulgaris magis quàm ex arte,qui cõtrahit alterno celerique motu, & expli
cat manum.Eſt & illa caua,& * rara,& ſupra humeri altitudinẽ elata cum quodam motu ve-
lut hortatrix manus,à peregrinis ſcholis iam propè recepta. Tremula,ſcenica eſt. Digitos cũ
ſummi coierunt,ad os referre,cur quibuſdam diſplicuerit,neſcio.Nam id & leuiter admiran
tes,& interim ſubita indignatione velut paueſcentes,& deprecantes,facimus.Quin compreſ
ſam etiam manum in ſignum pœnitentiæ vel iræ,pectori admouemus:vbi vox vel inter dẽ-
Auerſo tes expreſſa non dedecet,Quid nunc agam? quid faciam? Auerſo pollice demonſtrare ali-
pollice. quid,receptum magis puto,quàm Oratori decorum. Sed cum omnis Motus ſex partes ha- I
beat,ſeptimúsque ſit ille qui in ſe redit orbis,vitioſa eſt vna circunuerſio, reliqui ante nos, &
dextra læuáque,& ſurſum & deorſum aliquid oſtendunt, in poſteriora geſtus non dirigitur.
Interim tamẽ velut reiici ſolent.Optimè autem manus à ſiniſtra parte incipit,in dextra de-
ponitur:ſed vt deponere,non vt ferire videatur:quanquam & in fine interim cadit,vt cito ta
men redeat,& nõnunquam reſilit,vel negantibus nobis,vel admirantibus.Hic veteres artifi
ces illud rectè adiecerunt, vt manus cum ſenſu & inciperet, & deponeret. Alioqui enim aut
ante vocem erit geſtus,aut poſt vocem,quod eſt vtrunque deforme. In illo lapſi nimia ſubti
litate ſunt,quòd interuallum motus tria verba eſſe voluerunt, quod nec obſeruatur, nec fieri
poteſt:ſed illi quaſi menſuram tarditatis celeritatisque aliquam eſſe voluerunt.nec immeri-
to,ne aut diu ocioſa eſſet manus,aut (quod multi faciunt) actionem continuo motu conci- K
derent.Aliud eſt quod & fit frequentius,& magis fallit. Sunt quædam latẽtes ſermonis per-
cuſſiones,& quaſi aliqui pedes,ad quos plurimorũ geſtus cadit, vt ſit vnus motus,Nouum
Pro Lig. crimen:alter,C.Cæſar:tertius,Et ante hanc diem:quartus,Inauditum : deinde,Propinquus
meus:&,Ad te Quintus Tubero detulit. Vnde id quoque fluit vitium, vt iuuenes cum ſcri-
bunt,geſtu præmodulati cogitationem ſic componant, quomodo caſura manus ſit. Inde &
illud vitium,vt geſtus qui in fine dexter eſſe debet,in ſiniſtram frequenter deſinat. Melius il
lud,Cum ſint in ſermone omni breuia quædam membra,ad quæ ſi neceſſe ſit,recipere ſpiri-
tum liceat, ad hæc geſtum diſponere : vtputa, Nouum crimen C.Cæſar,habet per ſe finem
quendam ſuum,quia ſequitur coniunctio:deinde,Et ante hanc diem inauditum, ſatis circũ-
ſcriptum eſt.Ad hæc commodanda manus eſt, idque dum eruperit prima & cõpoſita actio. L
At vbi iam calor eam concitauerit,etiã geſtus cum ipſa orationis celeritate crebreſcet. Aliis
locis citata,aliis preſſa conueniet pronunciatio.Illa tranſcurrimus,cõgerimus,* feſtinamus:
hac inſtamus,inculcamus,infigimus.Plus autem affectus habent lentiora.Ideóque Roſcius
citatior,AEſopus grauior fuit: quòd ille comœdias, hic tragœdias egit. Eadem motus quo-
que obſeruatio eſt.Itáque in fabulis iuuenum,ſenum,militum, matronarum grauior ingreſ-
ſus eſt,ſerui,ancillæ,paraſiti,piſcatores citatius mouentur. Tolli autem manum artifices ſu-
pra oculos,demitti infra pectus vetant,adeo à capite eam petere,aut ad imum vẽtrem dedu-
cere vitioſum habetur. At ſiniſtram intra humerum promouere,vltra nõ decet. Sed cum
Siniſtræ geſtus. auerſantes in læuam partem velut propellemus manũ,ſiniſter humerus proferẽdus, vt cum
capite ad dextram ferente conſentiat.Manus ſiniſtra nũquam ſola rectè geſtum facit:dextræ M
ſe frequenter accommodat,ſiue in digitos argumẽta digerimus,ſiue auerſis in ſiniſtrum pal-
mis abominamur,ſiue obiicimus aduerſas,ſiue in latus vtrunque diſtendimus, ſiue ſatisfa-
cientes,aut ſupplicantes.Diuerſi ſunt autẽ ii geſtus,ſiue ſummittimus, ſiue adorantes attolli
Pro Mil. mus,ſiue aliqua demonſtrationi,aut inuocationi protendimus,Vos Albani tumuli atq; lu-
De Ora,iij ci.Aut Gracchanum illud,Quò me miſer conferam?quò vertam?in Capitoliũmne?at fratris

A sanguine redundat.an domum?matrémne vt miseram lamentantémque videam & abiectã? Plus enim affectus in iis iunctæ exhibent manus.In rebus paruis,tristibus,mitibus,breues: magnis,lætis,atrocibus,extensiores sunt. Vitia quoque earum subiicienda sunt, quæ quidem accidere etiam exercitatis actoribus solent. Nam gestum poculum poscentis,aut verbera minantis,aut numerum quingentorum pollice flexo efficietis,quæ sunt à quibusdam scriptoribus notata,ne in rusticis quidem vidi. At vt brachio exerto introspiciatur latus,vt manum alius vltra sinum proferre non audeat,alius in quantum patet longitudo protẽdat,aut ad tectum erigat,aut repetito vltra læuum humerum gestu ita in tergum flagellet, vt cõsistere post eum parum tutum sit,aut sinistrum ducat orbem , aut temere sparsa manu in proximos offendat,aut cubitum vtrũque in diuersum latus ventilet,sæpè scio euenire. Solet esse & B pigra,& trepida,& secanti similis:interim vncis etiam digitis,aut à capite deiiciatur, aut eadem manus supinata in superiora iactetur.Fit & ille habitus, qui esse in statuis pacificator solet,qui inclinato in humerum dextrum capite,brachio ab aure prætẽso, manum infesto pollice * extendit:qui quidem maximè placet iis,qui se dicere sublata manu iactant. Adiicias licet eos qui sententias vibratis digitis iaculantur,aut manu sublata denunciant,aut(quod per se interim recipiendum est)quoties aliquid ipsis placuit,in vngues eriguntur.sed vitiosum id faciũt,aut digito quanto plurimum possunt erecto, aut etiam duobus, aut vtraque manu ad modum aliquid portantium composita. His accedunt vitia non naturæ , sed trepidationis, cum ore concurrente rixari,si memoria fefellerit, aut cogitatio non suffragetur, quasi faucibus aliquid obstiterit insonare,in aduersum tergere nares, obambulare sermone imperfecto, C resistere subito,& laudem poscere silẽtio: quæ omnia persequi propè infinitum est. Sua enim cuique sunt vitia. Pectus ac venter ne proiiciantur,obseruandum. Pandant enim posteriora,& est odiosa omnis supinitas. Latera cum gestu cõsentiant.Facit enim aliquid & totius corporis motus:adeo,vt Cicero plus illo agi, quàm manibus ipsis putet. Ita enim dicit in Oratore,Nullæ argutiæ digitorum,non ad numerum articulus cadens,trunco magis toto se ipse moderans,& virili laterum flexione.Femur ferire,quod Athenis primus fecisse creditur Cleon,& vsitatum est,& indignantes decet,& excitat auditorem.Idque in Callidio Ci cero desiderat.Non frons,inquit,percussa,non femur,pedum (quod minimũ est) nulla supplosio:quãquam (si licet) de fronte dissentio.Nam etiam complodere manus, scenicum est, & pectus cædere.Illud quoq; raro decebit,Caua manu summis digitis pectus appetere,siquã- D do nosmetipsos alloquimur,cohortantes,obiurgantes, miserãtes. quod siquando fiet,togam quoque inde remouere non decebit. IN PEDIBVS obseruantur Status & Incessus. Prolato dextro stare,& eandem manum ac pedem proferre,deforme est.In dextrum incumbere interim datur,sed æquo pectore: qui tamen comicus magis quàm oratorius gestus est. Male etiam in sinistrum pedem insistentium dexter aut attollitur,aut summis digitis suspẽditur. Varicare supra modum,& in stando deforme est, & accedẽte motu prope obscœnum. Procursio opportuna,breuis,moderata,rara,conuenit:etiam & ambulatio quædam propter immodicas laudationum moras:quãquam Cicero rarum incessum, neque ita longum probat. Discursare vero,& quod Domitius Apher de Sura Manilio dixit,satagere,ineptissimum. Vrbanéque Flauius Virginius interrogauit de quodam suo antisophiste,quot milia passuum E declamasset. Præcipi & illud scio, Ne ambulantes auertamur à iudicibus,sed sint obliqui pedes ad concilium nobis respicientibus.Id fieri iudiciis priuatis non potest. Verum & breuiora sint spatia,nec auersi diu simus:interim tamen recedere sensim datur. Quidam & resiliũt, quod est planè ridiculum.Pedis supplosio vt loco est opportuna,vt ait Cicero,in contentionibus,aut incipiendis,aut finiendis:ita crebra & inepti est hominis, & desinit iudicem in se cõuertere.Est & illa indecora, in dextrum ac læuum latus vacillatio, alternis pedibus insistẽtium.Longissimè fugienda mollis actio, qualem in Tityo Cicero dicit fuisse. Vnde & saltationis quoddam genus Tityus est appellatum. Reprehendenda est & illa frequens, & concitata in vtranque partem mutatio, quam in Curione patre irrisit & * Iunius, quærens,quis è lintre loqueretur.& Sicinius:nam cum assidente collega qui erat propter valetudinem & de- F ligatus,& pluribus medicamentis propter dolorem artuum delibutus, multum se Curio ex ex more iactasset,Nunquam,inquit, Octaui collegæ tuo gratiam referes:qui nisi fuisset istic, hodie te muscæ comedissent. Iactantur & HVMERI, quod vitium Demosthenes ita dicitur emendasse,vt cum in angusto quodam pulpito stans diceret , hasta humero depẽdẽs immineret:vt si calore dicẽdi vitare id excidisset,offensatione illa cõmoneretur. AMBVLANTEM loqui ita demum oportet,si in causis publicis,in quibus sunt multi iudices,

Vitia gestuum manuum.

Vitia trepidationis.

De Ora.

In Bruto.

Pedum gestus & eorum vitia.

In Orat.

De Ora.iij

In Bruto.

Tityus.

In Bruto.

quod dicimus, quasi singulis inculcare peculiariter velimus. Illud vero * non ferẽdum,quòd G
quidam reiecta in humerum toga, cum dextra sinum vsque ad lumbos reduxerunt, sinistra
gestum faciẽtes spatiãtur,& fabulantur:cum etiam læuam restringere prolata longius dextra
sit odiosum. Vnde moneor,vt ne id quidem transeam ineptissimè fieri,cum inter moras lau
dationum,aut in aurem alicuius loquuntur,aut cum sodalibus iocantur, aut nonnunquam
ad librarios suos ita respiciunt,vt sportulam dictare videantur. Inclinari ad iudicem cum do
ceas,vtique si id de quo loquaris sit obscurius, decet. Incumbere aduocato aduersis subselliis
sedenti,contumelioſum est. Reclinari etiam ad suos,& manibus sustineri,nisi planè iusta fa-
tigatio est,delicatum:sicut palàm moneri excidentis,aut legere. Nam in his omnibus & vis
illa dicẽdi soluitur,& frigescit affectus,& iudex parum sibi præstari reuerentiæ credit. Trãsire
in diuersa subsellia parum verecundum est. Nam & Cassius Seuerus vrbanè aduersus hoc fa H
cientes,lineam popoſcit. Etsi aliquando concitatè itur,nũquam non frigidè reditur. Mul
Gest⁹ mu-tãdi ratio. ta ex iis quæ præcipimus,mutari necesse est ab iis qui dicunt apud tribunalia. Nam & vul-
tus erectior,vt eum apud quem dicitur spectet:& gestus,vt ad eundem tẽdens elatior sit, ne-
Sedẽtium gestus. cesse est,& alia quæ occurrere etiam me tacẽte omnibus possunt. Itémque ab iis qui sedẽ-
tes agent. Nam & ferè fit hoc in rebus minoribus : & iidem impetus actionis esse non pos-
sunt,& quædam vitia fiunt necessaria. Nam & dexter pes à læua iudicis sedentis proferẽdus
est,& ex altera parte multi gestus necesse est in sinistrum eant, vt ad iudicem spectent. Equi-
dem plerosque & ad singulas clausulas sententiarum video assurgentes sibi, & nõnullos sub-
inde aliquid etiam spatiantes:quod an deceat ipsi viderint, cum id faciũt, non sedẽtes agũt.
Bibere,aut etiam esse inter agendum,quod multis moris fuit,& est quibusdam,ab Orato- I
re meo procul absit. Nam siquis aliter dicendi onera perferre nõ possit, non ita miserum est
Cult⁹ ora-toris. non agere,potiũsque multo,quàm & operis & hominum contemptum fateri. CVL-
TVS non est proprius Oratoris aliquis,sed magis in Oratore conspicitur. Quare sit, vt in
omnibus honestis debet esse,splẽdidus & virilis. Nam & toga,& calceus,& capillus,tam ni-
mia cura,quàm negligentia sunt reprehendenda. Est aliquid in amictu,quod ipsum aliquate-
nus temporum conditione mutatum est. Nam veteribus nulli sinus, perquàm breues post
illos fuerunt. Itáque & gestu necesse est vsos esse in principiis eos alio, quorum brachiũ sicut
Græcorum,veste continebatur. Sed nos de præsentibus loquimur. Cui laticlaui ius non erit,
ita cingatur,vt tunicæ prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites
vsque perueniant. Nam infra mulierum est,supra cẽturionum. Vt purpuræ rectè descẽdant, K
Togæ for-ma. leuis cura est. Notatur interim negligentia. Latum habentium clauum modus est,vt sit pau
lum cinctis summissior. Ipsam togam rotundam esse,& apte cæsam velim. Aliter enim mul
tis modis fiet enormis. Pars eius prior mediis cruribus optimè terminatur,posterior eadem
portione altius quàm cinctura. Sinus decentissimus, si aliquanto supra imam togam fuerit,
nunquam certè sit inferior. Ille qui sub humero dextro ad sinistrum oblique ducitur, velut
balteus,nec strangulet,nec fluat. Pars togæ quæ postea imponitur,sit inferior: nam ita & se-
det melius,& cõtinetur. Subducẽda etiam pars aliqua tunicæ, ne ad lacertum in actu redeat:
tum sinus iniiciendus humero,cuius extremam oram reiecisse non dedecet. Operiri autem
humerum cum toto iugulo nõ oportet. Alioqui amictu fiet angustus:& dignitatem, quæ est
in latitudine pectoris,perdet. Sinistrum brachium eo vsque alleuandum est,vt quasi norma- L
Annuli multi non habendi. lem illum angulum faciat. Super quod ora ex toga duplex æqualiter sedeat. Manus nõ im
pleatur Annulis,præcipuè medios articulos non transeuntibus:cuius erit habitus optimus,
alleuato pollice,& digitis leuiter inflexis,nisi si libellum tenebit,quod non vtique captãdum
est. Videtur enim fateri memoriæ diffidentiam,& ad multos gestus est impedimento. Togã
veteres ad calceos vsque demittebant,vt Græci pallium. Idque vt fiat,qui de gestu scripserunt
Varices Ci-ceronis. circa tempora illa,Plotius Nigidiusque præcipiunt. Quo magis miror Plinii Secundi docti
hominis,& in hoc vtique libro penè etiam nimium curioſi,persuasionem, qui solitum id fa
cere Ciceronem velandarum varicum gratia tradit:cum hoc amictus genus in statuis eorum
quoque,qui post Ciceronem fuerunt,appareat. Palliolum sicut fascias quibus crura vestiun-
Amictus mutatio. tur,& focalia, & aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo. Sed hæc amictus ob- M
seruatio, dum incipimus, procedente vero actu iam penè ab initio narrationis sinus ab
humero rectè velut sponte delabitur : & cum ad argumenta ac locos ventum est, reiicere à
sinistro togam,deiicere etiam si hæreat,sinum, conueniat. Lænam à faucibus ac summo pe-
ctore abducere licet. Ardent enim iam omnia. Et vt vox vehementior ac magis varia est : sic
amictus quoque habet actum quendam velut præliantẽ. Itáque vt læuam inuoluere toga,&

A incingi,penè furiosum est,sinum vero in dextrum humerum ab imo reiicere, solutũ ac delicatum est,fiuntque adhuc peius aliqua:ita cur laxiorem sinum siniſtro brachio non subiicia mus?Habet enim acre quiddam atque expeditũ,& calori cõcitationique non inhabile.Cum vero magna pars est exhausta orationis,vtique afflante fortuna penè omnia decét,sudor ipse & fatigatio,& negligẽtior amictus,& soluta ac velut labens vndique toga. Quo magis mi Comarũ
ror hanc quoque succurrisse Plinio curam,vt ita sudario frontẽ siccari iuberet, ne Comæ tur turbatio.
barẽtur,quas cõponi post paulum,sicut dignum erat,grauiter & seuerè vetuit.Mihi vero illæ quoque turbatæ præ se ferre aliquid affectus,& ipsa obliuione curæ huius commẽdari viden tur.At si incipiẽtibus ac paulum progressis decidat toga,non reponere eam prorsus negligẽ-
B tis aut pigri,aut quomodo debeat amiciri nescientis est. Hæc sunt vel illustramenta pronun ciationis, vel vitia: quibus propositis multa cogitare debet Orator. Primum, Quid, Apud Oratori co
quos,Quibus præsentibus sit acturus.Nam vt dicere alia aliis,& apud alios magis cõcessum gitanda.
est:sic etiam facere.Neque eadem in voce,gestu,incessu, apud Principem,Senatum, populũ, magistratum,priuato,publico iudicio,postulatione,actione similiter decent.Quam differẽ-tiam subiicere sibi quisque,qui animũ intenderit,potest:tum qua de re dicat,& efficere quid velit. Rei quadruplex obseruatio est.Vna in tota causa.Sunt enim tristes,hilares, solicitæ, Rei obser
securæ,grandes,pusillæ,vt vix vnquam ita solicitari partibus earum debeamus, vt non sum- uatio.
mæ meminerimus.Altera,quæ est in differẽtia partiũ,vt in Prooemio,Narratione, Argumẽ tatione,Epilogo.Tertia,in sentẽtiis ipsis,in quibus secũdũ res & actus variãtur omnia.Quar ta,in verbis,quorum vt est vitiosa,si efficere omnia velimus,imitatio:ita quibusdam niſi sua
C natura redditur,vis omnis aufertur. Igitur in Laudationibus (nisi si funebres erũt) gratia Laudatio
rum actione,exhortatione,similibusque,læta & magnifica & sublimis est actio.Funebres cõ num actio
ciones,cõsolationes,plerũque causæ reorum,tristes ac submissæ.In Senatu, cõseruãda autho-ritas:apud populum,dignitas:in priuatis,modus. De PARTIBVS CAVSAE, & Partium
sentẽtiis,& verbis,quæ sunt multiplicia,pluribus dicẽdum. Tria autem præstare debet pro- oñonis ꝓ-
nũciatio,cõciliet,persuadeat,moueat:quibus natura cohæret,vt etiam delectet.Cõciliatio fe- nunciatio.
rè aut commendatione morum,qui nescio quo modo ex voce etiam atque actione perlucẽt: aut orationis suauitate cõstat.Persuadẽdi vis * asseueratione,quæ interim plus ipsis probatio Persuasio.
nibus valet.An ista (inquit Callidio Cicero) si vera essent,sic à te dicerentur? &, Tantũ abest vt inflammares nostros animos,somnum isto loco vix tenebamus. Fiducia igitur appareat,
D & constantia,vtique si authoritas subest. Mouendi autem ratio etiam aut in repræsentan Mouendi
dis est,aut imitãdis affectibus.Ergo cũ iudex in priuatis,aut præco in publicis dicere de cau- affectus ra
sa iusserit,leuiter cõsurgendum:tum in componenda toga,vel (si necesse erit) etiam ex inte- tio.
gro iniicienda,duntaxat in iudiciis (Apud principem enim & magistratus ac tribunalia nõ licebit) paulum est commorandum,vt & amictus sit decentior, & protinus aliquid spatii ad cogitandum.Etiam cum ad iudicem nos cõuerterimus, & consultus permiserit dicere, non protinus est erumpendum,sed danda breuis cogitationi mora. Mire enim auditurum dictu ri cura delectat,& iudex se ipse cõponit.Hoc præcipit Homerus Vlyssis exemplo, quem ste- Iliad.γ'.
tisse oculis in terram defixis,immotóque sceptro,priusquam illam Eloquentiæ procellam ef funderet,dicit.In hac cũctatione sunt quædam non indecentes, vt appellant scenici, moræ,
E caput mulcere,manum intueri,infringere articulos,simulare conatum, suspiratione solicitu dinem fateri,aut quod quenque magis decet:cóque diutius si iudex nondum intendit ani- mum.Status sit rectus:æqui & diducti paulum pedes,vel procedens minimo siniſter: genua Status.
recta,sic tamen vt non extendantur.Humeri remissi,vultus seuerus, non mœstus, nec stu-pens, nec languidus:brachia à latere modice remota.manus siniſtra, qualem supra demon-strauí:dextra cum iam incipiendum erit,paulum prolata vltra sinum.gestu quàm modestis simo,velut expectãs quando incipiendum sit.Vitiosa enim sunt illa,Intueri lacunaria: per-fricare faciem,& quasi improbam facere:tendere confidentia vultum, aut quo sit magis tor-uus,superciliis astringere:capillos à fronte contra naturam retro agere, vt sit horror ille ter-ribilis:tum id quod Græci frequẽtissimè faciunt,crebro digitorum labrorúmque motu com
F mentari:clare excreare:pedem alterum longè proferre:partem togæ siniſtra tenere:stare didu ctum,vel rigidum, vel supinum, vel incuruum, vel humeris, vt luctaturi solent, ad occipi-tium ductis. PROOEMIO frequentissimè lenis conuenit pronunciatio.Nihil est Prooemij
enim ad conciliandum gratius verecundia. Non tamen semper. Nec enim vno modo di- ꝓnũciatio.
cuntur exordia, vt docui. Plerunque tamen & vox temperata, ac gestus modestus, & se-dens humero toga, & laterum lenis in vtranque partem motus, eodem spectantibus oculis,

Narratiõis decebit. NARRATIO magis prolatam manũ,amictum recidẽtem,geſtum diſtinctum,vocem ſermoni proximam ac tantum apertiorem, ſonum ſimplicem frequentiſſimè G
Pro Lig. poſtulabit,* in his duntaxat, Quintus igitur Ligarius cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpitio.
Pro Cluẽ. &,A.Cluentius Habitus pater huiuſce. Aliud in eadem poſcent affectus vel concitati, Nu-
Act.iij. bit genero ſocrus.vel flebiles, Conſtituitur in foro Laodiceæ ſpectaculum acerbum & miſe-
Probationum. rum toti Aſiæ prouinciæ. Maximè varia & multiplex actio eſt PROBATIONVM.
Propoſitionum. Nam proponere,partiri,interrogare,ſermoni ſunt proxima,& contradictionẽ ſumere.Nam ea quoque diuerſa propoſitio eſt. Sed hæc tamen aliquando irridentes, aliquando imitantes
Argumẽtationis. pronunciamus. ARGVMENTATIO plerunque agilior,& acrior, & inſtantior,
Egreſſiõis conſentiẽtem orationi poſtulat etiam geſtum,id eſt fortem celeritatem. Inſtandum quibuſ- H
dam in partibus,& denſanda oratio. EGRESSIONES ferè lenes,& dulces,& remiſſæ,Raptus Proſerpinæ,Siciliæ deſcriptio,Cn.Pompeii laus.Neque enim mirum, minus ha
bere contentionis ea quæ ſunt extra quæſtionem.Mollior nonnunquam cum reprehenſio-
Imitatiõis. ne diuerſæ partis Imitatio, Videbar videre alios intrãtes, alios autem exeuntes,quoſdam ex vino vacillantes.Vbi non diſſidens à voce permittitur geſtus.at quoque in vtranque partem
Accẽdendi iudicis. tenera quædam,ſed intra manus tamẽ,& ſine motu laterũ translatio. ACCENDENDI IVDICIS plures ſunt gradus.Summus ille,& quo nullus eſt in Oratore acutior.Suſ
Summus. cepto bello Cæſar, geſto etiam iam ex parte magna.Prædixit enim, Quantum potero voce
Inferior. contendam,vt populus hæc Romanus exaudiat. Paulum inferior, & habens aliquid etiam
Infimus. iucunditatis, Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharſalica gladius agebat? Plenius adhuc
& lentius,ideóque dulcius,In cœtu vero populi Romani negocium publicum gerens.Pro- I
ducenda omnia trahẽdæque tũm vocales, aperiẽdæque ſunt fauces. Pleniore tamẽ hæc cana
li fluunt,Vos Albani tumuli atque luci.Nam cantici quiddam habent, ſenſimque reſupina
ſunt,Saxa atque ſolitudines voci reſpõdent. Tales ſunt illæ inclinationes vocis, quas inuicẽ
Demoſthenes atque AEſchines exprobrãt, non ideo improbãdæ. Cum enim vterque alteri
obiiciat,palàm eſt vtrũque feciſſe.Nam neque ille per Marathonis,& Platearũ,& Salaminis
propugnatores recto ſono iurauit,nec hic Thebas ſermone defleuit.Eſt his diuerſa vox,& pe
nè extra organum,cui Græci nomẽ amaritudinis dederũt,ſupra modum ac penè naturã vocis humanæ acerba,Quin compeſcitis vocem iſtam indicem ſtultitiæ,teſtem prauitatis?Sed
Epilogi ꝓnũciãdi ratio. id quod excedere modum dixi,in illa parte prima eſt,Quin cõpeſcitis. EPILOGVS
ſi enumerationẽ rerũ habet,deſiderat quãdam cõciſorum cõtinuationẽ: ſi ad cõcitandos iu- K
dices eſt accommodatus,aliquid ex iis quæ ſupra dixi: ſi placandos,inclinatam quandam le
nitatẽ:ſi miſericordia commouẽdos,flexum vocis, & flebilem ſuauitatem,qua præcipuè frã
gũtur animi,quæque eſt maximè naturalis.Nam etiã orbos viduásque videas in ipſis funeri
In Bruto. bus canoro quodam modo proclamãtes.Hic etiam fuſca illa vox,qualẽ Cicero fuiſſe in An-
tonio dicit,mire faciet.habet enim in ſe quod imitemur.Duplex eſt tamen miſeratio, altera
Act.vij. cum inuidia,qualis modo dicta de damnatione Philodami:altera cum deprecatione demiſ-
ſior. Quare etiã ſi eſt in illis quoque cantus obſcurior,In cœtu vero pop.Romani. Nõ enim
Pro Mil. hæc rixãtis modo dixit.&,Vos Albani tumuli.Neque enim quaſi inclamaret aut deteſtare-
tur locutus eſt,tamen infinito magis illa flexa & circũducta ſunt, Me miſerũ, me infelicem.
&,Quid reſpõdebo liberis meis?&,Reuocare tu me in patriã potuiſti Milo per hos,ego te in L
eadẽ patria per eoſdem retinere nõ potero? Et cum bona C.Rabirii vno ſeſtertio addicit, O
meum miſerũ acerbúmque præconium.Illa quoque mire facit in peroratione velut deficien
tis dolore & fatigatione Cõfeſſio:vt pro eodẽ Milone,Sed finis ſit,Neque enim præ lachry-
mis iam loqui poſſum.Quæ ſimilẽ verbis habere debẽt etiam pronũciationẽ.Poſſunt videri alia quoq; huius partis atq; officii,reos excitare,pueros attollere,propinquos producere,ve
ſtes laniare,ſed ſuo loco dicta ſunt. Et quia in partibus cauſæ etiã aliis eſt varietas, ſatis appa-
Lib.vij. reat accõmodandam ſentẽtiis ipſis pronunciationem,ſicut oſtẽdimus. Sed verbis quoque
Verborum varietas in ꝓnũciãdo. quod nouiſſimè dixerã,non ſemper,ſed aliquãdo. An nõ hæc,Miſellus & pauperculus, ſubmiſſa atque cõtracta:Fortis,& vehemens,& latro,erecta & concitata voce dicenda ſunt? Accedit enim vis & proprietas rebus tali aſtipulatione: quæ niſi adſit,aliud vox, aliud animus M
oſtendat.Quid?quòd eadẽ verba mutata pronũciatione indicant,affirmant,exprobrant,ne-
AEn.i. gant,mirantur,indignãtur,interrogãt,irridẽt,eleuant? Aliter enim dicitur,Tu mihi quodcũ
Eclog.iij. que hoc regni.&,Cantando tu illũ? &,Túne ille AEneas?&,Méque timoris Argue tu Dran-
AEn.ix.& xi. ce.Et ne morer,intra ſe quiſque vel hoc, vel aliud quod volet,per omnes affectus verſet, verũ eſſe quod dicimus ſciet.Vnũ iam iis adiiciẽdum eſt,cũ præcipuè in actione ſpectetur decorũ,

A sæpe aliud alios decere. Est enim latens quædã in hoc ratio, & inenarrabilis, & vt verè dictũ est, Caput esse artis, Decere quod facias: ita id nec sine arte esse, nec totum arte tradi potest, In quibusdam virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipsa delectant. Maximos actores comœdiarum Demetrium & Stratoclem placere diuersis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirum, quòd alter deos, & iuuenes, & bonos patres, seruósque & matronas, & graues anus optimè: alter acres senes, callidos seruos, parasitos, lenones, & omnia * agitato ria melius. Fuit enim natura diuersa. Nã vox quoque Demetrii iucundior, illius acrior erat. Annotandæ magis proprietates, quæ transferri non poterant, manus iactare, & dulces exclamationes theatri causa producere, & in ingrediẽdo ventũ concipere veste, & nonnunquã dextro latere facere gestus: quod neminem alium præter Demetrium decuit. Nãque in hæc
B omnia, statura & mira specie adiuuabatur. Illum cursus & agilitas, & vel parum conueniens personæ risus, quem non ignarus rationis populo dabat, & cõtracta etiam ceruicula. Quicquid horum alter feciſſet, fœdissimũ videretur. Quare norit se quisque, nec tantũ ex communibus præceptis, sed etiam natura sua capiat consilium formandæ actionis. Neque illud tamen est nefas, vt aliquem vel omnia vel plura deceant. Huius quoque loci clausulã sit eadem necesse est quæ cæterorum est, Regnare maximè Modum. Non enim comœdum esse, sed Oratorem volo. Quare, nec in gestu persequemur omnes argutias, nec in loquendo distinctionibus, temporibus, effictionibus molestè vtemur: vt si sit in scena dicendũ, Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem Cum accersor vltro? an potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Hic enim dubitatione moras, vocis flexus, varias
C manus, diuersos nutus actor adhibebit. Aliud oratio sapit, nec vult nimium esse condita. Actione enim constat, non imitatione. Quare non immerito reprehenditur pronunciatio vultuosa, & gesticulationibus molesta, & vocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex Græcis veteres transtulerunt, quod ab his sumptum Lenas Popilius posuit, Esse hanc inociasam actionem. Optimè igitur idem, qui omnia, Cicero præceperat, quæ supra ex Oratore posui. Quibus similia in Bruto de Marco Antonio dicit. Sed iam recepta est actio paulo agitatior etiam, & exigitur, & quibusdam partibus conuenit: ita tamen temperanda, ne dum actoris captamus elegantiam, perdamus viri boni & grauis authoritatem.

Modus in omnibus regnat. Terẽt. Fun.

Hoc cap.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE
D # ORATORIA, LIBER XII.

PROOEMIVM.

ENTVM est ad partem operis destinati longe grauissimam. Cuius equidem onus, si tantum opinione prima concipere potuissem, quanto me premi ferens sentio, maturius consuluissem vires meas. Sed initio pudor omittendi quæ promiseram tenuit: mox quanquã per singulas quoque partes labor crescceret, ne perderem quæ iam effecta erant, per omnes difficultates animo me sustentaui. Quare nũc quoque, licet maiori quàm vnquam mole premar, tamen prospiciẽti finem mihi constitutum est vel deficere potius, quàm desperare. Fe
V
E
fellit autem quòd initium à paruis ceperamus, mox velut aura solici tante prouecti longius, dum tantum nota illa, & plerisque artium scriptoribus tractata præcipimus, nec adhuc à littore procul videbamur, & multos circa velut iisdem se ventis crede re ausos habebamus. Iam cum eloquendi rationem nouissimè repertam, pauciſſimis que ten tatam ingressi sumus, * rarus qui iam procul à portu recessisset, reperiebatur. Postquam vero nobis ille, quem instituebamus, Orator, à dicendi magistris dimissus, aut suo iã impetu fertur, aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapientiæ penetralibus petit, quàm in altum sumus ablati, sentire cœpimus. Nunc cælum vndique, & vndique pontus. Vnum modo in illa im-
F mensa vastitate cernere videmur M. Tullium, qui tamen ipse quanuis tanta atque ita instructa naue hoc mare ingressus, contrahit vela, inhibetque remos, & de ipso demum genere dicendi, quo sit vsurus perfectus Orator, satis habet dicere. At nostra temeritas, etiam mores ei conabitur dare, & assignabit officia. Ita nec antecedentem consequi possumus, & longius eundum est, vt res feret. Probabilis tamen cupiditas honestorum, & tutioris audaciæ est tentare, quibus paratior venia est.

Maturius.

AEn. i.

Non posse Oratorem esse nisi virum bonum. Cap.I. G

Orator quis.

IT ergo nobis ORATOR, quem instituimus, is qui à M. Catone finitur, Vir bonus dicēdi peritus. Verum id quod ille posuit prius, & ipsa natura potius ac maius est, vtique vir bonus. Id non eo tantum, quòd si vis illa dicēdi malitiam instruxerit, nihil sit publicis priuatisque rebus pernicioſius eloquentia: nôsque ipsi qui pro virili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati sumus, pessimè mercamur de rebus humanis, si latroni comparemus hæc arma non militi. Quid de nobis loquor? Rerum ipsa natura in eo quod præcipuè indulsisse homini videtur, quóque nos à cæteris animalibus separasse, non parens, sed nouerca fuerit, si facultatem dicendi sociam scelerum, aduersam innocentiæ, hostem veritatis inuenit. Mutos H enim nasci, & egere omni ratione satius fuisset, quàm prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. Longius tendit hoc iudicium meum. Neque enim tātum id dico, Eum,

Orator q vir bonus.

qui sit Orator, virum bonum esse oportere: sed ne futurum quidem Oratorem, nisi virū bonum. Nam certè, neque intelligentiam concesseris iis, qui proposita honestorum ac turpiū via, peiorem sequi malint: neque prudentiam, qui in grauissimas frequenter legum, semper vero malæ conscientiæ pœnas à semetipsis improuiso rerum exitu induantur. Quod si neminem malum esse nisi stultum eundem, non modo à sapientibus dicitur, sed vulgo quoque semper est creditum, certè non fiet vnquam stultus Orator. Adde quòd ne studio quidē operis pulcherrimi vacare mens, nisi omnibus vitiis libera, potest. Primum, quôd in eodem pectore nullum est honestorum turpiúmque consortium: & cogitare optima simul & deter- I rima, non magis est vnius animi, quàm eiusdem hominis bonum esse ac malum. Tum illa quoque ex causa, quòd mentem tantæ rei intentam vacare omnibus aliis etiam culpa carentibus curis oportet. Ita demum enim libera, ac tota, nulla distringente atque alio ducēte causa, spectabit id solum ad quod accingitur. Quòd si * corporum nimia cura, & solicitior rei familiaris diligentia, venandi voluptas, & dati spectaculis dies, multum studiis auferūt (Huic enim rei perit tempus quodcunque alteri datur) quid putamus facturas cupiditatem, auaritiam, inuidiam? quarum impotentissimæ cogitationes somnos etiam ipsos, & illa per quietē visa perturbant. Nihil est enim tam occupatum, tam multiforme, tot ac tam variis affectibus concisum atque laceratum, quàm mala mens. Nam & cum insidiatur, spe, curis, labore distringitur: & iam cum sceleris compos fuerit, solicitudine, pœnitentia, pœnarū omniū K expectatione torquetur. Quis inter hæc literis, aut vlli bonæ arti cultus? non hercle magis quàm frugibus in terra sentibus ac rubis occupata. Agè, non ad perferendos studiorum labores necessaria frugalitas? Quid ergo ex libidine ac luxuria spei? Non præcipuè acuit ad cupiditatem literarum amor laudis? Num igitur malis esse laudem curæ putamus? Iam hoc quis non videt, maximam partem orationis in tractatu æqui bonique consistere? Dicētne de iis secundum debitam rerum dignitatem malus atque iniquus? Denique vt maximam partem quæstionis eximam, Demus id quod nullo modo fieri potest, idem ingenii, studii, doctrinæ, pessimo atque optimo viro, vter melior dicetur Orator? Nimirum qui homo quoque melior. Non igitur vnquam malus idem homo, & perfectus Orator. Non enim perfectū quicquam, quo melius est aliud. Sed ne more Socraticorum nobismetipsis responsum finxisse videamur, sit aliquis adeo contra veritatem obstinatus, vt audeat dicere eodem ingenio, studio, doctrina præditum, nihilo deteriorem futurum Oratorem malum virum quàm bonū. Cōuincamus huius quoque amentiam. Nam hoc certè nemo dubitabit, Omnem Oratorē id agere, vt iudici quæ proposita fuerint, vera & honesta videantur. Vtrum igitur hoc facilius bonus vir persuadebit, an malus? Bonus quidem, & dicet sæpius vera atque honesta. Sed etiam siquando aliquo ductus officio (quod accidere, vt mox docebimus, potest) falsò hæc affirmare conabitur, maiore cum fide necesse est audiatur. At malis hominibus ex * conceptu opinionis, & ignorantia recti, nonnunquam excidit ipsa simulatio. Inde immodestè proponunt, sine pudore affirmant. Sequitur in iis quæ certum est effici non posse, deformis pertinacia, & irritus labor. Nam sicut in vita, ita in causis quoque spes improbas habent. Fre M quenter autem accidit, vt iis etiam vera dicentibus fides desit, videatūrque talis aduocatus malæ causæ argumentum. Nunc de iis dicendum est, quæ mihi quasi conspiratione quadam vulgi reclamari videntur. Orator Demosthenes non fuit? Atqui malum virum accepimus. Non Cicero? atqui huius quoque mores multi reprehenderunt. Quid agam? magna responsi inuidia subeunda, mitigandæ sunt prius aures. Mihi enim nec Demosthenes tam

Demosthenes Ciceroque an Oratores.

A graui morum dignus videtur inuidia,vt omnia quæ in eum ab inimicis congesta sunt credam,cum & pulcherrima eius in rep.consilia,& finem vitæ clarum legam. Nec Marco Tullio defuisse video in vlla patre ciuis optimi voluntatem . Testimonio est actus nobilissime Consulatus,integerrime prouincia administrata: & repudiatus Vigintiuiratus : & ciuilibus bellis,quæ in ætate eius grauissima inciderunt , neque spe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis partibus reip.se iungeret. Parum fortis videtur quibusdã. quibus optimè respondit ipse, Non se timidum in suscipiendis,sed in prouidendis periculis:quod probauit morte quoque ipsa,quam prætãtissimo suscepit animo. Quòd si defuit iis viris summa virtus,sic quærentibus an Oratores fuerint, respõdebo,quo modo Stoici,si interrogentur an sapiens Zeno,an Cleanthes,an Chrysippus,ipsi respondeant, Magnos quidem illos
B ac venerabiles,non tamen id quod natura hominis summum habebat,consecutos. Nam & Pythagoras,non sapientem se,vt qui ante eum fuerunt, sed studiosum sapientiæ vocari voluit. Ego tamen secundum communem loquendi consuetudinem sæpe dixi,dicámque,perfectum Oratorem esse Ciceronem,vt amicos & bonos viros,& prudẽtissimos dicimus vulgo,quorum nihil nisi perfectè sapienti datur. Sed cum propriè, & ad legem ipsam veritatis loquendum erit,eum quæram Oratorem,quem & ille quærebat . Quanquam enim stetisse eum in fastigio eloquentiæ fateor, ac vix quid adiici potuerit inuenio , fortasse inuenturus quid adhuc absciturum putem fuisse. Nam ferè sic docti iudicauerunt, Plurimum in eo vir tutum,nonnihil fuisse vitiorum:& ipse multa ex illa iuuenili abundantia coercuisse testatur:tamen quando nec sapientis sibi nomen minimè sui contemptor asseruit,& melius di-
C cere certè data longiore vita, ætate ad se componendum seueriore potuisset , non malignè crediderim defuisse ei summam illã,ad quam nemo propius accessit. Et licebat si aliud sentirem,fortius id liberiúsque defendere. An vero M. Antonius neminem à se visum eloquen tem,quod tanto minus erat,professus est,ipse etiam M. Tullius quærit adhuc eum ,& tantum imaginatur ac fingit:ego nõ audeam dicere, aliquid in hac,quæ supereſt,æternitate inueniri posse,eo quod fuerit perfectius? Transeo illos qui Ciceroni ac Demosthenis ne in eloquentia quidem satis tribuunt:quanquam neque ipsi Ciceroni Demosthenes satis videatur esse perfectus,quem dormitate interim dicit:nec Cicero Bruto Caluóque, qui certè compositionem illius etiam apud ipsum reprehẽdunt:nec Asinio * vtrique,qui vitia orationis eius etiam inimicè pluribus in locis insequuntur. Concedamus sanè (quod minimè natu-
D ra patitur) repertum esse aliquem malum virum summè disertum , nihilo tamen minus Oratorẽ eum negabo. Nã nec omnibus, qui fuerint manu prompti, viri fortis nomen concesserim,quia sine virtute intelligi non potest fortitudo . An ei qui ad defendendas causas aduocatur,non est opus fide,quam nec cupiditas corrumpat,nec gratia auertat , nec metus frangat,sed proditorem,transfugam,præuauaricarorem,donabimus Oratoris illo sacro nomine? Quòd si mediocribus etiam patronis conuenit hæc,quæ vulgo dicitur bonitas, cur non Orator ille qui nondum fuit,sed potest esse,tam sit moribus quàm dicendi virtute perfectus? Non enim forensem quandam instituimus operam, nec mercenariam vocem , nec (vt asperioribus verbis parcamus)nõ inutilem sanè litium aduocatum,quem denique causidicum vulgo vocant:sed virum cum ingenii natura præstantem,tum vero tot pulcherri-
E mas artes penitus mente complexum,datum tandem rebus humanis: qualem nulla antea vetustas cognouerit,singularem perfectúmque vndique,optima sentientem,optiméque dicentem. In hoc quota pars erit,quòd aut innocentes tuebitur , aut improborum scelera cõpescet,aut in pecuniariis quæstionibus veritati contra calumniam aderit? Summus ille quidem in iis quoque fuerit,sed in maioribus clarius elucebit,cum regenda Senatus consilia,& popularis error ad meliora ducendus. An non talem quendam videtur finxisse Virgilius,quem in seditione vulgi iam faces & saxa iaculãtis,moderatorem dedit animi, Tũ pietate grauem ac meritis si forte virum quem Conspexere,silent,arrectisque auribus adstant. Habemus igitur ante omnia virum bonum:post hæc adiecit dicendi peritum,Ille regit dictis animos & pectora mulcet. Quid?non in bellis quoque idem ille vir, quem instituimus
F si sit ad prælium miles cohortandus ex mediis sapiẽtiæ præceptis orationẽ trahet? Nã quomodo pugnã ineuntibus tot simul metus laboris,doloris , postremo mortis ipsius excident,nisi in eorũ locũ pietas,& fortitudo,& honesti præsens imago , succesſerit? Quæ certè melius persuadebit aliis,qui prius persuaserit sibi. Prodit enim se,quamlibet custodiatur Simulatio:nec vnquam tanta fuerit eloquendi facultas,vt non titubet ac hæreat,quoties ab animo verba dissentiunt. Vir autem malus,aliud dicat necesse est quàm sentiat. Bonos nũ-

Ciceroni summa defuit eloquẽtia.

Eloquens nemo.

Summe disertus nisi sit bonꝰ nõ erit Orator habendus.

Qualis quãtusque sit Orator.

Oratoris officia.

AEn.i.

Simulatio se prodit.

quam honeſtus ſermo deficiet, nunquam rerum optimarum (nam iidem etiam prudentes G
erunt) inuentio: quæ etiam ſi lenociniis deſtituta ſit, ſatis tamen natura ſua ornatur, nec
Exhortatio ad Oratoriam. quicquam non diſertè, quod honeſtè dicitur. Quare iuuentus, immo omnis ætas, ne-
que enim rectæ voluntati ſerum tempus eſt vllum, totis mentibus huc tẽdamus, in hoc ela-
boremus: forſan & conſummare contingat. Nam ſi natura non prohibet, & eſſe virum bo-
num, & eſſe dicendi peritum, cur non aliquis etiam vnus vtrunque conſequi poſſit? cur au-
tem non ſe quiſque ſperet fore illum aliquem? Ad quod ſi vires ingenii nõ ſuffecerint, tamẽ
Eloquentiam non miſceri cũ vitijs mentis. ad quem vſque modum proceſſerimus, meliores erimus ex vtroque. Hoc certè prorſus exi
matur animo, Rerum pulcherrimam Eloquentiam cum vitiis mentis poſſe miſceri. Facul-
tas dicendi, ſi in malos incidit, & ipſa iudicanda eſt malum, peiores enim illos facit, quibus
contingit. Videor mihi audire quoſdam, nec enim deerunt vnquam qui diſerti eſſe quàm H
Arte multa cur opꝰ Oratori. boni malint: illa dicentes, Quid ergo tantum artis eſt in Eloquentia? cur tu de coloribus, &
difficilium cauſarum defenſione, nonnihil etiam de confeſſo loquutus es, niſi aliquãdo vis
& facultas dicendi expugnat ipſam veritatem? Bonus enim vir non agit niſi bonas cauſas:
eas porro etiam ſine doctrina ſatis per ſe tuetur veritas ipſa. Quibus ego cum de meo primũ
opere reſpondero, etiam pro boni viri officio, ſiquando eum ad defenſionem nocentium ra
Mala diſcẽda vt viten tur. tio duxerit, ſatisfaciam. Pertractare enim quo modo aut pro falſis, aut etiam pro iniuſtis
aliquando dicatur, non eſt inutile: vel propter hoc ſolum, vt ea facilius & deprehẽdamus, &
refellamus: quemadmodum remedia melius adhibebit, cui nota quæ nocẽt fuerint. Neque
enim Academici cum in vtranque diſſerunt partem, non ſecundum alteram viuunt. Neque
Carneades ille, qui Romæ audiente Cenſorio Catone, non minoribus viribus contra iuſti- I
tiam dicitur diſſeruiſſe, quàm pridie pro iuſtitia dixerat, iniuſtus ipſe vir fuit. Verum & vir-
Nocentes defendere, & iudicia auferre ve ritatem. tus quid ſit, aduerſa ei malitia detegit: & æquitas fit ex iniqui contemplatione manifeſtior:
& plurima contrariis probantur. Debent ergo Oratori ſic eſſe aduerſariorum nota conſi
lia, vt hoſtium Imperatori. Verum & illud quod prima propoſitione durum videtur, poteſt
afferre ratio, vt vir bonus in defenſione cauſæ velit auferre aliquando iudici veritatẽ. Quod
ſiquis à me proponi mirabitur, quanquam non eſt hæc mea propriè ſententia, ſed eorum
quos grauiſſimos ſapientiæ magiſtros ætas vetus credidit, ſic iudicet, pleraque eſſe quæ non
tam factis quàm cauſis eorum vel honeſta fiant, vel turpia. Nam ſi hominem occidere ſæpe
virtus, liberos necare nonnunquam pulcherrimum eſt, aſperiora quædam adhuc dictu, ſi cõ
munis vtilitas exegerit, facere conceditur: ne hoc quidem nudum eſt intuendum, qualem K
Mendaciũ dicere interdum licet. cauſam vir bonus, ſed etiam quare, & qua mente defendat. Ac primum concedant mihi
omnes oportet, quod Stoicorum quoque aſperrimi confitentur, Facturum aliquãdo bonum
virum, vt mendacium dicat, & quidem nonnunquam leuioribus cauſis: Vt in pueris ægrotã
tibus vtilitatis eorum gratia, multa fingimus, multa non facturi promittimus: nedum ſi ab
homine occidẽdo graſſator auertẽdus ſit, aut hoſtis pro ſalute patriæ fallendus, vt hoc quod
aliàs in ſeruis quoque reprehendendũ eſt, ſit aliàs in ipſo ſapiente laudandũ. Id ſi conſtiterit,
multa iã video poſſe euenire, propter quæ Orator bene ſuſcipiat tale cauſæ genus, quale re-
mota ratione honeſta non ſuſcepiſſet. Nec hoc dico, quia ſeueriores ſequi placet leges pro pa
tre, fratre, amico periclitantibus: tametſi non mediocris hæſitatio eſt, hinc iuſtitiæ propoſi-
ta imagine, inde pietatis, nihil dubii relinquamus. Sit aliquis inſidiatus tyranno atque ob L
id reus, vtrúmne ſaluum eum nolet is qui à nobis finitur Orator? an ſi tuendum ſuſceperit,
non tam falſis defendet, quàm qui apud iudices malam cauſam tuetur? Quid? ſi quædam be
nefacta damnaturus eſt iudex, niſi ea non eſſe facta conuicerimus: non vel hoc modo ſeruа-
bit Orator, non innocentem modo, ſed etiam laudabilem ciuem? Quid? ſi quædam iuſta na
tura, ſed conditione temporum inutilia ciuitati ſciemus: nónne vtemur arte dicendi, bona
quidem, ſed malis artibus ſimillima? Ad hoc, nemo dubitabit, quin ſi nocentes mutari in
bonam mentem aliquo modo poſſint, ſicut poſſe interdum conceditur, ſaluos eſſe eos ma-
gis è rep. ſit quàm puniri. Si liqueat igitur Oratori futurum bonum virum, cui vera obiiciẽ-
tur, non id aget, vt ſaluus ſit? Da nũc, vt crimine manifeſto prematur dux bonus, & ſine quo
vincere honeſtè ciuitas non poſſit, nónne ei communis vtilitas Oratorem aduocabit? Certè M
Fabritij nobile facinꝰ ac dictum. Fabritius Cornelium * Rufinum, alioqui & malum ciuem, & ſibi inimicum: tamẽ quia vti
lem ſciebat ducem, imminente bello, palàm Conſulem ſuffragio ſuo fecit: atque id admiran
tibus quibuſdam reſpondit, A ciue ſe ſpoliari malle, quàm ab hoſte vænire. Ita hic ſi fuiſſet
Oraror, non defendiſſet eundem Rufinũ vel manifeſti peculatus reum? Multa dici poſſent
ſimilia, ſed vel vnum, ex iis quodlibet ſufficit. Non enim hoc agimus, vt iſtud illi, quẽ for-

A mamus,viro ſit ſæpe faciendum:ſed vt ſi talis coegerit ratio,ſit tamen vera finitio, Oratorẽ eſſe virũ bonũ dicendi peritum. Præcipere vero ac diſcere quomodo etiam probatione diffi cilia tractentur,neceſſe eſt. Nam frequenter etiam optimæ cauſæ ſimiles ſunt malis,& innocens reus multis veriſimilibus premitur. Quo fit,vt eadem actionis ratione defendẽdus ſit, quaſi nocens eſſet. Iam innumerabilia ſunt bonis cauſis malisque communia,teſtes, literæ, ſuſpitiones,opiniones. Non aliter autem veriſimilia,quàm vera & confirmantur,& refellun tur. Quapropter vt res feret,flectetur oratio,manente honeſta voluntate. Flectenda oratio.

Cognoſcenda eſſe Oratori quibus mores formentur. Cap. II.

B QVANDO igitur Orator eſt vir bonus, is autem citra virtutem intelligi non poteſt, virtus etiam ſi quoſdam impetus à natura ſumit,tamen perficiẽ da doctrina eſt:mores ante omnia Oratori ſtudiis erunt excolendi, atque omnis honeſti iuſtique diſciplina pertractanda: ſine qua nemo nec vir bonus eſſe,nec dicendi peritus poteſt. Niſi forte accedamus iis,qui natura cõſtare mores,& nihil adiuuari diſciplina putant. Scilicet vt ea quidem,quæ manu fiũt, atque eorum contemptiſſima confiteãtur egere doctoribus:virtutem vero,qua nihil homini quo ad deos immortales propius accederet,datum eſt,obuiam & illaboratam tantùm quia nati ſumus habeamus. Abſtinens erit,qui quid ſit abſtinentia ignorarit? Et Fortis,qui metus,doloris,mortis,ſuperſtitionis,nulla ratione purgauerit? Et Iuſtus,qui æqui bonique tractatum, qui leges,quæ natura ſunt omnibus datæ, quæque propriè populis & gentibus conſtitutæ,
C non eruditiore aliquo ſermone tractauerit? O quàm iſtud parum putant,quibus tam facile videtur. Sec hoc tranſeo,de quo neminem,qui literas vel primis, vt aiunt, labris deguſtarit, dubitaturum puto:ad illud ſequens reuertar, Ne dicẽdi quidem ſatis peritum fore,qui non & naturæ vim omnẽ penitus perſpexerit,& mores præceptis ac ratiõe formarit. Neq; enim fruſtra in tertio de Oratore libro, L. Craſſus cuncta quæ de æquo,iuſto,vero, bono, déque iis quæ ſunt contrà poſita,* dicũtur,propria eſſe Oratoris affirmat:ac philoſophos cum ea dicendi viribus tuentur,vti Rhetorum armis,non ſuis. Idem tamen confitetur ea iam eſſe à philoſophia petenda,videlicet quia magis hæc illi videtur in poſſeſſione earum rerũ fuiſſe. Hinc etiam illud eſt,quod Cicero pluribus libris & epiſtolis teſtatur, Dicẽdi facultatem ex intimis ſapientiæ fontibus fluere: ideôque aliquandiu præceptores eoſdem fuiſſe morum
D atque dicendi. Quapropter hæc exhortatio mea non eò pertinet, vt eſſe Oratorem philoſophum velim, quando non alia vitæ ſecta longius à ciuilibus officiis, atque ab omni munere Oratoris receſſit. Nam quis philoſophorum aut in iudiciis frequens, aut clarus in concionibus fuit? Quis denique in ipſa,quam maximè plerique eorum vitandam præcipiunt, Reip. adminiſtratione verſatus? Atqui ego illum quem inſtituo, Romanum quendam velim eſſe ſapientem,qui non ſecretis diſputationibus, ſed rerum experimentis atque operibus verè ciuilem virum exhibeat,Sed quia deſerta ab iis qui ſe ad eloquentiam contulerunt, ſtudia ſapientiæ,non iam in actu ſuo,atque in hac fori luce verſantur:ſed in porticus & gymnaſia primum,mox in conuentus ſcholarum receſſerunt, id quod eſt Oratori neceſſariũ, nec à dicendi præceptoribus traditur,ab iis petere nimirum neceſſe eſt, apud quos remãſit.
E Euoluẽdi penitus authores,qui de virtute præcipiunt,vt Oratoris vita cum ſcientia diuina rum rerum ſit humanarũmque coniuncta. Quæ ipſæ quanto maiores ac pulchriores viderentur,ſi illas ii docerent qui etiam eloqui præſtantiſſimè poſſent? Vtinamque ſit tempus vnquam,quo perfectus aliquis(qualem optamus) Orator hanc partem ſuperbo nomine & vitiis quorundam bona eius corrumpentium inuiſam vendicet ſibi, ac velut rebus repetitis in corpus Eloquentiæ adducat. Quæ quidẽ cum ſit in tres diuiſa partes, Naturalẽ, Moralem, Rationalem,quæ tandem nõ eſt cum Oratoris opere coniuncta? Nam vt ordinem retro agamus,de vltima illa quæ tota verſatur in verbis,nemo dubitauerit,ſi & proprietates vocis cuiuſque noſſe,& ambigua aperire,& perplexa diſcernere,& de falſis iudicare,& colligere ac reſoluere quæ velis, Oratoris eſt:quanquam ea non tam eſt minutè atque conciſè in
F actionibus vtendum,quàm in diſputationibus:quia non docere modo,ſed mouere etiam ac delectare audientees debet Orator:ad quod impetu quoque & viribus ac decore eſt opus: Vt vis amnium maior eſt altis ripis,multóque gurgitis tractu fluentium,quàm tenuis aquæ,& obiecto lapillorum reſultantis. Et, Vt Palæſtrici doctores illos quos * numeros vocant, non iccirco diſcentibus tradunt,vt iis omnibus qui didicerunt,in ipſa luctandi certamine vtãtur,plus enim pondere,& firmitate,& ſpiritu agitur:ſed vt ſubſit copia illa, ex qua vnũ aut

Sapientiã Oratori propriam. De Orat. iij.

Orator ſit ſapiens Ro.

Ethici ad authores euoluẽdi.

Dialectica.

alterum,cuius ſe occaſio dederit,efficiant: Ita hæc pars Dialectica, ſiue illam dicere malimus diſputatricem, vt eſt vtilis ſæpe, & finitionibus, & comprehenſionibus, & ſeparandis quæ ſunt differentia,& reſoluenda ambiguitate,& diſtinguendo,diuidendo,illiciendo, implicando:ita ſi totum ſibi vendicauerit in foro certamen, obſtabit melioribus, & ſectas ad tenuitatem ſuam vires ipſa ſubtilitate conſumet. Itaque reperias quoſdam in diſputando mire callidos:cum ab illa vero cauillatione diſceſſerint, nō magis ſufficere in aliquo grauiore actu,quàm parua quædam animalia,quæ in anguſtiis mobilia, campo deprehenduntur. G

Ethice. Iam quidem pars illa Moralis quæ dicitur Ethice,certè tota Oratoris eſt. Nam in tanta cauſarum(vt ſuperioribus libris diximus) varietate,cum alia coniectura quærantur,alia finitionibus concludantur,alia iure ſummoueantur,vel transferantur,alia colligantur,vel ipſa inter ſe concurrant,vel in diuerſum ambiguitate ducantur, nulla ferè dici poteſt, cuius non parte in aliqua tractatus æqui & boni reperiantur. Pleraſque vero eſſe quis neſcit, quæ totæ in ſola qualitate conſiſtant? In conſiliis vero,quæ ratio ſuadendi eſt ab honeſti quæſtione ſepoſita? Quid illa etiã pars tertia,quæ laudandi ac vituperandi officiis continetur? Nẽpe in tractatu recti prauique verſatur. An de iuſtitia,fortitudine,abſtinentiã,temperantia,pietate non plurima dicet Orator? Sed ille vir bonus, qui hæc non vocibus tantùm ſibi nota, atque nominibus aurium tenus in vſum linguæ perceperit: ſed qui virtutes ipſas mente complexus, ita ſentiet,nec in cogitando ita laborabit,ſed quod ſciet verè dicet. Cum autẽ ſit omnis generalis Quæſtio ſpeciali potẽtior,quia vniuerſo partes continentur,non vtique accedit parti quod vniuerſum eſt: profecto nemo dubitabit generales quæſtiones in illo maximè ſtudiorum more verſatas. Iam vero cum ſint multa propriis breuibúsque comprehẽſionibus finienda,vnde etiam Status cauſarum dicitur Finitiuus, nónne ad id quoque inſtitui ab iis qui plus in hoc ſtudii dederunt,oportet? Quid non quæſtio iuris omnis, aut verborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut voluntatis coniectura continetur? quorum pars ad Rationalẽ, pars ad Moralem tractatum redundat. Ergo natura permixta eſt omnibus iſtis oratio. Quæ quidem oratio eſt verè. Nam ignara quidem huiuſce doctrinæ loquacitas erret neceſſe eſt, vt quæ vel nullos,vel falſos duces habeat. Pars vero Naturalis,cũ eſt ad exercitationem dicendi tanto cæteris vberior,quanto maiore ſpiritu de diuinis rebus quàm humanis loquendum eſt, tum illam etiam Moralem,ſine qua nulla eſſe (vt docuimus)oratio poteſt, totam complectitur. Nam ſi regitur prouidentia mundus,adminiſtranda certè bonis viris erit Reſpub. Si diuina noſtris animis origo,tendendum ad virtutem: nec voluptatibus terreni corporis ſeruiendum. An hoc non frequenter tractabit Orator? Iam de Augurum reſponſis,religionéque omni,de quibus maxima ſæpe in Senatu conſilia verſata ſunt, non erit ei differendum? Si quidem (vt nobis placet) futurus eſt vir idem ciuilis. Quæ denique intelligi ſaltem poteſt Eloquentia hominis optima neſcientis? Hæc ſi ratione manifeſta non eſſent, exemplis tamen crederemus. Siquidem & Periclem,cuius Eloquentiæ etiam ſi nulla ad nos monimenta venerunt,vim tamen quandam incredibilem cum hiſtorici,tum etiam liberrimum genus hominum comici veteres tradunt, Anaxaogræ Phyſici conſtat auditorem fuiſſe. Et Demoſthenem principem omnium Græciæ Oratorum dediſſe operam Platoni. Nam M Tullius non tantum ſe debere ſcholis Rhetorũ,quantum Academiæ ſpatiis frequẽter ipſe teſtatus eſt. Neque ſe tanta in eo vnquam fudiſſet vbertas,ſi ingenium ſuum conſepto fori,non ipſius rerũ naturæ finibus terminaſſet. Verum ex hoc alia mihi Quæſtio exoritur, Quæ Secta conferre plurimum Eloquentiæ poſſit, quanquam ea non inter multos poteſt eſſe contentio. Nam Epicurus in primis nos à ſe ipſe dimittit, qui fugere omnem diſciplinã nauigatione quàm velociſſima iubet. Neque vero Ariſtippus ſummum in voluptate corporis bonum ponens,ad hunc nos laborem adhortetur. Pyrrho quidẽ,quas habere in hoc opere partes poteſt,cui iudices eſſe apud quos verba faciat, & reũ pro quo loquatur,& Senatum in quo ſit dicenda ſententia,non liquebit. Academiam quidam vtiliſſimam credunt,quòd mos in vtranque partem differẽdi, ad exercitationem forẽſium cauſarum proximè accedat. Adiiciunt loco probationis,quòd ea præſtãtiſſimos in Eloquẽtia viros ediderit. Peripatetici ſtudio quoque ſe quodã Oratorio iactãt. Nã Theſeis dicere exercitationis gratia ferè ab iis eſt inſtitutũ. Stoici ſicut copiam nitorẽmque Eloquẽtiæ ferè præceptoribus ſuis defuiſſe cõcedant,neceſſe eſt:ita nullos,aut probare acrius, aut cõcludere ſubtilius contẽdũt. Sed hæc inter ipſos,qui velut ſacramẽto rogati,vel etiã ſuperſtitione conſtricti,nefas ducũt à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere. Oratori vero nihil eſt neceſſe in cuiuſquam iurare leges. Maius enim eſt opus atque præſtãtius,ad quod ipſe tẽdit, cuius eſt ve-

Status cauſarum. H

Quæſtio oĩs Oratoris eſt. I

Phyſica Oratoris. K

Pericles In Orat. & Brut. L

In Orat. Ibidem. M

Quę ſecta eloquentię plus conferat.

A lut candidatus : ſi quidem eſt futurus tum vitæ, tum etiam Eloquentiæ laude perfectus. Quare in exemplum bene dicendi facundiſſimum quenque proponet ſibi ad imitandum: moribus vero formandis quàm honeſtiſſima præcepta, rectiſſimamque ad virtutem viam deliget. Exercitatione quidem vtetur omni, ſed tamen erit plurimus in maximis quibuſque ac natura pulcherrimis. Nam quæ poteſt materia reperiri ad grauiter copioſèque dicendum magis abundans, quàm de virtute, de rep. de prouidentia, de origine animorum, de amicitia? Hæc ſunt quibus mens pariter atque oratio inſurgant: quæ verè bona, quid mitiget metus, coerceat cupiditates, eximat nos opinionibus vulgi, animúmque exiſtimet cæleſtem. Neque ea ſolũ quæ talibus diſciplinis cõtinentur, ſed magis etiam quæ ſunt tradita antiquitus, dicta ac facta præclare, & noſſe, & animo ſemper agitare conueniet. Quæ profecto Exẽpla vir tutũ in Ro manis.
B nuſquam plura maioráque, quàm in noſtræ ciuitatis monimentis reperientur. An fortitudinem, fidem, iuſtitiam, continentiam, frugalitatem, contemptum doloris ac mortis, melius alii docebunt, quàm Fabritii, Curii, Reguli, Decii, Mutii, aliique innumerabiles? Quantum enim Græci præceptis valent, tantùm Romani (quod eſt maius) exemplis. Tantúmque, non cognatis id è rebus admoneri, qui non modo proximum tempus lucémque præſentem intueri ſatis credat, ſed omnem poſteritatis memoriam, ſpatium vitæ honeſtæ, & curriculũ laudis exiſtimet. Hinc mihi ille iuſtitiæ hauſtus bibat, hinc ſumptam libertatem in cauſis atque conſiliis præſtet. Neque erit perfectus Orator, niſi qui honeſtè dicere & ſciet, & audebit.

C

Neceſſariam Iuris Ciuilis Oratori ſcientiam. Cap. III.

VRIS quoqne CIVILIS neceſſaria huic viro ſcientia eſt, & morum ac religionum eius Reip. quam capeſſet. Nam qualis eſſe ſuaſor in conſiliis publicis priuatisve poterit, tot rerum quibus præcipuè ciuitas continetur, ignarus? Quo autem modo patronum ſe cauſarum non falſò dixerit, qui quod eſt in cauſis potentiſſimum, ſit ab altero petiturus? penè non diſſimilis iis, qui poetarum ſcripta pronunciant. Nam quodammodo mandata perferet, & ea quæ ſibi à iudice credi poſtulaturus eſt, aliena fide dicet, & ipſe litigantium auxiliator egebit auxilio. Quod vt fieri nonnunquam minore incommodo poſſit, cum domi præcepta & compoſita, ſicut & cætera quæ in cauſa ſunt in diſcendo cognita ad iudicem perferet, quid fiet in iis
D quæſtionibus quæ ſubito inter ipſas actiones naſci ſolent? non deformiter reſpectet, & inter ſubſellia minores aduocatos interroget? Poteſt autem ſatis diligenter accipere, quæ tum audiet cum ei dicenda ſunt? aut fortiter affirmare, aut ingenuè pro ſuis dicere? Poſſit in actionibus? Quid in altercatione, vbi occurrendum continuo, nec libera ad diſcendum mora eſt? Quid ſi forte peritus iuris ille non aderit? quid ſi quis non ſatis in ea re doctus, falſum aliquid ſubiecerit? Hoc enim eſt maximum ignorantiæ malum, quòd credit eum ſcire qui moneat. Neque ego ſum noſtri moris ignarus, oblitúsve eorum qui velut ad arculas ſedent, & tela agentibus ſubminiſtrant: neque idem Græcos quoque neſcio factitaſſe, vnde nomen iis Craſſus. i. Pragmaticorum datum eſt. Sed loquor de Oratore, qui non clamorem modo ſuum cauſis, de Orat.
ſed omnia quæ profutura ſunt debet. Itaque eum nec inutilem ſi ad horam forte conſtiterit,
E neque in teſtationibus faciẽdis eſſe imperitum velim. quis enim potius præparabit ea, quæ cum aget eſſe in cauſa velit? Niſi forte imperatorem quis idoneum credit in præliis quidem ſtrenuum & fortem, & omnium quæ pugna poſcit artificem: ſed neque delectus agere, nec copias contrahere atque inſtruere, nec proſpicere commeatus, nec locum capere caſtris ſcientem. prius eſt enim certè parare bella, quàm gerere. Atqui ſimillimus huic ſit aduocatus, ſi plura quæ ad vincendum valent, aliis reliquerit. Cum præſertim hoc quod eſt maximè neceſſarium, non tam ſit arduum quàm procul intuentibus fortaſſe videatur. Nanque omne ius quod eſt certum, aut ſcripto, aut moribus conſtat. Dubium æquitatis regula examinandũ eſt. Quæ ſcripta ſunt, aut poſita in more ciuitatis, nullam habent difficultatem: cognitionis enim ſunt non inuentionis. at quæ conſultorum reſponſis explicantur, aut in verborum in-
F terpretatione ſunt poſita, aut in recti prauique diſcrimine. Vim cuiuſque vocis intelligere, aut commune prudentium eſt, aut proprium Oratoris: æquitas optimo cuique notiſſima eſt. Nos porro & bonum virum, & prudentem in primis Oratorem putamus: qui cum ſe ad id quod eſt optimum natura direxerit, non magnopere commouebitur: ſi quis ab eo conſultus diſſentiat, cum ipſis illis diuerſas inter ſe opiniones tueri conceſſum ſit. Sed etiam ſi noſſe quid quiſque ſenſerit volet, lectione opus eſt, qua nihil eſt in ſtudiis minus laborio-

um. Quòd ſi plerique deſperata facultate agendi ad diſcendum ius declinauerunt, quàm id G
ſcire facile eſt Oratori, quòd diſcunt qui ſua quoque confeſſione Oratores eſſe non poſſunt?
Verum & M. Cato cum in dicendo præſtantiſſimus, tum iuris fuit idem peritiſſimus. Et
Scæuolæ Seruióque Sulpitio conceſſa eſt etiam facundiæ virtus. Et M. Tullius non modo
inter agendum nunquam eſt deſtitutus ſcientia iuris, ſed etiam componere aliqua de eo cœ
perat: vt appareat poſſe Oratorem non diſcendo tantùm iuri vacare, ſed etiam docẽdo. Ve-
rum ea quæ de moribus excolendis, ſtudióque iuris præcipimus, ne quis eô credat reprehẽ-
denda, quôd multos cognouimus, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad Eloquentiã
neceſſe eſt, confugerint ad hæc diuerticula deſidiæ: quorum alii ſe ad albũ ac rubricas trãſtu-
De Orat. i. & pro Murena. lerunt, & formularii, vel vt Cicero ait, legulei quidam eſſe maluerũt: tanquam vtiliora eligẽ-
tes ea, quorum ſolam facilitatem ſequebantur: alii pigritiæ arrogantioris, qui ſubito fronte H
conficta, immiſſaque barba, veluti deſpexiſſent Oratoria præcepta, paulum aliquid ſede-
runt in ſcholis philoſophorum, vt deinde in publico triſtes, domi diſſoluti, captarent
authoritatem contemptu cæterorum. Philoſophia enim ſimulari poteſt, Eloquentia non
poteſt.

Neceſſariam Oratori cognitionem hiſtoriarum. Cap. IIII.

IN primis vero abũdare debet Orator EXEMPLORVM COPIA
cum veterum, tum etiam nouorum: adeo, vt non ea modo quæ conſcripta
I ſunt hiſtoriis, aut ſermonibus velut per manus tradita, quæq; quotidie agũ-
tur, debeat noſſe: verum ne ea quidẽ quæ ſunt à clarioribus poetis ficta, ne- I
ligere. Nam illa quidem priora, aut teſtimoniorum, aut etiam iudicatorũ
obtinẽt locũ. Sed hæc quoque aut vetuſtatis fide tuta ſunt, aut ab hominibus magnis præ-
ceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quàmplurima, vnde etiam ſenibus authoritas ma
Senum authoritas. ior eſt, quòd plura noſſe, & vidiſſe credũtur: quod Homerus frequentiſſimẽ teſtatur. Sed nõ
eſt expectanda vltima ætas, cum ſtudia præſtent, vt quantum ad cognitionem pertinet rerũ,
etiam præteritis ſeculis vixiſſe videamur.

Quæ ſint Oratoris Inſtrumenta. Cap. V.

HAEC SVNT quæ me redditurum promiſeram INSTRVMEN-
TA, non artis, vt quidam putauerunt, ſed ipſius Oratoris. Hæc arma ha- K
H bere ad manum: horum ſcientia debet eſſe ſuccinctus, accedente, verborum
figurarúmque facili copia, & inuentionis ratione, & diſponendi vſu, & me-
moriæ firmitate, & actionis gratia. Sed plurimum ex iis valet animi præſtã-
tia, quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientium authoritas vltra debi-
tam reuerentiam tardet. Nam vt abominanda ſunt contraria iis vitia, confidentiæ, temeri-
tatis, improbitatis, arrogantiæ: ita citra conſtantiam, fidutiam, fortitudinem, nihil ars, nihil
ſtudium, nihil profectus ipſe profuerit: Vt ſi des arma timidis & imbellibus. Inuitus meher
cle dico, quoniam & aliter accipi poteſt, Ipſam Verecundiam, vitium quidem, ſed amabile,
& quæ virtutes facillimè generet: eſſe interim aduerſam, multisq; in cauſa fuiſſe, vt bona in-
genii ſtudiiq́ue in lucem non prolata, ſitu quodam ſecreti conſumerentur. Sciat autem, ſi L
quis hæc forte, minus adhuc peritus diſtinguendi vim cuiuſque verbi, legat, nõ probitatem
à me reprehendi, ſed Verecundiam, quæ eſt timor quidam reducens animum ab iis quæ fa-
cienda ſunt. Inde confuſio, & cœpti pœnitentia, & ſubitum ſilentium. Quis porro dubitet
vitiis aſcribere affectum, propter quem facere honeſtè pudet? Neque ego rurſus nolo eum
qui ſit dicturus, ſolicitum ſurgere, & colorem mutare, & periculum intelligere: quæ ſi non
accident, etiam ſimulanda erunt: ſed intellectus hic ſit operis, nõ metus: moueamurque, nõ
concidamus. Optima eſt autem emendatio verecũdiæ, Fidutia: & quamlibet imbecilla frõs
Naturalia inſtrumenta. magna conſcientia ſuſtinetur. Sunt & Naturalia, vt ſupra dixi, quæ tamen & cura iuuantur,
Inſtrumenta, vox, latus, decor: quæ quidem tantum valent, vt frequenter famam ingenii fa-
ciant. Habuit Oratores ætas noſtra copioſiores, ſed cum diceret: eminere inter æquales M
Trachalus videbatur: ea corporis ſublimitas erat, is ardor oculorum, frontis authoritas, ge-
ſtus præſtantia, vox quidem, non vt Cicero deſiderat, penè tragœdorum, ſed ſuper omnes,
quos ego quidem audierim, tragœdos. Certè cum in Baſilica Iulia diceret primo tribuna-
li, quatuor autem iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, &
auditum eum, & intellectum, & quod agentibus cæteris contumelioſum fuit, laudatũ quo-

A que ex quatuor tribunalibus memini. Sed hoc votum est, & rara felicitas: quæ si non adsit, sanè sufficiat ab iis quibus quis dicit, audiri. Talis esse debet Orator, & hæc scire.

Quod sit incipiendi Causas agere tempus. Cap. VI.

Qui in prima ætate causas egerunt.

A GENDI autem INITIVM sine dubio secundum vires cuiusque sumẽdum est: neque ego annos definiam, cum Demosthenem puerum admodum actiones pupillares habuisse manifestum sit: Caluus, Cæsar, Pollio multum ante Quæstoriam omnes ætatem grauissima iudicia susceperint: Prætextatos egisse quosdam sit traditum: Cæsar Augustus duodecim natus annos auiam pro rostris laudauerit.

Modus in actione tenendus.

B Modus mihi videtur quidam tenendus, vt neque præpropere distringatur immatura frons, & quicquid est illud adhuc acerbum, proferatur. Nam inde & contemptus operis innascitur, & fundamenta iaciuntur impudẽtiæ, & (quod est vbique pernicioſissimum) præuenit vires fiducia. Nec rursus differendum est tyrocinium in senectutem. Nam quotidie metus crescit, maiúsque fit semper quod ausuri sumus: & dum deliberamus quando incipiendum sit, incipere iam serum est. Quare fructum studiorum viridem, & adhuc dulcem promi decet, dum & venia, & spes est, & paratus fauor, & audere non dedecet: & si quid desit operi, supplet ætas: & siqua dicta sunt iuueniliter, pro indole accipiũtur: vt totus ille Ciceronis pro Sexto Roscio locus, Quid enim tam commune quàm spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Quæ cum * sex & viginti natus annos, summis audientium clamoribus dixerit, * deferuisse tempore, & annis liquata iam senior Idem fatetur. Et hercle quantumlibet secreta studia cõtulerint, est tamen proprius quidam fori profectus: alia lux, alia veri discriminis facies: plusque si separes, vsus sine doctrina,

De Orat. XXVII. Asconius apud Gell. In Orat. & Bruto.

C quàm citra vsum doctrina valeat. Ideóque nonnulli senes in schola facti stupẽt nouitate cum in iudicia venerunt, & omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic & iudex tacet, & aduersarius obstrepit, & nihil temere dictum perit: & siquid tibi ipse sumas, probãdum est: & laboratam congestámque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit: & omisso magna semper flandi tumore, in quibusdam causis loquendum, quod illi diserti minimè sciũt. Itaque nonnullos reperies, qui sibi eloquentiores videãtur, quàm vt causas agãt. Cæterum illum quem iuuenem tenerisque adhuc viribus nitentem in forum deduximus, & incipere quàm maximè facili ac fauorabili causa velim, vti catuli ferarum molliore præda saginãtur: & non vtique ab hoc initio continuare operam, & ingenio adhuc alendo callum inducere:

A quali causa inciendum.

D sed iam sciẽtẽ quid sit pugna, & in quam rem studẽdum sit, refici atque renouari. Sic & tyrocinii metum dum facilius est audere, transierit, nec audẽdi facilitatem vsque ad cõtemptum operis adduxerit. Vsus est & hac ratione M. Tullius, & cum iam clarum meruisset inter patronos qui tunc erant nomen, in Asiam nauigauit, seque & aliis sine dubio Eloquentiæ ac sapientiæ magistris, sed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rursus * formãdum, ac velut recoquẽdum dedit. Tum dignum operæprecium venit, cum inter se congruunt præcepta & experimenta.

Cic. ĩ Brut.

Quæ in sucipiendis Causis Oratori obseruanda sint, Caput VII.

E

Defendere q̃ accusare honestius.

C VM satis in omne certamen virium fecerit, prima ei cura IN SVSCIPIENDIS CAVSIS erit, in quibus defendere quidem reos profecto quàm facere vir bonus malet: non tamen ita nomen ipsum accusatoris horrebit, vt nullo neque publico, neq; priuato duci possit officio, vt aliquem ad reddendam rationem vitæ vocet. Nam & leges ipsæ nihil valent, nisi actoris idonea voce munitæ, & si pœnas scelerum expetere fas non est, propè est vt scelera ipsa permissa sint, & licentiam malis dare certè contra bonos est. Quare neque sociorum querelas, nec amici vel propinqui necem, nec erupturas in Remp. cõspirationes inultas patietur Ora-

F tor: non pœnæ nocentium cupidus, sed emendandi vitia, corrigendique mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. Itaque vt accusatoriam vitam viuere, & ad defendendos reos præmio duci, proximum latrocinio est: ita pestem intestinam propulsare, cum propugnatoribus patriæ comparandum. Idcóque principes in Rep. viri non detrectauerunt hanc officii partem: creditique sunt etiam clari iuuenes obsidem Reip. dare malorum ciuium accusationem, quia nec odisse improbos, nec simultates prouocare, nisi ex

fidutia bonæ mentis videbantur. Idque cum ab Hortenſio, Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Cæſare, plurimis aliis, tum ab vtroque Catone factum eſt: quorum alter appellatus eſt Sapiens: alter niſi creditur fuiſſe, vix ſcio cui reliquerit huius nominis locum. Nanque defendet omnis Orator, idémque portum illum Eloquentiæ ſuæ ſalutaré. non etiã piratis patefaciet, duceturque in aduocationem maximè cauſa. Quoniam tamen omnes qui non improbè litigabunt, quorum certé bona pars eſt, ſuſtinere non poteſt vnus, aliquid etiã commendantium perſonis dabit, & ipſorum qui iudicio decernent, aut optimi cuiuſque voluntate moueatur. nanque hos & amiciſſimos habebit vir bonus. Summouendum vero eſt vtrunque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam ſuam, vel illud etiam iactantius, minores vtique contra dignitatem attollendi. Non enim fortuna cauſas vel iuſtas, vel improbas facit. Neque vero pudor obſtet, quo minus ſuſceptam, cum melior videretur, litem, cognita inter diſcendum iniquitate, dimittat, cum prius litigatori dixerit verum. Nam & in hoc maximum, ſi æqui iudices ſumus, beneficium eſt, vt non fallamus vana ſpe litigantem. Neque enim dignus opera patroni, qui non vtitur conſilio. Et cerè non conuenit ei quem Oratorem eſſe volumus, iniuſta tueri ſciétem. Nam ſi ex illis quas ſupra diximus cauſis falſum tuebitur, erit tamen honeſtum quod ipſe faciet. GRATIS ne ei ſemper agendum ſit, tractari poteſt. Quod ex prima ſtatim fronte diiudicare imprudétium eſt. Nam quis ignorat, quin id longè ſit honeſtiſſimum, ac liberalibus diſciplinis, & illo quem exigimus animo digniſſimum, non vendere operam, nec eleuare tanti beneficii authoritatem? Cum pleraque hoc ipſo poſſint videri vilia, quòd precium habent. Cæcis hoc, vt aiunt, ſatis clarum eſt, nec quiſquam qui ſufficientia ſibi (modica autem hæc ſunt) poſſidebit, hunc quæſtum ſine crimine ſordium fecerit. At ſi res familiaris amplius aliquid ad vſus neceſſarios exiget, ſecundum omnium ſapientium leges, patietur ſibi gratiam referri: cum & Socrati collatum ſit ad victum: & Zeno, Cleanthes, Chryſippus mercedes à diſcipulis acceptauerint. Neque enim video quæ iuſtior acquirẽdi ratio, quàm ex honeſtiſſimo labore, & ab iis de quibus optimè meruerint, quique ſi nihil inuicem præſtent, indigni fuerint defenſione. Quod quidem non iuſtum modo, ſed neceſſarium etiam eſt, cum hæc ipſa opera, tempúsve omne alienis negociis datum, facultatem aliter acquirendi recidant. Sed tum quoque tenendus eſt modus: ac plurimum refert, & à quo accipiat, & quantum, & quouſque. PACISCENDI quidem ille piraticus mos, & imponentium periculis precia, procul abominanda negociatio, etiam à mediocriter improbis aberit: cum præſertim bonos homines bonasque cauſas tuenti non ſit metuendus ingratus: qui ſi futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergo acquirere volet Orator vltra quàm ſatis erit, ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, ſed mutua beneuolentia vtetur, cum ſciat ſe tanto plus præſtitiſſe: quia nec vænire hoc beneficiũ oportet, nec perire. Deniq; vt gratus ſit, ad eum magis pertinet qui debet.

Lis iniqua dimittẽda.

Gratis nõ ſemper agendum.

Xenophõ Memorabilium. i.

Paciſcendi morẽ eſſe piraticum.

Quæ in diſcendis cauſis Oratori obſeruanda ſunt. Cap. VIII.

PROXIMA DISCENDAE CAVSAE RATIO: quod eſt Oratoris fundamẽtum. Neque enim quiſquam tam ingenio tenui reperitur, qui cum omnia quæ ſunt in cauſa diligenter cognouerit, ad docendum certè iudicem non ſufficiat. Sed eius rei pauciſſimis cura eſt. Nam vt taceam de Negligentibus, quorum nihil refert vbi litium cardo vertatur, dum ſint quæ vel extra cauſam ex perſonis ac communi tractatu locorum occaſionem clamandi largiantur.

Negligentes.

Ambitioſi Cic. ij. de Orat.

Aliquos & Ambitio peruertit, qui partim tanquam occupati, ſemperque aliud habentes quod ante agendum ſit, pridie ad ſe venire litigatorem, aut eodem matutiño iubent, nonnũquam etiam inter ipſa ſubſellia didiciſſe ſe gloriantur: partim iactantia ingenii, vt res cito accepiſſe videantur, tenere ſe & intelligere penè prius quàm audiant mentiti, cum multa & diſertè, ſummisque clamoribus, quæ neque ad iudicem, neque ad litigatorem pertineant, decãtauerunt, bene ſudantes benéque comitati per forum reducuntur. Ne illas quidem tulerim Delicias eorum, qui doceri amicos ſuos iubent: quanquam minus mali eſt, ſi illa ſaltem rectè diſcant, rectéque doceant. Sed quis diſcet tam bene quàm patronus? Quomodo autem ſequeſter ille, & media litium manus, & quidam interpres impendet æquo animo laborem in alienas actiones, cum dicturus ipſe non ſit? Peſſimæ vero conſuetudinis, Libellis eſſe contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipſe non ſufficit: aut aliquis ex eo genere aduocatorum, qui ſe non poſſe agere confitentur. deinde faciunt

Delicati.

Libellis in doctorum non eſſe vtendum.

A id quod eſt in agendo difficillimum. Nam qui iudicare quid dicẽdum, quid diſſimulãdum, quid declinandum,imitandumve, fingendum etiam ſit, poteſt, cur non ſit Orator, quando quod difficilius eſt facit? Hi porro non tantum nocerent,ſi omnia ſcriberent vti geſta ſunt. Nunc conſilium & colores adiiciunt,& aliqua peiora veris,quæ plerique cum acceperũt,mutare nefas habent,& velut themata in ſcholis,poſita cuſtodiunt. Deinde deprehenduntur,& cauſam quam diſcere ex ſuis litigatoribus noluerunt,ab aduerſariis diſcunt. Liberum igitur demus ante omnia iis,quorum negocium erit,tempus ac locum: exhortemurque vltro vt omnia quamlibet verboſẽ,& vnde volent repetita extempore exponãt.Non enim tam obeſt audire ſuperuacua,quam ignorare neceſſaria.Frequenter autem & vulnus,& remedium in iis
B Orator inueniet,quæ litigatori in neutram partem habere momẽtum videbantur.Nec tanta ſit acturo memoriæ fidutia,vt ſubſcribere audita pigeat. Nec ſemel audiſſe ſit ſatis, cogẽ dus eadem iterum ac ſæpius dicere litigator: non ſolum quia effugere aliqua prima expoſitione potuerunt,præſertim hominem,quod ſæpe euenit, imperitum, ſed etiam vt ſciamus an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur,& tanquam non doceant cauſam,ſed agant:non vt cum patrono,ſed vt cum iudice loquantur. Quapropter nunquam ſatis credendum eſt, ſed agitandus omnibus modis,& turbandus,& euocandus. Nam vt medicis non apparentia modo vitia curanda ſunt,ſed etiam inuenienda quæ latent,ſæpe ea ipſis qui ſanandi ſunt occulentibus,ita aduocatus plura quàm oſtenduntur aſpiciat. Nam cum ſatis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rurſus ei perſonam tranſeundum eſt, agendusque aduerſa-
C rius,proponendum quicquid omnino excogitari contra poteſt,quicquid recipit in eiuſmodi diſceptatione natura.Interrogandus quàm infeſtiſſimè,ac premendus.Nam dum omnia quærimus,aliquãdo ad verum,vbi minimè expectauimus,peruenimus. In ſumma,Optimus eſt in diſcendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, teſtem, populum,paratiſſimas conſignationes, ipſum denique aduerſarium quædam non negaturum. Ideóque opus eſt intueri omne litis inſtrumentum:quod videre non eſt ſatis, perlegendum erit.Nam frequentiſſimè aut non ſunt omnino quæ promittebantur,aut minus continent: aut cum alio aliquo nocituro permixta ſunt:aut nimia ſunt,& fidẽ hoc ipſo detractura,quòd non habent modum.Denique linum ruptum,aut turbata cæra,aut ſine agnitione ſigna frequenter inuenies: quæ niſi domi excuſſeris,in foro inopinata decipient: plusque nocebunt
D deſtituta,quàm non promiſſa nocuiſſent.Multa etiam quæ litigator nihil ad cauſam pertinere crediderit,patronus eruet:modo per omnes quos tradidimus argumẽtorum locos eat: quos vt circũſpectare in agẽdo, & attẽtare ſingulos minimè cõuenit, propter quas diximus cauſas,ita etiam in diſcẽdo rimari neceſſarium eſt quæ perſonæ,quæ tempora,quæ loca, inſtituta,inſtrumẽta,cæteraque:ex quibus non tantùm illud quod eſt artificiale probationis genus colligi poſſit:ſed qui metuẽdi teſtes,quomodo ſint refellẽdi. Nam plurimum refert,inuidia reus,an odio,an cõtemptu laboret:quorum ferè pars prima ſuperiores,proxima pares, tertia humiliores premit.Sic cauſam perſcrutatus,propoſitis ante oculos omnibus quæ proſint noceãtve,tertiam deinde perſonam induat iudicis,fingatque apud ſe agi cauſam,& quod ipſum mouiſſet de eadem re pronũciaturum,id potẽtiſſimum apud quẽcũque agetur, exiſtimet:& ſic eum raro fallet euentus,aut culpa iudicis erit.

Litigator patienter audiẽdus.

Lib.v.ca.x

E

Quæ ſeruanda in agendis cauſis Oratori ſint. Cap. IX.

QVAE SINT IN AGENDO SERVANDA, toto ferè opere executi ſumus,pauca tamẽ propria huius loci,quæ nõ tam dicẽdi arte quàm officiis agẽdi cõtinẽtur,attingam. Ante omnia, Ne, quod pleriſque accidit,ab vtilitate eum cauſæ præſentis cupido laudis abducat. Nam vt gerẽtibus bella nõ ſemper exercitus per plana & amœna ducẽdus eſt, ſed adeũdi plerũque aſperi colles,expugnandæ ciuitates,quamlibet præciſis poſitæ montibus, aut ope-
F rum mole difficiles: ita oratio gaudebit quidem occaſione latius decurrendi, & æquo congreſſa campo,totas vires populariter explicabit:at ſi iuris anfractus,aut eruendæ veritatis latebras adire cogetur, non obequitabit, nec illis vibrantibus concitatisque ſententiis velut miſſilibus vtetur: ſed operibus, & cuniculis, & inſidiis, & occultis artibus rem geret. Quæ omnia non dum fiunt laudantur, ſed cum facta ſunt: vnde etiam minus cupidis opinionis, plus fructus venit. Nam cum illa dicendi vitioſa iactatio inter plauſores ſuos detonuit,reſurgit veræ virtutis fortior fama:nec iudices à quo ſint moti diſſimulãt,

Laudis cupido ne ab vtilitate ab ducat.

Eloquẽtię diſſimulandæ mos.

& doctis creditur, nec eſt orationis vera laus, niſi cum finita eſt. Veteribus quidem etiam DISSIMVLARE ELOQVENTIAM fuit moris: idq; M. Antonius præcipit, quo plus dicentibus fidei, minusque ſuſpectæ aduocatorum inſidiæ forent. Sed illa diſſimulari quæ tum erat potuit: nondum enim tantùm dicendi lumen acceſſerat, vt etiam per obſtantia erumperet. Quare artes quidem, & conſilia lateant, & quicquid ſi deprehẽditur perit, hactenus Eloquentia ſecretum habet. Verborum quidem delectus, grauitas ſententiarum, figurarum elegantia, aut non ſunt, aut apparent. ſed vel propter hoc ipſum oſtentanda non ſunt, quòd apparent: aut ſi vnum è duobus eligendum, cauſa laudetur potius, quàm patro- G

Finis oratori pſtãd⁹

nus. FINEM tamen hunc præſtabit Orator, vt videatur optimam cauſam optimè egiſſe. Illud certum erit, neminem peius agere, quàm qui diſplicente cauſa placet. neceſſe eſt enim extra cauſam ſit quod placet. Nec illo faſtidio laborabit Orator, non agendi cauſas mi- H nores, tanquam infra eum ſint, aut detractura ſit opinioni minus liberalis materia. Nam & ſuſcipiendi ratio iuſtiſſima eſt, officium, & optandi etiam vt amici quàm minimas lites habeant: & abũde dixit bene, quiſquis rei ſatisfecit. At quidam etiam ſi forte ſuſceperint ne-

Conuiciꝭ abſtinẽdũ.

gocia paulum ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus circumliniunt: ac ſi defecerint alia, conuiciis implent vacua cauſarum: ſi cõtingit, veris: ſi minus, fictis: modo ſit materia ingenii, mercaturque clamorem dum dicitur. Quod ego adeo longè puto ab Oratore perfecto, vt eum ne vera quidem obiecturum, niſi id cauſa exigit, credam. Ea eſt enim prorſus canina, vt ait Appius, Eloquentia, cenſuram maledicendi ſubire, quod facientibus etiam male audiendi præſumenda patientia eſt. Nam & in ipſos fit impetus frequenter qui egerunt, & certè patroni petulãtiam litigator luit. Sed hæc minora ſunt ipſo illo vitio animi, quo ma- I ledicus à malefico non diſtat, niſi occaſione. Turpis voluptas & inhumana, & nulli audientium bono grata, à litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui vltionem malũt, quàm defenſionem. Sed neque alia multa ad arbitrium eorum facienda ſunt. Hoc quidem quis hominum liberi modo ſanguinis ſuſtineat, petulans eſſe ad alterius arbitrium? Atqui etiam in aduocatos partis aduerſæ libenter nonnulli inuehuntur: quod niſi forte meruerint, & inhumanum eſt, reſpectu communium officiorum, & cum ipſi qui dicit inutile (nam idem iuris reſponſuris datur) tum cauſæ contrarium, quia planè aduerſarii fiunt & inimici: & quantu-

Modeſtia oratoris.

lumcunque iis virium eſt, contumelia augetur. Super omnia perit illa quæ plurimũ Oratori, & authoritatis & fidei affert, MODESTIA, ſi à viro bono in rabulam latratorémque conuertitur: compoſitus non ad animum iudicis, ſed ad ſtomachum litigatoris. Frequen K ter etiam ſpecies libertatis deducere ad temeritatem ſolet, non cauſis modo, ſed ipſis quoque qui dixerunt periculoſam. Nec immerito Pericles ſolebat optare, Ne quod ſibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus ſentio, qui tantundem poſſunt nocere. Nam quæ fortia dum dicuntur videbantur, ſtulta cum

Mod⁹ iter tarditatẽ.

læſerunt vocantur. Nunc quia varium ferè propoſitum agentium fuit, & quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine laborauit, quem credam fore in hoc Oratoris modum, tradere non alienum videtur. Affert ad dicendum curæ ſemper quantum plurimum poterit. neque enim ſolum negligentis, ſed & mali, & in ſuſcepta cauſa perfidi, ac proditoris eſt peius agere, quàm poſſit. Ideóque ne ſuſcipiẽdæ quidẽ ſunt cauſæ plures, quàm quibus ſuffecturum ſe ſciat. Dicet ſcripta quàm res patietur plurima: & vt Demoſthenes ait, ſi L contiget, & ſculpta. Sed hoc aut primæ actiones, aut quæ in publicis iudiciis poſt interiectos dies dantur, permiſerint: at cum protinus reſpondẽdum eſt, omnia parari non poſſunt, adeo, vt paulo minus promptis etiam noceat ſcripſiſſe, ſi alia ex diuerſo quàm opinati fuerũt, occurrerint. Inuiti enim recedunt à præparatis, & tota actione reſpiciunt, requiruntque num aliquid ex illis interuallis, atque ex tempore dicẽdis inferi poſſit. quod ſi fiat, nõ cohæret, nec commiſſuris modo vt in opere male iuncto hiantibus, ſed ipſa coloris inæqualitate detegitur. Ita nec liber eſt impetus, nec cura contexta, & vtrunque alteri obſtat. Illa enim quæ ſcripta ſunt, retinent animum, non ſequuntur. Itaque in his actionibus omni, vt agricolæ dicũt, pede ſtandum eſt. Nam cum in propoſitione ac refutatione cauſa conſiſtat, quæ noſtræ partis ſunt ſcripta eſſe poſſunt, quæ etiam reſponſurum aduerſarium certũ eſt. (Eſt enim aliquan M do certum) pari cura refellũtur. Ad alia vnum paratum afferre poſſumus, vt cauſam bene nouerimus: alterum ibi ſumere, vt dicentem aduerſariũ diligẽter audiamus. Licet tamẽ præcogitare plura, & animum ad omnes cauſas componere: idque eſt tutius ſtylo, quo facilius & omittitur cogitatio, & transfertur. Sed ſiue in reſpondendo fuerit ſubito dicendum, ſiue quæ alia ita exegerit ratio, nũquam oppreſſum ſe, ac deprehenſum credet Orator, cui diſciplina &

A ſtudium & exercitatio dederit vires etiam facilitatis: quenque armatum ſemper, ac velut in procinctu ſtantem, non magis vnquam in cauſis oratio, quàm in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet, nec ſe vnquam propter hoc oneri ſubtrahet, modo ſit cauſæ diſcendæ tempus, nam cætera ſemper ſciet.

De Genere dicendi. Cap. X.

VPEREST vt dicam DE GENERE ORATIONIS. Hic erat propoſitus à nobis in diuiſione prima locus tertius: nam ita promiſeram, Lib. ij. cap. xv.

B S me de Arte, de Artifice, de Opere dicturum. Cum ſit autem Rhetorices atque Oratoris opus Oratio, pluresque eius formæ, ſicut oſtendam, in omnibus iis & ars eſt, & artifex, plurimũ tamen inuicẽ differũt: nec ſolũ ſpecie, vt ſignũ ſigno, & tabula tabula, & actione actio, ſed genere ipſo, vt à Græcis Tuſcanicæ ſtatuæ, & Aſianus eloquens Attico. Suos autem hæc operum genera quæ dico, vt authores, ſic etiam amatores habent: atque ideo nondum eſt perfectus Orator, ac neſcio an ars vlla, non ſolum quia aliud in alio magis eminet, ſed quòd non vna omnibus forma placuit, partim conditione vel temporum vel locorum, partim iudicio cuiuſque atque propoſito. Primi, quorum quidem opera non vetuſtatis modo gratia viſenda ſunt, CLARI PICTORES fuiſſe dicuntur POLYGNOTVS atque AGLAOPHON, quorum ſimplex color tam Pictores clari.

C ſui ſtudioſos adhuc habet, vt illa propè rudia, ac velut futuræ mox artis primordia, maximis, qui poſt eos extiterunt, authoribus præferantur, proprio quodam intelligendi (vt mea opinio fert) ambitu. Poſt* ZEVSIS atque PARRHASIVS non multum ætate diſtantes (Circa Peloponneſia ambo tempora, nam cum Parrhaſio ſermo Socratis apud Xenophontem inuenitur) plurimum arti addiderunt. Quorum prior luminum vmbrarũmque inueniſſe rationem, ſecundus examinaſſe ſubtilius lineas traditur. Nam Zeuſis plus membris corporis dedit, id amplius atque auguſtius ratus: atque (vt exiſtimant) Homerum ſecutus, cui validiſſima quæque forma, etiam in fœminis placet. Ille vero ita circunſcripſit omnia, vt eum legum latorem vocent, quia Deorum atque Heroum effigies, quales ab eo traditæ, cæteri tanquam ita neceſſe ſit ſequuntur. Floruit autem circa Philippum, & vſque

D ad ſucceſſores Alexandri, pictura præcipuè, ſed ex diuerſis virtutibus. nam Cura PROTOGENES, Ratione PAMPHILVS ac MELANTHIVS, Facilitate ANTIPHILVS, Concipiendis Viſionibus (quas φαντασίας vocant) THEON SAMIVS, Ingenio & Gratia, quam ipſe in ſe maximè iactat, APELLES eſt præſtantiſſimus. EVPHRANOREM admirandum facit, quòd & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingẽdi fingẽdique idẽ mirus artifex fuit. Similis INSTATVIS differẽtia. Nam & duriora, & Tuſcanicis proxima* CALON atque* Egeſias, iam minus rigida CALAMIS, molliora adhuc ſupradictis MYRON fecit. Diligentia ac decor in POLYCLETO ſupra cæteros: cui quanquam à pleriſque tribuitur palma, tamen ne nihil detrahatur,

E deeſſe pondus putant. Nam vt humanæ formæ decorem addiderit ſupra verum, ita non expleuiſſe deorum authoritatem videtur. Quin ætatem quoque grauiorem dicitur refugiſſe, nihil auſus vltra læues genas. At quæ Polycleto defuerunt, PHIDIAE atque ALCAMINI dantur. Phidias tamen diis quàm hominibus efficiendis melior artifex traditur: in ebore vero longè citra æmulum, vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem feciſſet: cuius pulchritudo adieciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeo maieſtas operis deum æquauit. Ad veritatem LYSIPPVM & PRAXITELEM acceſſiſſe optimè affirmant. Nam DEMETRIVS tanquam nimius in ea reprehenditur, & fuit ſimilitudinis quàm pulchritudinis amantior. IN ORATIO- Orationis

F NE vero ſi ſpecies intueri velis, totidem penè reperies ingeniorum, quot corporum formas. Sed fuerunt quædam genera dicendi conditione temporum horridiora, alioqui magnam iam vim ingenii præ ſe ferentia. Hinc ſunt LAELII, AFRICANI, CATONES, GRACCHIque, quos tu licet Polygnotos vel Calonas appelles. Mediam illam formam teneant L. CRASSVS, Q. HORTENSIVS. Tum deinde effloreſcat non multũ inter ſe diſtãtiũ tẽpore oratorũ ingens prouẽtus. Hinc Vim CAESARIS, Indolem CAELII, Subtilitatẽ CALLIDII, Grauitatem BRVTI, Acumen SVLPITII, Acerbitatem CASSII, Diligentiã Pollionis, Dignitatẽ Meſſalæ, Sanctitatem Cal ui reperimus. In his etiã quos ipſi vidimus, Copiam SENECAE, Vires AFRICANI,

formæ variæ.

Maturitatem AFRI, Iucunditatem CRISPI, Sonum TRACHALI, Elegantiam G
SECVNDI. At M. TVLLIVM non illum habemus Euphranorẽ circa plurium artium ſpecies præſtantem, ſed in omnibus quæ in quoque laudantur, eminẽtiſſimum. Quem tamen & ſuorum homines temporum inceſſere audebant, vt tumidiorem, & Aſianum, & redundantem, & in repetitionibus nimium, & in ſalibus aliquando frigidum, & in compoſitione fractũ, exultantẽ, ac penè (quod procul abſit) viro mollioré. Poſtea vero quàm Triumuirali proſcriptione conſumptus eſt, paſſim qui oderant, qui inuidebant, qui æmulabantur, adulatores etiam præſentis potentiæ, non reſponſurum inuaſẽrunt. Ille tamen qui ieiunus à quibuſdam atque aridus habebatur, nõ aliter ab ipſis inimicis male audire, quàm nimiis floribus & ingenii affluentia potuit: falſum vtrunque, ſed tamen illa mentiendi propior occaſio. Præcipuè vero preſſerunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupiebant. Hæc ma- H
nus quaſi quibuſdam ſacris initiata, vt alienigenam, & virum ſuperſtitioſum, deuinctũmq; illis legibus inſequebantur. Vnde nunc quoque aridi, & exucci, & exangues. Hi ſunt enim qui ſuæ imbecillitati ſanitatis appellationem, quæ eſt maximè contraria, obtendant: qui quia clariorem vim Eloquẽtiæ velut ſolem ferre non poſſunt, vmbra magni nominis deliteſcũt. quibus quia multa, & pluribus locis Cicero ipſe reſpondit, tutior mihi de hoc differendi breuitas erit. Et antiqua quidem illa DIVISIO INTER ASIANOS & ATTICOS fuit, cum hi preſſi & integri, contrà inflati illi & inanes haberẽtur: in his nihil ſuperflueret, illis iudicium maximè ac modus deeſſet. Quod quidam, quorũ & Santra eſt, hoc putant accidiſſe, quòd paulatim ſermone Græco in proximas Aſiæ ciuitates influente, nõdum ſatis periti loquendi, facundiam concupierint, ideóque ea quæ proprie ſignari poterãt, circui- I
tu cœperint enunciare, ac deinde in eo perſeuerarint. Mihi autem orationis differẽtiam feciſſe, & dicentium, & audientium naturæ videntur, quòd Attici limati quidem & emuncti, nihil inane aut redundans ferebant. Aſiana gens tumidior alioqui & iactantior vaniore etiã dicendi gloria inflata eſt. Tertium mox qui hæc diuidebant, adiecerunt genus, RHODIVM: quod velut medium eſſe, atque ex vtroq; mixtũ volunt. Neque enim Atticè preſſi, neque Aſianè ſunt abundantes: vt aliquid habere videantur gentis, aliquid authoris. AEſchines enim qui hunc exilio delegerat locum, intulit eò ſtudia Athenarum, quæ velut fata quædam cælo terraque degenerant, ſaporẽ illum Atticum peregrino miſcuerunt. Lenti ergo quidem ac remiſſi, non ſine pondere tamen: neque fontibus puris, neque torrentibus turbidis, ſed lenibus ſtagnis ſimiles habentur. Nemo igitur dubitauerit longè eſſe optimum genus K
Atticorum. In quo vt eſt aliquid inter ipſos commune, id eſt iudicium acre terſũmq;: ita ingeniorum plurimæ formæ. Quapropter mihi falli multum videtur, qui ſolos eſſe Atticos credunt tenues, & lucidos, & ſignificantes: ſed quadam Eloquentiæ frugalitate contẽtos, ac ſemper manum intra pallium continentes. Nam quis erit hic Atticus? Sit LYSIAS. hunc enim amplectũtur amatores iſtius nominis modũ. Non igitur iam vſque ad COCCVM & ANTOCIDEM remittemur? Interrogare tamen velim an ISOCRATES Atticè dixerit. Nihil enim tam eſt Lyſiæ diuerſum. Negabunt? At eius ſchola principes oratorum dedit. Quæratur ſimilius aliquid, HYPERIDES Atticus? Certè. At plus indulſit voluptati. Tranſeo plurimos, LYCVRGVM, ARISTOGITONA, & iis priores ISAEVM, ANTIPHONTEM: quos vt homines inter ſe genere ſimiles, differẽtes L
dixeris ſpecie. Quid ille cuius modo fecimus mentionem AESCHINES? nonne iis latior, & audentior, & excelſior? Quid denique DEMOSTHENES? non cũctos illos tenues & circunſpectos ſublimitate, vi, impetu, cultu, cõpoſitione ſuperauit? non inſurgit locis? non figuris gaudet? non trãslationibus nitet? non oratione ficta dat tacẽtibus vocẽ? non illud iuſiurandum, per cæſos in Marathone ac Salamine propugnatores Reip. ſatis manifeſto docet præceptorem eius Platonem fuiſſe? Quem ipſum num Aſianum appellabimus, plerunque inſtinctis diuino ſpiritu vatibus comparandum? Quid PERICLEA? ſimilẽne credimus Lyſiacæ gracilitati, quem fulminibus, & cæleſti fragori comparãt Comici, dum illi conuiciantur? Quid eſt igitur, cur in iis demum qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum ſaporem putent? ibi demũ thymum redolere dicant. Quos ego exiſtimo, ſi quod in iis M
finibus vberius inuenerint ſolum, fertiliorẽmve ſegetẽ, negaturos Atticã eſſe, quòd plus q̃ ac ceperit ſeminis reddat. Quia hãc eius terræ fidem Menãder eludit. Itaque nunc ſiquis ad eas Demoſthenis virtutes, quas ille ſummus Orator habuit, tamẽ quæ defuiſſe ei, ſiue ipſius natura, ſiue lege ciuitatis videntur, adiecerit, vt affectus cõcitatius moueat, audiam dicẽtẽ, non fecit hoc Demoſthenes? & ſiquid exierit numeris aptius, fortaſſe non poſſit, ſed tamen ſiquid

Cicĩ Brut. Gña dicẽdi Atticum. Aſianum.

Rhodium

Atticũ genus optimum.

In Orat. ex Ariſtoph.

A exierit,non erit Atticum?Melius de hoc nomine ſentiant,credantque atticè dicere, eſſe optimè dicere.Atque in hac tamen opinione perſeuerantes Græcos magis tulerim. LATINA mihi Facundia,vt inuentione,diſpoſitione,conſilio,cæterisque huius generis artibus ſimilis Græcæ,ac prorſus diſcipula eius videtur:ita circa rationem eloquendi vix habere imitationis locum.Nanque ipſis eſt ſtatim ſonus dulcior, quando & iucundiſſimas ex Græcis literas non habemus, vocalem alteram, alteram conſonantem, quibus nullæ apud eos dulcius ſpirant:quas mutuari ſolemus,quoties illorum nominibus vtimur.Quod cum contingit,neſcio quo modo hilarior protinus renidet oratio,vt in Zephyris Zophyrisque. quæ ſi noſtris literis ſcribantur,ſurdum quiddam,& barbarum efficient ſonum, & velut in
B locum earum ſuccedent triſtes,& horridæ,quibus Græcia caret.Nam & illa quæ ſexta eſt noſtrarum,penè non humana voce,vel omnino non voce potius inter diſcrimina dentium efflanda eſt,quæ etiam cum vocalem proximam accipit quaſſa quodam modo,vtique quoties aliquam conſonantem frangit,multo fit horridior. AEolicæ quoque literæ qua ceruum ſeruúmque dicimus,etiam ſi forma à nobis repudiata eſt,vis tamen nos ipſa perſequitur. Duras & illa ſyllabas facit,quæ ad coniungendas demum ſubiectas ſibi vocales eſt vtilis,alias ſuperuacua,vt equos ac equum ſcribimus,cum ipſæ etiam vocales duæ efficiant ſonum:qualis apud Græcos nullus eſt,ideóque ſcribi illorum literis non poteſt. Quid quòd pleraque nos illa quaſi mugiente litera,cudimus m, qua nullum græce verbum cadit? At illi v iucundam,& in fine præcipuè quaſi tinnientem,illius loco ponunt,quæ eſt apud nos rariſſima in clauſulis.Quid quòd ſyllabæ noſtræ in b literam,& d innituntur? adeo aſpe-
C rè,vt plerique non antiquiſſimorum quidem,ſed tamen veterum mollire tentauerint, non ſolum aſuerſa pro aduerſis dicendo:ſed & in præpoſitione b literæ abſonã & ipſam s ſubiiciendo. Sed ACCENTVS quoque cum rigore quodã,tum ſimilitudine ipſa minus ſuaues habemus:quia vltima ſyllaba nec acuta vnquam excitatur,nec flexa circunducitur,ſed in grauem,vel duas graues cadit ſemper.Itaque tanto eſt ſermo Græcus Latino iucũdior,vt noſtri poetæ quoties dulce carmen eſſe voluerunt,illorum id nominibus exornẽt.

His illa potentiora,Quòd res plurimæ carent appellationibus,vt eas neceſſe ſit transferre,aut circumire:etiam in his quæ denominata ſunt, ſumma paupertas in eadem nos frequentiſſimè reuoluit:at illis non verborum modo,ſed linguarum etiam inter ſe differentiũ
D copia eſt. Quare qui à Latinis exigit illam gratiam ſermonis Attici,det mihi in loquendo eandem iucunditatem & parem copiam.Quod ſi negatum eſt, ſententias aptabimus iis vocibus quas habemus,nec rerum nimiam tenuitatem,vt non dicam pinguioribus, fortioribus certè verbis miſcebimus,ne virtus vtraque pereat ipſa confuſione. Nũ quo minus adiuuat ſermo,rerum inuentione pugnandum eſt.Senſus ſublimes variique eruantur. Permouendi omnes affectus erunt. Oratio translationum nitore illuminanda.Non poſſumus eſſe tam graciles,ſimus fortiores. Subtilitate vincimur,valeamus pondere.Proprietatis penes illos eſt certior copia,vincamus ingenio.Græcorum etiam minora ſuos portus habent,nos plerunque maioribus velis moueamur,validior ſpiritus ſinus noſtros tendat. Non tamen alto ſemper feremur,nam & littora interim ſequenda ſunt.Illis facilis per quælibet vada acceſſus,
E ego aliquid non multo tamen altius in quo mea cymba non coſidat inueniam. Neque enim ſi tenuiora hæc ac preſſiora Græci melius,in cóque vincimur ſolo, & ideo in comœdiis non contendimus,prorſus tamen non omittenda pars hæc orationis, ſed exigenda vt optimè poſſumus:poſſumus autem rerum & modo & iudicio eſſe ſimiles, verborum gratia quam in ipſis non habemus,extrinſecus condiẽda eſt. An non in priuatis,& acutus, & non aſper,& non indiſtinctus,& non ſupra modum elatus M.Tullius? nõ in M.Callidio inſignis hæc virtus?non Scipio,Lælius,Cato in loquendo velut attici Romanorum fuerũt? Cui porro non ſatis eſt,quo eſſe melius nihil poteſt? Adhuc quidam nullam eſſe Naturalem putant Eloquentiam,niſi quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima,quo cum amicis, cõiugibus, liberis,ſeruis loquimur,contenti promere animi voluntatem,nihilque accerſiti,& elaborati requirentes:quicquid huc ſit adiectum,id eſſe affectationis, & ambitioſæ in loquẽ
F do iactantiæ,remotum à veritate,fictúmque ipſorum gratia verborum quibus ſolum à natura ſit officium attributum ſeruire ſenſibus,ſicut athletarum corpora etiamſi validiora fiant exercitatione,& lege quadam ciborum,non tamen eſſe naturalia,atque ab illa ſpecie quæ ſit conceſſa hominibus, abhorrere. Quid enim, inquiunt, attinet circuitu res oſtendere & translationibus,id eſt aut pluribus,aut alienis verbis,cum ſua cuique ſint aſſignata nomina?Denique antiquiſſimum quenque maximè ſecundum naturam dixiſſe contendunt,

Latina elocutia.

v & z

Q

M

v

B

Quid agẽdum nobis cum gratiã ſermonis attici nequeamus aſſequi.

Eloquẽtia naturalis.

mox poetis ſimiliores extitiſſe,etiam ſi parcius,ſimili tamen ratione falſa & impropria vir- G
tutes ducentes. Qua in diſputatione nonnihil veri eſt,ideóque non tam procul, quàm ſit à
quibuſdam,recedendum à propriis atque communibus . Siquis tamen (vt in illo loco dixi
compoſitionis) ad neceſſaria,quibus nihil minus eſt,aliquid melius adieceric , non erit hac
calumnia reprehendendus. Nam mihi aliam quandam videtur habere naturam ſermo vul-
garis,aliam viri eloquentis oratio:cui ſi res indicare modo ſatis eſſet , nihil vltra verborum
proprietatem elaboraret:ſed cum debeat delectare,mouere, in plurimas animum audientis
ſpecies impellere,vtetur iis quoq; adiutoriis,quæ ab eadem ſunt nobis conceſſa natura . Nã
etiam lacertos exercitatione conſtringere , & augere vires , & colorem trahere naturale eſt.
Ideóque in omnibus gentibus alius alio facundior habetur , & eloquendo dulcis magis.
Quod ſi non eueniret,omnes pares eſſent,& idem omnes deceret. At loquuntur,& ſeruant H
perſonarum diſcrimen : ita quô quiſque plus efficit dicendo , hôc magis ſecundum naturæ
eloquentiam dicit. Quapropter ne illis quidem nimium repugno,qui dandum putant nõ-
nihil eſſe temporibus atque auribus,nitidius aliquid atque affectatius poſtulantibus. Itaque
non ſolum ad priores Catonem Gracchôsque,ſed ne ad hos quidem Oratorem alligandum
puto. Atque id feciſſe M. Tullium video,vt cum omnia vtilitati,tum partem quandam dele
ctationi daret,cum & ipſam ſe rem agere diceret(agebat autem maxime) litigatoris. Nã hoc
ipſo proderat quòd placebat. Ad cuius voluptates nihil equidem quod addi poſſit inuenio,
niſi vt ſenſus nos quidem dicamus plures. Neque enim fieri poteſt ſalua tractatione cauſæ,&
dicendi authoritate,ſi crebra hæc lumina,& continua fuerint , vt non inuicem offecerint.
Sed ne hactenus cedentem nemo inſequatur vltra,do tempori,ne craſſa toga ſit,non ferica: I
ne intonſum caput,non in gradus atque annulos totum comptum: cum in eo qui ſe nõ ad
luxuriam ac libidinem referat,eadem ſpecioſiora quoque ſint quæ honeſtiora. Cæterum
hoc quod vulgo SENTENTIAS vocamus (veteribus præcipuéque Græcis in vſu non
fuit,apud Ciceronem inuenio) dum rẽ contineant, & copia non redũdent,& ad victoriam
ſpectent,quis vtile neget? Feriunt animum,& vno ictu frequenter impellunt,& ipſa breuita-
te magis hærent,& dictione perſuadent. At ſunt qui hæc excitatiora lumina etiam ſi dicere
permittant, à componendis tamen orationibus excludenda arbitrentur. Quocirca mi-
hi ne hic quidem locus intactus eſt omittendus , quòd plures eruditorũ ALIAM ES-
SE DICENDI RATIONEM, ALIAM SCRIBENDI putauerũt:ideó-
que in agendo clariſſimos quoſdam nihil poſteritati manſurisque mox literis reliquiſſe, vt K
Periclem & Demadem: rurſus alios ad componendum optimos , actionibus idoneos non
fuiſſe,vt Iſocratem:præterea in agendo plus impetus poſſe plerunque,& petitas vel paulo li-
centius voluptates. Commouendos enim eſſe,docendósque animos imperitorũ. At quod
libris dedicatur,& in exemplum editur,terſum ac limatum,& ad legẽ ac regulam compoſi-
tum eſſe oportere,quia veniat in manus doctorum,& iudices artis habeat artifices. Quin il-
li ſubtiles,vt ſimiles,ac multi perſuaſerunt magiſtri, πρόθεσμα dicendo, ἐνθύμημα ſcriben-
do eſſe altius tradiderunt. Mihi vnum atque idem videtur bene dicere, ac bene ſcribere: ne-
que aliud eſſe oratio ſcripta,quàm monimentum actionis habitæ. Itaque nullas non(vt opi-
nor) debet habere virtutes , nõ dico nulla vitia. Nam imperitis placere aliquando quæ vi-
tioſa ſunt ſcio. Quo different igitur? quòd,ſi mihi des concilium iudicum ſapientum , per-
quàm multa recidam ex orationibus, non Ciceronis modo , ſed etiam eius qui eſt ſtrictior L
multo, Demoſthenis. Neque enim affectus omnino mouendi erunt, nec aures delectatio-
ne mulcendæ,cum etiam Prooemia ſuperuacua eſſe apud tales,Ariſtoteles exiſtimet. Non
enim trahentur iis illi ſapientes:propriè & ſignificanter rem indicare , probatione colligere
ſatis eſt. Cum vero iudex detur,aut populus,aut ex populo, laturique ſententiam indocti ſæ-
pius,atque interim ruſtici,omnia quæ ad obtinendũ quod intendimus, prodeſſe credimus,
adhibenda ſunt:eáque etiam cum dicimus promenda,& cum ſcribimus,vt doceamus quo-
modo dici oporteat. An Demoſthenem male ſic egiſſe vt ſcripſit,aut Ciceronẽ,aut eos præ-
ſtantiſſimos Oratores alio quàm ſcriptis cognoſcimus? Melius egerunt igitur an peius? nam
ſi peius,ſic potius oportuit dici vt ſcripſerunt:ſi melius,ſic oportuit ſcribi vt dixerũt. Quid
ergo? Semper ſic aget Orator vt ſcribit? Si licebit,ſemper:quòd ſi impediant breuitate tempo M
ra à iudice data,multum ex eo quod potuit dici,recidetur:editio habebit omnia. Quæ autẽ
ſecundum naturam iudicantium dicta ſunt,non ita poſteris tradentur,ne videantur propo
ſiti fuiſſe non temporis. Nam id quoque plurimum refert,quo modo iudex audire velit:at-
que ei vultus ſæpe ipſe rectus eſt dicentis,vt Cicero præcepit. Idcóque inſtãdũ iis quæ placere

Non recedendũ nimium a cõmunibus Lib. ix.

Natura ſermonis alia & orationis.

Sentẽtiarũ vtilitas. Cic. ĩ Brut.

An ſit eodẽ mõ ſcribendum & dicendum. Cic. ĩ Brut.

Scribenda quæ non ſunt dicenda, & dicenda quæ non ſunt ſcribenda.

A intellexeris,reſiliendum ab iis quæ non recipientur. Sermo ipſe qui facile iudicem doceat,optandus. Nec id mirum ſit,cum etiam teſtium perſonis aliqua mutentur. Prudenter enim,qui cum interrogaſſet ruſticum teſtem,an Amphiona noſſet: negante eo, detraxit aſpirationem,breuiauitque ſecundam eius nominis ſyllabam, & ille eum ſic optimè norat. Huiuſmodi caſus efficiunt,vt aliquando dicatur aliter quàm ſcribitur,cum dicere quomodo ſcribendum eſt,non licet. ALTERA eſt DIVISIO, quæ in tres partes & ipſa diſcedit,qua diſcerni poſſe etiam rectè dicendi genera inter ſe videntur. NANQVE vnum SVBTILE, quod ἰσχνὸν vocãt. Alterum GRANDE atque ROBVSTVM, quod conſtituunt ἀδρὸν: Tertium alii MEDIVM ex duobus, alii FLORIDVM, nanque id ἀνθηρὸν appellant,addiderunt. quorum tamen ea ferè ratio eſt,vt primum docẽ-

B di,ſecundum mouendi, tertium illud vtrocunque nomine delectandi,ſiue aliud interconciliandi præſtare videtur officium. In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in mouendo grauitas videatur. Itaque illo Subtili præcipuè ratio narrandi probandique cõſiſtet:ſed quod etiam detractis cæteris virtutibus ſuo genere plenum. Medius hic modus, & translationibus crebrior,& figuris erit iucundior,egreſſionibus amœnus, compoſitione aptus,ſententiis dulcis,lenior tamen,vt amnis lucidus quidam, & virentibus vtrinque ſyluis inumbratus. At ille qui ſaxa deuoluat,& pontem indignetur,& ripas ſibi faciat, multus & torrens iudicem vel nitentem contrà ferat,cogetque ire quà rapit. Hic Orator & defunctos excitabit,vt Appium Cæcũ:apud hũc & patria ipſa exclamabit, aliquãdo quæ * Ciceronem in oratione contra Catilinam in Senatu alloquetur. Hic & amplificationibus extollet orationem,& vi ſuperlationum quoque eriget, Quæ charybdis tam vorax? & oceanus me-

C diusfidius ipſe. Nota ſunt enim iam ſtudioſis hæc lumina. Hic deos ipſos in congreſſum propè ſuum ſermonémque deducet, Vos enim Albani tumuli atque luci:vos, inquam, Albanorum obrutæ aræ ſacrorum populi Romani,ſociæ & æquales. Hic iram, hic miſericordiam inſpirabit. Hic dicet, Te vidit, & fleuit, & appellauit,& per omnes affectus tractatur. Hic itaque illuc ſequetur,nec doceri deſiderabit. Quare ſi ex tribus his generibus neceſſario ſit eligendum vnum,quis dubitet hũc præferre omnibus,& validiſſimum alioqui,& maximis quibusque cauſis accommodatiſſimum? Nam & Homerus breuem quidem cum * animi iucunditate,& propriam,(Idenim eſt non errare verbis) & carentem ſuperuacuis eloquẽtiam Menelao dedit,quæ ſunt virtutes generis illius primi. Et ex ore Neſtoris dixit dulcio-

D rem melle profluere ſermonem:qua certe delectatione nihil fingi maius poteſt. Sed ſummã aggreſſus,vt in Vlyſſe,facundiam, magnitudinem illi iunxit, cui orationem niuibus hibernis,& copia verborum,atque impetu,parem tribuit. Cum hoc igitur nemo mortalium contendet:hunc vt deum homines intuebuntur. Hanc vim & celeritatem in Pericle miratur Eupolis,hanc fulminibus Ariſtophanes comparat,hæc eſt vera dicendi facultas. Sed neque his Tribus quaſi Formis incluſa Eloquentia eſt. Nam vt inter Gracile, Validúmque, tertium aliquid conſtitutum eſt: ita horum interualla ſunt. Atque inter hæc ipſa mixtum quiddam ex duobus medium eſt eorum. Nã & ſubtili plenius aliquid atque ſubti-

E lius,& vehementi remiſſius atque vehementius inuenitur:vt illud lene aut aſcendit ad fortiora,aut ad tenuiora ſummittitur. ac ſic propè innumerabiles ſpecies reperiuntur, quæ vtique aliquo momento inter ſe differant, ſicut quatuor generaliter ventos à totidem mundi cardinibus accepimus flare,cum interim plurimi medii eorum, varietate regionum ac fluminum propriè deprehenduntur. Eadémque muſicis ratio eſt, qui cum in cithara quinque conſtituerunr ſonos,plurima deinde varietate complẽt ſpatia illa neruorum,atque iis quos interpoſuerunt,inſerunt alios, vt pauci illi tranſitus multos gradus habeant. PLV-

F RES igitur etiam Eloquentiæ facies,ſed ſtultiſſimum quærere,ad quam recturus ſe ſit Orator:cum omnis ſpecies,quæ modo recta eſt,habeat vſum,atque id ipſum omne ſit Oratoris: quod vulgo Genus dicendi vocant. Vtetur enim vt res exiget omnibus: nec pro cauſæ modo,ſed & pro partibus cauſæ. Nam vt non eodem modo pro reo capitis, & in certamine hæreditatis,& de interdictis ac ſponſionibus,& de certa re credita dicet,ſententiarum in Senatu,& concionum,& priuatorum conſiliorum ſeruabit diſcrimina,vitam ex differentia perſonarum,locorum,temporúmque mutabit:ita in eadem oratione aliter conciliabit, non ex iiſdem partibus iram & miſericordiam petet,alias ad docendum,alias ad mouendum adhibebit artes. Non vnus color Proœmii, Narrationis, Argumentorum, Egreſſionis, Peroratio nis,ſeruabitur. Dicet idem grauiter,ſeuere,acriter,vehementer,concitatè,copioſè,amarè,comiter,remiſſè,ſubtiliter,blandè,leniter,dulciter,breuiter,vrbanè:non vbique ſimul,ſed vbi-

Triplex dicendi genus.

Subtile.

Medium.

Grande.

Cic.,p Cel.

De Orat.i.

Philip.ij.

Pro Mil.

Iliad.ſ

Iliad.ά

Iliad.ſ

Eloquẽtiã non includi dictis formis.

In Comed. ὀνείροις Nebulis.

Orator vnam eloquẽtiæ faciem ne ſequatur.

cunque par ſibi fiet, tum id propter quod maximè repertus eſt vſus orationis, vt dicat & vti G
liter, & ad efficiendum quod intendit, potenter: tum laudem quoque nec doctorum modo, ſed etiam vulgi conſequetur. Falluntur enim plurimum, qui Vitioſum & Corruptum di cendi Genus, quod aut verborũ licentia reſultat, aut puerilibus ſententiolis laſciuit, aut immodico tumore turgeſcit, aut inanibus locis bacchatur, aut caſuris, ſi leuiter excutiãtur, floſculis nitet, aut præcipitia pro ſublimibus habet, aut ſpecie libertatis inſanit, magis exiſtimant populare atque plauſibile. Quod quidem placere multis, nec inficior, nec miror. Eſt enim iucundioris ac fauorabilis qualiſcunque Eloquentiæ, & ducit animos naturali voluptate vox omnis, neque aliunde illi per fora atque aggerem circuli: quod minus mirum eſt, quòd nulli non agentium parata vulgi corona eſt. Vbi vero quid exquiſitius dictum accidit auribus imperitorum, qualecunque id, quod modo ſe ipſi poſſe deſperent, habet admiratio- H
nem: neque immerito, nam ne illud quidem facile eſt. Sed euaneſcunt hæc atque moriuntur comparatione meliorum: Vt lana tincta fuco citra purpuras placet: at ſi conferas etiã lacernæ, conſpectu melioris obruatur, vt Ouidius ait: ſi vero iudicium iis corruptis acrius adhibeas, vt * ſuccinis purpuram, iam illud quod fefellerat exuat mentitum colorem, & quadam vix enarrabili fœditate palleſcat. Luceat igitur hæc citra ſolẽ, & vt quædam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. Denique mala multi probant, nemo improbat bona. Neque vero omnia iſta de quibus locuti ſumus, Orator optimè tantum, ſed etiam facillimè faciet. Neque enim vis ſumma dicendi eſt admiratione digna, ſi infelix vſque ad vltimum ſolicitudo perſequitur, ac Oratorem macerat & coquit, ægre verba vertentem, & perpendendis coagmentandisque eis intabeſcentem. Nitidus ille, & ſublimis, & locuples, cir- I
cunfluentibus vndique Eloquentiæ copiis imperat. Deſinit enim in aduerſa niti, qui peruenit in ſummum. Scandenti circa ima labor eſt: cæterum quantum proceſſeris, mollietur diues & lætius ſolum. Et ſi hæc quoque iam leuius ſuprema perſeuerantibus ſtu-
Modi bona. diis euaſerit, inde fructus illaborati offerunt ſeſe, & omnia ſponte præueniunt, quæ tamen quotidie niſi decerpantur areſcunt. Sed & Copia habet Modum, ſine quo nihil nec laudabile, nec ſalutare eſt: & nitor ille cultum virilem, & inuentio iudicium. Sic erunt magna non nimia, ſublimia non abrupta, fortia non temeraria, ſeuera non triſtia, grauia non tarda, læta non luxurioſa, iucunda non diſſoluta, plena non tumida. Similis in cæteris ratio. Tutiſſima ferè per medium via, quia vtriuſque vltimum vitium eſt.

Quæ poſt finem Studia. Cap. XI. K

IS dicendi virtutibus vſus Orator in iudiciis, conſiliis, concionibus, Senatu, in omni denique officio boni ciuis, FINEM quoque dignum & optimo
H viro, & opere ſanctiſſimo faciet: non quia prodeſſe vnquam ſatis ſit, & illa mẽte atque illa facultate prædito non conueniat operis pulcherrimi quamlongiſſimum tempus, ſed quia decet hoc quoque proſpicere, ne quis peius quàm fecerit faciat. Neque enim ſcientia modo conſtat Orator, quæ augetur annis, ſed voce, latere, firmitate: quibus fractis, aut imminutis ætate ſeu valetudine, cauendum eſt ne quid in Oratore ſummo deſideretur, ne interſiſtat fatigatus, ne quæ dicet parum audiri ſentiat, ne
* ſe quærat priorẽ. Vidi ego longe omnium, quos mihi cognoſcere contigit, ſummum Ora- L
torem, Domitium Afrum, valde ſenem, quotidie aliquid ex ea quam meruerat authoritate perdentem, cum agente illo, quem principem fuiſſe quondam fori non erat dubium, alii (quod indignum videbatur) riderent, alii erubeſcerent: quæ occaſio illis fuit dicendi, malle
Oratoris veteris officia. eum deficere quàm deſinere. Neque erant illa qualiacunque mala, ſed minora. Quare antequam in has ætatis veniat inſidias, receptui canet, & in portum integra naue perueniet. Neque enim minores eum cum id fecerit, ſtudiorum fructus ſequentur. Aut ille mo
De Orat. i. nimenta rerum poſteris, vt L. Craſſus in libris Ciceronis deſtinabat, quærentibus tradet, aut Eloquentiæ componet artem, aut pulcherrimis vitæ præceptis dignum os dabit. Frequentabunt vero eius domum optimi iuuenes more veterum, & veram dicendi viam velut ex Oraculo petent. Hos ille formabit quaſi Eloquẽtiæ parens, & vt verus gubernator, lit
Cic. Epiſt. Famil. IX. & Sueton. de Rhet. illuſt. tora & portus, & quæ tempeſtatum ſigna, quid ſecundis flatibus, quid aduerſis ratis po- M
ſcat, docebit: non humanitatis ſolum communi ductus officio, ſed amore quodam operis. Nemo enim minui velit id, in quo maximus fuit. Quid porro eſt honeſtius, quàm docere quod optimè ſcias? Sic ad ſe Cælium deductum à patre Cicero profitetur. Sic Panſam, Hircium, Dolabellam in morẽ præceptoris exercuit, quotidie dicẽs audiẽsque. Ac neſcio an cũ tunc beatiſſimũ credi oporteat fore, cũ iam ſecretus & conſecratus, liber inuidia,

A procul à contentionibus famam in tuto collocarit: & ſentiat viuus eam, quæ poſt fata præſtari magis ſolet, venerationem, & quid apud poſteros futurus ſit videbit. Conſcius ſum mihi, quantum mediocritate valui, quæque anteà ſcierim, quæque operis huiuſce gratia potuerim inquirere, candidè me atque ſimpliciter in notitiam eorum, ſiqui forte cognoſcere voluiſſent, protuliſſe. Atque id viro bono ſatis eſt docuiſſe, quod ſcierit. Vereor tamen, ne aut magna nimium videar exigere, qui eundem virum bonum eſſe, & dicendi peritum velim: aut multa, qui tot artibus in pueritia diſcendis, morum quoque præcepta, & ſcientiam iuris ciuilis, præter ea quæ de eloquentia tradebantur, adiecerim: quæque operi noſtro neceſſaria eſſe crediderim, velut pondus rei perhorreſcant, ac deſperent ante experimentum. Sed hi primum renuncient ſibi, quanta ſit humani generis vis, quàm potens efficiendi quæ ve- Non deſperandum.

B lit, cum maria tranſire, ſyderum curſus numerósque cognoſcere, mũdum ipſum penè dimetiri, minores ſed difficiliores artes potuerint. Tum cogitẽt, quantam rem petant, quámque nullus ſit hoc propoſito præmio labor recuſandus. Quod ſi mẽte conceperint, huic quoque parti facilius accedent, vt ipſum iter, neque imperuium, neque ſaltem durum putent. Nam id quod prius, quodque maius eſt, vt boni viri ſimus, voluntate maximè conſtat, quam qui vera fide induerit, facile eaſdem quæ virtutem docent artes accipiet. Neque enim aut tam perplexa, aut tam numeroſa ſunt, quæ premunt, vt non paucorum admodum annorum intentione diſcantur. Longam enim facit operam quòd repugnamus. Breuis eſt inſtitutio vitæ honeſtæ beatæque, ſi credas. Natura enim nos ad mentem optimam genuit: adeóque diſcere meliora volẽtibus promptum eſt, vt verè intuenti mirum ſit illud magis, malos eſſe tã

C multos. Nam vt aqua piſcibus, vt ſicca terrenis, circunfuſus nobis ſpiritus volucribus conuenit: ita certè facilius eſſe oportebat ſecundum naturam, quàm contra eam viuere. Cætera vero etiam ſi ætatem noſtram non ſpatio ſenectutis, ſed tempore adoleſcentiæ metiamur, abunde multos ad diſcendum annos habent. Omnia enim breuiora reddet Ordo, & Ratio, & Modus. Sed Culpa eſt in Præceptoribus prima, libenter detinentibus puerum, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius ſit quod pollicẽtur, partim etiam inſcitia tradendi vel negligentia. Proxima in nobis, qui morari in eo quod nouimus, quàm diſcere quæ nondum ſcimus, melius putamus. Nam vt de noſtris potiſſimum ſtudiis dicam, quid attinet tam multis annis quàm in more eſt plurimorum, vt de his à quibus magna in hoc pars ætatis abſumitur, taceam, declamitare in ſchola, & tantum Culpa in Præceptoribus & nobis.

D laboris in rebus falſis conſumere; cum ſatis ſit modico tempore imaginem veri diſcriminis, & dicendi leges comperiſſe? Quod non dico, quia ſit vnquam omittenda dicendi exercitatio, ſed quia non ſit vna eius ſpecie conſeneſcendum. Cognoſcere enim, & præcepta viuendi perdiſcere, & in foro nos experiri potuimus, dum ſcholaſtici ſumus. Dicẽdi ratio talis, vt nó multos annos poſcat: quælibet enim ex iis artibus quarum prius habui mentionem, in paucos libros contrahi ſolet, adeo infinito ſpatio ac traditione opus non eſt. Reliqua eſt quæ vires cito facit conſuetudo, rerum cognitio quotidie creſcit, & tamen multorum ad eas librorum neceſſaria lectio eſt, quibus aut rerum exempla ab hiſtoricis, aut dicendi ab Oratoribus petuntur: philoſophorum quoque conſultorúmque opiniones, ſicuti alia, velimus le-

E gere neceſſarium eſt. Quæ quidem poſſumus omnia, ſed breue nobis tempus nos fecimus. Quantulum enim ſtudiis impartimur? Alias horas vanus ſalutandi labor, alias datum fabulis ocium, alias ſpectacula, alias conuiuia trahunt. Adiice tot genera ludendi, & inſanam corporis curam. Trahat inde peregrinatio, rura, calculorum anxiæ ſolicitudines, multæ cauſæ libidinum, & vinum, & flagitioſus omni genere voluptatum animus. Ne ea quidem tempora idonea, quæ ſuperſunt. Quæ ſi omnia ſtudiis impẽderentur, iam nobis longa ætas, & abũde ſatis ad diſcendum ſpatia viderentur, & diurna tantum computantibus tempora, & noctes, quarum bona pars omni ſomno longior eſt, adiuuarent. Nunc cõputamus annos non quibus ſtuduimus, ſed quibus viximus. Nec vero ſi Geometræ, & Grammatici, cæterarúmq; artium profeſſores omnem ſuam vitam, quanlibet longa fuerit, in ſingulis artibus cõſumpſerunt, ſequitur vt plures quaſdam vitas ad plura diſcenda deſideremus. Neque illi didicerunt hæc vſque in ſenectutem, ſed ea ſola didiciſſe contenti fuerunt, ac tot annos in vtendo, Tẽporum perditio.

F non in percipiendo exhauſerunt. Cæterum vt de HOMERO taceam, in quo nullius non artis, aut perfecta, aut certè non dubia veſtigia reperiuntur: vt Eleum HIPPIAM tranſeam, qui non liberalium modo diſciplinarum per ſe ſcientiam tulit: ſed veſtem & annulum, crepidásque, quæ omnia manu ſua fecerat, in vſu habuit, atque ita ſe præparauit, ne cuius alterius ope egeret, néve vllius rei. GORGIAS quoque ſummæ ſenectutis, id quæ- Qui pluri ma ſciuerunt ſcripſeruntq; Cic. iij. de Orot. Cic. i, & iij. de Orat. & ij. de Finib.

rere audituros,de quo quisque vellet,iubebat.Quæ tandem ars digna literis PLATONI G
defuit?Quot seculis ARISTOTELES didicit, vt non solum quæ ad philosophos
atque Oratores pertinent scientiam complecteretur,sed animalium satorúmque naturas o-
mnes perquireret? Illis enim hæc inueniẽda fuerunt,nobis cognoscẽda sunt.Tot nos præce
ptoribus,tot exemplis instruxit antiquitas,vt possit videri nulla forte nascẽdi ætas felicior
quàm nostra,cui docẽdæ priores elaborauerũt.M.Cẽsorius CATO idem Orator,idẽ histo
riæ cõditor,idem iuris,idem rerũ Rusticarũ peritissimus fuit: inter tot operas militiæ,tãtas
domi contentiones,rudi seculo,literas Græcas ætate iam declinata didicit,vt esset hominibus documento,ea quoque percipi posse quæ senes concupissent.Quàm multa, immo penè
omnia tradidit VARRO? Quod instrumentum dicendi M. TVLLIO defuit?Quid
plura,cum etiam CORNELIVS CEL. Mediocri vir ingenio, non solum de iis om- H
nibus conscripserit artibus,sed amplius rei militaris,& rusticæ etiam , & medicinæ præcepta reliquerit?dignus vel ipso proposito,vt eum sciisse omnia illa credamus. At perficere tan-
Aspirandũ nobis ad Eloq. gradum. tum opus arduum est,& nemo perfecit. Ante omnia sufficit ad exhortationem studiorum, non cadere in rerum naturam,vt quicquid non est factum , ne fieri quidem possit: cũ
omnia quæ magna sunt atque admirabilia,tempus aliquod, quo primum efficerentur , habuerint.Quantum enim Poesis ab Homero & Virgilio,tantum fastigium accipit Eloquentia à Demosthene atque Cicerone. Deniq; quicquid est optimũ,ante non fuerat.Verum etiã
siquis summa desperet (quod cur faciat,cui ingenium,valetudo,facultas,præceptor non deerunt?)tamen est(vt Cicero ait) pulchrum in secundis tertiisque consistere. Neque enim si-
quis Achillis gloriam in bellicis consequi non potest,Aiacis aut Diomedis laudem aspernabitur?Neque qui Homeri, non Tyrtei? Quinimmo si hanc cogitationem homines habuissent,vt nemo se meliorem fore eo qui optimus fuisset,arbitraretur,ii ipsi qui sunt optimi,non fuissent.Neque post Lucretium ac Macrum Virgilius,neque post Crassum & Hortensium Cicero,sed nec alii postea vicerint.Verum vt transeundi spes non sit magna , tamẽ
In Orat. est dignitas subsequendi.An Pollio & Messala,qui iam Cicerone arcem tenente Eloquentiæ agere cœperunt,parum in vita dignitatis habuerunt,parum ad posteros gloriæ tradiderunt?
Alioqui pessimè de rebus humanis perductæ in summum artes mererentur,si quod optimũ
fuisset,defuisset.Adde quòd magnos modica quoque Eloquentia parit fructus,ac siquis hæc
Oratoriæ vtilitas. studia vtilitate sola metiatur,pene illi perfectæ par est. Neque erat difficile,vel veteribus,
vel nouis exemplis palàm facere,non aliunde maiores honores,opes,amicitias, laudẽ præ- K
sentem,futuram hominibus contigisse,si tamen dignum literis esset,ab opere pulcherrimo,
cuius tractatus atque ipsa possessio pleniissimam studiis gratiam refert, hãc minorem exigere
mercedem,more eorum,qui à se non virtutes,sed voluptatem quæ fit ex virtutibus, peti di-
Epilogus ad Oratoriam exhortans cum operis conclusione. cunt. Ipsam igitur orandi maiestatem , qua nihil dii immortales melius homini dederunt,& qua remota muta sunt omnia,& luce præsenti,& memoria posteritatis carent , toto
animo petamus,nitamurque semper ad optima:quod facientes aut euademus in summum,
aut certè multos infra nos videbimus. Habes Marcelle Victori,quibus præcepta dicẽdi pro
virili parte adiuuari posse per nos videbantur,quorum cognitio studiosis iuuenibus si non
magnam vtilitatem afferet,at certè,quod magis petimus,bonam voluntatem.

M. FAB. QVINTILIANI ORATORIARVM INSTITutionum diligentissimè repositarum.

FINIS.

PARISIIS
EXCVDEBAT IOANNES LODOICVS TILETANVS
MENSE FEBRVAR. M. D. XXXVI.

INDEX Rerũ Vocumque insignium, in XII M. FAB. QVINTILIANI DE Institutione Oratoria Libros.

A

B, sola in compositione, A vt in abstulit aufugit amisit 9,G

Altercandi præstãtia sola quidam mediocres nomen aduocati meruerunt 64,I

Abdicationis formæ duæ, & quid in iis spectandum 72, B.

Ablatiuo inest naturalis amphibolia, 74,B

Absoluta causa quæ 71,E

Abstemius vnde compositum. 11,C

Abusio necessaria 76,C

Abusionis vis 82,L

Abusio quid à Trãslatione differt 82,M

Plura in καταχρησις

Academici eloquentiæ vtilissimi 119,L

Accẽdẽdi iudicis gradꝰ 116, H

Accentus obseruatio & regulæ. 8,E.& seq.

Accentus nostri græcis non æquandi 123,I

Acetabula 82,L

Accius qualis 100,K

Accusationibus in dicendo vel mediocres suffecerunt, defensor nemo nisi qui eloquentiss. 54,A

Accusator quo quicque modo dixerit, referre 54,I

Accusantem defendentemq; in totum quæ iuuent 66,L

Accusatoris constituendi forma 72,D

Accusandum inuite 108,E

Accusare interdum decet 124,F

Acre, ornatus genus 79,I

ἄκυρον, Impropriũ, vitiũ 76,C

ἀκόλουθα, Consequentia 50,A

Acta vt quæq; tempore sint, ordine an debeãt eẽ priora 43,K

Actionẽ & solicitã & diligentẽ Centumuirales causæ exigunt. 38,B

Actionis quæstio quæ, & qũo tractanda 72,I

Actio eadem de re, bis ne sit, quò referendum 72,M

Actio indecora 107,G

Actionis verè formãdæ summa, Se quenq; nosse, & à natura sua cõsilium capere 117,B

Plura in Pronunciatio

Actius cur causas nõ ageret 55,E

Actus, πρᾶξις 29,C

Acumen altercationem maximè iuuat 64,L

Ad aliquid 29,B

Ad & at an vlla in scriptura differentia 11,B

Addictus quis 70,L

ἀδιαφόρα quæ sint 76,I

Adiectionis figurarum verborũ modi, & vsus 90 E,F

Ab adiunctis arguméta 49,M

Admirabile cautæ genus 37, H

Admirationis gestus 114,G

Aduersarii dicta cum sua confirmatione nunq̃ referẽda, nisi cũ eludimus 54,K

Aduersarii in actione, pugnãtia inter se inuenire, artis est 54, L,M.

Aduersarii quando vrgendi vt respondeant 58,A

Aduersario dandũ aliquid quod pro se putet: quod apprehẽdẽs, maius aliquid cogatur dimittere 65,B

Aduersario siquid nobiscũ cõuenit, & pro nobis facit, premere confessionem, & partiendo multiplicare vtile 66,K

Adulari huic & hunc 89,H

Adultera, eadẽ & venefica 52, L

Adulterii quæstio quomodo tractanda 69,K

Adulterium duorum est criminum, Ibidem.

Aduocatus, malæ causæ aliquando argumentum 117,M

AEmulatio, puerorum stimulus 5,M.

AEolicum digamma 6,L. Eius vis & sonus 113,L

AEolica lingua latinæ similima 10,F

AEqualitas in pronũciando maximè obseruanda 112,I

AEquitas finitionem maximè confirmat 73,K

AErumnæ 77,I

AEschylus primus tragicus 99,I

AEschines quî factus Orat. 24,G

AEsopi fabellæ pueris legendæ. 12,F. Eius an hæ sint 52,C

AEsopi fabularũ vtilitas, etiã in exemplis tractandis 52,C

AEtas in arg. trahitur 48,E

AEtas nostra antiquorum felicior: nempe cui docendæ elaborauerunt 125,I

Affectatione nil odiosius 10,K

Affect. in narratiõe vtẽdũ 42,D

Affectus cur quidam ab oratione excluserint 44,K.58,B

Affectus mouere per præconem Athenis prohibebatur 58,B

Affectus omnis summa, Atrocitas, & Miseratio 58,E

Affectus qũo ex personis 58,I

Affectus etiã facto moueri 58,L

Affectus quomodo & Patronus mouebit 58,I

Affectus in periculis maximè versari 59,B

Affectus cuiuscunque rei, cum dictis dicentis conueniat 59,B

Affectus etiam in aliis partib. q̃ Proœmio & epilogo tractandi & quomodo 59,G,H

Affectuum mouẽdorũ summa, vt vnà moueamur ipsi 60,H

Affectuum diuisio 59,I.& seq.

Affectuũ mouẽdorũ laus 59,K

Affectuum duæ species, πάθος & ἦθος, & quo inter se distent 59, M.60,A.& seq.

Affectus duplices, veri & ficti. 113,D

Afranius qualis 110,L

Africani dicendi vis 123,D

Agendum iterũ quomodo apud eundem 109,B

Agendi initium quando 121,A

A quali causa Ibidem, C

Agendũ neq; pro solis potẽtibus neq; solis humilibus 121,G

Agẽdúmne semper gratis 121,I

Ager vnde dicatur 10,I

Aggredienda non esse, quæ efficere nequeamus 65,E

Aggredi plura simul, quando singula, conueniat 54,D

Aglaophon pictor 122,L

Agnominatiõis figuræ verborũ vsus 21,I

Agnõ rhetoricẽ accusauit 23, H

Ai quam a e veteres variè efferebant in casib. 11,E

αἴνιγμα, obſcurior allegoria, & eius vſus 83,F
αἶνον, quid 52,D.
κατ' αἴσθησιν ſtatus 29,G
αἰσωπποίηθον quid 52,G
αἰλολογία figura 92,H
αἴλιον Ratio 35,E
αἴλιον, αἰτία 35,E
Albanus & Albenſis ab Alba. 10,A
Alcæus aureo plectro donatus. 99,H
Alcidamas Eleates Rhet. 26,B
Alexandri donum ſ circulatorē quendam 24,K
ἀλληγορίας tropi vſus 83,G
Allegoriam facit continua metaphora 87,F
ἐν τῇ πρὸς ἄλλα, quomodo tractanda 50,B
ἀλλοιώσεως figuræ vſus 92,G
Altercatio qūo tractanda 64,G
Altercatio intentione & repulſione conſtat 64,G
Altercatio in ſola inuentione poſita 64,G
Altercationis vtilitas 64,H
Altercatio ingenium acre velox mobiléq; exigit 64,I
Altercādi præſtantia ſola quidā aduocati nomen meruere 64,I
Altercator iracūdiæ vitio careat in primis Ibidem,K
Altercationē maximè iuuat acumen Ibidem,L
Altercator ne ſit turbidus & clamoſus tantùm 65,A
Amarum, ornatus genus 79,I
Amantes de forma cur iudicare non poſſunt 59,L
Amat fieri, pro ſolet 90,B
Ambulantium geſtus 115,F
Ambitioſi oratores 121,L
Amicitiæ ex pueritia firmiſſimæ 5,K
Amictus mutatio inter orandū. 115,M
ἀμφιβολία ſtatus 29,K
Coniectura explicatur 31,B
Quomodo tractandus 73,L
Amphiboliæ ſpecies innumeræ. 73,L
Amphiboliæ ſolutiones 74,B
Amphibolia vitioſa fit mala collocatione verborum 93,M
Amphibrachys media lōga inter breues 95,G
ἀμφίδοξον cauſæ genus 37,H
Amphimacrus, media breuis ſ ter longas 95,G
Amplificatio in nomine 79,K
Amplificationem quatuor conſtare generibus 79,K
Amplificatio per incremētū. ibi.
Amplificatio per incremētū. Ib. per cōparationē, 80, B. Per Ratiocinationem ibid. D. Ab inſtrumento, & Relatione ad ali quid Ibid. F,G. Per congeriem Ibidem,I
ἀνακεφαλαίωσις 57,L
Anacephalæoſi etiam alibi, & aliquando non vtendum 58,B
ἀναλογία, Proportio latine 9,I
Analogia iudiciū acre exigit 9,I
Analogiæ vis quænam 9,I
Analogia fit comparatione & diminutione 9,K
Analogiæ rationem non per oīa duci poſſe 9,M
Analogia nō cum homines fingerentur, ſed poſtq̄ loquebantur inuenta 10,A
Analogiam nulla res alia fecit q̄ Conſuetudo 10,B
Analogia nō tam ratione q̄ exēplo nititur 10,B
Analogia non lex loquendi, ſed obſeruatio 10,B
Analogia ſimilitudini ſubiicitur, & quomodo per exemplū tractetur 52,I
ἀνάστυβὴ καὶ κατάστυβὴ 17,C
Anapæſtus duabus breuibus & longa 95,G
ἀναστροφὴ Reuerſio, tropus, eiuſque vis & vſus 83,L
Anaximenes Rhet. 27,E
Andronicus Hypocrites 111,G
Anceps cauſæ genus 37,H
Animorum penè nō pauciores q̄ corporum formæ 19,B
Animalia irrationalia vnde dicta 23,B
Animi laus qūo tractetur 32,A
Animorum vitia quomodo tractentur 32,C,D
Anno quoto diſcere incipiendum puero 4,E
Annulis quot oratorum manus ornanda 115,L
ἀνταναπλήσεως fig. verb. vſus. 91,I.
ἀνοικονόμητον vitium 78,K
ἀνταπόδοσις, Redditio, & eius ornatus vſus 79,E
Antedicta factaq; in arg. trahuntur 48,G
ἀντίκλημα quid 71,F
ἀνθυποφορᾶς figuræ vſus 92,E
ἀντικατηγορία 35,B
Anticategoria vnde dicitur 68,H
Anticategoria, duæ lites 68,I
Anticategoria an in iudiciū veniat 68,I
Antecategoriā maximè comparatione conſtare 68,K
Anticato 9,B
Antigerio, exoletum 10,K. 77,I
ἀντίθεσις latino nomine caret, & quid ſit 71,E,F
Antigonus Apellis 21,A
ἀντίθετον 89,D. Eius vſus 92,C
ἀντίληψις nomine latino caret, & quid ſit 71,E
Antimachi phraſis qualis 99,E
ἀντιμεταβολῆς figuræ vſus 92,E
ἀντινομία 29,K
Antinomiæ duos ſtat' eſſe 73,D
Antiphilus pictor 122,M
Antiphon primus omnium orationem ſcripſit 26,B
Antiquitatis nimia affectatio ſ primis cauenda 18,G
Antiquos bonos ferè eſſe, legendōs q; cum iudicio 98,F
ἀντίστασις, Cōparatiuū gen' 71,G
Antocides Orator 123,F
Antonius Gnifo refellitur 10,D
Antoni' artis diſſimulator 23,E
Antonii vox fuſca 116,K
Antoniaſter 77,H
ἀντωνομασία quæ ſit, & eius virtus 82,I
Apelles 122,M
Apellis Antigonus deſcribitur. 31,A.
Aper, κάπρος græce 10,A
Apicis vſus in ſyllabis notandis. 11,A
ἀπόδειξις quid 47,L
ἀποδείξις χειρικαὶ 47,L
Apodixis quid ab Epicheremate differat 47,L
Apologatio non latinum 52,D
Apolonius Molon 26,D
Apollodorus Pergamenus Cæſ. Auguſti præceptor 26,D
Appellatio quid 7,E

Ἄστρος ſtatus 29,F
Ἀστοφασις figuræ vſus 87,F
Ἀποσιώπησις, orat.ornatus 79,H
Ἀποσιωπήσεως, figuræ vſus 87,I
Apoſiopepeſis quid à ſynecdoche diſtet 91,F
ἀποστροφὴ male quidam à Proœmio in totũ ſummouẽt 38,d
Apoſtrophe in Narratione an fieri,& quando debeat 42,a.
Apoſtrophæ figuræ vſus 87,B
Appoſita ſeu comparatiua qũo in argumentis tractanda 50,E
Appoſitum tropus quis 83,B
Apte dicere quid 106,K
Apud quem dicas referre 17, M
ἀφέλεια, purus orationis ornatus 79,I
ἀφόδου figuræ vſus 92,E
Aquam perdere 113,a.
Arati materia qualis 99,E
Archilocus quantus 99,G
Archimedes Geometriæ arte bellum in longius traxit 14,B
Architectonice 25,E
Areus Rhet.26,D
Argumentum quid 16,H
Argumẽto quomodo narrationem confirmemus 40,G
Argumẽtabimur in Narrat.nũq̃ argumẽtũ ponemus aliquando 42,C
Argumẽta vbi inueniãtur 47, B
Argumenti nomine quæ complectamur 47,H
Argumenta qũo tractanda Ib.I.
Argumẽtũ plura ſignificat 47,L
Argumentoſum opus 47,M
Argumenti definitio 48, a.
Argumenta rectè tractaturo, nota ſit, Vis rerum omnium & Natura &c.48,B
Argumentorum loci qui, & qũo tractandi 48,D.& ſeq
Argumenta tã ex perſonis q̃ rebus, à quibus trahantur Ib. E. & ſeq.
Argum.omne vt non vndiq; venit,ita non paſſim quærendũ. 48,D
Argumẽtorũ locos cauſæ aptos qũo inueniamus 50,K.51, E,F
Argumentorum inuentio difficilior & prior,q̃ ipſa probatio. 51,A
Argumentorũ vſus 53,B.& ſeq.
Argumentũ confeſſum ſit 53,B
Argumentorũ firmiſſimis,ſingulis inſtandum: infirmiora congreganda 53,C
Argumenta quædã ponere ſatis nõ eſt,ſed adiuuãda ſunt 53,D
Argumẽto odii ſi nitemur, multum refert,quomodo 53,D
Argumẽtis omnibus quæ inuenerimus ,ſemper onerandus Iudex 53,D
Argumẽtari in rebus apertis nõ minus ſtultum q̃ inferri lucem ſoli 53,E
Argumentum potentiſſimũ ex eo qui agit, ſi vir ſit optimus, vel videatur ſaltem 53,E
Argumẽta firmiſſima,quæ credibilem habent rationem ſubiectam 53,F
Argumenta potentiſſima quonã loco collocanda 53,G
Argumenta quo ſermone tractanda 57,F
Argumentum ex aduerſario dicere,iucundiſſimum 58,A
Argumentorum numeri & pedes 97,C
Argumentatio pronunciatio. 116,G
Aridus præceptor pueris in primis vitandus 16,L
Aridos taxat 75,F
Ariſton Critolai diſc.22,A
Ariſtoteles artẽ rhetoricã quãdo quôq; motꝰ docere cœpit 26,d
Ariſtoteles quãtus 100,D
Ariſtophanes Comicus 99,I
Arrogantes actores 107,F
Ars ſumma,ne ars videatur, 14, C,18,B.38,B.42,I
Artis definitio quæ 24,D
Artiũ generalis diuiſio 24,F
Ars non oſtentanda potiſſ. in Narratione 42,I
Artis eſſe caput,Decere quod facias 117,A
Arte multa Oratori opus 118,h
Ars quatenus diſſimulãda 122,e
Artis dicẽdi neceſſaria cognitio. 20,B. Eius modus Ib.K. Quibus conſtet 21,B,C.
Ars Rhetorice quid 21,E. Plura quære,in Rhet.
Artifex quis 21,F
Articulis nos caremus 7,F
Artificialis probatio quomodo tractanda 47,C.& ſeq.
Aruſpex vnde compoſitũ 11,C.
As terminari græca nomina maſculina recto caſu non patiebãtur veteres 9,D
Aſinius Pollio quantus 101, D
Aſiani Oratores 75,F
Aſianum dicendi genus, & eius origo 123,E
Aſpectus geſtus 113,H
Aſperitas orationis quomodo mollienda 109,E
Aſſentio & aſſentior 8,B. 89,K.
Aſſiduus pueri qualis ſit 4,E
Aſſumptio epich.quæ 56,D
Aſſũptio qũo expugnetur 56,I
Aſſumptiua cauſa quæ 71,F
ἀζιώσεται quomodo in compoſitione tractanda 93,I
ἀσωσέτου figuræ verb.vſus 91,C
ἀστεϊσμὸς tropus 83,H
Aſtringere ſe ad certa verba, ſeruitus eſt 70,G
ἀσχημάλισον, vitium 78,K
ἀσχημάτιστος oratio 84,I
Atabulus ventus 76,F
ἀτεχνία 24,K
Atheneus Hermagoræ æmulus. 26,D
Atrocitas ex quib.creſcat 58,E
Attentũ auditorẽ faciẽtia 39, E
Atticus Rhet.Apollodori diſcipulus.26,E
Atticum dicendi genus 123,E
Atticè dicere, optimè dicere. 123,H
Attici Romanorum 123,M
Audacter non audaciter 10,B
Auditoris præparãdi modi 36,g
Auditorum tria genera 27,D
Auerſionis figuræ vſus 87,B
Plura in Apoſtrophe.
Auguſtale quid 76,D
Auguſti ioci,ſeu dicteria 62,K M. 63,E,bis I.
Auguſtus XII anno auiã pro roſtris laudauit 121, A
Authoritas vnde petenda 9,I
Authoritatẽ bene ſequemur, ſi nõ quid dixerint authores,ſed quid perſuaſerĩt viderimꝰ 10,K
Authoritas in ſuaſoria & conſiliis præcipua 32,L
Authoritatem nobis quomodo emereri debeamus 42,I

Authoritas exemplo probatur. 52,K
Author quomodo per coniectu ram quæritur 68,D & seq.
Authoritati non in omibus sem per fidendum nimis 98,F
Autumo 77,I
αὐτὸς ἔφα, Ipse dixit 107,F
ἀξία status 30, A

B

In locum aliorum dedi-
B mus 7,c.
B literæ asperitas 123,I
Bacchius breui duabûsq; longis. 95,G
Balare 9,H
Barbarismus quid, & quot fiat modis 7,M.& seq.
Bassus Aufidius hist,101,A
Beatitas & Beatitudo 77,L
Belena 7,c.
Beneuolentia quot modis, quibûsq; à rebus concilietur 36,G & seq.
Bibaculus 100,K
Bibere & esse inter agendũ, absit ab Oratore 115,H
Biclinium 9,G
Bipennis quid & vnde 7,A
Byrrhus 7,c.
Bis de eadem re ne sit actio,quò referendum 72,M
Boni consulere quid 10,G
βράγχος 113,G
βραχυλογία figura quæ 69, G
Eius vsus 91,c.
Brachiorum gestus 114, A
Breuitas Sallustiana 40,c.
Breuitatis vitiũ in quibusdã 76,I
Bruges 7,c.
Bruti oratio pro Milone 98,F
Brutus Philosophus 101,H
Et Orator 123,D
Bruti grauitas dicendi 123,c
Busyris Polycratis 23,D.

C

Litera ad oẽs vocales vim
C suam perfert 11,c.
C.Caius notat,ↄ inuersa
Caia. 11,H
C,& G in t & d molliri 14,D
Caius c scribitur,g tamen sonat. 11,H
Cæcilius qualis 100,L
Cædi discipulos non debere 6,F
Cælatura quæ 25,E
Cælibis etymon 10,H
Cælii ingenium quale 101,E
Cælius Cic.discipulus 125,c.
Cælii indoles dicendo 123,c.
Calui sanctitas dicendi 123,D
C.Cæsaris Analogiarũ libri 11,I
C.Cæs.dictum de lectione, Si cã tas &c.11,L
C.Cæsaris iocus in Pomponiũ. 63,D. In testem Ib.K.
C.Cæsar quãtus 101,D.133,C
Cæsaris vis dicendi 123,c.
C.Carbonis exercitatio 109,c
C.Cassii iocus 63,I
C.Graccho quanta vocis fuit cu ra & diligentia 13,G
C.Gracchus actione præstitit. 111,H
C.Iulii iocus 62,B
C. Valgius latinus Apollodori discipulus 26,E
Cysius Bassus qualis 100,K
Calamis statuarius 123,B
Caldum & calidum 10,B
Callidii oratio pro domo Ciceronis 98,E
Callidii subtilitas dicendi 123,c
Calliditatis suspitio potiss. in Narrat.vitanda 42,I
Callimachus Elegiæ princeps. 99,G
Calon statuarius 123,A
Caluus qualis 101,E
Calumniari in se quosdam dum scribunt 75,L
Calypsonem non dici 9,E
Canali pleniore fluere 116,I
Cantandi vitium in agendo vitium vel maximum 113,c.
Canopitæ 8,B
Canthus 8,A
Caput κεφάλαιον 36,A
Capitis gestus 113,H
Capsis cape si vis 9,F.
Cariæ Rhetores,cãtores 113,c.
Carmine ludere,in parte styli esse 104,I
Carneadis cõtra iniustitiam sermo 118,I
Canar 8,A
Casselionis dictũ festiuũ 63, H
Cassius Seuerus qualis 101,E
Cassii acerbitas dicendi, 123, D
Casus sexti septimiq; vis 7,I
Casus argumenti locus 49,B
Catius Epicureus 101,H
Cato eloquens 107,I
Catone sapientes 121,G
Catones Oratores 123,c.
Cato Censorius q̃ multa scripserit 115,I
Catuli dictum in Philippũ 63,g
Catulus 120,K
Causarum tria genera esse 27, c.
Causarum tria genera qua quæstione contineantur 27,H
Causarum genera quinq; 37,H
Causæ definitio 28,c
Causa 29,C
Causæ simplices & duplices 31,c 35,D
Causa facti non in omnes controuersias cadit 35,G
Causa siqua anteactæ vitæ flagitiis laboret 39,H
Causæ factorũ futurorũq; in arg. trahuntur quadrupliciter 48,I
A causis argumentum quomodo ducatur 50,C
Causas argumentando non ab vltimo repetendas esse 50,D
Causæ summã vbiq; intuendam 55,I
Causæ priuatæ vtrunque perora tionis genus habent 59,B
Causam totam excutere,vt inue niamus quid ĩ ea pro nobis sit optimũ,vtilissimũ esse 66,L
Causas omnes in omnibus personis non valere 69,E
Causarũ aduersitas quãta 201,H
Causarum propria quædam mo deratio 108,E
Causidici qui 118,D
Causis in suscipiendis quæ oratori prouidenda 124,D
Causas qui prima ærate egerunt 121,A
Causa iniqua dimittenda 121,I
Causæ discendæ ratio 121,L
Causis agendis quæ oratori obseruanda 122,C
Centumuirales causæ qualem exigant orationem 48,B
Centumuirales causæ in duas ha stas diuisæ 45,B
Ceratinæ quæstiones 12,K
Pro Certis quæ habenda 48,A
Ceres pro frumento 82,H
Ceris optimè scribi 103,L
Ceruicem Hortensius primus dixit 78,A.

Chironomia q̃ à veteribus com probata 14,G
Choreus, seu Trocheus lõga breuique 95,G
Chriarum genera plura 12,G
Chrysippi iocus in Cæsarẽ 62,K
Cicero in filio rectè loquẽdi scribendiq; exactor 11,I
A Cicerone pueri lectionem auspiccntur,& cur 18,F
Ciceronis eloquentia quid potuit 22,L
Cicero Catulum & Lucullum suos damnauit 30,E
Ciceronis partitio pro Cluentio an improbanda 44,C
Cicero nimius risus affectator habitus 61,B
Ciceronis Ioci in Fabritium 62, C. In Brutum Ib. D. In Isauricum. In Coci filiũ Ib. F. In Pletorium. In mortem Clodii Ib. G. In Sex. Clodium testem Ib. I. In Memmiũ 63, A. In mortem Vatinii Ib. B, H. In M. Cælium Ib. B. In Vibium Curiũ, Fabiam Dolabellam 63, C. De Popilia Ib. D. In Curionẽ Ib. bis. In Sex. Annalem 63, H. In querentem ꝙ vxor sua se suspẽ disset à ficu 63, I. Contra Suriũ Ib. In Accium Ib. L. In Sphyngem Hortensii 63, M. Ad Cereliam 64, E.
Cicero circa compositionẽ maximè elaborauit 93,A
Ciceronis laudes 101,C
Cicero philosophus quantus. 191,H
Cicero cum in Rep. princeps Thesi se exercebat 104,G
Cicero rerum à se gestarum maior q̃ eloquẽtiæ iactator. 107,B
Cicero an Orator 117,M
Cic vitæ ĩtegritas 117,M. & seq.
Cicero an fortis 118,A
Cic. an perfectus Orator 118,B
Ciceronis cõpositio Bruto, Caluo, Asiniisq; displicuit 118, C
Ciceroni summa defuit eloquentia 118,C
Cic. q̃ diligens Academiæ auditor 119,K
Cic. Moloni se reformandũ recoquendumq; dedit 124,D
Ciceronis discipuli qui 125,C
Circuncisa expositio 40,C
Circunlocutio seu Circuitus tropus quis 8,I
Circunstãtiæ quomodo locum argumentis dent 50,L
Cyri memoria 111,D
Ciuilis scientia eadem sapientia. 22,G
Claritas generis 82,B
Classis etymon 10,G
Classiũ distributio ĩ scholis 5,L
Clausula, sentẽtiæ genus 81,C
Clausulæ claudæ pẽdẽtesq; 95,C
Clausula e lõgis firmissima 95,L
Clausulæ apti pedes 56,B
Cleon inter orandum femur primus percussit 115,C
Clitarchi ingeniũ & fides 100, a
Clytemnæstra Polycratis 23, D
Cn. C. notatur, gn sonat 11,H
Cn. Lentulus quantum actione valuit 111,G
Coccus Orator 123,F
Cogitata qui ad verbum recitauerunt 105,C
Collectio συλλογισμὸς 82,E
Columa veteres scripsere exempta n 11,H
Comarum obseruatio in orãdo. 116, a.
Commentarii Ciceronis 106,E
Commentum εἰρώνικον 89,G
Cõmotio in arg. trahitur 48,G
Communes loci, quære loci.
Communicationis figuræ vsus. 86,G
Commune exordii vitiũ 38,G
Communia qũo refutãda 54,L
A Communibus ad Propria veniendum 66,K
Comediæ quis vsus ĩ puerorum lectione 11,M
Comedo quatenus operam Orator dabit 14,C
Comedi officium 14,C
Comœdorum artificiosa pronũciatio 20,A
Comœdia antiqua quid Orat. conferat 99,I
Comœdia solis atticis concessa. 100,
Comparatiuũ causæ genus 35,B
Comparatiua quæ dicantur, & quomodo argumentis locum faciant 50,E
Comparatio non vna via ducitur 68,K
Comparatio malorum quomodo tractanda 71,G
Comparatio per amplificationẽ alia q̃ quæ in argumẽtis 80,C
Comparationem figuram non esse 89,D
Cõplexio Epicher. quæ 56,D
Compositæ voces ex quot & quibus coalescant 9,E
Componi ex tribus corporibus nulla dictio latina potest 9,F
Composita ex integris, an dicẽda Composita 9,G
Compositio Ciceronis repræhẽsa 93, a.
Composita minũsne sit naturalis, q̃ incomposita oratio 93, B
Composita oratio magis virilis. 93,B
Cõpositionẽ oẽm excludẽtes Ib.
Compositione tanq̃ neruis intẽdi orationem 93,D
Compositio non delectat solũ, sed etiam afficit 93,D
Compositionem veteribus non defuisse 93,F
Compositio orationis vinctæ & solutæ diuersa 93,H
Compositio quorundam lasciua & vitiosa 93,L
Compositioni tria necessaria Ordo, Iunctura, Numerus 93,L
Compositionis iunctura 94, a.
Compositionis quæ quib⁹ anteponas, multum referre 94,E
Compositio nec ἄῤῥυθμος esse nec δύῤῥυθμος debet 94,K
Compositio in oratione, quod versificatio in poemate 96,H
Compositionis summa, Sic ferè componendum, vt pronunciandum 97,D
Compositio dura & aspera potior q̃ effœminata 97,F
Compositioni magis indulsisse Latinos q̃ Atticos 97,G
Coit, pro conit 9,G
Coire non conire 10,B
Collocatio apta quî fit 94,K
Colles & valles plus soli q̃ cæli habere 14,a.
Colli exoletum pro colla 10,K.
Color vnde dictus 41,H
Color extra themata ne quæratur 41,I

Colorem quæ non recipiãt 41,L
Coloribus vti non eſt ſatis in ali qua parte,niſi per totam actionem conſentiant 41,K
Colotes Teius 21,A
Conãdi meliora ratio 102,b,c
Conceſſionis figuræ vſus 87,H
Concionalis generis nũeri 97,a
Concitare inuidiam,odium,irã, liberius in epilogo licet 58,D
Cõcluſio ſiue Peroratio qũo tractanda 57,L. lib.VI.cap.I.
Conditio animi in arg.trahitur. 48,F
Confeſſione nihil peius 54,B
Confeſſio qũo tractanda 41, a,d
Confeſſionis figuræ vſus 86, E. 87,H
Conferre pedem 83, c
Confirmatio deſtructió que qũo exercenda pueris 17,B
Confirmatio ordine Narationẽ ſequitur 42,M
Cõfirmatiovnde colligitur 47,b
Congregatio verborum 91,A
Congregatio criminũ accuſantẽ ſeparatio defedẽté adiuuat 6,L.
Coniecturalibus cauſis quomodo exercendus puer 17,E
Coniectura vnde dicta 29,D
Coniectus quid 29,D
Coniectores vnde dicti 29,D
Coniecturalium cauſarum à facto expoſitio qualis 41,E
Coniectura quo tractanda 68,A
Coniectura confirmatur,ex maiore,minore,pari 50,E
Coniectura omnis aut de re aut de animo eſt 68,A
Coniecturæ vtriuſq; tria tempora 68,A
Coniectura rei quid exigat 68,A
Cõiectura animo quomodo tractanda 68,c.
Coniectura de facto & authore qũo quæritur 68,D.& ſeq.
Coniectura de facto & authore quem ordinem exigat 68,G
tum de reo tantùm aut facto tantùm Ibid.H
Coniecturales loci An voluerit 69,A. An potuerit Ibid.G,H
An fecerit,& quomodo tractandi varie Ib.I.
Coniecturaliũ ordo quis 69,M
Coniecturalis ſtatus quot nominibus vocetur 84,G
Coniſcare 77,H
Coniugata quæ vocentur,& qũo argumenta faciant 50,D
Connexio ſiue complexio quomodo expugnetur 56,I,K
Conſenſionis figuræ vſus 87, H
Conſequentium arg.loci 49,M
Conſequens ἐπακολούθησις an figura 89,E
Conſilia ſecundum mores non dari 32,M
Conſilia in arg.trahuntur 48,G
Conſilium quid 65,E
Conſilium quid à iudicio diſtet. 65,E
Conſilium in actionibus primũ occupat locum 65,E
Conſilio in omni vita actioneque nihil prius 65,H
Conſilia in coniecturis quomodo tractanda 69,F
Conſonantium commiſſura in poſitione 94,c.
Conſtitutio in quibus eſt 71,E
Conſuetudo certiſſima loquendi magiſtra 9,I
Conſuetudo quid vocetur 10,L
Conſuetudo ſermonis, cõſenſus eruditorum 10,M
Conſulis etymon 10,G
Cõſulere pro iudicare: Vnde Boni conſulere 10,G
Conſummatio, διαλλαγὴ figura. 89,E
Conténẽda qũo quædã 54,H
Contentionis figuræ verborum vſus & modi 92,c.
Continens quid 35,G,K
Contra præcepta exordii vitiũ, 38,G
Contradictione interim totum crimen,interim per partes diſſoluitur 54,K
Contradictiones præoccupantes ſtulte,taxat 55,F
Contradictionibus vt veris quãdo vti licet 55,G
Contrapoſiti figuræ verborum modi & vſus 92,c.
Contrariorũ arg.loci 49,M
Contrarium exemplum quomodo tractandum 51,K,52,A
Contrariorũ modi 52,H
Contrarium quid efficere, artis eſſe 54,F
Contrariorum figuræ verborum modi & vſus 91,L
Controuerſia quomodo inueniẽda 66,A
Controuerſiæ figuratæ vſus 88,c
Contumeliam facere Cic.reprehendit 89,M
Conuerti quædã turpiter 41,H.
Conuicium nos,inuidia aduerſarios inuiſos facit 60,D
Conuiciis Oratori abſtinendũ. 122,F
Copia q̃ inopia melior 16,I
Copiæ arg.locum dant 49,c.
Copia verborum quomodo paranda 97,I. lib.X.cap.I.
Corax & Tiſias artis Rhet. ſcriptores antiquiſſ.26,B
Corneliæ Gracchorũ eloquẽt.4,c
Cornelius Celſus Philoſo. 101,H
Cornelius Seuerus qualis 100,F
Cornicũ oculos configere 77,H
Cornicum oculos eruentem cur damnarunt Areopagitæ 47,G
Cornificii Rhet.26,F
Corporis motus εὐρυθμία 13,L
Corrupta oratio quæ 78,I
L.Cottæ actio ruſtica 111,H
Cotidie an Quotidie 11,B
Craſſi diuitis memoria 111,D
Craſſi index 114,E
Craſſus Orator 123,c.
Credibilia vt ſint quæ dicimus, curandum 59,M
Credibilium genera tria 48,B
Credibilium fontes 48,c.
Creditæ pecuniæ quæſtio quomodo agenda 69,K
Cretic⁹ initiis finiq; aptus 96,D
Creticus breuis media inter longas 95,G
Crimine non ſolum carendum, ſed & ſuſpitione 16,B
Crimen cum totum exponitur, dum pluribus propoſitionibus iunctis,dum per partes diſſoluitur,quid obſer. 54,K
Criminũ congregatio accuſantẽ adiuuat,ſeparatio defendẽtem. 66,L
Crocodilinæ quæſtiones 12,K
Crudelitas qũo refutanda 54,G.
Cui nos,quod veteres quoi dicebant 11,H
Culpã deprehẽſam tueri pertinaciter,altera culpa eſt 65,A

Cõtradictionibus occurrere nolentium,quorundam nimis id facientium vitium 54,B
Cultus affectandi modus 75,G
Cultus oratoris qualis 115,I
Cum,qum,quum,an vlla differẽtia 11,B
Cupido,cur volucer 17,E
Cura nimia orationem fieri deteriorem 75,H
Cura odiosa 77,L
Curiose loqui potius quosdã, q̃ latinè 76,A
χαιῶδες 12,G

D

Et t cognatio 7,C
D D,multa nomina vetera finiri 11,D
D literæ asperitas 123,K
Dactylus longa duabusq; breuibus 95,G
Debitoris corpus inter creditores diuidi licuit 30,M
Deceat quid,quidq; expediat,vbique spectandum 20,M.106,K
Decipiendi ratio per iocũ 63,B
Declamandi ratio & vtilitas 19 H.53,H.104,I
Declamatio q̃ proxima sit veritati 19,I.20,A
Declamatio vt nouissimè inuenta,ita vtilissima 19,I
Declamatoria exercitatio ĩ quid inuenta 19,L
Declamatio iudiciorum cõsiliorúmque imago 20,A
Declamationibus fictis ætatem consumentes quibus comparãdi 24,L
Declamatorib. potiss.considerãdum est, quid cuique personæ conueniat 34,B
Declamãtiũ suasorias error 34,B
Declamantium error in exordii ratione 36,F
Declamatio forensium actionũ meditatio 39,I
Declamantes eneruate & molliter taxat 53,H
Declamatores quõ cõtradictionibus vti debeant 55,D
Declamantes quõ affectib.vtantur 108,D,E
Declinari externa quõ cõueniat 9,C,D,E
Decoris affectandi modus 75,G
Decorũ aliud alios decere 116,M
Dedocendi grauius quàm docẽdi onus 16,D
Defensio rei breuis nonnunquã narrationi inserenda 42,C
Defensoris partes in interrogando 46,E
Defendere difficilius quàm accusare 53 L,121 E
Defensio coniuncta quõ tractanda 66,E
Definiendũ oratori non esse,philosophorum dialecticorúmque more 70,F
Deformibus dãdus color 33,L
Δείνωσις quæ quantaque 60,G
Δείνωσις,in aggerenda indignitate 79,I
Deliberatiuæ materiam nõ esse solam vtilitatem 32,G
Delicati oratores 121,L
Demades quî fact⁹ orator 23,G.
Dementia actio qualis 72,C
Demetrii phalerei phrasis 100 C
Demetrius statuarius 123,C
Demetrius hypocrites 117,A
Demonstratiui generis vtilitas. 17,C
Demonstratiuum, ἐπιδεικτικὸν & quid ab eo distet 27,G
Demóstratiuum à negociali Aristoteles remouet 31,H
Demonstratiuum apud Ro.maxime in vsu fuit Ib.I
Demonstratiui non solã esse materiam,honestatem 32,G
Demóstratiui gñis ornat⁹ 77,C.
Demóstratiui gñis numeri 97,A
Demosthenes ẹ laborauit 14,D.
Demostheni nó displicuisse iocos,sed non cõtigisse 61,A
Demost.vrban⁹,nõ dicax 61,H.
Demosthenis eloquẽtia, cur laudabilis 85,H
Demosthenes Ciceroni dormitare videtur 98,G
Demost.qualis & quãtus 100,B.
Demost.secretũ studiũ 103,H
Demosthenes quõ assuescebat cõcionũ fremitus non expauescere 103,K
Demosthenes quantum actione valuit,eiq; tribuit 111,G
Demost.spiritum q̃ longissimũ sibi quõ acquisiuit 113,A
Demosth. quõ humerorum vitium emendarit 115,F
Demost an orator 117,M
Demosthenis pueri actiones pupillares 121,A
Deos quõ laudemus 31,L
Depositi quæstio quõ tractanda. 69,I
Deprecatio vbi locũ habeat 54, A.71,I.& quõ tractãda 71,I
Desperandum non esse 125,E
Destructio κατασκευὴ quõ exercẽda eiusq; vtilitas 17,B.104,G
Detractionis verborũ figuræ modi & vsus 91,E.& seq.
Detrahẽdi ratio cũ gratia 107,L
Διαίρεσις 8,C
Διαλέκτοι 8,G
Dialectice ars 24,E
Dialectice oratio concisa 24,M
Dialectica cauillatrix 70,F
Dialectica oratori necess.119,E
Dialecticæ vtilitas 119,G
Dialogorũ disputatio q̃lis 56,L
Διαλλαγὴ figura 89,E.91,B
Διάνοια, mens, sensus, sententia. 84,L
Διαπολῆς ratio 112,F
Dicacitas quid,& vnde 61,H
Dicacitas duplex,dicendo & respondendo 62,E
Dicem & facem Cat.sunt 11,G
Dictum quid 61,E
Dicendi primordia quæ 12,F
Dicendi ars quibus rebus potiss. constet 21,B,C
Dicendi facultate sola ab animalibus discernimur 23,A
Dicẽdi initium natura dedit:initiũ artis,obseruatio 26,H
Dicendi ratio quibus contineatur 27,I
Dicere in se,scurrarum esse 63,G
Dicere vtra pars prior debeat 67 H. Dicere quid 83,H
Dicendi opiniones variæ 99,A.
Dicere quenq;,vt viuat 107,G
Dictum in vno liberum, idẽ in alio furiosum 107,I
Dicendi virtutes quasdã nõ semper decere 108,B
Decere quod facias,caput esse artis 117,A
Dicẽdum ne eodem modo,quo scribendum 124,C,D
Dicẽdi genus triplex, subtile medium,Grande 124,D

Dicendi genera 123,E
Dichoreus clauſulis aptus 95,M
Dichoreo Aſiani vſi 96,C
Dictantes reprobat 103,F
Dictu & factu ſimiliaq; 7,L
Didymo nemo plura ſcripſit,ſed fabuloſa 12,D
Diductum carmen 76,E
Διεξόδου figuræ vſus 92,E
Differētia quō argumētab. 49,G
Differēs nō tam ad argumētū q̄ diffinitionis diligentem comprehenſionem 49,G
Digamma AEolicum 6,L
Digitorum geſtus 114,D
Digiti medii geſtus Ib.
Δικαιολογικὸς ſtatus 29,E
Diligentia nimia deteriorem fieri orationem 75,H
Diminutio genus detegit 9,K
Diogenes Babylonius 4,D
Dion Rhet. 26,M
Δύναμις vis, poteſtas, facultas. 21,H
Δυνατὸν poſſibile 33,D
Dionyſii halicarnaſ. Rhet. 26,D
Dirus Annibal 76,E
Ditis etymon 10,H
Diſcere quoto anno pueri incipiant 4,E
Diſcendum quod cuique eſt,ſero ne diſcat 4,H
Diſcenda omnia an vno tēpore 14,I.cap.XII
Diſcipulorū erga præceptores officiū 19,G.lib.II,cap.IX.
Diſcipuli præceptores parētū loco ament & habeant 19,G
Diſcobolos Myronis 21,A
Diſcurſare agēdo ineptiſſ. 115,D
Diſerti multi, eloquens nemo. 75,E
Diſertus etiā ſumme,ſi malꝰ,orator non erit 118,D
Digreſſionis figuræ vſus 87,K
Diſiunctionis figuræ verb. vſus. 91,A
Ανσπαρακολούθητον cauſæ genus 37,H
Diſpoſitio quid 26,M.65,K
Diſpoſitio quō facienda 65, M. lib.VII,cap.II
Diſpoſitionis laus 65,K
Diſpoſitionē nō eſſe ſemper eandem, ſed pro tempore & re accōmodandam 65,M
Diſputationū non eadem & fori conditio 98,K,L
Diſſimilium arg.loci 59,L
Diſſimile exemplum quō tractādum 51,K.52,A
Diſſimulationis.i.ironiæ figuræ vſus 87,E
Diſſimulationis figuræ vſꝰ 86,D
Diſſimulata actio q̄ ſurrepit iudicibus 38,C
Diſſolutiōis figuræ ver.vſꝰ 91, C
Diſſipatorū figuræ ver.vſꝰ 90,C
Diſtinctiōis figuræ ver.vſꝰ 91,H
Diſtinctionū ratio qualis 112,F
Diuina teſtimonia quæ 53,A
Diuinationis actio 72,D
Diuinatio cauſæ genus 35,B
Diuidendis ſyllabis quæ obſeruanda 11,C
Diuiſio Materiæ quō pueris tradenda 18,I
Diuiſiōe quō argumētādū 49,H
Diuiſio à partitione differt Ib.
Diuiſio quid 65,M
Docēdus ne ſit quiſq; ſecūdū ſui ingenii naturā 19,B.lib.2.cap. VIII.
Docilē quæ faciāt auditorē 37,E
Docere ſolū oratoris officiū dicere quidam 44,K
Δογματικοὶ & ἐλεγτικοὶ ſermones Platonis 22,D
Dolabellam theſi Cic. exercuit. 125,C
Domi an in ſcholis puer vtilius erudiatur 5,C
Domitii Afri de vrbanè dictis libri 62,D.Eius loci in Sulpitiū longū 61,M. In Manliū Surā 62,H.In Didiū Gallū 63,A,B, H. In Claudii libertū 63,F,K. In litigatorē.In Candidatū Ib.
Domitius Afer qualis 101,F
Domit. Afri dicendi maturitas. 123,D
Duapondo 8,C
Dualis numeri vſus nullus apud Latinos 8,L
Dubium,cauſæ genus 37,H
Dubiis dubia probari non poſſunt 53,B
Dubitationis figuræ vſus 86,G
Dubitatiōis figuræ ver.vſꝰ 42,F
Ductare exercitus 78,D
Duellii & Bellii vnde 7,C
Duraquæ fūt,vſu mollеſcere 9,H
Durus homo & ſimilia 82,B
E
Et i cōfuſus ſonus 6,L
E E loco i 7,D
E pro i, vſos antiquos 11,F
E vocalis ſonus 94,A
Ἔκλειψις vitium 82,G
Ediſcenda ne oía quæ ſcripſerimus 18,L.lib.II.cap.VII.
Ediſcēdum ne ad verbum dicturis &c.111,B
Ediſcendi ratio 112,B
Educatio in arg.trahitur 48,E
Ab Efficiētibus effectiſq; quō argumenta ducantur 50,C
Ἐγκαίνια 69,C
Ἐγκυκλοπαιδεία 12,I
Ἐγκωμιαστικὸν laudatiuū 27,G
Egreſſio ſiue exceſſus nō eſt pars cauſæ 34,K
Egreſſione vbi & quatenus vtendum 42,M
Egreſſus,Egreſſio 43,D
Egreſſionū pronunciatio 116,H
E I iungebātur caſibus olim datiuo ſingulari & nominatiuo plurali 11,D
Εἰωθότα quæ 48,B
Εἰκών,imago 52,E
Εἰρωνεία quæ 60,D.Tropus eſt,& eius vſus 83,G
Figura eſt,& quid à tropo diſtet. 87,E
Ironiæ ſpes quot 83,H
Elegia quatenus puero legenda. 11,M
Elegia quid oratori cōferat 99,G
Elegiaci latini præſtātiſſ. 100,H.
Elemēta prima quō tradēda 4,A
Elemēta Ariſtotelis decē 29,A
Eleuandi ratio 41,C.55,D
Eliminare an latinum 77,L
Eloqui quid 75,E
Elocutiōis ratio difficillīa 75,E
Elocutionis vis quanta 75,F
Elocutio quibus in rebus ſpecta tur 75,M
Eloquētia cur petēda 15,B
Eloquētiā arte indigere 20,B
Eloquentia Lacedæmoniis & Athenis pulſa 22,K
Eloquentiæ laus 22,A
Eloquentia maximè gratiam refert 23,B
Eloquētiæ vtrū plus cōferat ars an natura 24,H

Eloquentia vna ex ſummis virtutibus 25,B
Eloquentia locuples & ſpecioſa eſſe vult 56,M
Eloquétia propria oratoris 75,E
Eloquétiæ cõparãdæ ratio 75,K
Eloquétiæ oĩ aliquid cõe 102,H
Eloquentiæ fructus 105,L
Eloquétiæ fidutia cõceſſa 107,E
Eloquétiæ genus aliud alios decere 107,H
Eloquentiam non miſceri cum vitiis mentis 118
Eloquétiæ fructꝰ maximi 125,L
Eloquens nemo 118,C
Eloquẽ.diſſimulãdæ mos 122 D
Eloquétiæ ſtudẽdũ,etiãſi illã nemo ſit aſſecutus 125,I
Eloquentia naturalis, an ſit aliqua,& quæ 123,M
Eloquentiam non includi certis formis 124,H
Emẽdationis figuræ vſus 86,F
Emendatio ſtudiorum pars vtiliſſima 104,A
Emendationis partes quæ Ib.
Emẽdandi ratio optima, ſcripta in tempus reponendi Ib.
Emendandi finis ſit Ib.B
Emendationis ſeueritate puerorum ingenia deficere 16,L
Emicuit non emicauit 10,B
Empedocles Rhetor.126,B
ἔμφασις,orationis ornamentum & eius ſpecies 79,G. Quid ab amplificatione diſtet 88,B
Emphaſis figuræ vſus 88,B
ἐναντιότης figuræ verb. vſus 89, F.92,G
ἐναργεια,Illuſtratio,Euidẽtia 40, K.60,K.Quid in affectibus poſſit.Ib.quot modis fiat 78,L
ἔνδοξον cauſæ genus 37,H
ἐνδργείας virtus, nõ eſſe quæ dicãtur ocioſa 79,I
Enimuero vnde 90,A
Ennius quàm adorãdus 106,F
πρὸ ἐννοίας ſtatus 29,F
Ens & eſſentia quis primum verterit 77,K
ἐνθύμημα,Cõmentũ,Cõmẽtatio 47,I.89,G. Eius ſpecies 55,M. Enthymema quid & eius ſpecies Ibidem.
Enthymema ex cõſequẽtibꝰ, Ib.
Enthymema imperfectus ſyllog. 56,A
Enthymema ex pugnantibus. 56,A,K
Enthymema Oratorius ſyllogiſ. ſeu eius pars:& quid ab eo differat 56,K
Enthym.ſatis eſt oratori.Ib.L
Enthymematis & ſyllogiſmorũ modus eſſe debet in oratione. Ibidem.
Enthymema quid, quotque modis capiatur 47,I
Enthymema ſententia eſt 81,B.
Enumeratio, qualis eſſe debeat, & quid efficiat 57,L
ἐξεργασία,in efficiendo velut opere propoſito 79,I
ἐξεταστικὸν genus 27,E
ἐπαγόμενα,ſequẽtia,quæ 50,A
ἐπακολούθησις,Cõſequens 89,E
ἐπανάληψις vitiũ & ſchema 78 G
ἐπανόδος figuræ verb.vſus 90,I
ἐπεξεργασία, exergaſiæ probatio, & veluti cumulus 79,I
Ephorꝰ hiſt.calcarib.eget 100,A
Epicœna quæ promiſcua 7,G
Epicurus diſciplinarum oſor 23 H.119,L
ἐπιδιήγησις 42,K
Emancipare 77,K
ἐπιδεικτικὸν demonſtratiuũ 27,G
Epilogus quo ab proœmio differat 37,C
Epilogi Atticorũ quinã 58,A
Epilogis cum proœmio quid cõ uenit 58,C
Epilogi ſint dicentibus accommodi 59,B
Epilogi plures per totã ferè orationem,ſi ex pluribus coniuncta cauſa 59,H
Epilogi ornatus qualis ſit Ib.
Epilogi pronunciatio 116,I
Epiphonema quid 81,B
ἐπιχείρημα, Aggreſſio 47,K. Ratio 89,G. Quid ſit Ib. Quibus conſtet,& refellatur 55,M
Epicherematos partesquot 56 B
Epicherematis partiũ forma nõ ſemper eadem Ib.D
Epicherema à ſyllog.differt Ib.F Ei quõ occurratur Ib.H
ἐπίθετον, Appoſitũ, quid, & eius modi 83,B.Antonomaſiæ pars eſt 84,F
Epiredium 9,G
Epitogium Ib.
Erep.pro ex rep.Ib.
Error honeſtus duces magnos ſequentib.9,I
Errorẽ ſuum reuocare, & tutum & honeſtum 30,B
Es terminatũ nomẽ nullum eris genitiuo dat,præter Ceres Cereris 10,A
Eſſe videatur clauſulã quoſdam affectaſſe 102,F
ἐχμαλωσμένη oratio 84,I
Euachlus 26,B
ἔυρωσις 89,L
Ethici oratori legendi 119,G
Ethologia Gram.tractãda 12,G
ἐτυμολογία, Notatio, Ciceroni: σύμβολον Ariſt.dicta 10,E
Etymologiæ vſus, ferè in dubiis Ib.F,I. Barbara ab emendatis diſcernit Ib.
Etymologiæ locus in definitionibus 10,F.70,K
Euentus quõ argumento locum faciat 50,C
Euidentiæ virtus 40,K
Euidentiæ figuræ vſus 87,C
Euidens expoſitio 40,K
Euphorionẽ probat Virgil.99,F
Euphranor 122,M
Eupolis Comicus 99,I
εὐρυθμία 13,E
Euripidis poema quale 99,K
εὐφαντασιωτος quis dicatur 60,I
εὐφωνία vis 7,M
εὐχωλὴ 27,E
Ex præpoſitio quõ ſe habere debet in compoſ.11,B
Exantlare,exoletum 10,K
Exceptionis ſtatus 30,D
Exclamatiõis fig.vſus 86,I.92,I
Excogitationis vſus 105,A
Excogitandi vis quõ acquirenda.Ib.B,C
Excurſio an ĩ narratione, & quõ fieri poſſit 42,A
Excurſionis loci 43,B
Excuſatio quõ tractãda 71,H
Excuſores qui 25,E
Exempli definitio 51,K
Exempla quõ tractanda 51,H
Exẽpla à quibus ducuntur in argumentationem Ib.K.& ſeq.
Exempla quõ refutanda 54,H
Exẽpla virtutũ in Ro.120,A
Exẽplis abundet orator Ib.H

Exercitationes primæ apud rhetorem 16,lib.II.cap.IIII.
Exhortatio ad oratoriã 118,G
Exiguus mus 77,G
Exordium ſiue principium non ſimili ratione dicitur qua Græcis προοίμιον 36,E
Exordii in ratione quæ intuenda 37,M
Exordium cõpoſitũ domi & elaboratũ videri nõ debet 38,A
Exordio ipſo fidutia ſe nimium non exerat 38,B
Exordio, Ne ſuſpecti ſimus, cauẽdum 38,B
Exordiis ars oſtentare non debet 38,B
Exordiorum vitia 38,C
Experimenta plus in omni re, q̃ præcepta valere 18,E
Plura in Proœmio.
Expoſitio narrationis, an lõgior verboſiorq; eſſe debeat 41,D
Expoſitio præpoſtera 41,H
Expoſitiones falſæ, duplices. Ib.
Extẽporalis dicẽdi facultas quõ comparetur 105,E,& ſeq.
Extra cauſam adductum quõ refutandum 54,C

F

Pro aſpiratione 7,B
F F pro φ 7,B
F quàm durus ſonus 123,I
Fabii Maximi ridiculum in Auguſtum 62,G
Fabricari gladium 89,K
Fabritii nobile exẽplũ 118,M
Fabula quid 16,H
Fabularũ an primus AEſopus author, an heſiodus 52,C
Fac, dic,& ſimilia non dice face 10,C
Facetum quid 61,G
Facile non faciliter 10,B
Facti cauſa an in omnes controuerſias cadat 35,G
Factorũ ratio narrationi ſubinde inſerenda 42,C
Factum quõ per cõiecturã quæritur 68,D,& ſeq.
Factum quõ per comparationẽ quæritur 68,E
Cum de facto tantũm, aut reo tãtũm, quis? Ib.H
Cumde facto & authore quæritur, quis ordo. Ib.G
Factum vtriuſq; partis ad ſe trahentis 68,L
Factũ vtrũ ſit, cũ quæritur. Ib.M
Factum an perſona prius in cõiecturalibus tractanda 69,E
Factum improbabile quõ defendendum 76,E
Factũ ab vtilitate defẽſum 71,F
Facultates argumẽto locum dãt præcipuè in Coniecturalibus. 49,B
Falſa plurima, ſed tamen veriſimilia 39,L
Falſi quæſtio quomodo tractanda 69,K
Fama quid,& quõ tractãda 45,D
Famam fortiorẽ vere eſſe virtutis 122,E
Fatigatio minus ſenſus afficit, q̃ cogitatio 15,A
Fauor naturalis pro laborantibus 36,H
Fauor, nouum nomen 78,A
Febrem mitigat quies & abſtinẽtia 22,F
Femur percuſſiſſe Cleon primus dicitur 115,C
Fero præteritũ perfectum,& vlterius non habet 10,D
Ferrum pro gladio 82,F
Feruere 9,K
Fideicõmiſſum apud Prætorem petere non licet 30,G
Fidutiam præ ſe ferat orator 55, H. 107,E
Fidutia, verecũdiæ optima emẽdatio 120,F,M
Figuræ non omnes vitioſæ, ideõque diligẽter diſcernẽdæ 7,M
Figurarum virtus, q̃ à vulgari cõſuetudine receſſerunt 21,A
Figura quid 83,E.84,H,I
Figura duob⁹ modis capit̃ 84,H
Figurarum partes duæ, ſentẽtiarum & verborum 84,K
Figuratæ cõtrouerſiæ vnde dictæ earũmq; triplex vſ⁹ 84, I.88,C
Figuræ ſententiarum & verborũ à Cicerone poſitæ 85,C,D
Figurarum laus 84,L
Figuras non eſſe plurimas 85,A
Figuris reſpõdẽdi modus 89,A
Figuræ verborũ duplices 89,H
Figuræ verborũ & mutatæ ſemper,& pro conſuetudine mutãtur 89,H
Figuræ verborum circa genus. Ibidem I.
Figura verb. in numero Ib.K
Figura verb. per tempora Ib.L
Figura verb. per partes orationis mutatas Ib.K,L
Figuræ ex Græco trãslatæ 90,B
Figurarum verb. per adiectionẽ vſus & modi 90,E,F
Figurarum verborum per detractionem modi & vſus 91,E,& ſequentibus.
Figuræ verborũ ex paribus vſus & modi 91,L
Figuræ verb. ex cõtrariis vſus & modi Ibidem
Fig. verb. ex ſimili vſus & modi. Ibidem M
Figuris vtendi ratio compendioſa 92,K,L
Plura quære in ſchema.
Fictas materias exerceri quando cœptum 17,L
Fingendi mentiendique cautela 41,I
Fictio quæ ὑπόθεσις quõ argumẽto tractanda 50,H
Fingere quid apud Rhet. Ib.
Fingere ſua per riſum 63,I
Fingere aliena per riſum Ib.
FingereGræcis magis cõceſſum, q̃ Latinis 77,L
Ficta noua quibus remediis præmuniemus 78,A
Fictionis ſcriptorum vſus 87,A
Fictionis formarum vſus Ib.B
Finis oratori præſtandus 122,E
Finitæ quæſtiones 27,L
Finitio ſtatus quo conſtat 31,B
Finitio in argumentũ trahitur. 48,K
Finitio cõfirmatur à maiore, minore, pari 50,E
Finitio coniecturam ſequitur,& quomodo ſit tractanda 80,A
Finitio quid,& qualis 70,B
Finitionis locus, Quid ſit, quõ tractandus 70,H
Finitio quibus conſtet 70,B
Finitio an de eodem & altero. Ibidem D
Finitio dupliciter euertitur. 70,I
Finitio maximè approbatur refelliturque propriis, differentibus, etymologia 70,K

Finitionis locus, An hoc ſit, quō tractandus 70,L
Finitionis probationes propriæ quænam 70,L
Finitio certa quæ 71,B
Firmamentum quid 35,G,κ
Fluctuare & fluctuari 89,κ
Fœcunditas in adoleſcente augenda 16,κ,L
Fons gloriæ 82,B
Forma vt quæque perfectiſſima, ita capaciſſima eſt 13,L
Formæ fictæ vſus 87,A
Formula cadere quid 30,G
Formularii 120,G
Fortiter facta quædā, fortiter tuē da eſſe 59,A
Fortuna in arg. trahitur 48,E
Fortuna, culpæ quō ſubſtituitur 71,I
Frons pluribus generibus peccat 14,E
Frontis geſtus 115,C
Frugi non frugalis, etſi frugalitas dicatur 20,B,F
Fuluii dictum legato 64,A
Funebres orationes 31,I
Funebris actio qualis 116,B
Funis maſculinum 9,κ
Furti quæſtio quō tractāda 69,κ

G

G Multis veteribus vltima adiecta 11,D
Galbæ ioci 62,L.63,A E
Gallio pater Rhet. 26,F
Gallus durior in elegia 100,H
Gamma æolici author Claudius Cæſar 11,A
Gemini fratres 93,I
Gemma in vitibus 82,B
Genarum geſtus 113,L
γένεσις ſtatus 30,A
Genus in arg. trahitur 48,E
Genus ſpeciem non probat, refellit tamen 49,E
Geometria Oratori neceſſaria. 13,I
Geometria agitari animos, & acui ingenia 13,I
Geometria circa numeros & formas verſatur 13,I
Geometria dialecticæ quàm rhetoricæ ſimilior 13,κ
Geometria quō ſua probat 13,κ.
Germanic⁹ Auguſt⁹ poeta 100,G
Geſtus quatenus à Comœdo petendi 14,C
Geſtus in orat. quantum habeat momenti 113,F
Geſtus ad ſenſus magis q̄ adverba accómodandus 114,G
Geſtus mutandi ratio pro cauſarum conditione 115,H.
Gladiola, exoletum 10,κ
Gloſſæ quæ 5,B
Gloſſemata noſſe eſt grām. 12 C
γνῶμαι, ſententiæ 80,L
Gorgias Rhet. Empedoclis diſcip. 26,B
Gorgias alius iunior
Gracchi oratores 123,C
Graculi etymon 10,I
Gradatiōis figuræ verb. vſ⁹ 91,D
A Græco auſpicandum 4,E
Græcis vocib⁹ vbi noſtra deſunt vtimur: ſicut illi à nobis etiam mutuantur 9,C
Græca nomina quō à latinis declinanda ſint 9,C,E
Græci componendis dictionib. q̄ Latini liberiores 9,G
Græcus ſermo latino iucundior 123,L
Grāmaticis quādo tradēdus puer 6,H
Grammatices diuiſio 6,H
Grāmaticorū veterū cēſura 6,I
Grammaticus quæ quantáq; nouiſſe debet 6,I,κ
Grammatica non tenuis & ieiuna 6,H,κ
Grammaticè loqui aliud, Latinè aliud 10,E
Grammaticus iudicio in primis valeat 11,H
Grammatico non omnia excutienda 12,D
Grammatici inter virtutes haberi, aliqua neſcire 12,E
Grammatici officium 12,E
Grāmaticæ partes duæ, ratio loquēdi, & enarratio autorū 12,F
γραμμικὴ ἀποδείξις potentiſſimæ 13,κ
Grāmatici Rhetoris partes inuaſerunt 15,D,E
γραμματικὴ, Literatura lat. 15,F
Grāmaticæ paupertas, & vbertas 15,F
Grande dicēdi genus 124,F
Gratisne ſemper agēdum 121,I
Grauia quædam per ſe, quædam efficienda 60,F
Gryllus Ariſtotelis 23,H
Gurdi Hiſpanicum vocab. 9, C

H

Vſi parciſſimè veteres 8,E
H Habitus ī arg. trahitur 48,E
Harmonia mundi 13,A
Haſtæ cētūuiraliū cauſarū 45,B
Hebetes naturæ monſtra 4,A
Hendecaſyllaba pueris non legē da 11,M
Heri veteres, here recentiores dixiſſe 6,L,11,F
Hermagoræ ars 26,D
Herodoti ſtylus & oratio 93,H
Herodoti hiſtoria qualis 100, A
Heſiodi lectio qualis 99,D
Hinnire 9,H
Hypallage in quantū oratorē ſequatur, refert 82,H
Hypallages cū ſynecdoche vicinia 82, I
Hyperbaton, vide ὑπερβατὸν
Hyperbole an āplific. ſpēs 80,κ
Hyperbole Cacozeliæ proxima ſi nimia 83,B
Hyperbole quando virtus 83,C
Hyperidis Phryne 21,κ
Hyperides dulcis & acut⁹ 100,B
Hyperides an atticus 123,F
Hippias Eleus Rhet. 26,B. Eius vitæ mīrū inſtitutum 125,H
Hippocrates ſua nonnulla reuocauit 30,E
Hiſponis iocus 64,A
Hiſtoria quid 16,H
Hiſtorice gram. pars 12,F
Hiſtorici à Geometris reprehenſi 13,L
Hiſtoricis Græcis poeticæ ſimilis licentia 17,C
Hiſtoriæ numeri 97, A
Hiſtoria quaten⁹ oĭonē alat 98,I
Hiſtoriæ vtilitas ab exēplis 98,κ
Hiſtoriam qui illuſtrarūt 99,M
Hiſtoria latina græco non ceſſit 100,L
Hiſtoria in parte ſtylo exercendo optima 106,I
Hiſtoriarū notitia oratori neceſſaria 120,H
Homerus Horatio interdū dormitare videtur 98,G
Homerus quis quātuſq;, & q̄ ab eo rite lectionē īcipiamus 99,B
Hominis etymon 10,H

Hominis ortus ex vtroq; gignẽtium 19,H
Homines vagos & rudes eloquentia in vnũ reduxit 22,L
Hominum laus varia à tempore 31, L. A corpore, Ib. M. A fortuna 32, A. Ab animo 32, A.A loco 32,D
Homonyma 76,G
Honeſta legenda puero 11,L
Honeſta magis vt iuuarẽt,Prouidentia datum 15,C
Honeſtum cauſæ genus 37,H
Horatius in quibuſdam nõ interpretandus 11,M
Horatius purus & terſus 100,I
Horat.in lyricis quãtus 100,K
Hortẽſius potiſſ. partitionis diligentia valuit 44,H
Hortenſius orator. 23,C
Humanitas vitioſa quæ 16,A
Humeros iactare,vitioſũ 115,F
Humile cauſæ genus 37,H
Humilia quàm caute euitanda. 76,B
Humilitatis vitium 78,F

I

I & u literarum medius sonus 6,L
I ſibi inſidere 7,A
I vocalis ſonus 94,A
Iaculari quid 76,C
Iactatio ſui vitioſa 107,B
Iambus,breui longáq; 95,G
Iãbus quõ Ro.celebratus 120,I
ἀδιότης ſtatus 30,A
Ignaui pro innaui 9,G
Igitur 8,K
ἰδιοτίας figuræ vſus 92,L
ἴδιος nomine,latino caret 59,M
ἴθει genus orationis placidũ miteq; cõuenire,cõtra ἐ πάθῃ 60,E
ἴδιος,affectus mitiores 80,A
Illuſio tropus quis 83,G
Illuſtris oratio quæ 78,D
Imago,hoc eſt εἰκὼν quõ per exẽplũ tractanda 52,E
Imago rerum,ornatus orationis quõ fiat 78,L
Imago rerũ credibilis , veris adiecta multũ confert 42,H
Imitatio frequẽs tranſit in mores 14,C
Imitationis alienorũ morum figuræ vſus 97,L
Imitandi qui 98,L
Imitatione magnam artis partẽ contineri 101,L
Imitatio periculoſa 102,A
Imitationẽ nõ ſufficere 102,A
Imitationẽ ſola nihil creſcere. 102,B
Imitari ſiquid velimus,an & cur bonum ſit,& an imitabile noſtris virib.prouidendũ 102,F
Imitãda non imago virtutis, ſed ipſa virtus 102,E
Imitari poetas in oratione,& cõtrà,in poeſi oratores, error maximus 102,G
Imitandũ non eſſe vnum 102,I
Imitationis ſumma , qualis eſſe debeat 102,I,K
Imitationis pronũciatio 116,H
Imminutio culpæ quõ fiat 71,I
Imperſonalium formæ 7,K
Imperatorem dicendi genus decens 107,I
Improprium ἄκυρον,vitiũ 76,C
Inartificiales probatiões ἄτεχνοι. 44,M
Incenſus ira & ſimilia 82,B
Inciſa,κόμματα 93,I
Inciſum quid,& eius ratio 96,K
Incrementum quõ in arg.cadit. 49,L
Incrementum amplificationis. 79,K
Incũbere illi,& in illum 89,H
Incuruiceruicum pecus 9,F,G
Index Craſſi 114,E
Indicis geſtus 114,E
Indoctos à Muſis gratiiſq; abeſſe 13,D
Indocti cur fortius dicere videãtur 20,E
Inductio ſocratica qualis 51,H
Indulgentiæ mala 5,F
Ineruditi cur vulgo ingenioſiores habeantur 20,E
Infantia quõ docenda 4,H
Infantiæ reprehenſio 55,C
Inficialis ſtatus 28,K
Inficialis ſtatus 28,K. Vnde dictus 39,E
Infinitæ quæſtiones 27,K
Iṅfinita quæſtio eſt finita amplior 27,L
Plura vide in ὑποθέσει & Theſi
Inflammatus cupiditate & ſimilia 82,B
Ingeniorum diſcrimen in pueris præceptor dignoſcere debet 6,C
Ingenii ſignũ præcipuum, Memoria 6,C
Ingenium præcox raro ad frugẽ peruenit 6,C
Ingenii humani agilitas 14,L
Ingeniorum diſcrimina præceptor diligenter diſpicere debet 19,B
Ingenium in numerato habere. 64,E
Ingenuus quis 70,L
Ingrati actio 72,E
Inhumanitas quomodo tractanda 54,G
Iniquum petendum vt æquum feras 44,E
Ex initio ſummam quõ argumẽtando colligimus 49,L
Initiis apti pedes 46,D
Iniuriarum actio qualis 72,D
Inopinatum 63,G
Inopinati figuræ vſus 86,A
Inornatum,quod improprium. 77,E
Inſcitiæ reprehenſio 55,C
Inſectandi ratio quæ 109,F
Inſinuatio , & quando ea vtendum 37,H.K
Inſtrumentum quid 25,K
Inſtrumentũ arg.locũ dat 49,C
Inſtrumẽta ipſius oratoris quæ. 120,K
Inſulſitatis reprehenſio 55,C
Inſulſum quid 61,G
Intentio epicher.quæ 56,D
Intentio quõ expugnetur 56,I
Intentio ſimplex quomodo tractanda 66,D
Intentionis actio qualis 72,K
Interiectionis figuræ verb.vſus. 40,D
Interfatione expoſitiones diſtinguere expedit 40,E
In interrogando teſte defenſoris partes 46,E
Interrogatio omnis aut in cauſa aut extra cauſam, & quõ vtraq; tractanda 46,H,I
Interrogandi teſtes lex.46,I
Interrogãdi figuræ & vſus 86,B
Interrogandi & reſpondendi ſibi,figuræ 86,D
Interruptionis figuræ vſus 87,I
Inuerſio tropus quis 83,C

Inuenire difficilius & prius, q̃ inuenta probare 51,A
Inuenire quî poſſimus,quæ ſint optimæ ſententiæ, figuræ, verba,cætersóq; colores 67,D
Inuidia aduerſarios,cõuiciũ nos inuiſos facit 60,D
Inuidia duplex 80,F
Inuidere huic rei & hanc rem. 89,H
Inuidiæ detrahẽdæ ratio 109,G
Inuocatio miſerationem excitat 59,A
Iocum quid accipimus 61,H
Ioc° inhuman° in infirmos 62,a
ἰοτακισμὸσ 8,I.
ὑπαγωγὴ 63,K
ὑπαλλακὴ σόσιο 29,L
ὑπαλλαγὴ Rhetoribus,quæ aliis Metonymia dicitur 82,G
Reliqua in Hypallage
ὑπερβατὸν, Tranſgreſſio tropus, ciúsq; virtus & vſus 83,D
ὑπερβατὸν figuræ verb.vſus 90,D.
Vide alia in Hyperbaton.
Iunctura compoſitionis 94,A
Iphigenia Timantis 21,A
ὑπόθεσιο quibus nominibus effe ratur latinc 27,L,M.
ὑποθήκαι an Heſiodi 4,F
ὑπόστγμῆσ ratio 112,F.
ὑποσυσολῆσ ratio 112,F
ὑπτυπώσεωσ figuræ vſus,87,C
Ironia quære εἰρωνέια.
Ipſe dixit.107,F
ἰχνότης 8,K.
ἰσοκώλα vſus.92,B
Iſocratis iudicium de Ephoro & Theopõpo quò ſpectabat 19,D
Iſocratis ars Rhet.21,H
Iſocrates Gorgiæ diſcipulus, XCVIII annũ impleuit 26,C
Iſocratis dictio qualis 100,B
Iſocrates an atticus 123,F
Iubæ dictum feſtiuum 63,I
Iucunditas an Narrationis ſpecies 40,K.
Iudex quomodo laudandus & conciliandus 36,L
Iudex ſi rerum ſuarũ Iudex,quid Oratori agendum 36,M
Iudicis opinio ſiquam domo attulit detrahenda 36,M.
Iudici metus interdum afferendus 36,M.37,A.
Iudex non præparandus ad ſingulas quæſtiones in Proœmio ſed potẽtiſſimas tantùm 37,B.
Iudicis ſtomachum intentione fatigatum reficere ſentẽtia quõ debemus 42,G
Iudex quomodo fallendus & artibus ſubeundus,& quãdo 44,A
Iudex quo moueatur, in primis videndum, idque quomodo deprehendas.65,B
Iudices interim docẽdi quid rogantib.reſpõdere debeant 58,G
Iudicem à miſeratione auertat accuſator 58,G.
Iudicialium Cauſarum partes quinque 34,I.
Iudicialium cauſarũ genera 35,a
Iudicialis quis ornatus 77,D,E.
Iudicialis generis numeri 97,A.
Iudicium virorum doctorum eſt pro ratione 9,I.
Iudicio grammaticus plurimũ valeat 11,H.
Iudicium 47,E
Iudicium quid à conſilio diſtet. 65,E.
Iudicãdum de viris magnis mo deſtè 98,G.
Iudicaſſe de cauſa ſe, nec aliter affuturum, qui dicit,arrogans eſt 107,E.
Iudicatio κρινόμενον quid 35,F.
Iudicatio vna propria in omni cauſa & ſola 36,G
Iudicata quomodo refutabimus 54,I.
Iulius Africanus qualis 101,F.
Iugeri menſura 13,L.
Iulius Florus in Eloquentia Galliarum princeps 103,D.
Iulius Secundus qualis 101,G.
ὑπόβολὴ ſuperiectio tropus audax,ciúsque vſus 83,M
Iunii Baſſi iocus 63,C.
Iuris triplex genus,Publici,Priuati,Sacri 17,I.
Iuri quomodo occurrendũ 17,I.
Iuridicialis ſtatus 29,E.
Ius confirmatur,à maiori,minori,pari 50,E.
Iuris quæſtiones quomodo tractandæ 66,F.
Iuris ciuilis ſcientiam Oratori neceſſariam 120,G.
Iuriſconſultis ſummus circa verborum proprietatẽ labor 47,B.
Iuſtum omne contineri Natura vel Cõſtitutione, & quomodo tractandum 71,F
Iuſti ſpecies varie excuti ſolent. 17,K.
Iuuenes dicendi genus decens. 107,H.

K

An neceſſaria 6,L
κ In nullis verbis vtendũ. 11,C.
καθολικὰ quæ 21,B.81,B.
κακοσύνθετον vitium 78,K.
καιρὸσ quid 29,B.
κακοτεχνία 12,H.24,K.
κακόφατον vitium quod 78,D.
καταστάσις 89,G.
κακάπληξις, Minæ 89,E.
κατασκεύασμα quid 19,D
κατάχρησιο, Abuſio 76,C. Eius vis & vſus 82,L.
Plura vide in Abuſio.
κλήμακεσ figuræ verb.vſus 91,D
κοιλοσομία 8,I.
κοινισμόσ vitium 78,K.
κόμματα, Inciſa 93,I.
κρινόμενον Iudicatio 35,E.
κρίσεισ, Iudicatiões Iudicia 51,K
κῶλα, Membra 93,I.

L

Succedit ϱ 14,D.
L λαβδακισμὸσ 8,I.
Lacedæmonios ad bellũ modis muſicis accendi 13,B
Lacedæmonios ſaltatione ad bella proceſſiſſe 14,G.
Lachrymis nihil citius inareſcere 58,K.
Lachrymarum ſit modus 58,K.
Lachrymas mouere ne quis tentet niſi ſummis viribus 59,D
Lachrymarum affectus vt vehementiſſ.ſi inualuit: ſic ſi nihil efficit,tepet 59,D.
Lachrymæ indices mentis. 113,K
Lædentibus in cauſa quomodo occurrendum 37,I.
Læliæ Mutiæ eloquentia. 4,C.
Lapidare quid 76,C.
Laterum geſtus 115,C.
Latine loqui aliud, grammatice aliud 10,E.
Latinus ſermo AEolico ſimillimus 10,F.

Latina facundia græcæ inferior. 113,I.
Latini sermonis in vocabulis paupertas 123,I
Latini quibus in rebus Græcis conferendi 123,I
Laudatiuum siue demõstratiuũ genus à parte meliori 27,G
Laudes heroum & deorum inter conuiuia cani solitas 13,A
Laudis proprium 31,K
Laudationũ actio qualis 116,B
Ludis cupido ne ab vtilitate abducat 122,C
Laureati postes 82,L
Lectio pueri quomodo instituẽda 4,M
Lectio ab Homero & Virgilio, & quare 11,L
Lectio pueri quæ quantaq; requirat 11,K
Legendi qui sint incipientibus. 18,F
Lectio oratorum & historicorũ apud Rhetorẽ lib. II. cap. V.
Lectionis ratio 98,D
Legendi qui sint Oratori 98,L
Legendorum authorum, opiniones variæ 99,A
Legatiõis male gestæ actio 72,G
Lentulus, Spinther 62,I
Leonides Alexandri pædagogus 4,D.
Lepus epicœnum 9,M
Leporis etymon 10,G
Leuia & infirma turba valent. 44,B.
Λέξις, verbum, dictio, elocutio, sermo, oratio, 84 L.
Leges apud Græcos in iudicio, apud Ro. in concione, suaderi aut dissuaderi solitas 17,E
Legũlatio consuetudine & iure ciuitatum differt 17,H
Legum laus & vituperatio quomodo exercenda 17,H
Legum triplex genus 17,I
Legi quomodo occurrendũ 17,I
Leges aliquando totas, aliquando ex parte reprehendi 17,K
Legales status quibus rebus vel maximè explicentur 31,B
Leges contrariæ quibus constent 31,B
Lex sescuplex 72,K
Legum contrariarum actio quomodo tractanda 72,D
Legem legi nunq̃ esse contrariã iure ipso 73,D
Legum inter se collisio quomodo 73,D,E.
Leguleii 120,G
Legaliũ species quatuor 31,A
Libertinus quis 70,L
Liberi propria 70,L
Libellis non esse vtendum Oratori indoctorum 121,L
Liberæ oratiõis figuræ vsus 86,K
Libertinus quis 49,G
Libertinorum insectandorũ ratio 109 B
Licentiæ figuræ vsus 86,K
Lyciæ Rhetores, cantores 113,C
Lyrici quaten' pueros alãt 11,M
Lysias rhetoricam naturalẽ nõ artem facit 23,E
Lysias optime in iis quæ scribebat aliis, veritatis fidem seruauit 34,B
Lysiæ oratione cur Socrates non est vsus 22,E,106,L
Lysias aliis scribebat 93,G
Lysias quantus Orator 100,B
Lysias atticus 123,F
Lysippus statuarius 123,B
Literarum elementa quomodo tractanda 4,K
Literæ an nobis aliquæ redundent aut desint 6,L
Literæ vnicum aduersorum solatium 57,I
Littus quid 57.B
Liuius à pueris arte Sallustiũ legendus 18,F
Liuium Patauinitatem sonare, Pollio deprehendit 76 A
Liuii vbertas lactea 98,I
Liui' herodoto æquatur 100,M
Locus 29 B
Locorũ communiũ exercitatio. 14,E
Loci communes de testistus, cõtra testes, & huiusmodi ad forũ pertinere 14,E. 17,F.
Loci communes citra personam quomodo tractandi 17,D
Loci communes sunt ex mediis iudiciis 17,D
Locos communes qui primi tractauerunt 26,C.
Loci argumentorum, sedes argumentorum dicuntur 48,D
Locus in arg. trahitur in omni ferè causarum statu 48,L
Locos argumentorum scrupulosius non esse tractandos 50,I
Loci communes à Coniectura, Finitione, Qualitate 54,G
Loci communes q̃ ad probationem proprii 55,K
Loci communes exercitationi conuenientiss. 104,H
Vide plura in Argumentum.
Loci laus qũo tractanda 32,F
Eius descriptionis vsus 87,E
Locutio ãtiqua immutata 89,H
Lodices genere mas. exoletũ 10,K
Λογοδαίδαλοι 26,C
Λόγοι μυθικοὶ 52,D
Λογικὸς status 27,K.
Longis breues syllabæ subiicien dæ 94,B
Longum exordii vitium 38,G
Longũ videri nihil, in quo quod vltimum certum est 44,H
Lucanus qualis quantusque. 100,G.
Luci etymon 10,G
Lucilius reprehenditur 9,K
Lucilius quàm sibi deditos habeat 100,H.
L. Galba, quære Galba.
Lucretius quomodo legendus. 10,F.
Lucubratio optima, & quousq; ferenda 103,I
Ludere nunq̃ velimus 61,K
Ludus 62,G
Lupercalia, luere per caprum. 9,F.
Lupus fœmina 9,M
Lurcabundus exoletum 10,K
Ludus etymon 10,G.
Luxuriare & luxuriari 89,K

M

M Subtrahendæ ratio in fine dictionis 94,C
M, Nullum græcũ verbũ finiri, eiúsq; sonus 123,I
Macer qualis 200,E
Magister Aridus pueris præcipuè vitandus 16,K.
Magnificẽtia an Narrationi tãquam species subiicienda 40,I.
Magnificẽtia non in omnes causas cadit, nec semper vtilis. Ibidem.
Μακρολογία vitium 78,B.

Mala discenda vt vitétur 1P8,H
Maleficii scripti actio 72,E
Mannii Curii iocus 63,C
Manuũ gestus q̃ varius, quámq; necessarius 114,B.
Manum gestus vitiosi qui 115,a
Mappa punicum nomen, Circo aptum 9,C
M.Antonii ars Rhet.imperfecta 26,E
M.Aquilium Antonius quomodo iudicio eripuit 21,I
M.Cæcilii Prætoris iocus í Isauricum COS.61,I.
M Cælii iocus de C. Lælii festinatione in prouinciam 62,C
M.Tullius Eloquentiæ & Rhetorices lumen 27,F.
M.Vestinii iocus 62,M
Mars pro pugna 82,H
Mastruca 8,A
ΜΑΤΟΤΕΧΝΙΑ 24,K
Materias totas dictare vtile pueris 16,M
Materias fictas ad imitationem fori exerceri cœptũ circa Demetrium Phalerea apud Græcos:apud Latinos,L.Crassi téporibus 17,L
Materiæ quomodo pueris dandæ 18,I
Materiæ declamatoriæ q̃ similimæ veritati sint 19,I.
Materiæ decorum q̃ vbique seruandum 102,G
Maturitatem festinatam celerius occidere 57,H.
Mecœnatis compositio 83,L
Medea Ouidii qualis 100,K
Media via hæc vbiq; dicendi tenenda, Quantum opus est, & quantum satis 40,D
Media quid artis postulent in compositione 95,B
Medium dicendi genus 124,F
Medicinam ex obseruatione & experimentis constare 32,F
ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΙΑ magnificentia. 40,I.
Megarei ab Athen.victi de salamine contendentes 52,F
ΜΕΙΩΣΙΣ & vitiũ & schema 78,G
Melanthius pictor 122,M.
Membranæ aciem iuuant oculorum, sed manum morantur. 103,L
Membra, ΚΩΛΑ 93,I
Membrorum incisorumq; obseruatio & commissura 94,E
Membrum quid & eius ratio. 96,K
Memoriæ virtus duplex 6,C.
Memoria puerorum quomodo exercenda 5,B
Memoria turbari in Proœmio vitiosissimum 38,D.
Memoria naturæ munus,sed exolendo augetur 109,I.
Memoriæ vtilitas 109,I
Memoria eloquentiæ Thesaurus 109,I.
Memoriam quid faciat 109,K
Memoriæ artem est,& eius inuẽtor Simonides 109,M
Memoriæ ars quid,& vnde nata 110,B.
Memoria quæ memoriam iuuet plusq̃ firma esse debet 110,C
Memoriæ loci quales sint 110,d
Memoriæ præcepta per Fabium 119,G
Memoriæ conducentia 110,K
Memoria in debili quid faciendum 111,C
Menãder posterorum iudicia q̃ suæ ætatis iustiora consecutus. 32,C
Menandri lectio q̃ prosit 99,K
Mendacem memorem esse oportet per totam actionem 41,I
Mentiẽdi fingẽdiq; cautelæ 41,I
Mendacium dicere interdum licet 118,K
Menelai eloquentia 124,G
Menti gestus 114,A
Mercedis quantum,& à quo capiemus videndum 121,K
ΜΟΡΙΚΟΙ ἐπίλογοι 59,H
Meridies an Medidies 10,F
Meriti actio qũo tractãda 71,M.
Merulæ etymon 10,I
Messalæ de literis lib.11,I.Actio Latina pro Phrynæ 104,D.Nitor 101,D.Dignitas 123,D
ΜΕΤΑΒΑΣΕΩΣ figuræ verb.vſ 90,D
ΜΕΤΑΒΟΛΗΣ figuræ verb.vsus 90,K
ΜΕΤΑΛΗΨΙΣ ſtatus 19,K
ΜΕΤΑΛΗΨΙΣ, transſumptio quæ,& eius vis 83,A.89,G.
Metaphoræ vis,iucunditas, nitor,copia 82,A.& seq.
Metaphoræ vsus quis 81,D
Metaphora breuior est similitudo,quidque ab ea distet 82,B
Plura in Translatio.
Metaplasmus,schematismos, & similia poetarum vitia 12,C
ΜΕΤΑΣΤΑΣΙΣ ſtatus 30,A
ΜΕΤΑΣΤΑΣΕΩΣ figuræ vsus 87,D
Methodice grãmat.pars 12,F
Metrici pedes etiam in oratione reperiuntur 94,H
Metus in Epilogo 58,D
Metus duplex 60,F
ΜΕΤΩΝΥΜΙΑ quæ, & eiꝰ vis & vsus 82,G.91,A
Mi 77,I.
Mihi mehe 8,E.
ΜΥΚΤΗΡΙΣΜΟΣ 83,I
Militares dicendi genus decens. 107,H
Militis insectandi ratio 109,F
ΜΙΜΗΣΙΣ figuræ vsus 87,L.
Minuendi ratio eadem fere quæ amplificandi 80,I
Minuendi modi per Hyperbolẽ iidem qui augendi 83,B
Myronis discobolos 21,A.
Myron statuarius 123,B
Miserationem discutere,etiã Epilogi esse 59,E
Miseratio quibus rebus crescit, & excitatur 58,H
Miseratio quæ iudici lachrymas ciat vtilissi. 58,H
Miseratio longa nunq̃ esse debet 58,K
Mithridatis memoria 111,D
Moderata expositio 40,K
Modestia Oratori seruãda 122,h
Modus per totam actionem custodiendus 39,M
Modus arg.locum dat 59,C
Modus status quibus constat & subiiciatur 72,G,H
Modus in oĩbus regnat 117,B
Molossus tribus longis 95,H
ΜΟΝΟΣΥΛΛΑΒΙΑ vitanda 112,K
ΜΟΝΟΣΥΛΛΑΒΗΣ 112,I
Monosyllabarum plurium mala continuatio 94,D
Mores in primis inspici in præceptore oportere 15,K.
Morosos sibi & nimium diffidentes taxat 103,C.
Mores Oratori in primis excolendi 119,B
Mortis actio 72,F

Motus in nobis excitandi ratio. 60,I.
Mucro pro gladio 82,F
Mugitus vnde 82,K.
Mulſa 8,C.
Mundus lyræ forma compoſitus, ex Pythagoræ opinione. 13,A.
Munerarium quis primus dixit. 77,K.
Murmur vnde 82,K.
Muſice omnium in literis ſtudiorum antiquiſſima 12,M
Muſice & laudes eius,& q̃ Orat. neceſſaria 12,M
Muſici iidem,& vates & ſapientes 12,M
Muſicen approbat Lycurgus, Stoici quoque 13,B
Muſicen ad tolerandos labores natura dedit 13,C
Muſice & Grammatice quondã iunctæ 13,C
Muſicen pueri docebantur inſtituto veterum 13,D
Muſices antiquitas 13,G
Muſicen quam Fab.Orarori neceſſariam præcipit 17,H.
Mutua accuſatio 35,B
Plura in Anticatigoria.

N

Iucũdus ſonus,præcipuè in fine 123,I
N Nam quis,pro,quiſnam. 90,A
Νάρκημα 105,H
Narium geſtus 113,L
Narratiunculæ poetarum grammatico tractande 12,H
Narrationis tres ſpecies 16,H
Narratio,non ſit arida & ieiuna 16,I
Narratio ſinuoſa ne ſit 16,I
Narrationes quo ſtylo pueri cõponere debeant 17,B
Narrationis ſubtiles nimium quorundam diuiſiones 38,L
Narrandum an ſemper 38,M
Narrationes plures quæ cauſæ exigant 39,C
Narratio ficta quando & cur introducitur 39,E
Narrationum ſpecus duæ, cauſæ,& rerum ad cauſam pertinẽtium 39,E
Narratio ad quid inuenta 39,F.
Narratio an ſuperuacua apud iudicẽ cui nota cauſa eſt, & quid in ea ſeruandum 39,F,G
Narratio an ſit Proœmio ſubiicienda 39,G
Narrationis definitio 39K
Narratio eſſe lucida breuis veriſimilis debet 39,K
Narratio ſi tota pro nobis quid ſpectandum 39,L
Narratio aperta & dilucida qũo do erit 39,M.
Narratio breuis qũo fiat 40,B
Narratio circunciſa alia q̃ breuis 40,C
Narrationi ſatius ſupereſſe aliquid q̃ deeſſe 40,C
Narrationis modus, Quantum opus,& quãtũ ſatis eſt 40,D
Narrationes longæ qũo præparandæ ne faſtidiant 40,E.
Narratio Credibilis quomodo fiat 40,F
Narrationem argumento quomodo confirmabimus 40,G
Narrationem qũo probationũ ſeminibus ſpargamus 40,G
Narrationes præparatiões quænam optimæ 40,H
Narrandum an ſit in iis quæ cõtra nos & quomodo 40,L
Narratio quid à probatione diſtet 41,D
Narratio in coniecturalibus à facto qualis 41,E
Narrãdi ordo & forma 41,F
Narrãdũ ĩterdũ ne ſæpius? 41,G
Narratiões falſæ duplices 41,H.
Narrationem ante probationes poni cur inſtitutum 41,G
Narratio præpoſtera 41,H
Narratio partim pro nobis, partim contra nos quomodo tractanda, 41,M
Narratio argumẽtationẽ nõ patitur, argumẽtũ aliquãdo 42,C
Narrationi qui affectus & quomodo conueniant 42,D
Narratio pro cauſæ conditione varie gratia & venere omni exornanda 42,D
Narrationi defenſio interim & factorum ratio inſeritur 42,G
Narrationis medio, ſententia iudicis ſtomachum intẽtione fatigatum reficere, expedit 42,G
Narrationi fidẽ maximã affert narrantis authoritas 42,H
Narratio artem oſtentare & calliditatem non debet 42,I
Narrationis finis quouſq; 42,L.
Narrationis initiũ vnde 42,L
Narratio repetita declamatoria potius q̃ forenſis, & cur reperta 42,K.
Narratiõis nũeri & pedes 97,C.
Narrationis pronunciatio,& geſtus 116,G
Natio in arg.trahitur 48,E
Natura animi in argumentũ trahitur 48,F
Natura plerũq; arti ſimilis 79,h
Natura nihil magnum effici voluit cito.
Natura quid ad riſum valet 61,d
Natura cualuit, reprehẽditur in Labieno 89,M
Naucrates Iſocratis diſ. 28,F
Nauis ſaccaria 76,F
Nefarius 78,F
Negari ſiqua in cauſa non poſſint, quomodo tractanda 37,I.
Negandi duplex forma, aut non factum eſſe, aut non hoc 54,B
Negligentes Orat. 121,L
Negocii definitio 28,C
Nænia quid 76,D
Neptunus pro mari 82,H
Nequam 78,F
Neronis de ſeruo iocus 62,G
Neſciſſe aliqua, inter virtutes grãmatici haberi 12,E
Neſtoris eloquentia 124,G
Nicander poeta 99,F
Nicias ignorantia defectus Lunæ Athenienſium exercitũ eo territum, perdidit 14,A
Nicoſtratus palæſtrita 19,F
Nimium, vbiq; vitium eſt 78,D
Nimiũ omne, indecorũ 109,G
Nocentes defendere,& iudici auferre veritatem licet 118,I
Noctiuagus 9,G
Νόημα quid 81,C
Nola in cubiculo 83,G
Nomen in arg.trahitur 48,G
Normalis angulus 115,K
Noſtra pluribus modis tractare poſſumus 104,G
Nothum latini non exprimere poſſunt 31,D
Noua verba quæ 9,H

Numeros muſice duplices habet corporis & vocis 13,E
Numerorum cognitio cuicunq; neceſſaria 13,I
Numerus ſtatus quis 29,C.71,I
Quibus conſtet & ſubiiciatur. 72,H
Numerus vnitatis pro plurali, elegans 82,F
Numerorũ figuratus vſus 90,C
Numeroſam orationẽ facit apta ordinis mutatio 83,K
Numerus, ῥυθμὸς 94,I
Numerum potiſſ. in fine dominari & deſiderari 94,M
Numeri initiis apti 95,A
Numeri mediis apti 95,B
Numûm millia & fidem deûm rectius dici 10,B
Nuptiarum orbæ actio 72,G
Nutrices eſſe quales decet 4,B

O

& u permutatio 7,C
O Obliquæ allocutiones. 87,B.
Obſcœna vitanda 76,B
Obſcurum cauſæ genus 37,H
Obſcuritas per totam actionem vitanda, præcipuè in Narratione 33,M
Obſcuri fiunt, qui nimium breuitatem affectant 40,C
Obſcuritatis reprehenſio 55.L
Obſcuritatis modi plures, & vnde fiant 76,F.
Obſecratio affectus excitat 59,a
Obſequium quis primus dixit. 77,A
Obticentiæ figuræ vſus 87,I.
Obtinuit an optinuit 11,B
Occaſio ἀφορμὴ ſtatus 19,C
Occaſio quid ad riſũ valet 61,E.
Occupandi ratio quæ videntur obſtare, vtilis initio 37,L
Occupare quæ dicturus, facturus ue ſit aduerſarius quàm vtile. 58,G
Oculorum geſtus 113,K.
OEconomia nomine latino caret 12,A.26,M
OEconomia potẽtiſſima 74,H.
οὐσία, eſſentia latine 29,A
περὶ οὐσίας ⊙ συμβεβηκότων ſtatus 29,G. 30,B
Olli 77,I
ὁμολογία, vitium ingratiſſimum. 78,A
ὁμοιοπτωτὸν figuræ verb. vſus. 92,A
ὁμοιοτέλευτον figuræ vſus 92,B
ὁμωνυμία quæ 73,L
On terminatum nomen veteres grammatici nullum habuerunt 9,D.
ὀνομαζοδαιΐα ſolis Græcis ferè cõceſſa. 9,H
ὀνοματοποιΐα ſolis Græcis inter maximas virtutes, nobis vix permittitur, quæ ſit, & eius vis. 82,K.
Oppido 77,I
Optumus Maxumus veteres dixiſſe, Optimus Maximus primum C. Cæſarem 11,F
Opus Oratoris, Oratio 21,F
Operum laus quomodo tractetur 32,F
Orandi facultas conſummatur arte, natura, exercitatione 27,I
Orationis partes quot 7,D
Oratio regina rerum 15,C
Orationes corruptæ & vitioſæ aliquando legendæ 18,c.
Orator à diis immortalibus nihil diuinis datum 23,B
Oratio omnis rebus quibus contineatur 27,I
Oratio à potẽtiſſimis ad leuiſſima nunquam decreſcat 53,G
Oratio admirabilis & iucunda quomodo eſſe debeat 75,M
Oratio nonnunq; ſummittenda. 77.H
Oratio quibus rebus ornetur. 78,C.
Oratio alia vincta, ſoluta alia. 93,H.
Orationes vtrinque habitas legere prodeſt 98,E
Orationis genus vnum non omnibus conuenire 106, H
Orationis formæ plures 122,K. 123,C
Orator non eſt perfectus inuẽtus 3,I
Orator non niſi vir bonus 3,E
Oratori futuro an plurium artium neceſſaria cognitio 12,H
Oratoriæ vtilitas & fructus. 125,L
Oratori ante deſinendum à cauſis q̃ deficiendum 125,A.
Orator quid aget, cum agere deſierit 125,B
Oratorem quomodo Fab. inſtituit 12,K
Oratorem perfectum eſſe natura non prohibet 12,K
Oratorum diuerſitas 19,B
Oratores iidẽ philoſophi 25,F
Orator nemo, ſine omnium rerum & artium ſcientia 25,G
Orator melius de quacunque re dicet q̃ alius quiuis 25,G
Orator præſtare tria debet 27,I
Orator etiam de re dubia dicet 31,I
Orator tum optimè dicet, cum vera dicere videtur 40,A
Oratoris vis omnis in augendo minuendôque 79,K
Oratores latini clariſſimi 100,B
Oratores latinam eloquentiam Græcæ parem facere poſſunt. 101,A
Orator, ciuilis, & ſapiens 107,I.
Orator, vir bonus, dicendi peritus 117,G
Orator qualis quantúsq; 118,D
Oratoris officia quæ 118,E
Orator ſit ſapiens 119,D
Orator vnam eloquẽtiæ faciem ne ſequatur 124,I
Ordo compoſitionis quî obſeruatur 93,I.
Organum 112,H
ὀρθοέπεια 8,L.10,C.11,A.
Originatio an latinum 10,E
Oris puerorum formatio 5 C
Oris vitia & ſermonis 4,D
Oris actoris diſpoſitio 113,A
Ornatus orationis quis 76, M. & ſeq.
In ornatu plus q̃ in cæteris ſibi indulget Orator 76,M
Ornatũ etiã cauſæ cõferre 77,A.
Ornatus Orat. qualis ſit 77,B
Ornatus pro materiæ genere varietas 77,D
Ornatus propriè in trãslatis, vt perſpicuitas in propriis 77,E
Ornatus gradus 78,L
Ornatum quid dicatur 78,L
Ouidius qualis in heroicis & elegiis 100,F
Ornatus omnis non tam ſua, q̃ rei cui adhibetur conditione conſtat 106,K

P

An b in compositis scribenda 11,B

P Pacificator habitus in statuis 115,B
Pacisцendi mos,piraticus 121,K
Pacuuius qualis 190,K
Pædagogi quales eligendi 4,D
παιδμαθὴς 14,M.
Pæon ex longa & tribus breuibus initiis,cõtrà ex tribus breuibus & longa clausulæ aptus. 94,G.95,G.
Peon Fabio nõ tam q̃ allis probatur in fine 96,F
Palæstricis paulum Oratori vacandum est 14,F
Palæstricos dici etiam, à quibus gestus motúsq; formẽtur 14,G
Palimbacchius duabus longis breuiq; 95,G.
Palpebrarum gestus 113,L
Pamphilus pictor 122,M.
Panegyrici sola laude constant. 32,K.
Panegyricum Isocratis decẽnio toto elaboratum 104,B.
Panyasis dictio qualis 99,E
παραγόμενα quæ 82,K.
παραβολὴ,similitudo 51,H
Parabole quomodo per exẽplũ tractanda 53,D
Parabolæ vsus & lex 79,E
παράδειγμα,exemplum 51,H.
παραδιαστολῆς figuræ verb.vs 91,h
παράδοξον causæ genus 37,H
παραδόξα figuræ vsus 86,H
παραιρετικὴ στάσις 19,L.30,B.
παράφρασιν qualem velit 104,D.
παρένθεσις 43,D
παρενθέσεως figuræ verborũ vsus. 90,D
Parentum cura circa liberos 4,c.
Paria quomodo figurẽtur 92,L.
παρίσα figuræ verb.vsus 91,A
παροιμία,fabella breuior 52,D
Paroemia quomodo exẽplo tractanda 52,D
Paroemia tropus 83,H
Parricida 82,L
παῤῥησίας figuræ vsus 86,K
Partes orationis quot 7,D
Participiũ pro verbo 89,L
Partitionis vtilitas 43,M
Partitio quousq;extẽdatur 43,m
Partitiõe quãdo nõ vtẽdũ 43,M
Partitione quatinus vtẽdũ 43,L
Partitionis definitio 43,L
Partitio Cic.pro Cluẽtio an improbanda 44,C
Partitio Cic.pro Murena optima 44,D
Partiri an sic liceat,si occidi rectè feci,sed non occidi 44,D
Partitio quando vtilis & necessaria 44,B,G
Partiẽdi peritiss.Hortẽsius 44,h
Partitionis modus necessarius. 44,H
Partitio articulosa vitãda 44,H
Partitio obscuritatis remedium 44,H
Partitioni nihil desit, neque superst 44,I
Partitio quid 65,M
παρωδὴς figuræ vsus 87,A
παρωνομασίας figuræ verborũ vsus 91,I
Patauinitatem in Liuio deprehendit Pollio 9,C.76,A
πάθη latine affectus 59,M
Pathos,affectus cõcitatior 60,A
Patrare bellum 78,D
Patria in arg.trahitur 48,E
Patronus quibus è rebus & qũo affectus mouebit 58,I
Pectus disertos facit 105,K.
Pectoris gestus 115,C
Pedestris oratio 100,C
Pedes qui potiss.in orationẽ cadant 95,F
Pedum in rhythmis & metris ratio diuersa 94,G
Pedum ratio in oratione difficilior q̃ in versu & diuersa 94,L
Pedes longis constantes grauiorem,breuibus celerem & mobilem magis faciunt orationem. 95,H
Pedes quot numerũ faciãt 95,L.
Pedes iidem sint in vno aut pluribus verbis,referre 96,A
Pedum gest,eorũq; vitia 115,D
Pedisequus 9,G
Pedonis iocus 62,K
Pedo poeta qualis 100,G
Pepigi à pago 9,L
Pericles Astronomiæ peritus. 19,A
Pericles an quicq̃ scripsit 26,C.
Periclis fulgura 27,C
Pericles Anaxagoræ disc. 119,K
Periclitantem quæ cõmendant. 58,H
Periculosum omnibus quomodo refutandum 54,G
Periclis votum 122,H
Peregrina verba vnde orta, eorumque declinatio 9,B,C
περιεργία vitium 78,B
περίοδος,Ambitus, Circũductus, Continuatio,Conclusio 93,I
Periodus quid,eiúsq; nomina & ratio 96,L
Peripatetici eloquentiæ iactatores 119,M
περιεργολογία narrationis vitium. 40,C. 83,I.
περίστασις, Circunstantia 28,C. 50,L.
περίφρασις Circuitus, tropus, & eius vsus 78,B. 83,I
Peroratio duplex, in rebus, aut affectibus 57,I. 59,B
Permissionis figuræ vsus 86,I
Persius qualis 100,I
Persona decoris causa intuenda. 33,H
Personarum figuratus vsus 90,c
Personæ obseruatio maximè in actore necessaria 107,K
Prsonarum quomodo habenda ratio, quas offendere veremur. 108,K
Perspicuitas est in verborũ proprietate 76,B
Perspicuitatis virtutes & formæ quænam 76,K
Petitionum inuicem diuersarũ causæ genus 35,B
Petoritũ Gallicũ vocab. 9,C
φαντασίαι,visiones 60,I. 79,I. 105,K.
Percontari 86,B.
Phidias statuarius 123,B
Philemõ Menãdro prælat° 99,m
Philetas elegiacus 99,G
Philistus historic° qualis 100.A
Philosophi iidẽ cũ Orat.25,F
Philosophorum lectio quatenus Oratori conferat 98,K
Philosophicum dicendi genus. 107,H.
Philosophorũ quænã secta eloquentiæ conferat 119,K
Philosophi qui præstãtiss.100,c.
Philosophi Ro. pauci 101,H

Phyſicam oratoris eſſe 119,I
φράσις,Elocutio latine 75,M
Phrygium melos 13,H
Phryne quo modo iudicio elapſa 21,K
Pictores clari 122,L
Pindar⁹ Lyricorũ princeps 99 H
Pinna quid 7,A
Piratica an dicatur 77,K
Pyrrhichius qui Pariambus duabus breuibus 95,G
Piſandri poetæ 99,F
πίστις,fides,ſeu probatiões 47,L.
Pythagoreorum mos mane & ſero ad lyrã animos excitãdi 93 E
Pituitæ etymon 10,H
Pyxides 82,L
Placere nihil poſſe,quod non deceat 14,E
Plancus Stoicus phil.101,H
πλατϛασμὸς 8,K
Platonis peregrinatio 15,B
Plato philoſophorum ſummus. 100,C
Plato vatib.cõparãdus 123,G
Plautus quantus 100,L
Plenum vino & vini 89,H
πλεονασμὸς vitium & ſchema 78, B.Eius vſus 91,A
Plinii ſecundi error 115,L
πλοκὴς figuræ vſus 90,L.91,B
Ploti⁹ inſignis fictæ materiæ exercendæ author 17,L
Ploxenum 8,A
Pœnæ iudicium quõ tractandũ. 71,D
Pœnitere,pro non agere pœnitẽtiam 89,M
Pœnitentiæ color 109,C
Poetarum veterum verſus ad fidem cauſarum aſſumpti, & orationis ornatum 12,A
Poetis in plurimis ignoſcitur, quæ in oratoribus vitioſa ſunt. 12,C
Poeſis ſine Muſica conſtare non poteſt 13,G
Poetica themata quatenus pueris exercenda 19,K
Poetice in quo conſiſtit 24,F
A Poetis interdũ authoritas & fides repetẽda oratori 52,L
Poetica ars quõ inuẽta 96,G
Poetarũ lectionẽ quantũ oratori conferat 98,G
Poetæ latini qui p̃ſtãtiſ. 100,E
Poetæ oratorib.non in omnib. ſequendi 98,H
ποιότης ἢ ποσότης Status 71,I
Polycletus ſtatuarius 123,B
Polycratis oratio contra Socratem 23,D.26,D
Polycratis Buſyris, & Clyténæſtra 23,D
Polygnotus pictor 122,L
Pollice auerſo demõſtrare 114H
Pollio Aſinius,omnium horarum homo 64,E
Pollio in Liuio palauinitatẽ deprehendit 9,C
Pollionis diligentia 123,D
πολυπλώτου fig.verb.vſus 90,I
πολυσωδέτου fig.ver.vſus 91,C
πολιτικὸς vir Platonis 13,B
Pompeii dictum in Cic. 64,E
Pomponius ſecũdus trag.100,L
Pone 77,I
Porca Ib.G
Portio latroni quid dicturo in foro,contigerit 104,K
Poſſibilis vox dura 33,D
Practice in quo conſiſtit 24,F
Præceptor parẽtis animum erga diſcipulos aſſumat 15,L
Præceptores præter vires diſcipuli non exigat 16,E
Præceptor phœnicis Homerici exemplo dicere & facere doceat 16,G
Præcepta in omnibus minus valere,q̃ experimẽta 18 E
Præceptores parẽtes ſunt nõ corporum,ſed animorum 19,G
Præceptoris officia & mores,lib. II,cap.II.
Præceptore optimo,an protinus vtendum,lib.II,cap.III.
Præcocia ingenia cito perire. 6,C
Prædictionis figuræ vſus 86,F
Præiudiciorum nomen vnde,& quõ tractentur 45,B
Præfatione opus in differendo crimine 66,D
Præmii iudiciũ quale 71,D
Præmii actio quõ tractãda 71,L
Præmunitionis figuræ vſus 86 E
Præoccupãtes ſtulte taxat 55,F
Præparationis fig.vſus 86,F
Præpoſitiones in compoſitione quẽ ſonũ faciant 11,B,C
Præſcriptiones quo tractã. 30,H
Præſcriptionis ſtatũ, quõ & cur fecerunt 72,I
Præſcript.cõtrouerſia qualis. Ib.
Præſumptionis fig.vſus 86,E,F.
Præuaricabitur nũq̃ orator 88,L
πράγματα,Res 29,C
πραγματικὸς ſtatus Ib.F
Pragmatici 120,D
πρᾶξις actus,ſtatus 29,C
Praxiteles ſtatuarius 123,C
Prĩcipes dicẽdi gen⁹ decẽs 107,I
Probationũ ſemina in narratione quõ ſpargenda 40,G
Probationum diuiſio 44,M.lib. V,cap.I.
Probationes artificiales quõ tractandæ 49,A.& ſeq.
Probationum quadruplex ratio 47,B
Probare quod velis inuenire,prius & difficilius quàm ipſa probatio 71,A
Probatiões illæ firmiſſimæ, quæ credibilem rationẽ ſubiectam habent 53,F
Probationis in dicendo qui ordo facillimus 55,H
Probationes quid efficiãt 59,L
Contra vnã probationẽ cũ multa dicenda ſint 66,E
Probabilis oratio quæ 78,C
Probationũ pronũciatio 116,G.
Procurationis malæ geſtæ actio. 72,E
Prodicus Ceius Rhet.26,B
Proditionis cauſa quõ tractãda. 69,L
προέκθεσις 89,F
Progenies gtõ ſing.caret 10,E
προληπτικὸς ſtatus 29,F
πρόληψις occupatio 37,L
Prolepſis figuræ vſus 86,E
προεπιπλήττειν τῇ ὑπερβολῇ 78,B
Promiſcua genera, epicœna 7,G
Pronũciatio prima, & geſtus inſtitutio in Rhet 14,C
Pronũciationis ratio potentiſſ. 98,C
Pronũciatio quæ & Actio,& vnde dictæ 111,E
Pronunciationis partes,Vox & Motus Ib.E. Eius laus Ib.
Pronunciatio ex natura, an ex arte.Ib.H
Pronunciationi quantũ Demoſthenes tribuerit.Ib.G

Pronũciationis ratio cadẽ, quæ orationis 112,D
Pronunciatio dilucida quõ Ib.E
Pronunciatio diſtincta quõ Ib.
Pronunciatio ornata quæ Ib.H
Pronunciandi rectè obſeruatio prima AEqualitas, ſecunda Varietas Ib.I
Pronunciatio conformanda ſecundum rerum de quibus dicimus, animorúmq; habitus. Ib.
Pronunciatio apta quæ 113,D
προοίμιον maiore ratione dicunt Græci q̃ principium ſiue exordium latini 36,E
Prooemium quid & vnde Ib.
Prooemii cauſa quæ Ib.G
Prooemium ſecũdis actionibus non requiri. Ib.
Prooemium quo ab Epilogo differt 37,C
Prooemiũ propoſitioni q̃ expoſitioni ſimilius ſit Ib.E
Prooemii vitia 38,C
Prooemii modus pro cauſa Ib.D
Prooemio, an non ſit locꝰ Ib.H.
Prooemium, cur inuentum 39, G.41,G
Prooemii compoſitio & numerus 97,B
Prooemii Pronũcia. quæ 116.F
Valgius Apollodori diſcipulus 26,E
Propertius qualis 106,H
Propoſitum quid 27,K
Propoſitione quando vtendũ, & quado non 43,G
Propoſitionẽ qui narrationi ſub iungant Ib.
Propoſitiones ſimplices & duplices Ib.I
Propoſitio nuda in Coniecturalibus Ib.K
Propoſitiones priꝰ & difficilius reperire, q̃ probare 51,A
Propria verba quæ 9,G
Proprietas Grãmatico maximè neceſſaria 12,B
Proprietatis ſtatus 30,A
Propriũ in arg. trahitur 49,F
Proprietatis acceptio varia 76,B
Proprietas quõ perpẽdẽda Ib.D.
Propria verba antiquitas commendat 77,H
Proſapia, exoletum 10,K.77,I
προσαπόδοσις figura 92,H
Puſio 77,H
προσωποποιία quid 7,F
Proſopopœiæ difficillimæ, ſed vtiliſſimæ 15.E.33,M.34,A
Proſopopœiæ ſuaſoriis ſubiiciũtur, & ſola perſona ab iis diſtantes 34,B
Proſopopœia etiã in narrationẽ cadit quando que 42,B
Proſopopœiæ miſeratione & affectibus concitandis conueniẽtiſſ. 58,I
προσωποποιΐας fig. vſus 86,L
Proſtratio miſerationem excitat 59, A
Protagoras rhetor decẽ milibus artẽ ſuam vendidit 26,B
Protogenes pictor 122,M
πρωτερηματικὴ σάσις 29,L
Proximum eſſe quid 99,E
Prudentia quæ 24,L
Prudentia potius ſine doctrina valere, q̃ contrà 65,H
Pſeudographiæ 13,K
Pudor dicẽtibꝰ ſtimulus 105,L
Pudenda quõ queremur 109,D
Pueri condiſcipuli quales ſint. 4,C.
Puer à tenero diſcat non reformidare homines 5,K
Pueritia laboris patiẽtiſſ. & quare 14,M
Pueri intra bienniũ omnia ferè loquuntur Ib.M
Pueros adoleſcẽtibus ſedere permixtos, non placet 16,B
Pugnantia inter ſe in aduerſarii actiõe ĩuenire artis eſſe 54,I. M
Pugnãdũ diu non eſſe in iis quæ obtinere non poſſis 65,A
Punitus es inimicos 89,L

Q

An neceſſaria 6,L
Q Q, ſonus durus 123,I
Quadrãtaria Clytẽnæſtra. 85,G
Quæſo 77,I
Quæſtiões finitæ, Infinitæ 27,K
Quæſtiones in ſcripto, & non ſcripto Ib.
Quæſtiones philoſophicæ Ib.
Quæſtiones plures vna in cauſa eſſe poſſe, proindéq; ſtatus plures 28,G
Quæſtio eadẽ accuſatorẽ & reũ facere quæ poſſit 28,L
Quæſtiones cauſarũ in quibus quis formula cecidit 30,G
Quæſtiones plures in vnam cauſam cadere poſſunt 31,C
Quæſtio quid 31,D
Quæſtiones, quæ quibus anteponendæ 66,C
Quæſtio coniuncta quomodo tractanda 66,E
Quæſtiones iuris quomodo tractandæ Ib.F
Quæſtionũ vis creſcere ab infirmiſſ. ad potẽtiſſ. debet Ib.
Quæſtionis in ſcripto & voluntate actio 72,K
Quæſtio omnis, oratoris 119,H
Qualitas ſtatus 29,A
Qualitas quõ tractanda 71,G
Qualitas loci 71,C. & ſeq.
Qualitas per cõparationẽ 71,G.
Qualitas maximè Oratoris recipit opera Ib.M
Qualitatẽ in tribus generibꝰ cauſarum verſari Ib.C
Quantitas duplex 29,A
Quantitatis ſtatus quis 71,I
Quantitas ſtatus qualitati ſubiacet 72,G
Quem mater amictum, prouerbium 57,A
Quianam 77,I
Quicquid, an quidquid 11,B
QVID SIT, definitionis locus quõ tractandus 70,H
Quincũce nihil ſpecioſius 77,C
Quintiliani liber de cauſis corruptæ eloquentiæ 57,E
Quintilianus vnam tantũ actionem emiſit 68,L
Q. Hortẽſii filiæ elo. 4,C
Q. Hortenſii, cur nulla ſcripta. 111,H
Quotidie, an cotidie 11,B

R

Pro s 7,B
R ϱ in λ mutatur 14,D
Rabiriꝰ poeta qualis 100 G
Rationem facit analogia & etymologia 9,H
Ratio quadripertita in omnib. cauſis 30,M
Ratio quid 35,D
Rationes an plures eſſe ſub vna quæſtione poſſint 35,F
Rationalis ſtatus tres 30,E
Ratio quõ expugnetur 56,I

Ratiocinatiuus ſtatus vnde dictus,& quō tractetur 73,H
Ratiocinatio per amplificationem 80,D
Reatū quis primus dixit 77,K
Ex rebus ſub eandem rationē cadentibus argumenta 50,B
Reda Gallicum vocab. 9,G
Refutatio quō tractanda 53,L
Eius ordo qui facillimus 55,H
Refutare plura ſimul quādo cōueniat,quando ſingula 54,D
Regreſſionis fig.verb.vſus 91,I
Relatio figura quid 92,I
Remiſſio pueris danda,ſed cum modo 6,D
Ex Remotione quō argumētabimur 49,I. Reor 77,I
Repandiroſtrum 9,F
Repetita narratio 72,K
Repetitionis verb.fig.vſus 91,A
Reprehendendi quæ feceris ratio 109,B
Reprehenſionis fig.vſus 96,F
Repudii actio 72,F
Ex repugnantibus arg. 49,M
Res,nerui cauſarum 75,G
Rerū ſolicitudo quāta adhibēda in oratione Ib.
Reſpondendi figuræ 86,C
Reſpublicæ tres 49,H
Reip.læſæ actio 72,E
Reticētiæ figuræ vſus 87,I
ῥητορικὴ,eloquendi vis 15,G
Rhetoricē nō vni præcepto præſcriptoq; teneri 20,K.21,B
Rhetoricē à iuſtitia non ſeparari 22,E
Rhetorices etymon & diuiſio, 21,D.Finis 21,H.22,I. Definitio 22,G.Materia 21,M.25,C. Inſtrumētum 25,K. Scriptores 26,B,E.Origo 26,I. Partes Ib. 27,B
Rhetorice quid 21,G.22,G. An ſit vtilis 22,I. An ars 23,C, E. An virtus 24,K. Quid à dialectica differat 24,E,M
Rhetoricos Cic.elapſos 26,E
Rhetori quādo tradendus puer, ciuſq; officium 16,D,G
Rhetores ſuas partes omiſerunt 15,D
Rhythmi triplex ratio 94,F
ῥυθμὸς,Numerus,quid à μέτρω diſtet 94,F,G
Rhythmus,quære numerus
ῥ ἐητὸν ἢ διάνοιαν ſtatus 29,K
ῥ ἐητὸν ⓒ ὑπεξαίρεσιν ſtatus 30,D.
Rhodiū dicendi genus 123,E
Ridicula quouſq; perueniāt 62G
Ridicula quænā oratoris Ib.E
Riſus quō mouendus,& eius difficultas 61,A,C
Riſus ratio anceps 61,C
Riſus res imperioſiſſima Ib.D
Riſus vt arte non caret,ita præcipuè in natura & occaſione poſitus eſt Ib.
Riſ⁹ nulla exercitatio, nulli præceptores Ib.E
Ridiculum quid Ib.H
Riſus modus ſeruandus Ib.L
Riſus quō cōcilietur,& eius ſpecies Ib.I.62,A,H
Rixantes actores 107,G
Romanus ſermo è Græco cōuerſus 9,C
Rumor quid, & quō tractandus 45,D
Ruſticitas vrbanitati contraria, 61,F
Rutilii exemplum 106,M

S

Pro t 7,B
S S,pro r 7,B
S nō gemiari aliquādo moris fuit vſitatiſſ.11,F
S,media inter vocales longas geminari ſolita Ib.
S,cum x proxima ſtridor 94,C
S,ſubtrahendæ ratio Ib.
Saleii Baſſi vehementia 100,G
Salluſtius antiquitatis affectator 77,L
Salluſtii hiſtoriæ initia qualia, 32,K
Salluſtiana Breuitas 40,C
Salluſtiana breuitas qualis 98,I
Salluſtius Thucydidi opponitur 100,L
Salluſtii ſtylus tardus 103,B
Salſum quid dicatur 61,G
Salſa narrare, ſubtile eſt & oratorium 62,C
Saltationi etiā vacādum 14,G
Sapientiā oratori propriā 119,C
Sapiens Stoicorum 118,A
σαρκασμὸς tropus 83,H
Sarracum 77,H
Satagere 62,H.115,D
Satyra tota noſtra eſt 100,H
Scala 8,C
Scelera non habere cōſiliū. 69,G
Schema quid 9,B.94,A
Schema ſi per imprudētiā fit,ſoloeciſmus eſt 9,B
σχήματα,latine figuræ 83,D
Schema omne vitiū,ſi non petitur 89,H
Schema quō defenditur à vitio. Ibidem
Sceptici 100,H
Scipio,ſerapion 62,I
Scopa 8,C
Scribere vt diſcat puer 4, L. Et quæ ſint ei ſcribenda 5,A
Scriptū & volūtas quibus explicantur 31,B.& quō tract. 72,L
Scripto quō occurritur 73,A,I
Scripti maleficii actio 72,E
Scribendi ratio quæ 102,L
Scribendi ſumma 103,B
Scribēdi celeriter rō 103,B,D,E.
Scribēdo moroſi & ſibi diffidentes quidam 103,C
Scribēda quænā ſint 104,C
Scribētibus quatenus ſilentiū ſe ceſſuſq; aptus 103,H
Scripta in tēpus reponēda 104B
Scribēdūne ſit vt dicēdū 124,C.
Sculptura quæ 25,E
Secundum eſſe 99,E
Secūdis tertiiſq; cōſiſtere,etiā glorioſum 125,K
Sedentium geſtus 115,H
Sed enim 90,A
Segnities difficultatis p̄tex.15 B
Semiuocales non geminare diu moris fuit 11,D
Senatus nomen vnde, & quotæ declinationis 10,E,G
Senatuſcōſulta quō tract. 73,G
Seneca qualis Fabio 101,I
Eius copia 123,D
Senſus communis 5,K
Senſus & ſenſa 80,L
Sententia quid 12,G.80,K
Sententia multiplex Ib.
Sētētiæ quales eſſe debēt 81,A B
Sententiarū noua genera Ib.D
Sententiarum vitioſarum formæ 81,E
Sententiæ ex contrariis,ex comparatione, ex geminatione, ex inopinato 81,D,E
Sententiarum denſitas orationi obeſt Ib.H

Sẽtẽtias omnino dãnãtes 81,I
Sententias nimis sectantes Ib.
Sẽtẽtiæ,lumina eloquẽtiæ 81,K
Sententiæ ornatus 83,B
Sententiæ ex geminatione 81 D
Sentina reip.82,D
Separatũ exordii vitium 38,G
Serium quid 61,H
Seriorum genera 64,D
Sermocinationis fig.vsus 86,L
Sermocinatrix quibus apta 27 F
Sermonẽ quatuor cõstare 9,H
Sermone vt numo vtendum 9,I
Sermo,loquẽdi est cõsuetu.10,L
Sermone à brutis discerni. 23,B
Sermo oĩs quib.constet 26,I,K
Sermonis ornatus 78,C
Sermo felicissimus qui 93,L
Sermo ne sit negligẽs 106,G
Sermonis vulgaris & coniuncti diuersam esse rationẽ 134 A
Seruus quis 29,B.7,L
Sexus in arg.trahitur 48,E
Sibe & quase 11,G
Sibilus vnde 82,K
Sicarius quis 98,B
συγκεῖσθαι 29,D.
Signa duplicia, & quõ tractẽtur, 47,C,& seq.
Syllabæ omnes discendæ 4,M
Syllab.diuisio quî obseruã.11,C
Syllabas longas quõ scripserunr veteres Ib.D
Syllabarũ cõtextus & commissura in compositione 94,D
συλλογισμὸς, Ratiocinatiuus status 29 K.47,K. Quõ tractãdus, 47,H. Eius species 73,I. Quõ à scripto & volũtate differat 73 h
Syllogismus quis, & quõ ab epicheremate differat 56,F
Syllogism' ifirmior finitio 70,E
Sylua dicendi 103,E
σημεῖον 47,D,E.94,H
Simonidis poema quale 99,I
Artis memoratiuæ inuẽ.109 M
Simulatio eloquẽtiæ opti. 36,H
Simulatio i refutãdo vtilis 54 H
Simulatio per risum 63,H
Simulatio cõtra simulãtem Ib.I.
Simulationis figuræ vsus 86,I
Simulatio se prodit quãlibet custodiatur 118,F
Similium arg.loci 49,L
Similitudo ne fallat cauẽdũ 52F
Similitudo quõ per exemplum tractanda 51,K.52,D
Similitudo ad quid reperta 54 H
Similium cõfutatio quõ 54,H
Similitudo oĩonis orna.79 C D
Similium figuræ verborum modi & vsus 91,M
συναθροισμός 80,I
συναίρεσις 8,D
συναλοιφὴ 8,D.94,B
συνεκδοχὴ quõ fiat 82,F,G
Eius vsus 91,E,F
συνεζευγμένου figuræ vsus 91,G
Συνέχομ quid 35,G,K
Siniſtræ gestus 114,L
συνοικείωσις figuræ vsus 91,H
συντελικὴ στάσις 29,L
συντομὸς expositio 40,C
συνωνυμία in ornatu 77,E
Sirenum cantus quid 46,M
Smyrna nouennio elaborata, 104,B
Socrates senex Musicam didicit 13,B.Eius constantia 106,L
Socrates ἔρωμ 87,F
Solcæ vnde dictæ 76,D
Solicitudinis nimiæ vitiũ 55,H
Solicitudo simulanda 120,M
Solitaurilia quæ 9,F
Solœcismus quid 9,A. Eius species 8,I
Soluta oratio quæ, eiusq; compositio qualis 93,H
Somniorũ & superstitionũ colores fidẽ non habent 41,K
Sonus definitio 28,G
Sophocles quantus 99,K
Sophronẽ q̃ ꝑbarit Plato 13,C.
Sordida vitanda 76,B
Species vera nunq̃ ab vtilitate diuiditur 77,C
Species genus probare, refutare vero non potest 49,E
Spiritus in actione qualis 111,K 113,A
Spondæi modi lenes 13,H
Spondæus longis duabus 95,C.
Sponsionis actio 72,K
Statuarii insignes 129,A
Status,στάσις,quibus nominibus vocetur,& quis eo nomine primus sit vsus 28,E
Status quid & vnde Ib.F
Statum habet omnis quæstio,& vnde ducatur Ib.G,I
Status quot 29,D,E,I,L,M. 30, A,B.
Status causæ quid 29,A
Status dissimiles quando 31,D.
Status singuli vel plures in quibus causis 31,C,D
Status vn' duas generales quæstiones facere possit 67,I
Status inter se cognatio 74,D
Status gestus 116,E
Stellæ etymon 10,H
Stesichori ingenium 99,H
Styl' qualis incipiẽtiũ sit 103,A
Stylus vtilissimus & optimus dicendi magister 102,L
Styli properati incõmoda, & ei' celeritas quõ acquiratur 103,D
Stlatum stliteſq; 7,C
Stoicorũ eloquẽtia qualis 100,D
Stoicorũ sapiens qualis 118,A
στοιχεῖα elementa 26,B
Stomach' Iud.quî reficiat 42,G.
Stratocles hypocrites 117,A
Studia spe gaudere 17,A
Studii secreti fructus 24,G
Studia in arg.trahuntur 48,G
Studiis an secessus conueniat, 103,H
Studendũ semper & vbiq; Ib.K
Studiis necessaria quæ Ib.I
Studiorũ fructus carpẽdi 124 M
Suada an latina dictio 21,H
Suadendi partes 33,C
Suadẽtis persona qualis sit 33M
Suasoriæ difficillimæ 15,E
De Suasoria 32,G. Ei' prooemiũ quale 32,E.Narratio Ib.L.Ornatus 77.Numeri 97,A,C
Suasoria quibus constet 32,I
Suasoriis dicendi genus quodnã aptum 34,D,E
Subiectionis figuræ vsus 86,E
Subiectionis sub oculos figuræ vsus 87,C
Subtile genus dicendi 124,E
Suburra vnde 11,H
Summũ quõ quid fiat 79,M
Ad summa semper nitendum, 102,C
Superbia quõ tractãda 54,G
Superciliorum gestus 113,L
Sustẽtationis figuræ vsus 86,H

T

Et d cognatio 7,C
T Pro tabulis & contra tabulas quõ dicendum 45,F
Tam magis,q̃ magis 90,A
ταπείνωσις vitium 78,F

Tarẽtinorũ iuuenũ iocus 61,D.
Taurus homonymon 76,G
παρωνυμία vitium & schema 40 C,78,C
Tectum pro domo 82,F
τέλος,finis,summum 22,I
τεκμήρια 47,D
Tempus quid 29,B.81,L
In arg.cadit dupliciter 48,M
Eius diuisio 49,A
Tempus dolorem mitigat 58,K
Tempora quõ perdimus 125,G.
Tentandum non esse quod efficere non possis 19,F.44,E
Terentii elegantia 100,L
Terẽt.Varro eruditiss.Ro.100,I
Testamentorum actio 72,G
Testes quõ tractandi 45,I
Testium duo genera, & quõ interrogandi 46,A,D
Testiũ inuicem collisio 46,I
Testimonia diuina quæ, & quõ tractanda 46,K.53,A
θέματα proposita 39,I.66,A
Theocritus q̃ admirabilis 99,E.
Themistocles indoctior habitus ob canendi imperitiã 13,D
Themistocl.quo astu Athen.persuasit vrbem relinquere 89,A
Themistoclis memoria 111,D
Theodectis ars Rhet.21,K
Theodectis memoria 111,D
Theodorus Gadareus siue Rhodius 26,D
Theodorus Byzantius logodædalus 26,C
Theon pictor 122,M
Theophrasti Rhetorice 26,D
Theophrasti vnius verbi affectatio quõ deprehensa 76,A
Theophrasti nomẽ vnde 100,D
Theopõpi nimia diligẽtia 94,B
Theorice in quo consistit 24,F
Theses exercitationi conuenientiss.104,G
θέσις quid 27,K. Quõ tractanda 17,E.Veterũ exercitatio 15,H. 104,G.Ad oratorem pertinet 28,A
Thesis idem status qui in causis, 28,C
Thyestes Varii qualis 100,K
Thucydidis historia q̃lis 100,A
Tibullus qualis Ib.G
Timæi Platõis difficultas 131 B
Timagenes historiæ reparator, 100,A
Timantis Iphigenia 21,A
Timotheus à quibus duplicem mercedem exigebat 16,D
Tyrãnidis affectatæ actio 72,L
Tyro Libertus tres libros de locis Cic.edidit,61,B
Tisias literarũ artis Rhet.scriptores antiquissimi 26,B
Tytius saltatio 115,E
Tytii Maximi dictum 63,B
Togæ oratoris forma 115,K,L
Togati qui excellentiss.100,L
ὑπερβολῆς figuræ vsus 87,F
Tonarion Gracchi 13,G
Toper,exoletum 10,K
Tormenta quõ tractanda 95,E
Trachal' quãtus 101,G.120,M.
Eius vocalitas 123,E
Tractationis malæ actio 72,C
Tragœdia pueris vtilis 11,L
Quid oratori conferat 99,I
Tragici scriptores qui 100,K
Trasymachus Rhetor 26,B
Translata verba quæ 9,H
Translationis statum qui primus fecerit 30,C
Trãslatio non esse statum,etsi videatur 30,F.71,H
Transferendi criminis ratio 54, C.68,E
Translatio necessaria 76,D. In contextu solo probatur 78,B
Trãslatio μεταφορὰ 82,A. Quib. de causis fiat Ib.C
Trãslationes quæ vitãdæ 82,D
Translationis temporum figuræ vsus 87,D
Translatio quid ab abusione differat 82,M
Translatæ figuræ 90,B
Translatũ exordii vitiũ 38,G
Trãssumptio tropus quis 85,B
Trepondo 8,C
Trepidatiõis vitia ĩ gestu 115,B
Tria in omni disputatione quæruntur,An sit,Quid sit,Quale sit 30,K
Tria in suadendo dissuadendoq; spectanda 33,A
τρεβὴ,vsus 22,C
τρεβὴ ἀλογῶ 105,I.105,E
Tribunal non Tribunale 10,B
Triquetra an Triquedra Sicilia, 10,F
Tribrachus siue trochæus 95,G
τρόπος,Modus,stat' 29,C.42,C.
τρόποι,Motus 81,K. Ad quid assumãtur 81,M. Vnde dicti 83, D.Quid Ib.E
Tropi & fig.cõueniẽtia 85,D
Tuburcinabũdus exoletũ 10,K
Tumultus 70,K
Turdi vnde dicti 76,D
Tutelæ actio quõ tractãda 72,E.
Turpiũ laudãdi ratio 108,G,M.

V

Et i literarũ medius sonus 6,L.11,F
V Vs finitũ nullũ grõ eris facit præter Venus 10,A
Valerius Flac.qualis 100,G
Valesii qui nunc Valerii 7,B
Valetudiné quæ faciant 103,L
Varices Ciceronis 115,L
Varicare deforme Ib.D
Varietas animos reficit 104,K
Varii thyestes qualis 100,K
Varro quanta scripserit 125,I
Vatinii dictũ in Caluũ 62,K
Vehementer 8,E
Vel,principio orationis 90,A
Venales qui 76,D
Ventris gestus 115,C
Venus pro coitu 82,H
Venustum quid 61,F
Verbi acceptio duplex 7,M
Verbi etymon 10,H
Verborum cura non sola agẽda, 75,F
Verborũ vtilitas nonnunq̃ vim affert 77,H
Verbum pro participio 89,L
Verbo sensum cludere, optimũ. 93,K
Verba omnia optima, si suis locis aptentur 98,A
Veriloquiũ Cic.reformidat 10,E
Veritas nunq̃ obscuranda 40,L.
Verruca saxea 38,F.82,D
Versificatio in poemate,quod in oratione compositio 96,H
Verborum varietas in pronunciando 116,L
Verecũdia vitium amabile, eaq; duplex 120,K
Versus soluere quid 12,F
Versus Vrbani 63,L
Versum in oratione fieri multo fœdissimum 95,D
Vertere græca in latinum, & cõtrà,vtilissimum 104,C,D

Vesperug. 11,D
Veteres legēdi 18,G.Et quid oratori prosint 98,M
Vetustis quō vtendū,& quib.cōmendantur 9,I.10,I
Vibius Crispus qualis 101,G
Vicinitate virtutū vitiorūq;,nisi coactus nō vtatur Orat. 32,E
Virtus in arg. trahitur 48,G
Vinctæ orationis partes 93,H
Vigintiuiratum Cic. repudiat. 118,A
Virgilius vetustatis vnice amator 11,E.77.L,90.A
Virgiliū pauciſſimos versus diecomposuisse 113,B
Virgilii poema quale 100,E
Virtus prima carere vitio 78,C
Virtutis imaginē non effingēdā & imitandam, sed ipsam virtutem 102,E
Virtus secundum naturā 125,E
Virtutes in quibusdam non habere gratiam, in aliis vitia ipsa delectant 117,A
Virtꝰ doctrina perficitur 119,B.
Vis δώναμις 21,H
Visere pro ad videndum mitti. 89,M
Vitam totā ferè imitatione constare 91,A
Vita honesta facilis acquisitu. 125,E
Vituperatio iisdem quibus laus modis constabit,tantùm in diuersum 32,C
Viua vox alit plenius 15,M
Vt viuat quēq;,dicere 10,G
Vlyssi,Achilli,& similia in genitiuo terminabant veteres grammat. 9,E
Vlyssis eloquentia 124,H
Vniuersales quæstiones 27,K
Vocabulum quid 7,E
Vocales longæ quō scribebātur apud veteres 6,M
Vocaliū cōcursus vitādus 94,A.
Vocis numerorum diuisio 13,E
Voces idē significantes 98,A
Vocis quātitas & qualitas 111,K
Vocis obseruatio quæ Ib.
Vocis vtendæ ratio multiplex. Ib.L
Vocē bonā quæ faciāt Ib.M
Vocis bona,cura augeri Ib.L
Voci in trāsitu à pueritia ad adolescentiam,cur maximè parcendum 112,C
Vocis exercendæ ratio optima, dicere quotidie, sicut agimus. 112,C
Voxvltra vires nō vrgēda 112M
Vox,mentis index 113,E
Voluntas & scripti quæstio quō tractanda 72,L.& seq.
Vox quàm ad actionem necessaria 111,I
Vortices,Vorsus,veteres, Scipio Africanꝰ primꝰ in e vertit 11 G
Vortex quid 76,D
Vr finita nomina cur varie uris & oris gtō exeunt 10,D
Vrbanitas reficit iudicis animos 37,L
Vrbanitas Ciceronis 61,B
Vrbanitatis definitio Ib.F
Vrbanitatis definitio secundum Domitium 64,B
Vrbanitas ab vrbe 64,B
Vrbanus homo quis Ib.C
Vrbanus,nomen nouū 78,A
Vrbes quō laudentur 32,F
Vrbis appellatione Romam significari 64,B.76,D
Vrbs,Roma intelligitur 76,D
Vsitata verba quæ 9,H
Vsus doctrinā superat 121,B
Vtile ab honesto quō non separandum 33,G
Vtilium inter se cōparatio 33,G
Vulcanus pro igne 82,H
Vulgare exordii vitium 38,G
Vulpis etymon 10,G
Vultus gestus 113,I

X

Carere potuimus 6,M
X χαλκηδονικὴ ars 25,E
χαλεπὸι versus 5,C
Xenophon qualis 98,I
χρόνος 29,B.100,C

Z

Soni dulcedo 123,I
Z Zeno quō dialecticē Rhetoricēq; coniunxit 24,M
Zeusis pictor 122,L
ζήτημα,quæstio 35,I
Zopyrus Clazomenius 28,E

ERRATA quæ colligendo Indice deprehendimus.

Fol. 6,E,versu 2, alterna. 40, M,versu vltimo,vt mor- 68,M
1,Illud quoque. 69,h,4,his accedit. 74,h,1.quæ sua cuiusque. 78,I,2,ἐναργείαν. 85,A,9,excerpūt. 86,B,7,& totus. 114,B,9, communis.

M. FABII QVINTILIani Declamationes.

PARIES PALMATVS, DECLAMATIO I.

ARGVMENTVM.

Quidam cui erat filius Cæcus, quem hæredem instituerat, induxit illi Nouercam, iuuenémque in secreta domus parte sepositi. Is noctu, dum in cubiculo cum vxore iaceret, occisus est, inuentúsque postero die habẽs gladium filii defixum in vulnere, pariete ab ipsius ad filii cubiculum vestigiis palmæ cruentato. Accusant se inuicem Cæcus & Nouerca.

PRO CAECO CONTRA NOVERCAM.

SI IVVENIS INNOCENTISSIMVS, IVDICES, vti vellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare vobis amissam cum oculis cogitationum omnium temeritatem: sed cum ostendere innocentiam suam moribus malit, quàm aduersis, neque pietatis neque conscientiæ suæ grauem ferre contumeliam potest, vt parricidium non fecisse videatur beneficio cæcitatis. Quare non petit, vt miserum putetis, nisi & innocens fuerit: non petit vt afflictum alleuetis, nisi & probauerit sese infelicioré quòd patrem amisit, quàm quòd oculos. AEstimate iuuenem iis moribus, quibus videntem æstimaretis, vita, pudore, pietate. Quæ si omnia sibi, vt erunt promissa constiterint, nullo terrebitur crimine. Nec quòd sceleratissima fœminarum calamitatem nostram cruentato pariete imitata est, expauescimus. Quæ diligentia, quô solicitior fuit ne deprehenderetur, hôc magis indicauit sibi oculos non defuisse. Gratias agimus, quòd nimium auidæ suspitionis argũmenta in nostram transtulit partem: non esse Cæci scelus difficilius probaretur, nisi omnia sic acta essent, vt fecisse Cæcus videretur. Quare Iudices non improbe sperauerim futurum vt suspecta sint vobis, quæ tam inconsideratè ficta sunt cõtra miseram cæcitatem. Primum, quòd spatium illud ingens domus, quod in medio fuit, ita dilecto cruore satiatum est vsque ad cubiculum miserrimi iuuenis, tanquam plane timuerit parricida ne non deprehenderetur. Deinde, sceleri nox potissimum electa, quo tẽpore inueniri maritus sine vxore non posset. Tum in cæde, in qua nemo vtitur ferro, nisi alieno, gladius adolescentis, ne argumẽtum deesset Nouercæ, relictus est. Postremo, peractum vulnere vno scelus, quod obiiceretur manibus errantis. Et tamen contra tam multa incredibilia solum aduocat Nouerca testamentum, vúltque illud esse precium parricidii, vt rerum intellectu in diuersum coacto, occisum eo probet patrem, quòd non meruerit occidi. Nos vero istud (si crimen putatis) agnoscimus. Iuuenis hic patris sui hæres solus est. Hoc testamentũ, si viuente adhuc miserrimo sene notum esse in domo potuit, scitis quis illi debuerit irasci. Nam quòd inuisum fuisse filium patri iactat, crimen Nouercæ erat, si confiteremur. Idque probari ex hoc putat, quòd secretum non filius accipit à patre, sed cæcitas. Quo loco dissimulare satis callidè conatur inuidiam suam. Pater qui filium Cæcum in semota penatium parte sepositi, eripuit Nouercæ oculis voluptatem. Nanque ista cum inuasisse vacuos penates videretur, cum patri filium Cæcum hoc esse crederet quod orbitatem, excogitauit indulgentissimus senex quemadmodum hic miser patri suo in eadem domo esset, Nouercæ in alia, accepit secretum quòd erat petiturus. Quod quo sit animo senis factum, potestis interrogare testamẽtum. Neque ego grauissimũ patrem suprema sua iuueni iactasse crediderim, vt hæredem filium scriberet. non est res quæ imputetur, istã magis oportet vel aliquo indicio, vel suspitione muliebri arcana mariti deprehendisse, & statim omnibus nuptiarum renunciasse pignoribus. Nam cum propter pecuniam ames, idem amoris & spei finis est. Habuerat adolescens gladium in cubiculo suo semper, siue antequam in hanc fortunam incideret paratum, siue quia cæcitatis miseræ solatium est habere rem videntium. Certe nunquam illum pater timuerat, nunquam Nouerca obiecerat. Palàm positum est sub oculis omniũ tota domo notissimum ferrum. Scitis quanto negligentius custodiat ferrum bona conscientia, quàm etiam extra suspitionem sit res sine vsu. Innocentia facit vt ferrum subtrahi possit, & videntibus. Siue igitur aliquis ex seruulis corruptus est, præsertim in tam facili occasione, siue ipsi Nouercæ

non defuit audacia ad ferendum, quod facere poterat & præsente priuigno,vtique(quod dubitari non potest)quôd facit certum sceleris authorem, mauult in cæde alieno vti quàm suo gladio quisquis illum relicturus est. Reliqua Iudices si fieri possunt facta existimate. Dicitur Cæcus sine rectore,sine duce,ex illa penatium parte secreta,& pene ex alia domo, per inane longum,per tot offensa limina,per excubantes seruulos errasse cum ferro, cubiculum deinde patris ingressus in neutram deflexisse partem,sed recto gradu sicut ducere oculi solent,ad lectulum accessisse leuiter,non in torum incidisse, non ante peruenisse quàm crederet. Vos Iudices criminum tumultum ex rerum fide ducite. Dormiens senex,quem Cæcus percussor quæreret,excitatus ante esset quàm inueniretur. Iungunt his multo incredibiliora,vt occiderit patrem,pepercerit Nouercæ, parricidium autē vno ictu explicuerit: quod fere vix etiā iis contingere solet,qui oculos manu sequuntur. Nulla ergo luminum virtus,sed homo ferrum missurus in casum,satis felix si percussisset quācunque corporis partem, in ipsam proti nus animam incidit,& an morti satisfecisset,intellexit. Officium Iudices oculorum est renunciare manibus quid actum sit,Cæci percussoris vna securitas fuerat sæpius ferire. Negat præterea quicquam se ex his Nouerca sensisse,cum iuxta iaceret:nec explicat vnde illud acci derit,maximæ signum trepidationis. Si & pater vno ictu perierat, neque ista vigilabat,nunquam gladium reliquit percussor securus. Reliqua Iudices nimiū suspecta, improbe assimulata. Spatiosissimus paries,& longissimū domus latus habuit notas sanguinis, quas reliquisse videretur manus reuertentis. O quàm bene quicquid volunt imitantur oculi. Stupet(siqua est fides)omnia priuignum illa nocte fecisse. Dicitur ad votum Nouercæ gladium in vulnere reliquisse,quem suum negare nō posset. Deinde per totum parietem quid aliud inscripsisse,quàm se parricidam sanguine patris vsque ad cubiculum suum perduxisse, & viam sequētibus reliquisse? Hæc fecit aliquis negaturus? Gratulor tibi adolescens,si non potuisti parricidium illud admittere,nisi vt relinqueres argumentum cæcitatis,habuisti innocentiæ necessitatem. Causam igitur miserrimi adolescentis sic apud vos agere proposui, vt primū ipsum defendam quasi reus tamen sit:deinde cum esse securus de huius innocentia cœpero,tūc ingrediar Nouercæ accusationem. Spectabitis vtrunque suis moribus, suis causis:eritque facilior via vestræ religionis. Quanquam duos iudicia cōplexa sunt,vos tamen tanquam de singulis cognoueritis. Et primum sic agam tanquam iuuenis habeat oculos,tanquam impetus eius nulla corporis debilitate frangātur. Interrogabo quid ante perditè, quid flagitiosè,quid impiè fecerit,per quæ se parricidam scelera promiserit. Innocentia per gradus certos ab homine discedit, & ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit,quo incredibile est peruenisse. Dicas necesse est quæ huic cum patre odia fuerint, quàm violēta dissensio inter sacrorum infinita nominum pignora. Crede mulier etiam tua causa. Nam si facile est filio occidere patrem,facilius est vxori maritum. Loquar nunc de infirmitate miseræ cæcitatis. Temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur, & frigescunt impetus mentium,quos non explicant ministeria membrorum,ad solum se alligat destituta mœrorem. Vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas,ad quod ducibus oculis peruenitur. Cogitat semper errare & offendere,cogitat eundi redeundique difficultatē. Magna innocentiæ necessitas est, neminem facilius posse deprehendi. Semper se custodiunt miseri,ne esse miserabiles desinant:& quisquis amisit oculos,laborat ne merito perdiderit. Quid aliud cæcitas discit quàm rogare,blandiri? Odium omne adiuuant oculi,& hunc in pectoribus humanis furorem lumina accendunt, nec leuis animis accedit insania,quoties quem execreris aspicias. Cæcus miserior est quàm vt inuisus sit,timidior est quam vt oderit. Præterea nocentibus liberis frequentissimas ad parricidium causas suggessit illud quod videbant. Vitiis enim nostris in animum per oculum via est. Aliis tradidit in parentum sanguinem luxuria ferrum,luxuria vidētium crimen: Aliis meretriculæ immodica poscentis amor,cui renunciant oculi. Cæcus infelix patrem occidit? deinde cui manum porriget securior?cuius humeris leuior incumbet? Quis contumelias seruorum castigabit seuerius?quis calamitatē tam obnoxiā maiore reuerentia proteget? Inter felices alius est ordo votorum:Cæcus filius optat superstitem parentem. Volo nunc scire quemadmodū dicat explicitum tam difficile facinus. Cæcus parricidium cogitauit. cum quo?cuius se commisit oculis,iturus per totam domum? quem ducem elegit ille qui erat in cubiculo suo solus? Secum (opinor)secum deliberat. Sufficit sibi,cum homine expeditissimo loquitur. Cur enim socium conscientiæ quærat?omnia potest scire. Primum vel nox quanta sit. Deinde prospicere solicite an omnis familia dormiat. Gradu suspenso ponere certa vestigia, & in

omnem timoris ſui partem ſolicitum circũagere vultum. O quàm parum eſt in metu ipſos etiam oculos habere. Ita non iſte ſibi dixit? Occidere quidem patrem volo, ſed quem ſequen tur hæ manus? Nocte ſolus egrediar, ſed quãdo perueniam? Putas nos iunctis habitare limi-nibus? domus inter patrem filiumque media. Quantum erroris, quantum moræ, ſpatium ingens & vix metiendum. Cæcitas inconſulta quid agis? nox ante deficiet. Quid ſi deinde vterque vigilauerit? quid ſi Nouerca? Age limen inueniam, cardinem ſine ſtrepitu mouebo, dormientis cubiculum intrabo, quieſcentẽ feriam patrem, ſemel ſatis erit, nec Nouerca vi-gilabit. Securus egrediar ſciente nullo reuertar. Vota ſunt iſta, ſed oculorum. Cæcus deſpe-raret etiam ſi tam multa nox polliceretur. Hoc loco quæram neceſſe eſt, quæ ratio fuerit vt iuuenis ad parricidium ſuo potiſſimum gladio vteretur. Nimirum illud in mentem venit, quia erat relicturus. Nam ſi alienum & ignotum in vulnere patris gladium reliquiſſet, po-tuerat de percuſſore dubitari. Hic attulit ſuum, vt etiam ſi euaſiſſet, tamen ferro ſuo tene-retur. Cur ergo, inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? quia habueram ſemper, quia vſu-rus illo non eram. Ferrum ergo parricidio meo tot ante annos præparaui, & ſecundum il-lum quem minabar patri, tamdiu innocens fui? Ego eram ferro ac mente paratus, & tot abiere noctes? Ante gladium illum familiarem oculis tuis feci, ante omnibus ſeruulis no-tum. pependit in cubiculo tanquam teſtis conſcientiæ meæ palam in medio negligenter, ſic vt ſubtrahi poſſet. Non illum conſcientia trepida velauit: tam notus in cubiculo fuit, quàm cæcitas domini. Quiſquis ferrum præparat ſceleri, ſic illud habet, vt poſſit ſuum negare. Ponite nunc ante oculos actum parricidii, deprehẽdetis difficultatem. Dono illud, dum a ſuo limine egreditur, dum illos quos accepit a patre ſeruulos fallit: ecce cubiculum ſe nis inuenit aliquando, ecce paries ille deficit, & percuſſoris manus ſubito deſtituit, ceſſe-re fores ſine ſtrepitu. Quid poſtea agit? Vtrum ipſum cubiculi parietem circuit, an ſe com-mittit in medium? & per ſpatia tenebrarum armatam manum iactat? Ecce patris lectulum tenet, etiam dormientium anhelitus imminens audit, vnde ſciet quo dirigat ferrum, quem potius feriat ex duobus? Tentauit ergo vultus & pectus obiectum, breuiſsimam perituræ animæ viam quærit, & quantus erit ſopor qui iſta non ſentiat? Dices, neque ego ſenſi. Ideo intelligis quàm malam cauſam habeas, cuius & vna & incredibilis defenſio eſt. Ita feri-tur in ſinu tuo maritus, & tu nihil ſentis? Ad latus tuum fata hominis peraguntur, tu ta-ces tanquam te priuignus occiderit priorem? Ita non ille percuſſus eſt homo, quem Cæ-cus occidit? Te vero (ſi nihil aliud) calens ille cruor denique ſuſcitaſſet. Sed quàm ma-nifeſta eſt conſcientia quæ te compellit ad hanc neceſſitatem, vt cum occiſum a priuigno tuo patrem videri velis, cogaris dicere nihil ſenſiſſe? Sufficit, vicimus, innocentes ſu-mus. Cum in eodem lectulo fueris, cum amplexa ſis forſitan illum qui occiſus eſt, tam in-credibilem profiteris ſoporem? Cur ergo tu incolumis es? quæ tam iratis manibus ſan-guinem tuum fortuna ſubtraxit? Certe dormiebas, certe nihil ſenſeras. Ita priuignus te reliquit, qui deprehendi timebat? Occidit ergo aliquis patrem, & Nouercæ pepercit? Maxi-mum omniũ nefas, fortiter fecit, minori ſceleri ſtatim par non fuit? Omnia humana ſacra confudit, violare non eſt auſus pectus odiorum? Incredibile eſt, ſine fide eſt, non occi-dere Nouercam, cui imputes quòd patrem occidat. Quid ais adoleſcens? tu ne circa illum ſanguinem defeciſti? illa te blandius rogauit anima? perdidiſti ergo illud quòd nihil ſen-ſerat, quòd nox, quòd ſilentium, quòd tempus ſupererat ſceleris alterius? Tu ſi facere par-ricidium poſſes, ideo patrem tantum occidiſſes, vt tibi & Nouercam liceret occidere. Non video cur niſi videri velit relictam mulierem, ideo tantum vt videretur illud nefas illa feciſ-ſe, callide ſatis. Sed hoc alio protinus argumẽto ſubuerteretur. Non eſt eiuſdem conſilii No-uercæ parcere vt ſubſtituat ream, & gladium relinquere quo ipſe deprehendatur. Sæpius vti neceſſe habeo argumento cæcitatis, & hoc etiam loco quo de illo vulnere diſputandum eſt. Mehercule ſi percuſſor intraſſet, qui videret, qui lumen præ ſe tuliſſet: non tamen tam feli-citer liberaſſet ictum. quem etiam ſi nullæ fallerent tenebræ, metus & conſcientia incertum magni ſceleris triſtem morte feciſſent. Raro contingit ſemel ferire carnifici, quanuis compo nat ipſe ceruicem, & exercitata manus homicidium nouiſſimè velut quoddã genus artis ex-erceat. Sic ergo librauit manum Cæcus, vt ipſam protinus feriret animam? Ego mehercule etiam illud admiror, quòd cum patrem vellet, non Nouercam percuſſit. Præter ani-mum nihil virium habet parricida: primus ictus: ille trepidat, ille cogit, ille erubeſcit,

ille eſt ab innocentia proximus,ille præſtat hoc ſolum,vt ſequens fortius feriat.Interrogare nunc volo quæ iuueni cauſa fuerit,vt reliquerit gladium.Scilicet noluit Nouercam ſuã infamari.Abſtulit ſibi omnem defenſionem, & ſe parricidam confeſſus eſt, ferrum in vulnere reliquit.Si nondum occiſum putabat,iterum feriret.Si iam perfectum nefas intelligebat,auferret indicium.Sed quid ego rem manifeſtiſsimã colligo?Si vultis Iudices ſcire a quo ſit gladius relictus, cogitate cui expedierit vt inueniretur. Sed paries vſque ad cubiculum priuigni veſtigio manus cruentatus eſt. Cogitate Iudices ante omnia, non eſſe incallidum hominem,neque conſilii iacentis, qui Cæcus explicare conetur facinus,etiam oculis difficile. Ille ergo non exiſtimat cum manum cruentam parieti applicat,veſtigium a ſe parricidii ſui relinqui:cum dexteram qua duce vtebatur, veſte tergere,atque ita abire ſine veſtigio poſſet, totum parietem cruentabat,& vbi aliquid de patre miſero relinquebat, quid futurum eſſet poſtero die,quantum expectaret inuidiam ad lucem non cogitabat: ſed diſponebat iudiciũ certum,indubitatum, ſine errore,quod Nouerca ſequeretur vſque ad cubiculum ſuũ,vſque ad limen ipſum.O admirabilem caſum,nec cruor ante defecit. Vtar hoc loco natura ipſius rei,Palmatus ſanguine paries inuentus ſic eſt,totam manum explicuit, omnes digitos diligenter expreſſit.Totum ergo ſanguinem conſumeret intra prima veſtigia.Pone enim manum cruentatam,atque adeo(vt iſtis etiam blandiar) madentem:pone menſuram itineris, ſpatium parietis,diu enim in ſecretam domus partem reuertẽdum eſt: debet proxima pars a cubiculo patris habere plurimum ſanguinis, ſequens minus,tertia minimum,vltima nihil. Nam cruor quoties admotus eſt,tranſit,aut in manu tarde reptantis areſcit. Hoc quid eſſe dicamus,quòd circa cubiculum vtrunque ſanguinis iſtius veſtigium quaſi incipit? hinc eſt paries palmatus,& illinc? Quomodo pertulit manus quod relinquebat?Nouerca iſtud, Nouerca ſecuris compoſuit oculis: illa miſerum dextera ſanguinem tulit, & manum ſubinde renouauit. Palmatus paries habet diſtantiam,vacat aliquid loci,integrum vbique veſtigium eſt,Cæcus manus traxiſſet. Quæro nunc,vnde tantum ſanguinis in manu? Tunc enim ex omni vulnere cruor profluit & effunditur, cum ferri recentem viam ſequitur. At quoties eodem quo factum eſt cluditur telo, latet tota mortis inuidia. Præterea cum manus ex parte qua palmare veſtigium poteſt,plicetur in capulo,& ſe dum telum occupat claudat,neceſſe eſt exteriore vt parte reſperſa ſit. Tuus autem qui palmatus eſt paries,veſtigium eius partis oſtendit, ad quam cruor peruenire non potuit. Veſtrum eſt nunc comparare omnia iſta, perpendere. Cur prudentior ſit iudex in deprehendendo ſcelere, quàm reus in admittendo,hoc eſſe in cauſa puto,quòd alter tãtum pro ſe cogitat, alter pro parte vtraque.

Tuitus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam, nunc inſpicere volo quanto certioribus argumentis Nouerca teneatur. Tranſeo illum vulgarem & omnibus notum de comparatione perſonarum locum. Alius diceret maritum & vxorem niſi liberis initiarentur, non fortiſſimis corporum vinculis inhærere.Ego illud potius dicam, decepta eſt mulier expectatio tua. Veneras quaſi in vacuam domum, & ſine hærede. Expectaueras vt infelix iſte iuuenis ab ipſis protinus nuptiarum tuarum expelleretur auſpiciis, extorrem & inopem ſummoueret pater blando corruptus amplexu, & omnino ſummam calamitatem corporis occurrere delicatis vxoris oculis vetaret.Inueniſti pium & deuotum vnico ſenem,& de omnibus coniugis tui deſperaſti ob id affectibus. Miſerrimus eſt maritus quiſquis inducit filio Nouercam,quòd vxori non videtur vtrunque poſſe amare. Quæro igitur ante omnia vbi occiſus eſt maritus? In cubiculo ſuo, hoc paulo ante priuigno defendendum non fuit.Occiſus eſt in cubiculo ſenex. Ita ille percuſſor non timuit vxorem? Audio ſecretum nuptiarum, & matrimonialis lectuli ſolitudinem occiſurum intrare. Quem quæram? vbi relinquitur maritus ab vxore innocens? Noctem autem ad ſcelus quis elegit? Nox tuum tempus eſt, quid ſi accedit huic etiam ſceleris occaſio? Non venire debes ad ſecretam domus partem, nocturna tibi penatium ſacra peragenda ſunt? Tu non cogitas quemadmodũ ſuſpenſa manu ſonantem blande cardinem flectas? Iaces ſecundum occaſionem, & expeditum tibi in proximo facinus eſt. Non times ne quis deprehẽdat. Ipſi quoque ſeruuli longius quieſcũt, & præſtatur grande ſecretum genio loci. Tibi quoque ferire cum velis, ſcire an dormiat licet. Nox & ferrum, & ſecurus maritus,quidnam iſto declaratius ſcelere? Occiſum eſſe miſerum ſenem cum tu volueris ſcimus. Quomodo tamen,inquit,gladius peruenit in meam poteſtatem,qui priuigni fuit?Hæremus,hic difficilis expugnãdus eſt locus. Quis credet mihi, ſi dixero,Gladium Cæcus ille perdidit, perpetua nocte clauſæ genæ non cuſtodierunt. Fingere nimirum ad tempus videbor, & rem nimium manifeſtam impudenter complo-

rare. Scilicet ſemper iſti appoſita capulo manus, & diebus ac noctibus curæ. Nolo tanquam callido glorieris ingenio, non accepiſti trucem horridúmque latronem, noſtri tibi occaſionem præbuere mores. Nam quòd vno ictu occiſus eſt ſenex, ad te ſuſpitio magis reſpicit. Tu præparare corpus illud ad ictus potes, dum videris amplecti. Tu blanda manu prætentare pectus, vbi aſſiduo viſceris pulſu non quieſcat anima, vbi ſtatim mors ſit, vbi de ſpiritu ſanguinis ictum explorare ante & cognoſcere licet, poteſt & vno ictu mulier occidere. Venio nunc ad veſtigia parietis cruentati, quibus te ſatis abundeque preſſimus dum adoleſcẽtem defendimus. Hæc ſunt tamen quæ contra te reſeruata ſunt. Cum maritus tuus in cubiculo occideretur, ſciebas nullum tibi relictum patrocinium, niſi aliquid cæcitate ſimile feciſſes. Ideoque ſanguinem in illam partem induxiſti, in quã quæri volebas, vt poſtero die omnis inuidia ſanguinis notas & veſtigia præparata ſequeretur. Infamas cæcum, conſilium ex calamitate ſumpſiſti. Sciebas illum non aliter ſi dux defeciſſet ingredi poſſe, quàm ſi veſtigia parietis perpetuitate dirigeret. Simulaſti itaque cæcitatem, & ne quid ſceleri impio deeſſet, mariti tui cruore liuiſti. Omnia tibi compoſita atque ſimulata ſunt per otium & ſecuritatem, tanquam ſcelus transferatur ingenio. Nunc enim tu innocens, quia priuigni gladius in vulnere, quia paries cruentatus hoc ſufficere vtrunque iudicio putabas? quàm facili momento cauſæ fata vertuntur, quòd feciſſe etiam is ſcelus frequenter inuentus eſt, qui obiiciebat. Sed cauſas, inquit, parricidii iſte habuit, quem iratus pater in ſecretam domus partem relegauerat. Mulier illa forſitan ignominia felicioris videretur eſſe priuigni. Cæcitatis beneficiu eſt, cum illi ſecretum datur. O præclaram ſenis optimi ſingularemque pietatem, quàm blande ille ſepoſuit miſerum ſuum, quàm diligenter vxoris gaudentis excluſit oculos? quàm multo Cæcum pudore donauit? Si felicior, inquit, eſſem, pater, ego tibi potius cederem domo tota. Nunc miſer illam occupa partem, in qua nemo te videat, in quã ſolus ego veniam: ſint circa te ſeruuli fideles, non gemitus tuos audiat quiſquam, non flebili mœrore paſcatur. Nihil eſt quod te ſolicitet conuerſatione noſtri ſecretum, quod cæcitati ideo præſtatur, vt minus oculi deſiderentur. Aliquis odit filiũ Cæcũ, & hac tantũ vltione cõtentus eſt, vt illi aſſignet quietam, & ſepoſitã, & meliorẽ domus partẽ? Ita ais, ego ſic intelligebã, quaſi abdicaret, quaſi expelleret. Iratus igitur ſenex tenet iuuenẽ ſuũ velut interiore cõplexu, & a limine obtat? Rogo quòd duos ſeparat media domo, te integram, ſanam: & illum infelicem Cæcum, cõtumeliæ opportunũ, iniuriæ facilem, vtrum filio iraſcatur, an vxori? Nolo, inquit, iuuenis vtaris amœna domus parte, ne hæc quæ nitidioribus tectis elaborata ſunt, pertineãt ad oculos tuos. Quis tã ſtulte iraſcitur Cæco, vt putet illius intereſſe vbi habitare iubeatur? Te potius ille ſummouet, tuis inuidiam facit oculis. tibi dicit, Sufficiat, ſatis eſt, habes maiorẽ domus partem, abſentem puta, miſero in paternis ædibus aliquem angulum relinque. Pater, qui filio ſub Nouerca aſſignat ſecretam domus partem, confiterur vxori ſe abdicare non poſſe. Tranſit ad aliud genus defenſionis. Sibi cauſam cædis non fuiſſe, cum hic hæres inuetus ſit omnium bonorum. Quis enim alius eſſe debeat, vt huic properandum fuerit ad hæreditatem? Filius ſcriptus non timet pœnitentiam teſtamenti. Omnium bonorum hæres relictus eſt. Non ergo iraſcebatur pater cum daret ſecretam domus partem. Non poſſunt tibi diuerſa prodeſſe, eadem obiiceres reo ſi exhæredatus eſſet. Elige vtrum voles. Si ſciuit ſe eſſe hæredem, amare magis patrem debuit: ſi ignorauit, non habuit quod ſperaret ex morte patris. Reliquuũ eſt vt intueamur, ille qui periit ab vtro magis veſtrum deſideretur. Te opinor hic grauius afficit dolor, impatientius hic luctus exanimat, tuque obſoletam protinus nubem, & tempori accommodata lugubria flammeo reuertente mutabis. Hinc vero iuuenis, qui ſi fortunæ ſuæ mala cũ præteritis comparet, Cæcus cœperit eſſe nunc primũ. Nam quid non miſer in hoc ſene perdidit? viuebat illi magna pietas, aderant quocunque iuſſerat de facie patris oculi, non illudere infelicibus tenebris contumaces ſeruuli poterant, nec (quod extremum contumeliarum genus eſt) vt dominum ageret rogabant. Nunc quanta dii boni ludibria ſunt iocunda? Iunxere ſe pariter cæcitas & ſolitudo. Quid tibi nunc miſerrime adoleſcens hæreditas prodeſt, quam tantum audis? quid enim circa te pecunia poteſt? quæ fruendi voluptates? quid aliud quàm ſpoliorum facilis occaſio? Quàm bene iſta omnia paterni oculi cuſtodiebant: quàm facile decipi, quam facile denudari, quam cito ſine labore falli potes, quam cito inops fieri? Morte patris exhæredatus es. Quid nunc tibi niſi perpetuus imminet mœror, & execratio vitæ? Miſer poſt omnia & lachrymas perdidit, nec dolentem adiuuant oculi. Incipit apud te gladius habere quid agat. Quærit, ecce quærit miſer ferrum. Nunc, inquit, huc reddite illud, innocens donec habuit

meas manus tãtum. Si mori neceſſe eſt, illi potiſsimum incumbam. Hoc illa iam olim grauis & infelix anima querebatur. Vbi nunc meæ vires? vbi impetus? vbi dextra tam fortis? vno ictu puto ne me quidem ipſum mihi continget occidere.

CAECVS IN LIMINE, DECLAM. II.

ARGVMENTVM.

Ex incẽdio domus adoleſcens patrem extulit. Dum matrem repetiit, & ipſam & oculos amiſit. Induxit illi pater nouercam. Quæ acceſſit quodam tempore ad maritum, dixitque parari illi venenum, quod iuuenis in ſinu haberet, & ſibi promiſſam dimidiam patrem bonorum ſi illud marito porrexiſſet. Intrauit ad cæcum pater, interrogauitque, an hæc vera eſſent: ille negauit: exquiſiuit, & inuenit in ſinu venenum. Interrogauit cui paraſſet, ille tacuit. Receſſit pater, & mutato teſtamento, nouercam fecit hæredem. Eadem nocte ſtrepitus in domo fuit. Intrauit familia in cubiculum domini, inuenitque ipſum occiſum, & nouercam iuxta cadauer dormienti ſimilem, cæcum in limine cubiculi ſui ſtantem, gladium eius ſub puluino cruentatum. Accuſant ſe inuicem Cæcus & Nouerca.

PRO CAECO CONTRA NOVERCAM.

SEntio Iudices pudori iuuenis, pro quo minimum eſt quòd parricida non eſt, grauiſſimum videri quòd abſoluendus eſt contra Nouercam, & plurimum cæco de reuerentia deperire virtutum, cum in patrocinio ſummæ pietatis aufertur quicquid alium defenderet innocentem. Hoc primum itaque publicis allegamus affectibus, quòd pro ſe reus indignatur vti corporis probatione. Solus omnium non remittit ſibi, vt incredibilior ſit in parricidio Cæcus, quàm fuit cum videret. Homo omnium quos vnquam miſeros fecere virtutes, innocentiſſimus parricidium negauit antequam pater occideretur, & ne quid hodiernæ ſolicitudini præſtari putetis, fecit, quod eſt ſummum in rebus humanis nefas, ne vel in alio crederetur. Ignoſcite per fidẽ, quòd indignatur ſe iuuenis in honorem tantum calamitatis abſolui. Filium qui patrem ex incendio ſua cæcitate ſeruauit, facinus eſt hoc enim innocentem videri, quòd illum non potuerit occidere. Nam quod ad mulierem Iudices pertinet, quæ defendi non poteſt, niſi patrem Cæcus occidit, tam impudentem delationis neceſſitatem malo, quàm ſi tantum negaret. Viderit qui fidutiam veritatis putat, ꝙ Cæco facinus obiectum eſt. Deprehenſa mulieris audacia eſt, quæ non poteſt niſi incredibilium comparatione defendi, & quiſquis Cæcũ inuicem accuſat, ſolus eſt reus. Aliæ Iudices eſſe debuerunt aduerſus hanc debilitatem probationes. Cæcus in parricidio non debet ſuſpectus fieri, ſed deprehendi. Quæſo itaque Iudices vt hæc prima propter cauſam iuuenis putetis, quæ contra illum nimia ſunt. Nihil magis debet eſſe pro Cæco, quàm quòd aduerſus illum fuerũt multa fingenda. Et cõſtat de pietate, de innocentia hominis, qui expugnandus fuit parricidii ſimilitudine. Congeſta ſunt aduerſum miſeram debilitatem ferrum, cruor, venenum, & quicquid non poteſt eſſe negligentiæ, niſi neſcientis. Nemo Iudices, nemo diligẽtior debet eſſe ad facinus, quàm qui parricidiũ potuit facere Cæcus. Iuuenis iſte de quo ſumma in rebus humanis monſtra finguntur, eius fuit erga parentes ſemper affectus, quem nefas eſt optare de liberis. Cum domus ignium ſepta violẽtia rapuiſſet miſeris ſenibus omne præſidium, illa feſtinatione qua fugimus, erumpimus, in medium cucurrit incendium. In quanto tunc periculo fuit rerum naturæ pietas? Dum diu multumque attonitus hæret, dum ad vtrunque reſpicit, ad vtrunque diſcurrit, pene infeliciſſimos parentes perdidit pietatis æqualitas. Vt demũ miſerrimos ſenes cluſerat iam propior ignis (audiat licet inuita pietas) patrem iuuenis elegit, & de pariter ardentibus vices diſpoſuit affectus. Vixdum poſito ſene, cum illum quoque miraremur explicitum, iterum flãmas aperuit, & vndique coeuntis incendii redditus globis arſerat iuuenis, ſi tardius perdidiſſet oculos. Facinus eſt exiſtimare Iudices, non hoc quoque maximis contigiſſe conatibus, vt ſeruaretur & mater. Munus tamen in vtroque fecerat, niſi perdidiſſet oculos. Viderint qui filium in eo magis parente mirantur, in cuius ſalutem faciem vultusque conſumpſit. Patri præſtitit cæcitatem, qui amiſit oculos, dum repetit quam reliquerat matrem. Non expectatis, certum habeo Iudices, vt excuſem quòd pater induxit Cæco Nouercam. Factũ eſt eo tempore, quo conſtabat patrem filio ſenem ſoluendo non eſſe. Contenderim quinimmo iuuenis fuiſſe conſiliũ, vt pater cui matrimonium filiúmque abſtule-

rat incendiũ, reſidua ſenectutis alia ſolaretur vxore. & vt domus quæ Cæcum tantum habebat & ſenem,acciperet ex coniugio miniſteria cuſtodita. Facinus eſt Iudices,quòd bonos priuignos Nouercæ facilius decipiunt,nec leuius oderũt. Quàm multis inſidiis,quàm multis artibus patet cæcitas innocentis? Mulier cui ſpem inuadendæ hæreditatis præſtabat debilitas priuigni,ſenectus mariti,intellexit hoc ſolũ deeſſe ſceleris occaſioni,vt prius infamaretur parricidii Cæcus. Viſo igitur hoc,quòd ſibi iuuenis non videbatur eſſe priuignus, venenum quod in miſeri ſinu abdiderat deprehenſura,nunciauit patri,tanquam parricidium putaretur. Et quia mendaciũ poterat facile nudari,ſi quem conſcium nominaſſet,totã delationem ſic ordinauit, vt ſibi crederetur promiſſam dimidiam partem bonorũ,ſi venenum ſeni voluiſſet ipſa porrigere. Videtis Iudices, qua præparatione Nouerca ad teſtamentum patris acceſſerit. Mulierem quam credit maritus noluiſſe partem bonorum accipere pro ſcelere, neceſſe eſt ſic remuneret,vt faciat hæredem. O quanto aliter probaretur parricidiũ, quod iam poteſt deprehẽdi. Mulier quæ ſe dicebat in conſcientiã ſceleris admiſſam,non hoc primum exegit a patre,vt quæreret quis paraſſet Cæco venenum: quis dediſſet, vnde maximũ ſciebat poſſe fieri quæſtionis errorem, inſtituit vt innocentiſſimus iuuenis interrogaretur repente, ſubito infamatura velut deprehenſi trepidationem,ſeu tacuiſſet Cæcus,ſeu negaſſet. Adductus ad filium ſenex dixit iuueni quicquid audierat. Nunquam Iudices tam ſimplicis innocentiæ fuit facinus actũ negare. Non eſſet auſus iuuenis coram ea muliere mentiri, quæ prodidit,& ſciit vbi eſſet venenum. Vt vero ſenſit infelix inſtantem Nouercam,poſtulãtemque vt ſinus iuuenis exquireretur,tunc vero attonitus & hærens, & tota malorum ſuorum cogitatione confuſus,intellexit hoc argumentum eius eſſe quæ paraſſet, vt poſſet deprehendi. Igitur propere,feſtinanter omnia membra pertractans,& merſis in ſinum manibus, cum cũcta ſuſpectionibus,dum tactu iuuenis explorat,venenum primus inuenit. Laudo Iudices innocentiam ſilẽtii,laudo fidutiam,quod interrogatus cui paraſſet,non putauit ſibi defendẽdum venenum. Rem quinimmo fecit eius qui ſciret patrẽ non crediturũ, & (quæ maxima eſt innocentiæ contumacia)perſuaſionem ſenis nulla voluit excuſatione corrumpere. Non fuit illud trepidatio,non tacita confeſſio. Quiſquis habet venenum,habet & quod reſpondeat deprehenſus. Fecit poſt hæc ſenex rem hominis,quem non mouiſſet quicquid inuenerat. Non torſit miniſteria Cæci,& de ſcelere in quo ſolus nocens eſſe parricida non poterat,non explicuit ordinẽ quæſtionis,ſed quod plus eſt quàm abſoluere,remiſit iuueni defenſionẽ. Vtrum deinde intellectis deterrimæ mulieris inſidiis filium pauliſper voluerit exhæredatione protegere,& diligentius de patrimonio ſuo deliberaturus interim captauerit vt videretur mulieris cupiditati iam non obſtare priuignus: an facillimum fuerit vt exhæredationem quoque impetraret Nouerca Cæci ab homine cui tam multa perſuaſerat,cogitationibus veſtris relinquo. Hoc tantum dixiſſe contentus ſum, Teſtamentum continuo mutauit. Et ne quis miraretur hanc feſtinationem,ſtatim ſubſequutum eſt vt periret. An interfuerit Iudices iuuenis huius vt viueret pater,qui iã alio moriebatur hærede,vos exiſtimabitis. Certe non interfuit vt occideretur. Facinus Iudices quod illa nocte in cubiculo Nouercæ, quod in lectulo factũ eſt,domus tota perſenſit,nemo non ſibi viſus eſt iuxta fuiſſe. Excitari ſola Nouerca non potuit illo in loco vnde venerat fragor. Concurrit familia quo ſolicitos atque trepidantes ducebat ſtrepitus quem ſequebantur. Inuenerunt ſenem occiſum, Nouercam iuxta cadauer ſic iacentem,vt ſtatim poſſent interrogare quis occidiſſet. Nũciatum eſt deinde facinus & Cæco. Inuentus eſt(quod innocentiæ ſufficit)non a ſcelere rediens, ſtans in limine cubiculi ſui animo quo diſcurrebant vidẽtes. Vt deinde ferrum iuuenis inquireretur,exegit eadẽ vtique quæ poſtulauerat de veneno. Quòd in lectulo gladius cruentatus inuentus eſt,non deprecor Iudices,quin contra cæcitatem non minus argumẽtum putetis,quàm quôd inueniri potuit venenum in patricidii ſuſpicione. Gladius cruentatus nouiſſima probatio debet eſſe,non ſola. Ignoſcite malorum periculorum metus,ignoſcite humana diſcrimina. Defenſionem iuuenis primũ lachrymis gemitúque proſequimur. Perdidit infelix iuuenis patrem, perdidit & cæcitas illum ſenem,cuius oſcula,cuius amplexum imponebat vulneribus oculorum,cui præſtabat Cæcus vt viueret. Miſera ignorantia,miſera debilitas,quod te Nouerca nõ ſic potius decipere maluit vt biberes venenum. Facinus eſt Iudices comparationem fieri,vt incredibile ſit parricidium. Idem vos putatis efficere noctium merita, & affectus oſculis blanditiisque quæſitos,quod nataliũ pignorúmque reuerentias? Nullas ego facilius perire crediderim,quàm corporũ charitates. Et licet matrimoniis paulatim reuerentia grauitatis accedat, poſſunt tamen diſtrahi facilitate qua cocunt. Vxor eſt,quã iungit,quã diducit vtilitas: cuius

hæc ſola reuerentia eſt,quòd videtur inuenta cauſa liberorum. Aſpicimus matrimoniorum ſingula momenta rixantia,mutãt quotidie domos , & per amplexus lectulósque diſcurrũt. Placet etiam poſt liberos alius maritus,& vnde deprehẽdas omnium ſcelerum facilitatem, poſſunt non amare viuentes. Quid ſi huic vxoriæ vtilitati nouercale nomen adiungas?Mulieri quæ poſt liberos inducitur, matrimonii non contingit tota reuerentia . Quanto alios præſtat affectus diligere vitæ lucisque authorẽ? Liberi ac parẽtis non alius mihi videtur affectus,quàm quo rerum natura,quo mundus ipſe conſtrictus eſt. Quiſquam ne mortaliũ confodiet illud ſacrum venerandúmque corpus,quod poteſt ex ignibus rapi, pro quo bene conſumuntur oculi? non inuenio Iudices quemadmodum poſſit eſſe contra liberos ſalua reuerẽtia. Non eſt difficile vt maritum vxor occidat,ſi non eſt difficilius vt filius patrem . Non eſt Iudices,quòd putetis inter mulierem & virum de ſcelere quæri: neque eſt quòd ſe Nouerca ſexus occaſione tueatur. Maior eſt cæcitatis infirmitas. Sunt & fœminis ad ſcelera vires, cum habent cauſas,virorum. Quinimmo ſi interroges,facilius hæc pectora metus,odiũ,ira corrumpunt:& quoniam non habent roboris tantum , vnde vitia mentium vincant , plerũque facinus infirmitatem fecerũt.Sanè tamẽ illis ſceleribus ſufficere non poſſint,quæ diſcurſum, quæ exigũt laborem. Quod vero tam muliebre poſſis inuenire facinus,quàm occidere hominem iuxta te iacentem? aggredi ſenem,qui ſe tuis crediderit amplexibus?cuius ſomnos ipſa diſponas?ipſa cuſtodias?Omnis alius percuſſor deprehendi poteſt antequam feriat,vxor non ſentitur niſi dum occidit. Non eſt Iudices incredibile vt occiderit mulier hominem, quem dicitur potuiſſe Cæcus occidere.Facinus eſt Iudices ſi cæcos habere noncredimus niſi neceſſitatis innocentiam . Prima eſt infirmitas cæcitatis,vt nolit. Fallitur quiſquis hanc calamitatem non animorum putat eſſe ſed corporum. Totius hominis debilitas eſt oculos perdidiſſe.Et ſi diligenter actus intuearis humanos, miniſteria luminum ſumus. Cæcus non iraſcitur,non odit,non concupiſcit. Et cum corpora noſtra vigorem de luminibus accipiant,pereũt cum ſuis vitia cauſis. En ad quod erũpant manus, quæ proxima quæque tandiu quærunt:manus quæ ſua quoque miniſteria non explicant. Audebit quicquam corpus illud quod ad ſingulos ſibi videtur decidere motus ? cui quicquid ante ſe eſt , donec exploretur,abruptum eſt?Facinus admittet in quo nihil ipſe facturus eſt?Facinus,quod totum credat alii? Quid ſi cæcitas ſit quam fecerint ignes? Nemo in incendio ſolos ex homine perdit oculos. Tunc facies ſentit incendium,cum ambuſti defecerũt greſſus,cum opponi non poſſunt pro oculis manus,& ad lumina noſtra flammas omnium membrorũ vulneribus admittimus.Cæcum vel hoc faciet innocẽtem,quòd licet viribus,licet ſufficiat audacia,non habet perſuaſionem hominis,qui poſſit imponere. Nefas eſt iudices hunc iuuenem reliquarum debilitatũ ratione defendi. Quàm incredibile eſt vt occiderit patrẽ,qui pati non potuit vt perderet eũ? Rogo quid opus gladio, quid veneno parricidæ?quantulũ fuit potius ſeruare matrem?Rapiatur ex parentibus illa infirmior,illa peritura: parricidium ſic facere potuiſti,vt optimus filius videreris. Quantum deinde putatis impatientiſſimis affectibus acceſſiſſe poſt cæcitatem? charior eſt pater cum in locum ſucceſſit oculorum, & tunc eſt infinita pietas,cum in illa debeas amare quod feceris. Quid dicitis Iudices?transferet in facinus,hunc cæcitatis ſuæ iuuenis fauorem,ad quem cotidie laudatura ciuitas coit, cui aſſident omnes liberi,omnes parentes? faciet ſe pietatis pariter & ſceleris exemplum? Facilius eſt vt occidas patrem a quo ſis ipſe ſeruatus . Nullius vnquam Iudices parricidii magis debuiſtis excutere cauſas . Cupiditas,inquit,iuuenem egit in facinus . Hoc ſi credibile , ſi verum eſt, debet videri,mulier hæres maritum,an patrem Cæcus exhæredatus occiderit.Habeant ſane Iudices hanc nefariæ cupiditatis feſtinationem,quos vitiorum ardor , quos cotidie luxuria præcipitat. Quo Cæco hæreditatem vel innocẽtem?oculi ſunt , oculi per quos paupertatem ferre non poſſumus , oculi tota noſtra luxuria . Hi nos in omnia cotidie vitia præcipitant , mirantur , adamant , concupiſcunt . Facilius impleas animi ſatietatem. Quo per fidem diuitias iuueni, apud quem omnium rerum diuerſitas perit ? Circundes licet hanc debilitatem,fulgore , diuitiis : Cæco tamen tunc magis cuncta deſunt , cum contigerunt : nec inuenias debilitatem cui magis cum paupertate conueniat. Homo in honore parentum excæcatus , patrimonio ſub patre melius vtetur . Et quod per fidem parricidii genus iuuenis elegit ? Venenum , inquit , parauit . Cur per fidem , ſi ſufficit ferro , facinus aggreditur , cui adhibere conſcium,cui præſtare debeat miniſtrum,cum maius habere poſſit in gladio parricida ſecretum? An poſtea iuueni ſuccurrit quid poſſent facere manus, & ſe circa venenum deprehenſa debilitas collegit in vires? Nemo Iudices,nemo neſcit quemad-

modum posit occidere. Intellexit Iudices Nouerca quàm incredibile esset vt videretur Cæcus parasse venenum. Igitur adiecit tentatam se vt illud ipsa porrigeret. Date per fidem Iudices operam, inueniet verba, secreto priuignus & Nouerca de parricidio loquuntur. Ita se non putat vterque tentari? Quid cogitatis, quid dicitis Iudices? Nullum ne in tota domo quod corrumperet aliud parricida pectus inuenit? Difficilius hoc credas Nouercæ, si te a nullo alio putes impetraturum. Non ergo iuuenis credit hoc omnes loqui cum patre? omnium blanditiarum primum esse sermonem? Nouercam timeas negantem. Non habet fidem ei credere parricidium, quem scias proditurum nisi impetraueris. Per fidem Iudices diligenter attendite criminis diuersitatem. Tentatam se in parricidii conscientia mulier affirmat. Quis vero dubitet, nunquam hoc priuignum fuisse facturum, si habere conscium potuisset alium? Atqui venenum iam parauit, emit. Et cum hoc ipse facere non potuerit Cæcus, quis est iste cui parricidii tantum instrumẽta creduntur? cur non idem porrigit seni? vel si non potest decipi maritus nisi manibus vxoris, cur ante parricidium struitur quàm sciat an Nouerca promittat? Nam quòd vult videri, promissam sibi parte bonorum, non est argumentum, nisi & ipsum probetur. Mulier quæ solicitatur ad facinus, quemadmodum sibi consulit ne illam parricida decipiat? Et probationes prospicere debuit, seu factura quod rogabatur, seu proditura. Adde quòd neque odit Nouercam Cæcus, cui parricidium credit: neque hæreditate corrumpitur, cuius contentus est parte dimidia. Nemo Iudices parricidium faciet quo alius vtatur. Exigo igitur vt istud parricidium Cæci tu socia, tu conscia manifestius probes. Quid opus est vt iam venenum iuuenis habeat? potius sermonibus vestris interpone testes, fac coram seruis loquatur, fac intersint amici, fac audiat pater. Facillimum est Cæci decipere secretũ. Vtere mulier homine qui se commisit oculis tuis. Vtere verbis quæ regis manibus quæ moues. Volo venenum ipse proferat, ipse porrigat, volo te rursus in facinus hortetur, volo plura promittat. Parricidium Cæci deprehendi potest, dum tibi fatetur. Sed, inquit, inuentus est tenens venenum. Exiguum argumentum Nouerca de magna facilitate fecisti. Non accusas Cæcum, sed ostendis. Homo expositus ad omnẽ occasionem, ad omne ludibrium, quem tactus, quem proxima quæque decipiunt, quid refert, quid in sinu habeat ille quem deprehendere possis, qualem relinquas? A quo modo Nouerca digressa est, cuius ordinauit vestes, tetigit sinus, membra composuit, venenum potest habere sic vt nesciat: potest sic, vt aliud putet. Si me hercule volueris, tenebit palã: si iusseris, accipiet coram seruulis, coram amicis: & si venenum non dices, hauriet, bibet. Nullo magis Iudices argumento potest innocentia cæcitatis intelligi, quàm quod videtur iuuenis deprehensus. Si parricida est, & exquiritur, hanc saltem sibi præstabit dissimulationem ne teneat venenum. Neminem Iudices credo mirari, quòd iuuenis interrogatus cui parasset, verba non habuit. Non fuit illud patris indignatio, non fuit dolor, venenum iuuenis expauit. Auferunt nobis vocem quæ fieri posse non credimus, & silentium est admiratio subita miserorum. Nescit tacere deprehẽsorum scelerum trepidatio, & statim respondet illa cum suo sibi scelere parata defensio. Tacere facilius est deceptis, quàm deprehensis. Quid per fidem tacere vultis iuuenem, quem de parricidio consulit pater ille seruatus? Miror hercule non dixisse, Volui, sum veneficus, sum parricida, & inuidiam putarem si confessus esset. Bene quidem quòd nescit iuuenis, quemadmodum parricidium neget, neque habet illa deprehensorum multa verba. Venenum quod tenet Cæcus, ipsius est, si illud excuset. Sed, inquit, exhæredatus est a patre. Poteram Iudices secretum hoc senis profundúmque vocare consilium, contra iuuenem tamen esse non debet, etiam vt de parricidio crediderit Nouercæ. Notum hoc Iudices ac vulgare facinus est, quòd plerunque contra liberos amantur vxores, & sequentium matrimoniorum non aliunde, quam de damno pietatis affectus est. Genus infirmissimæ seruitutis est senex maritus, & vxoriæ charitatis ardorem flagrantius frigidis concipimus affectibus. Quid quòd necesse est impatientius amet maritus vxorem, qui sibi videtur filium iam perdidisse? Facillimum est de Cæco parricidium credere, cum hucusque erraueris, vt inquireres. Volo scire Iudices, quid fecerit homo senex, qui parricidam filium sciat. Non culeum parat, non illud porrigit venenum, non saltem abdicatione dimittit, testamẽtum tantummodo mutat, & parricida sola paupertate punitur. Rogo quis præcipitat? vrget? adeóne non potest fieri idem postero die? grauius hoc faciet pater, si non præstiterit vxori? Quid quod hoc ipsum tam placide, tam quiete facit, quasi captet imponere? Quid dicitis miserorum parentum affectus? Exhæredaturus filium pater, non aduocat propinquos, non contrahit amicos, nullis lachrymis tabulæ, nulla vociteratione complentur. Nescis senex,

quanta tibi opus ſit ratione tabularum,exhæredas miſerabilem parricidam. Non eſt Iudices quod putetis, ideo nullum adiectum ad exhæredationē iuuenis elogium, quia de ſcelere conſtaret. Nemo vnquam ideo non obiecit filio parricidium,quia crederetur. Per fidem Iudices duorum, inter quos de ſcelere quæritur, æſtimemus mutato teſtamento proximam noctem. Iuuenis ſeu innocens,ſeu parricida eſt,adhuc in ſuo ſilentio ſtupet: nec facile dixerim,vnde maior trepidatio,ſi alienum tenuit,an ſuum venenum. Nouerca rem inter manus habet anxia,trepida. Nihil eſt difficilius quàm differre gaudia,quod ſcias te non mereri: & filio ſe eſſe prælatam, non eſt longa perſuaſio. Expectat nunc vt iuuenis agat cauſam poſtero die, vt credulum ſenem propinqui, vt ciuitas vniuerſa caſtiget, & ſe Nouerca ſenſit vnius tantum noctis hæredem, non creditur teſtamento hominis, qui eadem nocte qua filium exhæredauit,occiditur. Tractemus nunc Iudices ipſius ſceleris comparationem. Cæcus ignorat vbi iaceat ſenex,an iam quieſcat. Et quàm difficile eſt vt credat illum,qui modo de parricidio ſuſpicatus eſt,dormire patrem? Tu ſentis quando ſenem vicerit laſſitudo curarum. Cæco quis renūciat quod diei noctisue ſecretum? Scis pariter an vna quieſcētium fores vallauerit cura ſeruorum. Tu facere potes occaſionem vxor & domina. Cæco fortaſſis ad aliud limen errandum eſt. Tibi hoc ſolum reſtat, vt ferias. Cæcus neceſſe eſt quietem patris ipſa corporum electione confundat. Tu iugulum,tu potes pertractare pectus,dum amplecteris. Nobis iterum caſus redit,rurſus incerta tentāda ſunt. Tibi reſtat vt ſtatim membra componas,vt quieſcas. Non ſufficiunt facinus facturo ſolæ cogitationes,& vix tam multa pariter ſciretis oculi. Per fidem Iudices ab vtro credibilius eſt occiſum ſenem? a Nouerca,quæ proſpexit vt alius poſſit eſſe ſuſpectus: an a iuuene,cuius inuidia periturus erat,etiam vt illum alius occidat? Intuemini per fidem Iudices præcedentem parricidam. Quos non iſta veſtigia frangant rumpántque ſomnos? Veſtigia plura ſemper errantiū,quæ non valent ſuſpenſis prætentatisque greſſibus liberare corpus: & quia diu ſunt incerta,nutantia, neceſſe eſt grauius premant ſolum cui crediderint. Quanto ex hoc turbæ plus accipiat neceſſe eſt illa nocturni ſilentii quies,quòd ambulantis Cæci nec manus ceſſant,præmittuntur,explorant, & adeſſe ſe nunciant? Illa per quæ complexus veniunt,non ſunt in poteſtate Cæci, quibus toto ſe fateatur ſtrepitu. Quicquid occurrit nequaquam poteſt euitare cæcitas niſi offenſa. Vt ambulare, vt ingredi nocte poſſimus, dies facit. Quàm multa deinde ſuperſunt, poſtquam ad patrem peruentum eſt? Exploretur neceſſe eſt pariter iacentium prima diuerſitas,vultus,ora tractentur,detrahantur velamenta corporibus,quæratur vulneri locus. Ita ex duobus neutrum excitat? Grauior ſemper dexteræ tractatus errantis. Paulatim deinde admouendus eſt pectori mucro,& ne qua confundatur ignorantia, nimium liber ictus, præcedat oportet gladium manus. Vnde tantum virium Cæco, vt in vno ſtatim ictu mors tota peragatur? Incertum vulnus ſit neceſſe eſt, cuius impetum non regitis oculi, nec poſſis cuſtodire deſtinatum ferro locum, dum ad colligendum vulneris pondus, dextera redire permittitur. Vtrum deinde iuuenis poſt vulnus vnum continuo fugit? Et quemadmodum ſcit, an facinus expleuerit? an potius expectat, vt de parricidio cadaueri credatur? Ecce iterum per eadem incerta redeundum eſt, omnia rurſus periculoſe venienti tentanda. Fidem veſtram Iudices, vt nobis proſit argumentum criminis noſtri, Cæcus ſi nec venire, nec reuerti ſine ſtrepitu poteſt: neque ſic occidere potuit, vt deciperet Nouercam. Te, te hoc loco mulier interrogo, quæ tam grauis quies, vt te mors tam vicina non excitet? Paruulis noctium turbamur offenſis. Excitant nos exigui plerunque motus, vox incerta, longinqua,& aliquando ipſum ſilentium. Illorum ſane iuxta te ſuprema non ſentias, quos ſenectus languoresque diſſoluunt: hominis qui ferro occiditur, tumultuatur exitus, & ſimilis eſt repugnanti. Quid quòd neceſſe eſt nulla mors inquietior ſit,quàm quæ ſtatim tota eſt? Nam quòd dormiens occiſus eſt,non eſt quòd ſic æſtimetis, tanquam per illam quietem tranſierit in mortem. ſit aliquid neceſſe eſt inter ſoporem mortémque medium, nec poteſt iungi tanta diuerſitas,cum ſit ſomnus ipſe pars vitæ. Non multum intereſt quietem noſtram ratio vitæ rumpat an mortis. Hominem qui dormiens occiditur,ipſa mors excitat. Sane non habuerit ſupremam vocē,habet vtique palpitationes,habet motus,& quicquid totus lectulus ſciat. Et quando mulier ſeni tuo blandius implicita iacuiſti? Siccine dormis, quæ modo turbaſti totam domum,cuius priuignus parricida,miſer eſt maritus? Ecce vitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor,& fugiens per vulnus anima agitante ſe anhelitu,agit crebra ſuſpiria. En iterum largus ille ſanguis circa tuos duratur artus, ſtringeris deficientiū rigore mem

brorũ:non moueris,non expaueſcis,ſed dormis per tot diuerſitates?Non relinquitur quid aliud ſimulare poſſit mulier,cui neceſſe eſt iuxta eum inueniri quem occidit. Non eſt Iudices quòd incredibile putetis,vt quis perferat dormientis ſimulationem,nihil eſt quod facilius humana calliditas poſſit imitari.Sic quidam cadauerum expreſſere pallorem,& contra verbera & experimenta telorum,mortium pertulere patientiam.Quanto facilius eſt ſimulare rem,cuius imitationi ſufficit cluſiſſe lumina,laxaſſe membra,dediſſe ſuſpiriis modum & anhelitus negligenter egiſſe?Inter dormientem ſimulantémque non eſt niſi conſcientia. Nam quòd ad tot veſtigia,tot manus,tot proclamationes in eodem tenore durauit,nolite mirari,facilius excites dormiétem.Et hæc eſt omnium natura rerum, Ne quid diutius perferas,quàm quod imitaris.Simulare ſomnum habet & hanc facilitatem,quòd videtur ſimilis excitato,qui deprehenſus eſt.Quid hoc eſſe vis mulier,quòd te non excitet res,qua domus tota turbatur?Illam ſeruilis negligentiæ quietẽ,illos ſine curis ſine affectibus ſomnos, illos qui non ſtatim primo timore proſiliunt fragor noctis agitauit.Quantus deinde fremitus diſcurrentium tota domo?Prima ſunt euigilantium præſidia clamores,nec poteſt quieta res eſſe noctis auxiliũ.Minore ſtrepitu commota es cum excitareris. Ecce cubiculi veſtri fores trepidæ feſtinationis effringuntur impulſu:en lumen ſuper lectulum ingerunt multæ manus,& ad proſtratorum corporum ſimilitudinem cubiculum gemitu vociferatione completur.Tu iaces,& in cadaueris ſimilitudinem vſque reſoluta es. Hoc tu quietem putas eſſe? Patientia eſt.Veſtræ Iudices exiſtimandum relinquo prudentiæ,ſtrepitum quem in cubiculo ſenis fuiſſe confeſſi ſunt qui illò potiſſimum concurrerunt,vtrum putetis factum colluctatione morientis, an a peracta cæde referentis gladium mulieris fuiſſe diſcurſum? An hoc quoque inter artes Nouercæ, vt omnibus ſceleris ſui partibus ſenſim quietêque diſpoſitis ipſa ad excitandam familiam fecerit ſtrepitum,cui hoc ſolum ſupererat vt ſic inueniretur? Fragor quo familia excitata eſt, ſi redeuntis Cæci fuit, deprehenſus iuuenis eſſet, antequàm gladium referret. Vt ſciatis Iudices neminem fuiſſe in domo quem non fragor ille confuderit.Cæcus quoque inuentus in limine eſt,ſicut ſolet vltro citrôque commeare.Iuuenis ſi inter ſuum patríſque cubiculum facile diſcurrit,quid adhuc in limine facit?Euaſit,effugit,gladium iam repoſuit. Et quanto facilius eſt Cæco ſimulare ſomnos, vultum quietis imitari? Quod per fidem maius ſubitæ confuſionis argumentum eſt, quàm quòd Cæcus exiliuit, & ſtetit?Grauius neceſſe eſt expaueſcant,quibus de ſolitudine ſua non renũciant oculi: & quorum concluſus animus non exit in viſus,non habet vnde timori ſuo par ſit. Deprehẽſus eſt iuuenis vbi illum deſtituerat impetus timoris. Poteſt negligere cæcitas in cubiculo ſuo ducem,in quo dies omnes cunctásque noctes agit iter,quod iam multis offenſis,multis edidicit erroribus. Extra limen cæcitas eſt, inde error, inde tenebræ. Nihil eſt innocentius Cæco,qui nec in ſcelere deprehenſus eſt,nec in diſſimulatione. Proclamat hoc loco iuuenis,Vt primum, inquit,mi pater fragor domus, & velut tui confudere gemitus, iterum tanquam te rapturus exiliui. Tunc primũ miſer ſenſi facinus cæcitatis:ſteti,donec mihi nũciareris occiſus,& in illa diſcurrentium trepidatione tenui miſer ocium timoris. O ſi numen aliquod pauliſper accommodaſſet oculos,primus in cubiculum intraſſem patris,inueniſſem fortaſſis adhuc aliqua verba morientis,loqui & interrogare potuiſſem.Tarda & trepida ſunt officia ſeruorum.Ego te deprehendiſſem Nouerca vigilantem. Sed,inquit,gladius Cæci cruentatus inuentus eſt. Non eſt Iudices cæcitatis audaciæ, de parricidio referre gladium, & homo cuius pauloante exquiſiti ſunt ſinus, non referret in cubiculũ ſuum ferrum , quod non tegere poſſet,non abſcondere,& tamen cruentatum ſciat.Quis hanc Iudices impudentiam ferat?Negat Cæco ſubripi potuiſſe gladium mulier, quæ ſe quiete defendit. Et quanto facilius eſt ſomnos decipere miſerorum ? Grauior eſt quies, quibus ex laſſitudine calamitatum venit.Cæco vero facile eſt etiam vigilanti ſubripere gladium. Quemadmodum autem paratur argumentum? quædam facere non poteſt negligentia, & facilius eſt vt cæcitatem oculi imitentur gladium cruentatum reponentes. Has tantum cauſas habet qui occidit alieno. Sentio iamdudum indignati miſerrimum iuuenem,quòd argumẽtis,quòd probatione defenditur , reddenda ſunt maxima viro patrocinia tam piæ cæcitatis , & agenda reliqua pars cauſæ admiratione. Intueri mihi Iudices videor expeditionis illius incredibilẽ nouàmque faciem.Vadit rapto patre iuuenis per ardentes creſcentésque flammas. Dicturum me putatis,vt euadat,vt fugiat?Properat miſer,vt reuertatur.En mẽbra contactu ſtringũtur ignium. Pater tamen toto cooperitur amplexu, & ardentibus tunc quoque pene luminibus, texerunt manus alterius oculos . Hoc me nunc putatis ſtupere,mirari, quòd huic iuuenis oneri

per medios ignium globos, [illegible]tia tecta ſuffecit? Illud eſt cui vix habere poſſit mortalitas fidem. Viſus eſt ſibi feciſſe rem facilem. Quanta dii deæque pietatis audacia eſt, ire rurſus in flãmas,illò vbi patrem pene perdideris. Iam non erat illud penetrale, iam non erat domus, vbique tamen iuueni videbatur ardere mater. Iam miſer vndique flagrantibus mẽbris cum diſcurrentẽ clauſiſſet ignis, (quod ſolũ ſupererat viriũ genus) matrem quærebat oculis. Non fuit illud primum ignium perire lumina candentia,non protexerunt flagrantem ſua membra faciem,oculi quærentibus matrem manibus arſerunt. Rurſus infœlix totum tactu perluſtrat incendium,& vnde maximus eſt collabentibus culminum fragor, illò debilitas tanquam inuentura reuocatur. Solus omnium ſeruatus eſt beneficio cæcitatis. Protrahatur Iudices, ſi videtur in medium reus, plurimum probationibus adiicere debent truces vultus, terribilis minaxque facies. Hic eſt Iudices qui dicitur tota nocte diſcurriſſe. Hic ille circunſpectus,hic ille fœlix parricida. Receſſerũt cuncta debilitatis officia, & hominis qui circum genua veſtra ducendus eſt, non eſt qui dirigat greſſus, non ſeruuli ſuperſunt, non penates. Reſpondete per fidem, reſpondete mortales, vtrum hic patrem occidit an perdidit? Quid agis infœliciſſime iuuenis?rogãdum eſt, neque habes totas preces,perit ille veſter ambitus, veſtra miſeratio:ſed nefas eſt,vt reatus iſte ſentiat debilitatis aduerſa. Nos agedum iuuenis duc,immo noſtris humeris,noſtris manibus innitere,nos tibi preces,nos accommodamus oculos. Quid aduerſaris infœlix? Quid repugnas?Scimus te non rogare pro vita,ſed dura miſer,dura miſer,dura, ſaltem viue dum vincas,decet te hic quoque virtutum tuarum cumulus,decet vt digneris moriturus abſolui.

MILES MARIANVS, DECLAMATIO III.

ARGVMENTVM.

Bello Cimbrico Miles Marianus Trib.ſtuprum ſibi inferre conantem,propinquum Marii occidit. Reus eſt cædis apud Imperatorem.

PRO MILITE CONTRA TRIB.

Atis dedecoris atque flagitii caſtra ceperunt,cum hæc furẽti Tribuno mens ſubiecta eſt,vt in medio belli Cimbrici ſtrepitu ante ſigna(tuis honos ſit habitus ſanctiſſimis auribus) iuberet proſtare gladio cinctum, & vim turpiſſimam ac nefariam tentaret inferre(ne quid aliud dicam) fortiori. Habet æternam labes illa memoriam, & in exemplum, in quod facillime vitia proficiunt,noua culpa pernotuit. Et licet impunita ſit reo virtus ſua,tamen in hoc ruentis in deteriora ſeculi curſu affirmo,plures erunt qui Trib.imitentur, quàm qui Militem. Etſi nihil minus conuenire videtur patribus aduocatis ſumme Imperator,quàm reo capite periclitanti ſubſidium miſerationis auferre:memor tamen pro quo,& apud quem loquar,audacter atque vt ſpero,tuto profiteor Militem tuum quicquid afferat caſus hodie,ſub ipſo fortunæ minantis ictu ſtare ſecurum. Aut enim abſolues tanquam innocentem,aut punies tanquam virum. Fas eſt vita periclitari,qui natum ſe meminit lege pereundi. Neque in militiam grauiſſimo aſperrimoque bello ita venit, vt neſciret ſibi mortem in procinctu habendam: neque eſt tam imbellis, vt non forti pectore aduerſa, dum non inhoneſta,toleret. Affirmo tibi C. Mari,non ſic nuper repugnaſſet,ſi illum Trib.voluiſſet occidere. Neque ignorauit quæ manerent eum pericula,cum obſcœnos furioſi corruptoris amplexus gladio diuelleret. Nec habeo ſane quid in milite præſertim tuo laudem,ſi pudicus eſt tantum quia expedit: nec ſi ſit vitæ cupidiſſimus,pœnitere eum facti ſui poteſt. De interfectore corruptoris fortaſſe dubites:illud vtique ſcio,de impudico Milite non deliberaſſes. Hunc vero C. Mari (Defendatur enim tam fortiter Miles tuus,quàm vindicatus eſt) nec ſi damnaueris pœnitebit. Si fors ita tulerit,ibit ad pœnã pleno gradu,tam paratus mori pro pudicitia,quàm occidere: laudẽmque perpetuam fortiſſimi pudoris ſecum feret. Omnis licet delatorum vis ingruat, nũquam tamen effici poterit,vt Miles tuus magis doleat, quòd accuſatus, quàm quòd appellatus eſt. Sed neque hoc Roma parens,nec ſigna militaria aquilæque victrices,nec tua ſumme Imperator diuina virtus ſinat,vt tua quoque ſentẽtia quiſquã vir & Romanus & Miles nimium pudicus ſit, apud quem ante principia agendum eſt. Ecce cum maxime hoc agitur, vt inter Ro.legionum manipulos ſcorta deligere, & ad ſtuprum trahere ſacramẽto rogatos poſthac liceat ex decreto tuo:nec pudet accuſatorem apud C.Marium(quod exẽplum diuinitus no-

bis datum videtur,quid in homine virtus possit)assidentibus Legatis Præfectisque,& istis il li prodigio dissimillimis Tribunis,totum armatorum iudicio, obiicere militi quòd vir sit, tantúmque non durum ac rusticum, sed parum meretriciis artibus queritur educatum. At ego siqua est fides, pudicitiam in Milite etiam laudare erubesco.Fœminarum est ista virtus. Aliter laudandus est vir fortis,idoneus bello,promptus ad pericula,præstantis animi: libere dicam , dignior qui Trib. esset. Hoc enim propinquo Mari non erubesceres. Pater huic emeritis bello stipendiis tum,cum tota subnixum Numidia fregimus Iugurtham, exaucto ratas armis manus agresti labore subegit. Prædura priscis moribus mater,frigoribus ac solibus perusta,& in plerisque ruris operibus marito particeps. affirmo quàm nemo appellasset impune. His ortus ipse procul ab omni contactu recesserat : pueriles quoque annos aliquo semper opere durando,sequi pecora primo,arcere gregibus feras,aliquid semper audere maius annis. Ludus fuit rotare saxa,vibrare iactu sudes,saltus agitare venatu, mox vigentibus lacertis humum scindere, segnem futuris noualibus eruere syluam. Sic effectum est, vt (quemadmodum aliqui putant)posset cito militare.Interim ex vltimo littore oceani,& dirempta frigoribus plaga,gens a rerum natura bene relegata,stolida viribus,indomita feritate,insolens successu,nec minus animorum immanitate,quàm corporum beluis suis proxima,Italiam inundauit. Nec tamen tantum vi sua,quãtum luxuria socordiáque nostrorum ducum elata,dum nos in bello quoque vitia pacis sequuntur,& delicati sumus etiam miseri,vastitatem agris,solitudinem iuuentuti,periculum imperio ac prope exitium attulit: apparuitque nunquam Pop. Rom. ad propulsandam perniciem magis viris opus fuisse. Itâque cum appareret soluta militiæ disciplina,& non minor nobis pugna cum moribus esset, quàm cum hostibus ad vnicũ C.Mari cum virtutis tuæ,tum sanctitatis seueritatisque præsidium confugimus. Et me hercule festinarunt parentes ad nomen liberos mittere , quanuis asperrimo bello,velut occasionem complexi,vt sub te ponere rudimenta militiæ contingeret,cernere quotidie diuinæ virtutis exẽplum,te hortatorem operũ habere , te testẽ. Et cum hæc communis totius esset fœlicitas,dux Marius,tamen(o facinus indignum)plus reliquis consecuti videbantur,quibus Trib.contigerat propinquus tuus. Quanta cura robora Militum legeris Imperator,vt hostibus prope humanas vires excedẽtibus opponeres parem delectum,vel ex eo manifestum est,quòd cum scires non ex sensu esse virtutem,præterita facultatum contemplatione,vires tantum animósque spectasti. Quid prodest? en quãta delectui tuo fit inuidia? diceris aduersus Cimbros puerum probasse.Sed neque te militaris ætas fefellit:cuius certissima mensura est,posse fortiter facere. Neque illa libido fuit saltem vitiis vsitata, quæ ad obscœnos Veneris impetus formæ cupidine incenditur , sed quidam perditus contumeliæ amor ac summa flagitiorum voluptas inquinare honesta:hoc ipsum quòd primus ante signa procurrit, quòd veteranos tyro præcedit, quòd redit puluere & cruore concretus, istud istud quòd tam vir est. Vulgaria sunt iritamẽta cupiditatis,forma,ætas:singularis res est fortis concubinus.Illas cicatrices,illa vulnera,illa tot eximiæ decora militiæ,quid exequar vltra?Imperator pudet me quod intelligis. Transeo oblatam nolenti munerum vacationem.& blandius quàm militiæ disciplina postulat adulatum militi Tribunum,imperatas asperrimas expeditiones vt remitterentur, sæpe ordinis, sæpe affinitatis tuæ iactatam gratiam.Confitemur C.Mari,diutius vixit obscœnus corruptor, dum ista miles non intelligit. Non audeo dicere Imperator concipe animo temporis illum habitum,reforma cogitationes tuas , in aliis forsitan causis permittatur indignitatem rei oratione exaggerare , de iniuria nostra latine queri non possumus.parcendum verbis est, inhibenda magna ex parte veritas,præuaricandum mihi est si pudorem habeo.Collatis cum hoste grauissimo commi nus castris,cum totum bellum quodam genere ad pedem venisset, & omnium mentes imminentis pugnæ cogitatio implesset,circũfremente vndique barbaro vlulatu, Romano Militi pro vallo excubanti meretriciam obscœnæ libidinis patientiam aliquis imperat? Suum quisque habeat fortasse iudicium:mea sentẽtia non satis pudicus est Miles,qui armatus tantum negat.Hoc expositionis loco Imperator malo accusatoribus credas. Illi narrarunt rem viro & Romano & Milite tuo dignam, tantumque non ardorem luminum, horrorem capillorum,fremitum indignationis ante oculos dicendo posuerunt. Ad primum statim obscœnæ libidinis sermonem, non aliter quàm si in hostem classicum cecinisset , gladium illum quem a te pro pudicitia nostrarum coniugum acceperat,per pectus infandi corruptoris exegit,& in latus vltra pedẽ.Si omnes Milites tales habemus,Mari,vicimus. Verebar equidem ne fugãdi corruptoris causa ferrum strinxisset,& (quod accidere interim solet) dum al-

ter receſſurum putat,alter percuſſurum non putat,tam honeſtum opus caſus feciſſet. Neque enim (vt opinor)hoc quoque exigendum fuit,vt cum cæcus amentia corruptor per vulnera ipſa rueret ad prendendos amplexus,Miles etiam gladium reduceret. Ego vero parum virili ter iſtum indignatum puto, ſi in tanto dolore Trib. potuit agnoſcere. Ipſe nihil excuſat. Percuſſi,inquit. Gratiam Marti ſignisque:occidi, hauſi noxium vltrice dextera ſanguinem, ſiue licuit,ſiue non licuit. Atque vtinam plures mortes cepiſſet,vt impurum ſpiritum renaſcens pœna torqueret. Parum ſeuere militarem redeuntibus ſuppliciis diſciplinam continemus,ſi Tribuno poſt hoc factum bene ceſſit quòd occiſus eſt. Reum ergo cædis non inficiatione defendam, viro forti præſertim & innocenti nihil facere conuenit quod negandum ſit. Non abnuo crimen, immo ſi accuſatores tacerent, ipſe narraſſem. Obiicite igitur,ſed vt delatores decet,totum. Verecundiſſimum enim Militem apud ſanctiſſimas Imperatoris aures minus pudet confiteri quàm queri. Parum ne dedecoris ſubimus, quòd non de honoribus fortiſſimi viri quæritur? & vt longiſſime vota procedant,rem honeſtiſſimam Militi feciſſe impune erit. Damnetur etiam,& pudicitiam ſupplicio pendat. Conuenite legiones,intendite animo ſancto tracta vndique auxilia. Lex dicitur caſtris, nec pauci ſunt qui hoc nolint licere, illud velint. Non me hercule poſſum tenere, quo minus in accuſatorem dolor meus erumpat. Quid dicis? Tu ſi Tribunus eſſes,hoc feciſſes? Si Miles eſſes,hoc tuliſſes? Date præcepta, componite diſciplinam. Miles hac contumelia percuſſus eſt, indignis vocibus contaminatus nihil amplius aget quàm renuet? Et quis non illum inter proſtitutos habeat, ſi commiſerit,vt poſſit iterum appellari? Neget tamen,& vltionem iniuriæ ſuæ differat. Ita puto,cum illuſerit Trib. queretur. Iniicitur manus,& ab aſſignata ſtatione Miles abducitur, vt ſtuprum patiatur. Vos interrogo accuſatores,quid faciet? feret libidinoſas manus vulnera ſua tractantes? deponet arma an reponet? Vir eſt enim, auctorem habet, hoc primi ordines iubent. Aequum eſt Trib. Militem parere, in diem ſperare etiam proceſſus poteſt. Pro hoc merito accipiet fortaſſe vicem,ordines ducet,& ſub illo alii militabunt. Si hæc conditio cauſæ eſt,ſi defenſio ſui non permittitur,indicate,prædicite: ſi corruptorem non licet feriri,feret. non enim poteſt nuda manu repelli. mementote, corruptor armatus eſt. Implicitus tamen infando nexu, cogitate quid ſibi feciſſet, vtrum id ſi plura diſpiciat, immo ſi videtur, quo iuſtius queri poſſit patiatur. Iſtud vero flagitium in conatu pereat. Nam ſi libido ad votum obſcœni corruptoris proceſſerit,duo occidendi erunt. Libere itaque dixerim C. Mari, quam de fortiſſimo Milite ſententiam feras, magis tua intereſt, huius quidem gloriæ nihil plus adiici poteſt,quàm ſi pro re tam honeſta moritur: hunc mirabitur ſola virtutum incorrupta teſtis vetuſtas, hoc factum patres liberis, vel poſt pœnam præcipient. Tu cogita quid te ſenſiſſe homines ſciãt. Hoc exemplum in neutram partem poteſt taceri. Cogitare certum eſt id quenque cum iudicat. probare quid in re ſimili ipſe feciſſet. Omnibus etenim ad virile robur per pueritiam iter eſt, & contra libidinem maturuiſſe non prodeſt. Recognoſce incrementa tua, & honeſtam tantæ magnitudini memoriam priſtinæ tenuitatis. Sine dubio te ad tot Conſulatus, & actos aut deſtinatos triumphos diuina virtus tua ſuſtulit. Memento tamen & tu ſub Tribuno militaſti,nec ad hoc faſtigium dignitatis tam breui tibi venire contigiſſet ſi fero cœpiſſes. Dicam nunc ego præcipuam ſemper curam Romanis moribus pudicitiæ fuiſſe. Referam Lucretiam,quæ condito in viſcera ſua ferro pœnam à ſe neceſſitatis exegit, & vt quamprimum pudicus animus à polluto corpore ſepararetur, ſeipſa percuſſit, quia corruptorem non potuit occidere. Si nunc placet tibi Miles, quid ego Virginium narrem,qui filiæ virginitatem,qua ſola poterat,morte defendit,raptúmque de proximo ferrum non recuſanti puellæ immerſit? Diuiſit illi ſolum Appium, quem tamen Pop. Rom. ſeceſſione à Patribus, & prope ciuili bello perſecutus in vincula duci coegit: neque vlla res tum magis indignationem plebis commouit, quàm quòd pudicitiam auferre tentauerat filiæ militis. Hæc ſunt honeſta,hæc narranda fœminarum exempla. Nam virorum quæ pudicitia eſt, niſi non corrumpere? Non ſit mihi forſitan quærendum auerſis auribus ſeculi in tantum vitia regnare, vt obſcœnis cupiditatibus natura ceſſerit, vt pollutis in fœmineam vſque patientiam maribus, incurrat iam libido in ſexum ſuum. Finem tamen aliquem ſibi vitia ipſa exceperunt,vltimumque ad hoc huius flagitii crimen fuit, corrupiſſe futurum virum. Hoc vero cuius dementiæ eſt,in concubinatum iuniores legũtur, & in mulierem patientiã vocatur fortaſſe iam maritus. Ego vero gratulor militari diſciplinæ,gratulor opinioni caſtrorum,ſi huius mẽtis Trib. in hunc primum incidit. Itáne tãdem (Iuuat enim velut præſentis inſequi furorẽ) ſcorta tua ſtipendium merentur,& ſub ſignis exoletos trahis?

Ideo meretrices ab exercitu ſubmouentur, intrare caſtra fœminis non licet? Ita puto, non opus eſt. Militem, hoc eſt plusquam virum, iamiamque in acie ſtaturũ, cui pro virili portione ſalutem ſuam patria commiſit, appellas. Fortaſſe claſſico ſonante. ideo ſtationes circuis, ideo vigilias ambis. En quem Trib. faceres, cum prætextati militabãt? Non is profuſus eſt furor? non manifeſta dementia eſt? Vides munitum gladio latus, loricam ferro aſperam, clauſam galea faciem, & ad terrorem belli criſtas minantes, inſcriptum in ſcuto C. Marii nomẽ, totum denique virum Martio habitu horrentem. Hic tibi cultus proſtituti videtur? Appella bis de ſtupro? vim afferes? Quid deinde expectas, vt ille te Trib. putet, cum tu illum non putes Militẽ? Vacat enim vitiis noſtris, & ad omne votum fluẽte fortuna laſciuit ocium, aut in eo ſaltem ſtatu reſp. eſt, vt ad reſtituendam eam ſatis ſit milites impudicos non eſſe. Non de prolatando tibi imperio res eſt, nec tranſmarinas (vt nuper) prouincias petimus: de Italiæ poſſeſſione certatur, pro aris focisque conſtituimus, an hæc omnia igni ferroque vaſtẽtur, an nobis caput barbarus hoſtis excidat, an Cimbrice loquendum ſit. Vita omnium noſtrum & ſalus (pati nanque aliud ne ſub hoſte quidem viri timemus) in vltimum diſcrimen adducitur. Infixit Italiæ inaudita multitudo, quam ne ea quidem potuit ſuſtinere terra quæ genuit: inuſitata corporum magnitudo, mores etiam Germanis feri. Strage noſtrorum campi latent. iam fugatorum Carbonis atque Syllani ſub comparatione fœlix militia eſt. Iacet poſt amiſſum Scaurus exercitum. Seruii Manliique bina cum tot legionibus caſtra perdidimus. Gens maiorem terrarum partem victoriis peruagata, tantum in Mario ſtetit. Libenter te Imperator interrogo, in hoc rerum ſtatu tales milites habere malis, an tales Trib. In tanto belli diſcurſu, ne conceſſæ quidem veneri dares veniam. Nam quo ad altiorem quiſque honorũ gradum extenditur, magis in exemplum ſpectantibus patet. Cum alii excubent armati, alii clauſtra portarum tueantur, alii vallum foſſasque ſcutis innixi cingant, cibum ipſum ſtantes capiãt, Trib. inter ſcorta voluptabitur? & has ſolas vigilias aget? ac ne ideo quidem breuem ſaltem frugalitatis perferet ſimulationem, ne hæc illum facere Milites ſciant? Age porro ſi viueret Trib. & hoc ad te factum Imperator deferremus, circunſtaret vniuerſus exercitus, nec hãc Militis contumeliam ſed militiæ putaret, quid ageres? quid conſtitueres? Beneficium accepiſti Mari, beneficium non habes neceſſe propinquum tuum occidere. Nam ſi vere æſtimemus, imperium Pop. Ro. ad hanc diem militari diſciplina ſtetit. Non enim nobis aut multitudo maior eſt quàm cæteris gentibus, aut vehementiora corpora, quàm vel his ecce Cimbris, aut maiores opes quàm locupletiſſimis regnis: aut mortis contemptus facilior quàm pleriſque barbaris cauſam vitæ non habentibus. Principes nos facit ſeueritas inſtitutorum, ordo militiæ, amor quidam laboris, & quotidiana exercitatione aſſidua belli meditatio. Itaque plura pene moribus quàm viribus vicimus, cum captiuæ quoque ſanctæ habebantur, & contumelia etiam hoſti aberat. Quæ omnia longa ſuperbæ nobilitatis intermiſſa luxuria tui nobis mores retulerunt. Dii profecto magnitudinem tuam curant Imperator ac dirigũt, qui tibi ſuper cæteras laudes obtulerunt tam honeſtæ ſententiæ occaſionem, quòd Miles fortiter fecit ſi abſoluis, tuum exemplum eſt. Niſi forte hoc me perturbari putatis, quòd Trib. fuit. Ideo hercule turpior, ideo morte omni dignior. Hæc enim conditio ſuperiorum eſt, vt quicquid faciunt præcipere videantur, & pernicioſiſſimus eſt malæ rei maximus quiſque auctor. Quis continebit militiam? Quis caſtrenſis diſciplinæ præcipiet ſeueritatem? Quis te Imperator maioribus curis diſtricto, delicta Militum coercebit? Trib. corpus & peccatũ corriget. Ad quem confugiam? cui querar? Sic eſt vt neceſſe habeamus ipſi nos vindicare. Tribunus fuit, & hic Miles fuit. Tribunus. Hoc dicis, cui parere caligatũ lex iubet, qui non ſolum Militibus, ſed centurionibus præpoſitus partem quandam imperatoriæ poteſtatis obtinet. Ita opiuor contra iura caſtrorum fecerat Miles, etiamſi tantum negaſſet. Neſcit quod iſtius honoris faſtigium, quæ poteſtas ordinis tyro eſt. Age ſi ad te C. Mari aliquis impudicum Militem detuliſſet, ferres dicentem, Tribunus me iuſſit? Quòd ſi par in vtraque parte delictum eſt, hoc tamen crimen Militem ſaltem decet. Tribunus fuit. Videor me hercule Imperator oblitus mediocritatis meæ, cum vix vnius defenſioni ſufficiam, quædam pro vniuerſo dictu rus exercitu. Omnes has quæ circunſtetere legiones, florem Italiæ, ciuium ſociorũmque robora vna voce proclamare apud tribunal exiſtima. Non ignominiæ Tribuni parere poſſumus, nemo noſtrum recuſat itinerum laborem, nec inuiſum ſuper arma faſcem, non æſtiui ſolis ardorem, nec ſub pellibus actam hyemem, feriẽda ſit fatigato foſſa, pro vallo portisque vigilandum, fortiter ancipites inibimus pugnas, vulnera laude penſabimus, mors erit ignominia potior. Quicquid in pugna patimur, virorum eſt. Imperet aſperas Trib. expeditiones,

ſiquo vertice montis hoſtis pellendus eſt, ſi inter infeſtos armatis ſaltus ſpeculandum: ſæuiat denique in terga verberibus, exigat ſeruilem plagarum patiẽtiam, leno etiam ſeruis excipitur, fortaſſe hac lege captiuos vendes. Si meretricia imperatur neceſſitas, ſi aduerſus obſcœnam vim corruptoris arma tantum contumeliæ cauſa habemus, potius caſtra capiantur, & vim Tribuni interpellet Cimber. Nihil tale nouere Germani, & ſanctius viuitur ad oceanum. Quid futurum eſt Imperator ſi ad pudicitiam militum pertinet vinci? An ignoramus Imperator quanta quondam Pop. Rom. exarſerit ſeditio, cum ex domo fœneratoris, addictus lacero verberibus tergo prorupiſſet in publicum, & illas ſuppliciorũ notas tuliſſe ſe quereretur, quòd vim corruptoris pati noluiſſet? Et ille tamẽ quãquam hoc flagitium conatus in addicto ac pene ſeruo, & vix libero, videbatur aliquatenus memor fuiſſe Romanæ ſanctitatis, qui vim obſcœniſſimam non tentauerat, niſi aduerſus alligatas manus. Eo tamen vſque Pop. Rom. vindicta proceſſit, vt ardentibus bello finibus ad delectũ nemo reſpõderet, niſi & pœna corruptoris, & abrogatione legis ſatis factũ eſſet. Nolebant militare, quãuis hanc iniuriam non Miles acceperat. Quid de Fabio Eburno loquar, qui filium impudicum cognita domi cauſa necauit? Iamiam commilito quicũque caſus manet, etiam ſi te Imperator damnaturus eſt, habes ſolatiũ, ſatius eſt quàm a patre occidi. At propinquus C. Marii fuit. Corumpitis Iudicem, & animo alioqui leui gratiæ pondus imponitis. Propinquus tuus fuit. O rem omnibus narrandam, cum abſolueris. Nam ſi quid tibi iudicandi fides tua cauſa facere permittit, cogites profecto quantum tibi hoc ipſum apud æmulos, quos virtutibus offendis, allaturum ſit inuidiæ, cum videberis aut corruptorem militis iudicare innocentem, aut propinquum tuum etiam vindicare nocentem. Olim iam Imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quærit, & natura quidem omnibus nouitatis incrementis aduerſa nobilitas, tuis tamen laudibus preſſa & obruta rimatur occaſionem criminũ. Quòd ſi bene inuidiam noui, hoc quoque tibi obiicietur, quod ſaltem propinquus tuus peccauit. Quare abdicandus & eiurandus eſt non tuus ſanguis. Certe nihil minus committendum, quàm vt vlciſcaris flagitium in eo præſertim, qui apud malignos poterit videri te permittẽte feciſſe. An ille ſi vnquam cogitaſſet ſe eſſe propinquum tuum, non has virtutes tuas, inter quas fortuna tua minima eſt, cum ei velut propius contẽplari licuiſſet, toto pectore haurire debuerat? Non huic affinitatis ſuæ fœlicitati referre gratiam? Miles te melius imitatur. Quòd ſi poſt hanc mentem viueret Tribunus, neceſſarium forſitan erat hac quoque eum premi inuidia, quòd iſta feciſſet Marii propinquus, quòd ex ipſa ſtirpe virtutum ſuſtuliſſet ſe flagitii ſoboles. Nam cum bene ſit liberata probro familia, quid attinet illud ſubinde Mario obiicere? Optimum fuerat non habuiſſe talem proximum, aut libenter perdidiſſe. Perorata Imperator, vt mediocritas ingenii mei tulit, cauſſa, ſcio cõmendationis partes eſſe reliquas: ſed has ſuperuacuas facit ſanctitas tua. Quid enim verear ne noceat reo humilitas apud te, cui vel gratior poteſt eſſe nuda virtus, apud quem maximum eſt ex ſe cœpiſſe? Commẽdem tibi ordinem caligati Militis, quem velut incrementorum tuorum natalem libenter ab alto reſpicis? Adhuc fortaſſe patricium valuerit genus, ſed ductum eius longa ſerie dignitatis ordinem ipſa virtutum cõditione meliorem feciſti. Nondum potuit altius procedere vir adhuc huius ætatis. Tamen cum virum fortem, cum dignum tuis caſtris, tuis auſpiciis probarim, commendo tibi quicquid melius Miles fieri poteſt. Hoc quidem profecto non expectas, vt in extrema actione miſerabili fletu, & humili obteſtatione vitam genu nixus petat: nec tu rogari ab innocente exigis, nec viro forti opus eſt precaria abſolutione. Vnũ rogat, vt ſi quid de cauſſa illius dubitas, des dilationem vſque ad proximum prælium. pone in prima acie: pone ante ſigna (fortiter dixerim) non inter tyrones, vbi plus periculi, quò maximus hoſtiũ globus ingruet, ſpecta pugnantẽ. Affirmo tũc minus ignoſces Tribuno. Liceat ire in aciem, congredi cum hoſtibus. Si perire debet, rogat te Imperator Miles tuus, opera mortis ſuæ vtaris fœliciter.

MATHEMATICVS, DECLAMATIO IIII.

ARGVMENTVM.

Vir fortis optet præmium quod volet. Qui cauſſas voluntariæ mortis in Senatu non reddiderit, inſepultus abiiciatur. Quidam de partu vxoris Mathematicum conſuluit. Is reſpondit virum fortem futurum, qui naſceretur, deinde parricidam. Cum adoleuiſſet qui erat natus, bello patriæ fortiter fecit, reddit cauſſas voluntariæ mortis. Pater contradicit.

PRO FILIO CONTRA PATREM.

POSITVS P.C. in ea conditione triſtiſſimæ ſortis, vt nec morte dignus ſim, niſi me parricidam putetis: nec præmio, niſi me innocentem, adeoque ludibriis miſeræ ſim diuerſitatis vel neceſſitatis implicitus, vt impetrandum a vobis habeam odii mei fauorem. Quæſo præter omnia, quæ ante hoc tempus circa nos ordo prædictæ veritatis explicuit, attuliſſe me credatis vrgẽtium malorum probationem. De parricidio venit, quòd occidere me poſſum: de fato, quòd mihi non licet mori. Non ſolum Mathematicus ſeculo temporibusque prædixit has manus, ſed & ego me parricidium credo facturum: plusquam reſponſum, quàm ſacræ artis præſagium triſte eſt, quod mihi ſic minatur animus meus. Non habeo infœlix in cogitationibus meis, vnde non timeam: & facinus, quod ſibi pro me pietas patris, quod ſingulorum innocentia rogat, ſentio, patior, agnoſco. Ne quis me tamen laborare putet miſeræ perſuaſionis errore, accipite cur non poſſim dubitare de fato. Parricidium credit, qui facturus eſt: non timet, qui periturus eſt. Ante omnia igitur a grauitate publica peto, ne pro tota innocentia mea contenti ſitis hoc, quòd volo mori. Nec quia videor contendere cum Mathematico, vincere neceſſitates, expugnare fatum, ideo mihi bene credi putetis & vitam. Aliud eſt facinus non eſſe facturum, aliud mori velle ne facias. Quinimo (ſiqua eſt fides) hoc quod vos conſtantiam putatis, infirmitas eſt: quòd ad ſuprema confugio, animum meum noui. Nouiſſima victæ mentis integritas eſt in mea poteſtate, breui non habebo, nec mortem. Fidem veſtram P.C. ne quid amplius de miſera pietate ſperetis. Qui mori volo, ne parricidium admittam, non inuenio quemadmodum illud poſſim non facere victurus. Nam quod ad patrem pertinet, qui me retinet viuere nolentem, non miror, quòd adhuc recenti gloriæ noſtræ gaudio ſtupet, & in opera mea totus oculis animoque conuerſus, parricidam non videt per virum fortem. Hic eſt animus, quo me quanuis denunciatum prædictúmque ſeruauit, & cum incertis adhuc dubiisque virtutibus præſtiterit vt viuerem, præſtat meritis actisque ne moriar. Nunc ille, quòd pietate, quòd videor ipſius perire reuerentia, vocat parricidium ſuum, & in orbitate, quam facere ſibi videtur, non remedium meum, ſed ſuum ſpectat affectum. Filius qui vult mori, ne parricida ſit, aliter ſibi videtur remunerari non poſſe, quàm vt ipſe moriatur. Merito prorſus, merito miſerum ſenem triſtes ſolicitudines, & præſcii metus ad Mathematicum, & reſponſa miſerunt. Debui vir fortis nunciari, parricida prædici. Siue enim miſeræ coniugis prodigioſa fœcunditas tumultuoſis pulſibus maritales inquietauit amplexus, ſeu per anxias noctes dirosque ſomnos feralibus ſenex imaginibus agitatus dicitur ad notiſſimum ſacræ artis antiſtitem, non ſpes, non auida vota, ſed ſuſpiria, metus & præſagium magni neſcio cuius incerti detuliſſe pallorem. Quid aliud hoc eſſe vultis P.C. quàm primam fatalis inſtinctus neceſſitatem? De partu vxoris non potuit non interrogare, deinde non credidit. Referam nunc P.C. cuius artis, cuius fuiſſe dicatur authoritatis, quem putauit adeundum, qui ſic timebat. Hoc quidem certum habeo, plurimis meruerat experimentis, vt ad illum velut ad oracula deorum, plenúmque ſacro ſpiritu pectus, hominum ſolicitudines metusque confugerent, dicitur inſpecta totius ratione cæli, digeſtis ſideribus in numeros, ad publici priuatique fati ſtupuiſſe conſpectum: & tanta proſperorum triſtiúmque congerie magis ipſo conſultore perterritus, diu non commiſiſſe verbis, quod videbat. Sed o virum grauitatis antiquæ, dignumque cui ſe fatorum arcana nudarent. Cum partus de quo quærebatur, multa præſtaret propiora proſpera, lætos incipientes annos, non fuit contentus melio-

ra edicere,ſed(quæ certiſſima eſt vera proferentium fides)quicquid deprehenderat,protulit in medium,& proclamauit futurum virum fortem,deinde parricidam. Quis vnquam P.C.fidutia maiore reſpondit? Cum ſummum facinus denunciaret,ante ſe dixit probaturum. Fecerat profecto P.C.interrogando Mathematicum pater rem non educaturi, ſi quid triſtius comperiſſet, niſi hoc primum de fato fuiſſet vt viuerem. Sed nec Mathematici fides circa momentum aliquemve ceſſauit ordinem: non numerus fefellit,non ſexus in partu,non iuuenta,non robur.Illa quoque quæ velut extrinſecus conſentiebant,affuere reſponſo,bellum, hoſtis,acies,ad illam ipſam qua fortiter facere poteramus,ætatem. Pater vero periculi ſui denunciatione non territus , arma mihi pater, prò triſtis neceſſitas , arma ipſe circundedit , & ſuis ad pugnam manibus aptauit,tanquam Mathematico id iam credidiſſet. Quis miretur quòd reſponſum non contempſerit,dum ſperabat vt fortiter facerem? Mori me non vult,& iam non ſupereſt niſi parricidium. O mors laudanda fortibus, expetenda miſeris, non recuſanda felicibus , quantum te quæſiuimus in bello? Tuli enim (deos teſtor) in aciem , tuli non virium iactationem, non gloriæ cupiditatem , ſed vt patriæ præſtaret aliquid vtilitas mei, vt hunc mihi deploratum ſpiritum , hoc deſtinatum damnatúmque corpus , publicarum vtilitatum vſus abſumeret. Ibi miſer primum didici , quàm multa neſcientes , quàm multa faceremus inuiti. In medios hoſtium globos perditus pugnator exilii , ceſſit acies. Denſiſſima quæque certamina ſolus inuaſi, reſiſtere nemo ſuſtinuit. Obuiis ictibus membra nudaui, & ad incurrens vbique ferrum vitalia parata circumtuli, vacua circa me tela ceciderunt. Miſerum me deceptæ cogitationis euentu,fortiter feci,dum mereor occidi. Recedite gratulationes,abite laudantes: non circumeo templa , non reddo vota numinibus , ad parricidium veni. Quem ego pauloante paſſus ſum miſeræ conſcientiæ pudorem? Ad patrem arma non retuli. Timui quinimmo ne mihi dum reuertor , occurreret , ne in oſcula mea plenasque adhuc victricibus telis manus incauto rueret amplexu. Quam tunc inter cæteras exclamationes deducentis exercitus vocem, quod circunſtantis populi murmur excepi? Magnum felicemque me iuuenem ſi ſubito morerer. Adiuuate dii pariter atque homines , dum perire concupiſco , dum volo , miſeremini , ne hunc ardorem fugientis animæ dilatione laxetis. Proclamo, teſtor , in nouiſſimo fati ſtamus abrupto , prope eſt vt occidat patrem parricida prædictus , cum eſt mori paratus. Quid me pater adhuc detines? Quid moraris abeuntem? Melius quidem fuerat hunc ſpiritum,aut in ipſa maternorum viſcerum ſede comprimere , aut vt primum contactu ſuo cælum terrasque polluerat, feſtinata morte dimittere. Sane tamen charitas patriæ priuatos vicerit metus , & in honorem virtutum ſcelera nutrita ſint, quicquid eſt propter quod educari me tanti fuit, explicitum peractumque eſt. Reſtat vna pars fati, vltimum ſolumque facinus. Fruſtra me conſolaris æquanimitate patientiaque tua. Non idem vtriuſque noſtrum diſcrimen agitur. Tu mori periclitaris , ego patrem inuitus occidere. Hoc primum itaque excuſo vobis P. C. quòd præmium peto , ſatis ſit hactenus viri fortis nomen agnoſcere , hucuſque authoritatem ſacræ legis attingere , vt illam in aduocationem ſacræ mortis adducam . Relaturum me putatis illa optionum verba ſolennia , non capere magnorum precia meritorum ſolas æquitates , tanta remunerandum benignitate quòd fortiter fecit aliquis , quanta ſolicitaretis vt faceret? Nemini vnquam minus ſoluendo ciuitas fuit , præſtiti poſt quod mori continuo deberem . Sed ſecuri eſtote de auiditate ſummæ poteſtatis : illud infinitum, illud immodicum, quod nobis voluerunt licere leges,intra ſe conſumit ille qui meruit. Titulos, imagines, honores, ſeruate victuris : mihi præſtare ſalutem patris , innocentiam meam, temporum pudorem. Quæſo ne mihi ideo præmium negetis, quia fortaſſis & hoc debeatis odiſſe,quòd fortiter feci.Extra inuidiam eſt optio, cum id exigam quod impetrare potuiſſem etiam antequam fortiter facerem. Nam quòd obiter optionis reddo rationem,quæſo nequis ideo me parum aut præmio fidere credat,aut cauſis, quia vtriuſque iuris miſcui preces.Ignoſcite ardori perire cupiẽtis,quòd pariter imploro,quæ ſingula ſufficere potuiſſent.Fidẽ quinimo veſtram,ſiqua adhuc lex eſt,quæ adiuuare poſſit mori volẽtem,commodate,conferte,eſt vtriuſque iuris & authoritas,quod in mea morte tribuatis.Præſtate cauſis vt moriar,præmio vt ſepeliar.Sentio P.C.hoc primũ ab affectibus publicis petendum,ne quis mori me velle non credat,quia potius ad cauſas ac verba confugi,quia a vobis malui petere,quicquid ab his potui manibus accipere. Merui fateor malignas interpretationes , vir fortis vt morerer a bello reuerſus arma poſui,populi fauorẽ,gaudia ciuitatis intraui. Sed ſiue hoc eſt ſepulturæ ſuæ magna reuerentia peſſimæque additæ pectoribus humanis infirmita-

tes,vt esset quod timeret,qui non timet mortem.siue decuit innocentiæ amore pereuntem tranquillitas magna pereundi,ignoscite quæso cunctationi,patiétiæ,moræ. Si me continuo occidissem,tãquam parricida moriebar. Neque est P.C.quòd excludi præmium putetis con tradictione patris. Eximus per magnorum operum reuerentiam de necessitate parendi, & aut interim nobis magna venit contra nominis huius potentiam de virtutum fauore liber tas,aut obsequia peracta demum optione repetemus. Non est quòd vos resistentis moueat authoritas,neminem inuenias mori volentem,qui non habeat aliquem vetantem. Ille cui præsto non sunt pignora chatitatis, lachrymis tamen audientium, & consolationibus, & promptissima semper exhortatione retinetur. Parẽtibus vero circa liberos vnus affectus est, fauere vitæ, timere mortem. Non habent patientiam,nec iustæ orbitatis,& inter supplicia licet pœnasque omnes tamen illis innocentes,omnes miseri sumus. Ego P.C.communem hanc impatientiam senis accendo pietate,reuerentia.Fieri non potest vt se mori debere per suadeat patri filius,propter quem se videtur occidere. Hactenus leges,hactenus merita virtu tum,veniamus ad necessitates. Mori volo,mori volo, ita vt reddidi causas. Ita non ex hac destinatione sentitis quicquid dici non potest. Videritis,quid nos hucusque protulerit,hinc incipit ratio. Quod volo fingite vnum ex populo turbaque petere, ius præmiorũ. Non de bet hoc vetari,quoties habet causas,non potest,quoties non habet.Scilicet enim verendum est,ne ad hoc inconsulte, ne temere leuitas humana prosiliat: & credibile est, vt quicquid apud hominem pro vita dici potest,ipsa sibi vita non dixerit. Abite gratulationes, silete blã ditiæ,quoties iam putatis noluisse me mori? Primum hoc maximum, quòd pro incolumi tate hominis natura commenta est,vt periremus inuiti,& contra tot aduersos casus,patien tiæ nobis æquanimitate succurreret. Inde est quòd inter luctus & desperationes fœda viuaci tate duramus. An vos me moueri non creditis quòd iuuenis sum?quod modo vitæ volupta tes,modo gaudia lucis ingressus sum? Quantopere mihi blanditur,quòd publicis ex acie re portatus humeris lætitiam ciuitatis impleui? Quoties mehercule, hæc vulnera & roran tia hostili cruore arma complexus,animum supra necessitates erigo, supra fatum pono. Sed omnia mihi iam discussa, consumpta sunt, & honesta pereundi ratione victa cesserunt. Quid mihi amplius cum corpore,quod oderunt oculi sui, cum quo quotidie properans anĩ ma rixatur? Non sunt mea membra, quæ possim (velut hostis alicuius) lacerare,confodere. Homini qui semel renunciauit rebus humanis, non redditur vita,sed tempus: & ipsa cupi ditas ratioque pereũdi hoc ipso quo vetamur,accrescit. Felicior mehercule qui moritur an tequam debeat,antequam velit. Pene sero renunciat vitæ,quisquis sic ad exitum peruenit,vt hoc illum facere nemo miretur. Ei tantum debet mors negari, de quo non sufficit hoc pœ næ genus,vt ipse se potius occidat. Nam quòd lex iussit,vt moriturus redderet causas, quòd insepultum voluit abiici, si sic properasset erumpere, vt non nunciaret hoc prius, non fate retur,fallitur quisquis ideo factum putet, vt teneremur inuiti. Illa vero non timet pereun di temeritatem, nec secretum doloris alieni libenter inquirit. Sciebat illos non aliter ausu ros proferre causas,quos sceleris conscientia, quos maioris cruciatus metus in suprema com pelleret. Igitur ne supplicia properato lucrarentur obitu,rursus in pœnam nocentis insepul ti corporis reuocauit iniuria. Lex placida, mitis, causas mortis reddi voluit, non æstimari. Possum igitur P.C.publica quadã voce generis humani respondere quærentibus causas mor tis interrogatus,at ego difficilius redderem vitæ. Quid iuuat o misera mortalitas animã per tot annos(etiam si natura patiatur) per infinita temporum spatia tristissimo corporis retine re complexu? Si cuncta gaudia nostra,si voluptates, & quæcunque ex hac vniuersitate mun di,vel solicitant aspectu, vel blandiuntur vsu,diligenter excutias, tota vita hominis vnus est dies. Humiles prorsus abiectæque mentes,quas non implent hæc eadem, semperque redeun tia. Vt qui honestis operatus artibus sciat qui finis bonorum,quæ vera felicitas,nũquam sibi videbitur præmatura morte periturus,& lucis causas ad animum mentemque referentium neminem quotidie vita non satiat. Relaturũ nunc me putatis, quanto plura sint in hac æui breuitate fugienda,comparaturum gaudiis propriis metus,calamitates? Illa illa æstimemus propter quæ fatigamus votis deos,propter quæ breuem querimur ætatem. Nempe sunt va nitas,cupido,luxuria,libido. Non pudet propter hæc ferre debilitates,luctus, spatia morbo rum,& cum liceat euadere,malle pati? Finge tibi velut ipsam proclamare naturã. Receptus es in hoc pulcherrimum mundi rerũmque cõfortium, & per succedẽtium vices in ordinem mortalitatis natus,bona nostra vidisti,admitte posteros,cede venientibus. Nescis te quanto diutius vixeris,tãto magis impatiẽtiã parere? Quãtũlibet prorogẽtur tẽpora,iungãtur ætates,

quãdoque tamẽ non poteſt non exitu perire miſeri,qui moritur inuitus.Miraris quòd ſupre ma mea ipſe præcipitem?Nunquid enim non hoc agunt ſinguli dies? Omnis nos hora per tacitos fallẽtesque curſus applicat fato,& in hac turpiſſima perpetuitatis cogitatione diſtricti,per exigua feſtinantis æui momenta præmorimur. Faciamus potius de fine remedium, de neceſſitate ſolatium:exeamus ſponte,conſilio,pleni ſecuritatis,gratias agentes. Solus vixit quoad voluit,qui mori mauult.Indulgete quæſo ſæuæ triſtẽsque cauſæ, indulgete virtutes,vt mori tanquam magno animo velim.Ita non ſufficit ad maturandos exitus quod fortiter feci? Infirmæ prorſus terrenæque mentis eſt vt numeretis annos : ego (quæ fœliciſſima vel laſſitudo,vel ſatietas eſt)virtute conſenui. Quid adhuc inter accidentia fragilẽsque caſus ago?homo receptus in publicas gratulationes præſentiæ humilitate decreſco. Minores fiant neceſſe eſt diuturnitate,quorum initia cõfirmauere ſucceſſus,cum iam nec operibus,nec fœlicitati poſſit accedere.Cum fortuna ruere dementia eſt,& ætatem trahere pereuntem. Nullos ego ſenes degere turpius puto,quàm qui fortiſſimi fuerunt.Vultis expectem vt putres artus fœdet pudenda canities,vt ſanguine membra vacuata vix nitantur ad greſſus,vt hæ laudatæ manus,nec ad quotidianæ vitæ miniſteria ſufficiant. Quàm miſerum, quàm deforme eſt meminiſſe quod fueris referre cicatricum tuarum redundationes , & frigidam præterito rum memoriam,cum iam fidẽ membra non habeant,ſupra ſua facta rideri? Feſtinato exire de ſeculo debeo,dum alacre corpus,dum ſpiritus viget,dum teneor,dum deſideror:& hoc vo lo deberi manibus meis,animo meo.Fauete dii pariter atque homines mortẽ vir fortis inueni. Eſt hæc communis mihi cum multis fortaſſe cauſa, ſed veniamus ad meam. Si mihi Mathematicus denunciaſſet damna membrorum,grauem corporis perpetuúmque languorem,ignoſceres tanta mala vel incerta fugienti. Plus eſt quod expaueſco,quod timeo. Minatus eſt mihi manus meas,meos animos:nullúmque voluit eſſe momentum,quo ſecurus intrepidúsque requieſcerem. Iuſſus ſum vitam per anhelitus metûsque conſumere. Quis inter hæc ſpei,quis cõſolationis eſt locus?Mori debeo tanquam nocens, ſi Mathematicus verum dixit:tanquam miſer,ſi mẽtitus eſt.Quid,quôd me futurum dixit parricidam?Ecquem mittamus in experimentum,cui credamus? Placet poſt futurorum incertam tractare rationem, quid ad diuerſas ſuaſiones,& ad loquaciſſima humanorum pectorum ingenia variaris? Parricidium dictus ſum facturus.ſi poſſum poſthac viuere,non ſum innocens,etiam ſi non fece ro.Interrogare me hercule hic libet vos omnes liberi, omnes parẽtes,quem mihi poſt hanc denunciationem aſſignetis animum.Homo ſum cuius corpus iratum fortaſſe ſeculo numẽ, velut aptiſſimam facinori videtur elegiſſe materiam,cui in primis continuo natalibus aſſignata eſt virtus pariter & facinus, omniũ incredibiliũ diuerſorúmque pariter capax, omnibus difficultatibus nouitatibûsque ſufficiẽs,ſceleribus miſer,& ſine morte ſua nocẽs, in quo debeatis ipſas quoque odiſſe virtutes. Neſcio quæ me prodigioſa feritas in patrẽ velut telum aliquod caſurúmque pondus librat,impingit.Facinus me manet,quod cõtra fidem eſt,quod profuturum mihi negatur:& nolim,cuius non tẽpus, non locus,non cauſa prædicitur. An mori debeam vos æſtimabitis, non debui naſci. Sentit pater quanta ſit prædicti ſceleris immanitas:& ideo tentat efficere,vt Mathematicam artem non putetis,ac modo cõtẽdit non eſſe fatum, & cuncta caſu fortuitóque decurrere, modo etiam vt prouidentia regantur , non poſſe tamen humana ſciẽtia deprehẽdi.Dum vtrũque colligo, interim apud grauitatẽ veſtrã depono ſenſiſſe aliquid patrem etiam cum metuit. Ego Mathematicum probaui dixiſſe,verum ille credidit eſſe quod dixit venturum. Caſu ne tibi pater hæc diuerſitas videtur in corpus vnum diſſentientibus ſolidata primordiis , vt ſummo vertice locatus igneus vigor cuncta leuia calidi ſpiritus ardore ſuſpenderet, profundus humor ad ima demerſus, vnde quotidie ſuperpoſiti caloris alimenta traherentur,terrenum pondus in medio quanto ſuperne ſpiritu,tanta penitus inanitate ſubnixum librata mole conſideret, vt ſeculorum infinita ſeries, per aſſiduas temporum vices ſua lege feſtinet?Quid hæc fulgentium ſiderum veneranda facies?quòd quædam velut infixa ac cohærentia perpetua ſemelque capta ſede collucent,alia toto ſparſa cœlo vagos curſus certis emetiuntur erroribus?Iſta credis paſſim fortuitóque diſpoſita?Rogo quid melius ratio feciſſet.Deus hæc deus fabricator operis vniuerſi ex illa rudi primáque caligine protractum poſuit in vultum,digeſſit in partes.Poſtquam decorat vniuerſitati parem dignámque faciem, ſpiritum deſuper quo pariter animarentur immiſit. Inde eſt quòd quicquid naſcitur conſociata numini proprietate ſignatur,& in totam æui ſui breuitatem compoſitum firmatûmque ſic accipit futura, quaſi vitã. Hæc credo pater terrori primis fuiſſe mortalibus,mox admirationem conſumpta nouitate meruiſſe.Paulatim deinde quod

ſtupemus, animus auſus diligenter attendere, in arcana naturæ ſacrum miſit ingenium, & aſſiduis obſeruationibus notisque redeuntibus latentium ratione collecta, peruenit ad cauſas. Miraris fatum hominis poſſe prædici? Defectiones ſiderum laboresque narrantur, nunciatur origo tempeſtatum, laſſitudo ventorum, quod ſidus immodicos ſolis ardores, quod ſeueras minetur hyemes, quid ſignificent ſparſi longius crines, quid ardentius ſolito iubar, quid excuſſa flāma ſideribus. Non inuenio quid poſſit eſſe certius veræ artis ingenio, quàm dicere quid futurum ſit fieri, patet, deinde quid dixerit. Quòd ſi eſſe artem Mathematicam probant natura, ratio, experiméta, pater quoque, qui crediderit conſulēdum, ſupereſt vt oſtē damus verum dixiſſe de futuris, quem de præteritis non poſſumus probare mentitum. Accipite primam certiſſimæ ſcientiæ probationem. Homo qui de partu conſulebatur, non cōfudit turbauitque reſponſum, nec per varias ambages indeprehenſibilem ſparſit errorem: nihil ita locutus eſt, vt illud audientium interpretatio traheret dirigeretque quò mallet. Atquī in eo tota ratio fallendi eſt, non dare conſulentibus quod depoſcant, ſed caligine magnaque promiſſorum varietate ſuſpenſos ſic dimittere, vt quicquid caſus attulerit, putent eſſe prædictum. An ſcilicet hæc fuerit ratio fingendi, quòd dicebat vſitata, communia, quæ futura pater facile crederet, libenter audiret? Fortiter, inquit, faciet filius tuus. Rogo vbi magis definit, qui mentitur? Sed quibus ille, dii deæque ſignis, quibus impletus eſt notis, qui de parricida diſſimulare non potuit, cum quæreret pater? Artem tantum mirari me pater putas? Ego miror animum, ſtupeo conſtantiam. Erit, inquit, vir fortis & parricida. Rogo quæ ratio fallendi eſt ea dicere propter quæ nec prioribus debeat credi? In parricidio, quod proſpiciebat Mathematicus, hæc ſola ratio fuit mendacii, ne prædiceretur. Fero tamen, vt quis in aliis conſultationibus decipi poſſit aut errare, de futuro parricida non magis Mathematicus poteſt, quàm pater interrogare. Omnes, ſicuti apud ſacræ artis antiſtites ſatis conſtat, animæ proprietates, & futuras mentium corporumque formas ex illorum ſiderum qualitate, quibus in ortu ſuo cuncta gignuntur, accipiunt. Aliquis vagi numinis errore perſtrictus eſt, vitam tranſiget ille diſcurſibus. Placida conceptum ſtella ſignauit, erit modeſta lenitate conſpicuus. Ardens naſcentis horam ſidus accendit, viribus pariter moribusque flagrabit. Languido iam vergentis in procliue mundi, hebeſcentibus tardior membris, ſimilis ſenectæ iuuenta pigreſcit. Iam ſicui principalium deorum fulgor illuxerit, in populi conſurget imperium. Credo me hercule in illum natalem monſtri nondum diem, iratorum numinum conſpiraſſe violentiam, ſedemque prodigioſi ſpiritus collato pariter igne preſſiſſe. Si verum eſt poſt vetuſta ſecula, & innumerabiles annos reddi rurſus aliis corporibus animas, fortaſſis in me renatus ſit aliquis ex illis, quorum ſclere violatus dies mundum ſubito mutauit, quos per maria terrasque fugientes, furiales faces, & vltricum dearum terror agitauit. Neceſſe eſt vt maiores notas ventura promittāt, quæ non temere naſcuntur. Sic futuras tēpeſtates, pelagi fragor, & conſcium nemorum murmur enunciat, ſic perituroruṁ fata populorum ardentes cælo faces, & crinita ſiderum flamma præcurrit. Prædicebar bello, monſtrabar armis, agebat ante ſe ventura feritas publicas calamitates, & omnium malorum cōſummatione parricida ponebat. At nunc iſta putet aliquis fortuito, non arte ſentiri, poſſit fortaſſe caſu euenire quòd futurum ſit, non poteſt caſu fieri quod prædictum eſt. Ecquando vnquam pater explicuit manifeſtius vllius facti neceſſitatem totus ordo reſponſi? Vir, inquit, euenit. Educabitur, quanuis parricidium prædictum ſit, accidit. Perueniet ad iuuentæ robur, adoleui. Viribus erit conſpicuus, & nimis. Aderunt bella, venerunt. Ibit in aciem tevolente, miſſusque fortiter faciet, feci. Erit parricida ſi vixero. Si pater tam ſecretæ profundæque artis ratio reddenda eſt, nonne habere tibi grande conſortium prædicti videtur ipſa diuerſitas? Virum fortem dixit & parricidam. Vicina ſunt hæc etiam vt diſſimilia paria viribus, etiam vt mente diſſentiant. Quid enim me aliud notabilem fecit in bello, quàm quòd non parco cædibus, cruore non ſatior, exultans ſuper ſtratorum corporum ſtrages, palpitantibus adhuc cadaueribus alacer inſiſto? Virtutis ſunt iſta cum hoſtis contigit. Pax eſt quæ nos deprehendit, & cum iuſta graſſandi materia conſumpta eſt, in facinus neceſſe eſt ocioſus ardor erumpat. Ecce iam reipub. præbita eſt quies, mihi tamen plurimum eſt cum gladio ineo, totis diebus tracto ferrum, ad arma reſpicio, tela mea laudo, admiror, alloquor. Crede pater, & parricidium tam facile eſt, quàm fortiter facere, cum vtrunque de fato eſt. Sed quouſque ratione colligam, quod exitu iam probatum eſt? quod nullis Mathematicus dixit ambagibus, nullis diſſimulari artibus poteſt? Partem reſpō ſi futuram in alio opere iam vidiſti, & quod præcipue torquet animum, fides ſceleris virtus

fuit. Explicata eſt authoritas reſponſi, cum de duobus prædictis vnum factum eſt. Nec poſſis de veritate dubitare, quoties cum incertis experimenta conſentiunt. In reſponſo cui cuncta ceſſerunt, fieri non poteſt vt hoc ſolum falſum ſit quod nouiſſimum eſt. Non poteſt, inquit, fieri parricidium. Vis mirer pater, ſi non creditur futurum, quod etiam cum factum eſt, vix creditur? Falleris ſi aduerſus prædictas neceſſitates ſufficere credis quòd ego bonus filius ſum, quòd tu optimus pater. Tu non mireris ſcire, credo ego vtique nolle me ſcire. Quid eſt ergo fatum, niſi quod fit, & non habet cauſas? Quemadmodum ergo, inquit, iſtud vitari poteſt ſi fieri neceſſe eſt. Scilicet hac ſola ratione, vt mors inter facinus hominémque ponatur. Vincitur pater fatum ſi reſiſtas: vincit, ſi contempſeris. Ago quinimmo gratias hoc ſolo nomine crudeliſſimis fatis, quòd maximum facinus non in prima æui mei parte poſuerunt, quòd præmiſſæ ſunt ante virtutes, magnorúmque operum prior ordo defluxit. Poteſt puto caueri parricidium, quod & prædicitur, & nouiſſimum eſt. Fingamus pater Mathematicum de hac ſola vitæ meæ parte mentitum, quid tanti eſt, vt credam iſta & viuam? Occidi pater non poteſt. Sed quid refert ſi difficultas iſta non eſt ſalua animo meo? Excedit omnem calamitatem, innocentiæ ſuæ non credere, diebus ac noctibus timere, ſuſpectum habere animum ſuum, calumniari manus, incuſare viſus, & parricidalem agere cogitationem. Maior mihi ratio moriendi eſt, ſi parricidium fieri non poteſt, & ego me credo facturum. Quem tu mihi pater imperas laborem, quàm aſperam exigis patiétiam? Horreo oſcula tua, ne ſeniles artus nimium grauis amplexus elidat. Non ſuſtineo eoſdem expetere conuictus, ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Timeo eiuſdem peregrinationis adire comitatum, omne fugio ſecretum, ne quid fortuna, ne quid afferat caſus. Quouſque timebitur animus? Mors mihi præſtare poteſt, ne parricidium faciam, mors vt videar nec fuiſſe facturus. Sed me infœlicem, quàm multa ſunt quæ timere debeam, etiam contra animum meum? Vnde ſcio, an expulſum me repente ſenſibus meis aliqua magni diſcriminis imago raptura ſit? Proſilibo fortaſſe tanquam ſequar claſſici vocantis inſtinctum, tanquam me ruentis patriæ fragor & vociferatio captæ ciuitatis exciuerint. Me ſane interdiu cuſtodire poſſum, ſed vnde ſcio quid afferat nox, caſus, error? Mathematicus hoc non futurum dixit, vt vellem, ſed vt occiderem. Tu quoque pater quanto grauiores paſſurus es ex ipſa diſſimulatione cruciatus? Felicius prorſus eſt, palã occidiſſe quem timeas. Cum bene in oculis meis amplexibúsque requieſcas, ſubeat neceſſe eſt tacitas cogitationes prædicti periculi metus, & licet compo natur ad fortem ſuperbámque conſtãtiam, naturalis tamen hominis infirmitas poteſt tam percuſſorem timere, quàm mortẽ. Explica nos pater tam miſero triſtique complexu, & longiſſimas ſolicitudines breui recide patientia. Minus indignum eſt vt moriar ſi innocens futurus ſum, quam vt viuam ſi parricida. Denuncio tibi pater, & de ſuprema neceſſitate confiteor. Iam non ſunt meæ poteſtatis hæ manus, non regere dexteram, non retinere ſufficio. Venit ille neſcio quis ardor, non ſentio, non intuétur oculi. Tunc omnia incipio ſcire, cum geſta ſunt. Quid? tu me lacertorum viriúmque beneficio ſtrauiſſe nuper hoſtes putas? Quantum dicuntur narraſſe captiui, neſcio quem in me monſtroſi vultus horruere conſpectum, non tela iaciebã, non iaculabar ictus, furialibus miſer facibus ardebam, & pectus iſtud non lorica, non ferrum, ſed diri ſerpentium clauſerant nexus. Non fuit illud pugna, non acies, in bello parricida vincebam, exceſſerunt opera mea humanarũ virium mediocritatem, quicquid factum eſt, rabies fuit, inſania fuit. Prædico, proteſtor, non ego parricidiũ faciam, non ego fortiter feci. Quòd ſi vlla ratione caſuve effici poteſt vt prædicta non fiant, fidẽ veſtram P.C. vt mihi potius innocentia, quàm fato debeatur, ego dicar expugnaſſe conſtitutionem, fregiſſe vincula neceſſitatis, mea pietas, mea laudetur integritas. Dii non ſinant, vt inter me reſponſúmque diſcernat exitus. Mathematicum vincere malo, quàm reprehendere. Quid nunc agam P.C. quemadmodum me vir fortis ad preces, quemadmodum parricida componam? Dicam, miſeremini? dicam, ſuccurrite? Sic rogari contra mortem ſolet. Nouo mihi inauditóque opus eſt ambitu malorum. Niſi morior, periclitor. Ideo videor cauſas reddidiſſe, vt contradiceret pater, & ſi bene noui malignas interpretationes, non exitum captaſſe dicat, ſed excuſationem. Explicate per fidem miſeri pudoris æſtum, nunquam videbitur mori voluiſſe parricida, ſi vixerit. Ad tua nunc genua porrigo optime pater has ad ſcelus tantum fortes manus. per ergo ſi fas eſt quicquid feci, per hanc ipſam mei charitatem, qua me nondum timere cœpiſti, miſerere, filium pietate pereuntem ne velis exitum facere parricidæ. Præſta mihi patientiam qua me modo bello credidiſti. Finge nos in ipſo proſperi Martis cecidiſſe complexu: confectúmque magnis vulneribus cadauer efferri. Re-

linquo tibi pro me omnes parentes,hunc quo nos retinere voluiſſes,in ſuprema mea tranſfer affectum,tuis manibus compone corpus,extrue rogos,funeri iuſta perſolue.Deinde cum iam nouiſſimis oſculis,ſupremoque diſcedens ſatiatus fueris amplexu, tunc te fas eſt ſublatis ad cælum manibus proclamare, Mathematice mentitus es. Reddidimus cauſas, peregimus preces,reliqua vos manus,vos adiuuate ciues,non vt liceat mihi mori,licet iſtud etiam vt negetis. Vir fortis commendo vobis exitum meum, ſi non continuo lætale vulnus impreſſero:ſi non cum ſanguine totam animam properans ictus egeſſerit, adiuuate dexteram, deprimite telum, & ante omnia detinete patrem. Neſcio quàm longe manum ſparſurus ſit fugientis animæ dolor,quo cadat extractus mucro viſceribus,in quem ſe collabentis corporis ruina præcipitet. Vultis ſcire quantum debeam timere victurus? Metuo ne patrem,dum morior,occidam.

AEGER REDEMPTVS, DECLAMATIO V.

ARGVMENTVM.

Liberi parentes in egeſtate aut alant,aut vinciantur. Quidam duos filios habebat, frugi, & luxurioſum.Peregre profecti ſunt,capti a piratis,luxurioſus languere cœpit. Ambo de redemptione ſcripſerunt. Pater vniuerſis bonis in vnum redactis profectus eſt. Dixerunt illi prædones,non attuliſſe illum niſi vnius precium, & eligeret vtrũ vellet. AEgrum redemit. Qui dum reuerteretur,mortuus eſt. Alter ruptis vinculis fugit. Alimenta poſcit pater.contradicit filius.

PRO PATRE CONTRA FILIVM.

QVanuis Iudices in tanta malorum cõtinuatione iam potuerim nihil ex accidentium meorum nouitate mirari,nullumque mihi reliquerint impatiẽtiæ genus aduerſa,quæ de ſolatiis remediisque creuerũt : confiteor tamẽ hoc ſolum me proſpicere, nullo metu, nulla triſtium recordatione potuiſſe , vt poſt piratas,orbitatem,famem. hinc quoque calamitatibus noſtris pondus accederet,quòd reuerſus eſt filius meus. Viuebam miſer,vt hunc viderem, ſolaque ſuperſtitis expectatione ſuſpenſus, auidiſſimam moriendi cupiditatem contentioſa mendicitate fallebam. Pudet perſuaſionis,rediſſe ſe iuuenis affirmat , vt vindicaretur morte fratris , vt patris orbitate gauderet:nec intelligit maiorem ſe factis meis authoritatem hac indignatione conferre. Nunc magis ſentio,quãtum facinus fuerit AEgrũ non redimere.queritur ſe relictum, qui potuit euadere. Vtcunque igitur Iudices poteram redemptionis illius reddere de præſenti iuuenis impietate rationẽ,& mihi crudelitas iſta præſtabat, vt filium viderer elegiſſe meliorem. Non vtor tamen occaſionis huius inuidia, nec quicquid miſeræ pietatis impatientia feci,querela malo defendere. Ego vero tunc non mores liberorum , mentẽsque tractaui, nec mihi in illa triſtiſſima conditione ſuccurrit de cõparatione cõſilium. Sola quid facerem neceſſitas,ſola iuuenum meorum aduerſa ſuaſerũt. Ex duobus liberis neutrum magis amat, qui redimit AEgrum. Illud plane Iudices vltra omnem malorum meorum fateor eſſe triſtitiam,quòd hac aſperitate iuuenis,hoc inopiæ ſquallorisque deſpectu famam optimi fratris inceſſit.Hominem qui piraticũ carcerem , qui prædonum vincula diſcuſſerat , decuerat ne voluiſſet aliter reuerti,ex quo ſe nobis tanto virium labore reſtituit:poterat eius quoque admirationem mereri,qui precio pauloante ceſſiſſet.Dii immortales,quam laudem,quem gloriæ fauorẽ impleuerat, ſi paſceret patrem, redemerat fratrẽ. Relaturus vobis Iudices ordine malorum meorum cuẽtum,quem nemo tam crudelis,nemo tam fæuus audiet , vt me non paſcat,hunc ante omnia qui ſe queritur in fratris cõparatione damnatum,ſecreti doloris indignatione cõuenio. Quid agis impotẽs,ſuperbe? Tu neſcis vtrum fuerim redẽpturus ex duobus ſanis,ex duobus AEgris? Habui enim Iudices,filios diuerſiſſima mẽtium corporũmque qualitate cõpoſitos:& ſicut mox probauit fæua captiuitas,in totã diſſimilitudinẽ vitæ quoque genere diductos. Hic nanque robuſtus ac patiens,non molliri proſperis facile,non accidẽtibus frãgi,& quẽ de voluptatũ gaudiorũmque contẽptu ſcires parem quãdoque fortunis, traxerat ex firmitate mẽtis magnã protinus in membra conſtãtiam. Ille vero pariter in læti tiam metũsque reſolutus,alienus a curis,ſolicitudinibus impar,delicatus,impatiens,& iam ſimilis AEgro.Sed apud patris affectus,hæc ipſa liberos diſſimilitudo iungebat,& erat quædam in inæqualitate charitatis æqualitas,quòd hũc ſerio laudatũmque ſemper,illũ iam qua-

dam miſeratione diligerem. Quid profuit indiuidua pietas? Erat etiam me nolente manifeſtum vtrius magis colloquiis, magis lætarer aſpectu. Velit nolit Iudices ipſa quoque querela iuuenis, quid de patris fateatur animo, probat. Iraſci quòd nō ſit fratri prælatus AEgro, impatiētia eſt hominis, quo magis ametur. Accipite Iudices maiorem pietatis æquæ probationem, filium nec peregre dimiſſurus elegi, iunxi fratrē, aptaui comitem, & vtroque patris late re nudato viſus ſum mihi magis habiturus vtrunque mecū, ſi pariter eſſent. Hanc apud me iuuenum æqualitatem, etiam in calamitatibus fortuna ſeruauit. Vterque captus eſt, ambo de redemptione ſcripſerunt, diſſimules licet. Iterum tamen & inter aduerſa perſuaſionem chari tatis inuenio. In captiuitate communi puto minus ſperauit ille de patre, qui lāguere cœpit. Tu mihi nunc impotentiſſime iuuenis, tu quæſo reſponde. Quid aliud facere debuerit pater duos redēpturus? Cunctas facultates in precia collegi, rus, ſeruulos, penates, & omnia vtiliora properanti feſtinatione parentis addixi, & vltra quàm non poteſt excogitare ſummus affectus, nihil ſenectuti meæ, nihil dubiis caſibus (prò inconſulta pietas) nihil neque illi reſeruaui, quem redemiſſem. Quantum Iudices ad piratas tulerim ſcire poteſtis ex hac fame. Fuerit precium licet exiguum paruúmque dum totum: fingite quamlibet diuitem, quamlibet pauperem patrem. nemo vnquam plus pro liberis dedit, quàm qui ſibi nihil reliquit. Vtrum ne igitur Iudices nemo mortalium habet precium plurium liberorum? An piraticæ feritatis ingenium eſt, in captiuorum taxatione ſolos æſtimare redimentes? Dii immortales quàm arrogans me pirata, quàm ſuperbus excepit. Parum, inquit, attuliſti ſenex, languet alter. Quid ergo à diis hominibúsque merui, quòd mihi non redditurus vtrunque, non ipſe potius elegit? Sæuus & humani doloris artifex, negauit a me duos poſſe redimi. Deinde vt hoc triſtius, vt difficilius eſſet, redditurum ſe dixit vtrum maluiſſem. Vides iuuenis quantum pietati meæ teſtimonium reddiderit ipſa crudelitas. Conditio non ponitur niſi duos redempturo. Expectatis, certum habeo Iudices, vt in triſtiſſimæ neceſſitatis poſitus abrupto, ad AEgrum cōtinuo properauerim. Quis non putet audita conditione vincula me ſtatim detraxiſſe languēti? Oderitis licet confeſſionē meā, deliberaui. Tenuit inter illos inexplicabiles doloris æſtus, perquam longum pietas miſera conſilium, & quod nunquam ſatis manibus filii, nunquam ſatis excuſabo conſcientiæ meæ, non ſtatim mihi ille deficiens vnicus fuit. Diſſimules licet orbitas. ego mihi plurimum morbis, plurimum videor adieciſſe languori cunctationis mora, & ſenſit infœlix quid in electionis huius neceſſitate fuerim neutro languente facturus. Tandem quod ſolum habebat ambitus genus, deſperatione prætualuit. Accepi fateor illum qui ſolutus quoque non ſequebatur, quem non gaudium redemptionis, non lætitia prælati, non hortantis erexit patris amplexus. Si eſſet in rebus humanis vlla clementia, merueram etiam de piratis, vt mihi duo redderentur. Vtinam Iudices iuuenis illius vita præſtaret, vt videretur non periculi miſeratione, ſed charitate prælatus. Me infœlicem, quòd bonam habeo cauſam. Explicuit iuſtitiam comparationis, qui deceſſit etiam redemptus, & in perituro filio nihil aliud electū eſt. In quo fui miſer famæ periculo? Filius meus languore defunctus eſt. Tamen pater occiderat AEgrum ſi reliquiſſet. Videram continuo Iudices in carcere illo quantum promitteret cōſtantia hominis, quem non captiuitas, non expectatio patris, non fratris fregiſſet infirmitas. Nec immerito de fortiſſimo iuuene cuncta ſperaui ſi fuiſſet ad omnes conatus explicato languente liberior. Tandem miſeros fortuna reſpexit, & puto contra prædonum commenta feritatem, ipſa conſenſit, vt nobis quem negauerant non abſtuliſſent. Non quidem mihi Iudices arrogo temporis illius prouidētiam, nihil me fateor feciſſe conſilio: poteſt tamē vtriuſque iuuenis exitus neceſſitatibus meis aſſignare rationem. Periit quē redemi, reuerſus eſt quē reliqui. Inueniſſe te putas iuuenis patrem cibos & aliméta poſcē tem? Quærebam precium tuum, teſtor clemētiam mitiſſimæ ciuitatis: hæ preces, hic rogantis ambitus fuit. Miſeremini, date ſtipes, indulgete, conferte, repetendus eſt ille, qui redimi maluit fratrē. Sed & hac re decebat reuerſum proclamare voce, Erige vultus pater, attolle triſtiſſimam faciem, vindicati de fæuiſſimis prædonibus ſumus, duos redemiſti. Alimenta poſco, poteram non adiicere filium pater, ſed mēdicus hominem, ſed iuuenē ſenex. Quis enim magis ex ipſis rerum naturæ ſacris venerandisque primordiis deſcendit affectus? Quid etiā inter liberos ac parētes tam commune, tam publicum, quàm vt alicuius famem proximus quisque depellat? Voluit nos ille mortalitatis artifex deus in cōmune ſuccurrere, & per mutuas auxiliorū vices in altero quemcunque quod pro ſe timeret aſſerere. Nondū hæc charitas eſt, nec perſonis impenſa reuerētia: ſed ſimiliū accidētium prouidi metus & cōmunium fortuitorū religioſus horror. In aliena fame ſui quisque miſeretur. Sic cibos obſidio partitur, ſic

inopiam pariter nauigantium frequenter vnius alimenta pauerunt. Hinc & ille venit affectus,quòd ignotis cadaueribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit,vt non quantulocunque veneretur aggestu. Parentibus vero liberi non præstatis alimenta,sed redditis. Quanto dii deæque breuiora,quanto minora pro tot infantiæ,tot pueritiæ sumptibus, tam variis vel abstinentissimæ iuuentutis impendiis. Si mehercule hoc quoque officii genus natura permitteret, bene pro deficientibus aliquid & vita vestra deperderet,iterumque ex illa quam traxistis anima portio breuis in suum rediret authorem. Vultis scire quantus nomini nostro debeatur affectus? quanta veneratio? Non est beneficium quòd pascitis,sed est facinus quòd negatis. Liberi parentes alant. Pudet sacrorum nominũ,pudet religionis humanæ. Hæc ergo lex erit?quid imprecer homini,qui primus fecit vt pietate iuuaremur? Liberi parentes alant. O crudele factum. O nunquam tristior fames,ita pascit ille qui cogitur? Non meruisti,inquit,accipere. Discede pietas,quiesce paulisper infirmitas remuneranda sit. Primum lex feueriſſima est,vt fortius alimenta poscãtur. Perdiderunt pulchritudinem sanctitatemque naturæ, qui putant illis parentibus iura succurrere, quibus apud liberos salua est de mutua charitate reuerentia,collisis prospexere pignoribus,& inter tam venerabiles affectus hoc quoque dignum prouidentia fuit,vt aliquid & odia præstarent. Quereris,irasceris,& ideo iuberis. Expectandũ est videlicet vt liberorum parentúmque concordiã præferant totius merita vitæ, & vt pietas,natura,sanguis accipiant quotidie tanquam amicitiæ nexum:& vbi nos promeruimus obsequiis,adulatione,patientia,natales ortus & pignora prima perierunt? Si vultis Iudices, vt huic nomini salua sit in omni personarum diuersitate veneratio,bonum patrem filius alat,lex malum. Non faciam hanc contumeliam rerum naturæ. non faciam legi,vt excusem vel pessimum patrem, vt sacro nomini tentem gratiam petere de venia. Sim licet crudelis ac sæuus,filium tamen diutius amaui. Clauserim paternos penates,de testamento,de spe successionis expulerim, onerauerim vinculis manus,fœdauerim membra verberibus,persolui gratia nõ potest nec malo patri. Arrogans,impotẽs sum, nolo quotidie mereri quicquid mihi deberi cœpit primo die. Facilis,mitis,indulgens,vocabula sunt ista minoris affectus, propter hæc aleretur amicus,pasceretur extraneus. Vestrum quinimmo crimen est, quòd interdum aliud sumus, & vnum manifestum est diuersitatem nostram venire de moribus liberorum. Non inuenias asperum patrem,nisi iam peccãtis ætatis. Quid ais?rigidus,immitis sum:ideo pasce,tantum pasce,non vltra malo pro reuerẽtia nominis nostri. Quicquid præstatis inuiti. & cum alitur pater,quem quereris indignum,accipere mihi videntur omnes parentes. Si vis,affectum debes:sin minus, necessitate seruitutem, patientiam. Non tanquam pater alitur qui tanquam bonus amatur. Sepone iuuenis, differ querelas, tunc irasceris, tunc obiicies mihi, cum prosperitatum, cum secundorum officia deposcam. Non talis ad tua genua prouoluor, vt extimendus sim. Nulli malus est pater,cum esse cœpit infelix. Aspicis collapsum, & ex omni calamitatum genere miserum, & vltra quàm accidentium mensura non exit, in orbitate mendicum. Riget squallidi capitis concreta canities, vigor pristini vultus vacuis luminibus intabuit,& per obstantium crinium illuuiem tenuis arentium iactus oculorum. Hæret astricta nudatis ossibus curis,& in fame sua homine consumpto iam membra sine corpore. Iterum bonus sum,in pristinam religionem de calamitatum horrore resti tuor. Adeó ne non habent hæc ipsa supplicia pœnas,quòd posco,quòd rogo,quòd mẽdicus sum filii mei?Et quãmulta dii deæque non possunt pro nobis impetrare leges? Quanto plura sunt quæ negantur cum præstant inuiti? Non exigo vt tuis manibus porrigas cibos, vt consoleris,vt foueas:proiice quod rapiam,abiice quod colligam. Genus vltiõnis est pascere, neque misereri. Si tamen iudices fas est impietatis huius vllas accipere causas, & filium qui non alit, putatis reddere posse rationem,æstimate per fidem,quod sit facinus illud,cuius vltionem debeat exigere aliquis de fame patris. Captum me,inquit, non redemisti. Quis non putet queri de filio patrem? Quenquam ne dicentem feras,nihil tibi debeo quia mihi vitæ lucisque beneficium semel præstitisti,quia hunc spiritũ,hoc corpus non ex indulgentia tua rursus accepi? Iniquissima magnorum conditio meritorum est. si quicquid non fuerit adiectum,de prioribus perit, & pessimo exemplo gratiam præteritis auferunt reliqua cessantia. Non redemi, non tamen ideo minus est,quòd in hunc te diuinorum humanorúmque cõspectum de nostra protulimus anima. Maria terrasque & infatigabiles siderũ cursus,& cuncta sacro fulgore lucentia nos vt fruereris ostendimus. Has quas subtrahis manus, hæc verba quæ negãt,de meo spiritu,de meis visceribus hausisti. Gaude potius,exulta quod tibi pa-

tris aſperitas præſtat boni filii iactationem?Solus habet quod imputet patri qui queritur & paſcit. Quàm multa Iudices huic querelæ reſpondere poterã,propter quæ filium ſalua pietate non redemiſſem? Quis non acciperet excuſationem,ſi dicerem,Impediit quanuis properantem ſenectus,inopia,languor,precium non tam feſtinanter inueni?Explicare non potui nauigationem,iuuenibus quoque fortibúsque difficilem. Solus ac ſenex non illa qua ſperaueram proſperitate direxi? Per quos metus,per quæ peregrinationis incerta properaui? Remoue iuuenis indignationem,nihil plus pro filio factum eſt quem recepi. Non fortunã tibi debeo, ſed affectum:non exitum,ſed voluntatem. Pro duobus precia contraxi,pro duobus maria conſcendi,pro duobus genua tenui. Rogo vter magis amaretur, ſi mihi piratæ duos reddidiſſent?Age tu nunc iuuenis ad faciendã inopiæ patris inuidiam (ſi videtur) exclama. Famem obtendis,ad quam luxuria,prodigarúmque voluptatum continuatione veniſti,exhauſiſti ſenex cẽſus in precia meretricum,quanquam & huic iubetur neceſſitati pietas veſtra ſuccurrere,& lex quæ inopem,quæ patrem nominare contenta eſt, filium non remiſit ad cauſas. Quid vero ſi in educationem,in diſcurſus,in precia vacuatus ſum? Excedit omnem ſcelerum comparationem patrem mendicũ facere,nec paſcere. Tentat Iudices hoc, quòd non eſt redemptus,ampliare alia iuuenis inuidia. Fratrem,inquit,mihi prætuliſti. Fateamur pauliſper hoc crimen,agnoſcamus hoc nefas. Imprudentiſſime generis humani, tu nõ feres,vt frater tuus vel magis ametur? Vides enim, prælatus eſt tibi neſcio quis affectus, poſſident charitatis tuæ locum pignora de minoribus ſumpta nominibus. Ipſum nempe cuius æque ſpiritus de viſceribus his trahebat ortum,qui patrẽ vel ſolus impleret. Peſſimus eſt mortalium qui amari fratrem ſuum ſine charitate putat. Tu cuſtodies, vtrum frequẽtius oſculer,vtrum ſtringam magis arctiore complexu? Non eſt hoc impatientia,nec circa patris affectus ſacra de pietatis contentione rixa. Eum tantum fratrem putas amari magis,quem non ames?Falleris iuuenis,longéque te ab intellectu rerum naturæ ſepoſuit praua perſuaſio qui putas ex paternis affectibus filio perire, quicquid in altero de neceſſitate præponderat. Par eſt in omnes liberos,eadémque pietas,ſed habet in aliquo plerunque proprias indulgẽtiæ cauſas,& ſalua charitatis æqualitate,eſt quiddam per quod tacito mẽtis inſtinctu ſingulos rurſus tanquam vnicos amemus. Hunc primus naſcendi locus, illũ gratior præfecit infantia:alium lætior vultus,& blandior oſculis amplexibúsque facies, quoſdam magis ſeueritas probitásque cõmendat,in quibuſdam diliguntur impatientius calamitates. Et damna corporum debilitatésque membrorum notabilius miſeratione complectimur. Salua eſt tamen vniuerſitas,cum quicquid in alio ceſſare creditur,in altero reſtituit alter affectus. Securus ſis,non intercidunt iſta,non pereunt,ſed inuicem vincunt,præualent,cedunt. Filio nõ poteſt præferri niſi filius. Blandiar Iudices pauliſper calamitatibus meis, & ſic agã tanquam apud piratas inuenerim vtrunque,prædo non reddit. Offert electionem,ſuadete quid faciã. Quid dicitis? Iſta pietas eſt abire,diſcedere, iraſci ſcilicet, queri, & inuidiam facere piratis. Vos interrogo liberi,vos parentes,Nõ ergo facinus eſt:ideo neutrũ redimere, quia vtrũque non poſſis?Egregia pietas æquare liberos iuſtitia deſperationis,& ex hoc quòd ſuccurrere nõ contingit duobus,orbitatem facere totam. Tu vero ſenectus accipe quicquid datur, accipe quicquid offertur,dũ hoc ſaltẽ feritati libet,antequam in patiẽtiã tam ſæua decreſcat immanitas. Interim multa poſſunt afferre caſus,ſperare licet,repete ſperare pater,fortaſſis euadat. Quæcũque explicari coaceruatione non poſſunt,per partes vicésque ſeruantur,& facilius eſt diuiſa ſubtrahere,quorũ magnitudo laborat in ſolido. Quãtũ intelligo Iudices,filius cui profuturũ non erat vt eligerem, hoc ſolum ferre non poteſt, quòd redemptus eſt frater. Quis hanc Iudices impudentiam ferat? Obiicit mihi quòd vllum de liberis meis potuerim facere diſcrimen. Deinde queritur non ſe potius electum, & cum fratri præter eiuſdem nominis par ſimile conſortium reuerentia quoque languoris acceſſerit, indignatur apud affectus patris non eam præualuiſſe partem,in qua tantum filius erat. Non inuenio Iudices quemadmodum effugere potuerim criminis huius inuidiam,ſi hunc potius, recepiſſem. Patri, cui vtrunque pirata reddere nolebat,redimẽdus fuit aut AEger,aut neuter. Quid quòd,inquit, etiam luxurioſum prætuliſti? Parce iuuenis maledictis,parce conuiciis. Reliquiſtis hæc nomina,domi erunt iſta vitia,domi erunt iſtæ virtutes,ſed cum fueritis reuerſi. Interim nihil aliud eſtis quàm fratres,quàm liberi mei,duo captiui,ambo miſeri, & diuerſitas veſtra de calamitatum ſocietate conſumpta eſt. Vides quàm nefas ſit alterum ex vobis mihi eſſe viliorem? Piratarum non intereſt vter eligatur. Dignum hunc dereliquiſti, luxurioſum redemiſti. Comparatione veſtri iuuenis circa patrimonium,honoresve contenderes, & ego procla

mabo,viciſſes.Sed ventum eſt illuc,vbi non probitas,non mores æſtimantur, & de corporibus ſola taxatio eſt. Vnde triſtes toleraret caſus,ferret ſordes vinculorum , piraticam famẽ iuuenis quẽ torquere ſolebat noſtra frugalitas? Vnde vt in illa ſolitudine carceris duret animus conuictibus ſemper comitatibúsque lætatus ? Expecta tu quem decet honẽſta patientia,laudabilis labor,qui tibi difficultatum reddis ipſe rationem. Tu differris,luxurioſus redimitur. Quid vis? Prætuli illum de quo ſoli tibi querebar,quem cum vellem caſtigare, reprehendere,te ſolebam laudare,mirari. Exaggera quantum voles vitia fratris, luxurioſum,perditum voca,dum ſcias te ſic magis probare non animum fuiſſe patris, ſed de calamitate rationem. Ille eligit,qui recipit ante meliorem. Sed parce quæſo iuuenis aduerſorum interpretationi. Non eſt electio alterum recipere,cum precium attuleris duorũ:diſcrimen illud non ego,ſed pirata commentus eſt. Quicquid inter vos in alterutro fecero , affectus eſt quo duos amo. Et homo apud quem filius ſola præualuit gratia calamitatis, non fratrem tibi prætuli, ſed quod in te fratri prætuliſſem . Conſilium hoc putas fuiſſe patris ? Fortunæ eſt qua capti pariter eſtis,qua decubuit alter,qua non cõualuit redemptus . Cum propter duos venerim, quod in altero mihi pirata conceſſit,idem eſt ac ſi mihi neutrum reddidiſſet . Sed quouſque facti mei diſſimulabo rationem? AEger electus eſt, reſpondete nunc ſi videtur . Luxurioſus, perditus fuit. Parcamus quæſo memoriæ,reuereamur ſuprema cineris,pœniteret me fortaſſe ſi viueret. Iterum ac ſæpius (quod neceſſe eſt) ipſa criminis mei voce defendat, AEgrũ redemi. Non habent profecto, non habẽt diſcrimen liberi,niſi de calamitate:& inter homines, quos natura pietatis æquauit,differentiã niſi de dolore non explices. Nõ cũ vſu nũc veſtro, non cũ moribus loquor . Ille anhelat,illius ſunt laſſa ſuſpiria,ad illũ ſerius veni. Excogitaſti rurſus,fortuna quod ſupercreſceret charitati,quod poſſet ſacris nominibus accedere. Hic ſolus maior affectus eſt quàm filios amare,filii miſereri. Me quidẽ Iudices ſi quis interroget,cõditio illa non fuit vera,nõ ſimplex,habuitque piraticæ feritatis ingeniũ . AEgrũ mihi nõ licuit relinquere, licuit eligere . An fas fuiſſe credis,vt iuxta moriturũ tu reddereris,& homines eius immanitatis vt poſſent liberos cũ patre partiri, paterẽtur eũ ſibi relinqui quẽ periturum ex hoc probabant,quòd illum pater non eligebat? Tẽtata eſt miſera pietas, & placuit hoc quoque addi calamitatibus noſtris , vt oneraret pudore conditionis partes non habentis. Cum in comparatione ſani AEger offertur,ideo ponitur vt eligatur . Supereſt niſi fallor Iudices,vt cum ſibi prælatum fratrem queratur,exiſtimetis vtri tunc magis debuerit pietas noſtra ſuccurrere. Eſt quidem Iudices humanæ infirmitatis iſta natura,vt ex omnibus accidentibus grauiſſimum putet quiſque quod patitur:& cum aliena cogitationibus,noſtra dolore tractentur,neceſſe eſt apud impatientiam ſuam vel minora præualeant. Languor eſt tamen,languor,cui merito ceſſerint cunctæ calamitates,in cuius comparatione cõſolari ſe poteſt genus omne miſerorum. Stringat licet manus ſæua captiuitas , profunda carceris nocte membra claudantur , datur tamen colludere catenis,artus extrahere nexibus : & habet aliquid æquanimitatis,cum pœna ſua poſſe rixari. Sæuiunt regna tormentis,bella vulneribus, ſed leuius afficit quicquid viribus feras, & cum in plenũ adhuc ſanguinẽ aduerſa ceciderũt, repugnantis roboris colluctatione vincuntur. Quos cruciatus compares? quem dolorem,cũ penitus viſceribus immiſſa tabes cotidie aliquid ex homine præmittit in mortem, cum cibos,hauſtus,& omnia blandimenta vitæ fames faſtidit,& poſcit,deſiderare aſſidentium officia? dehinc ferre non poſſe,grauari quos appetieris attactus? per totum cubile corpus velut ſuper ardentes exagitare flammas? Lux fatigatis luminibus grauis,vox ſola de gemitu. Cum ex duobus captiuis languet alter , vna eſt inæqualitas patris eligere ſanum . Retuli Iudices vſque adhuc in penatibus ſuis iuxta parentes propinquósque languentem. O carcer,o morbi,quem vos non facitis AEgrum? Et non ille carcer quem ſeueritas legum , quem poteſtatũ iuſtitia commenta eſt. Non poſſunt humani metus,humanarum cogitationum ingenia ſatis abundéque concipere quæ vidi. Iacet ſub immenſæ rupis abrupto triſtis & vltra naturalem profundæ caliginis noctem merſus piraticis artibus ſpecus,quem tota circunfuſi vaſtitatis maris , & vndique minãtibus ſcopulis illiſa tempeſtas terrore ruituræ molis euerberat. Horrent cuncta crucibus,ſquallent circũiecta naufragiis , nullus niſi in ſupplicia mortésque proſpectus,& ad infelicium captiuorum metũ præmiſſus de ſimili exitu dolor . Spiritus ſolus intus viuit,quem vinctorum trahunt reddúntque gemitus,quem tot contulere languẽtes. Hoc erat vbi iacebat AEger,illud tot annorum ex quo cœpit pirata graſſari, idem cubile. Corpus quod grauaretur aſſidentium ſedulas manus,iacet inter vincula , quibus inſtringat adhuc recentem pirata captiuum:& quanuis tenuata de nexibus membra labantur,rur

ſus in modum ſtringentium tenent,quæ nullo ſuſpenſa niſu velut victo homine ſederunt. Qualis erat ille ſub ferro,cuius exangues manus vix leuia velamenta transferrent? Quis inter comploratione gemitûsque ſomnus,quem vix ſilentia ſolicita præſtarent? Ad quæ colloquia triſtitia reſpiraret? Vndique pares ſimilésque miſeri,& veteribus captiuis adiectus cotidie nouus aliquis impatiens. Compara, ſi videtur,huic AEgro captiuitatem tantum tuã. Tu quereris quòd cibos pirata non præſtet,ille remittit oblatos. Te nuda humus,nudũ cubile frangit:ille ad ſingulos ardentis corporis motus in ſua vincula verſatur: & quocunque membra laſſata dolore tranſtulerit,in ſupplicium redit renouata patientia. Breuiter fæuiſſimi languoris definienda menſura eſt. Non poteſt ex illo ſanari, nec quem redemerit pater. Inſta nũc,ſi videtur ac ſubinde iuuenis interroga,cur AEgrum potius elegerim. Reddi a me poſſe rationẽ cur hoc fecerim putas? Ego vero non poſſem,nec ſi te redemiſſem. Quid enim ſi reſpondere iubeas orbitatẽ cur in exequias totos egerat cenſus? Quid ſibi velit ipſe ille funebrium longus ordo pomparum? Cur ſuper flagrantes iaceant rogos? Cur ardentium non diuellantur amplexu? Et ego dico,proclamo,fateor,erroris aut dementiæ furor eſt cum feceris. Hoc eſt ergo,inquit,quod de te præcipue queror,moriturum mihi prætuliſti. Quæſo iuuenis,ne nobis putes tantum ineſſe feritatis, vt illum potuerimus exiſtimare moriturum. Vis non ſperem victurum filium quem tunc primum aſpicio,complector AEgrum,quẽ pirata non recuſat ſibi relinqui? Si perſuaſionem patris interroges,quicquid eſt quo miſer torquetur,afficitur:non languorem credo,ſed impatientiam,deſideriũ,dolorem. Hominis qui apud piratas lãguet,vnum remedium putes,vt redimatur. Sed non eſt,quæſo iuuenis, quòd hoc patrocinium de tam calamitoſa pietate concipiam,vt dicam,victurum putaui. Exaggero quinimmo inuidiam criminis mei. Redemi fateor illum,qui dilationes, qui moras ferre non poterat,in quo mihi pirata vendebat breuia oſcula, paucos dies. Si mehercule vterque fuiſſet AEger,illum redemiſſem,qui prior languere cœpiſſet. Si duos pariter naufragia raperent,illi porrigerem manum,quem iam membrorum contentione laſſatum fluctus hauriret. Si vulneribus confectos remiſiſſet acies,properantius ei clauderem plagas,per quem animam largior ſanguis egereret. Ignoſcite dii pariter atque homines, non poſſum de liberis, poſſum eligere de miſeris. Gratias quinimmo fortunæ, gratias ago, quòd adhuc AEger ſentit,intelligit. Alioqui cadauer acceperam,& precia duorum pro funere tãtum, ſupremisque perſolueram. Neſcis quantum pudori,quantum adiiciat affectibus meis inter tam impares æquata conditio. AEger qui tãtidem eſt piratis,pluris eſt patri. Velis tamen nolis infelix ſenectus fatẽdum eſt quod merito,quod ſumma pietate factum eſt, quàm difficile fecerimus. Quæ tunc mihi cogitationes,quis temporis illius animus fuit, cum inter duos liberos incerta miſer electione diſcurrerem? Hunc diutius oſculabar,illum putabam deſperatione moriturum. Lachrymas ad languẽtem gemitûsque tranſtuleram,& tu mihi videbaris futurus AEger. Quoties catenas tuas ſoluturus inuaſi,ſed mihi commendabat relictũ, quòd te prætuliſſem. Quàm frequẽter iam laxata miſero vincula rurſus impoſui,dum mihi tua potius ſanitas placet? Diſſimulare non poſſum cõditionis illius ſecretas difficultates. Redimi debebat AEger,ego te volebam. Ponere vos Iudices velut in illa neceſſitatis meæ præſentia volo. Ecce infelix ad primum aſpectum patris conatus aſſurgere, illas pallẽtes ſordibus manus paululum tanquam amplexus erexit:nec vſque in ceruices meas ſpiritu iam deficiẽte perlatas,in ſuum miſer iterum cubile deiecit. Totus ille circa nos carceris populus obticuit: & ne colloquiis noſtris terribilis catenarũ ſtridor obſtreperet, laſſatos artus in ſua tenuere patientia. Ego ſerius grauis,hinc,ſi videtur,incipiam. luxurioſe meruiſti. Ignorat profecto paterni doloris æſtus quiſquis ſolatium putat vt de languente filio queratur,vt moribus mentique maledicat. Abite virtutes,ignoſce probitas,charior eſt ex liberis ille qui moritur. Mihi vero fateor hinc aliqua languente filio veniſſe ſolatia,quòd vixit infelix quemadmodum voluit,quòd fuit hilaris ac læta breuis ætas. Crede iuuenis,& pro te iã maluiſſem vt luxurioſus eſſes. Cui tu tempori,cui dolori rigorẽ vltionis,frontem caſtigantis iniungis? Impatientiſſima res eſt perdere filiũ cui videaris iraſci. Corruptũ me precibus putatis ambitúque lachrymarum? hoc vicit AEger quòd non rogabat. Aſſidebã miſero,dimittebat oculos,interrogãti reſpõſum de lachrymis tantũ gemituque reddebat,agebat me deliberãte iam victũ,cum repẽte miſeras manus velut recidẽtis amplexus poſuit in ſinu meo. Et cũ laſſa ſuſpiria per ardentes anhelitus egeſtis ſæpe viſceribus, cũ diu collatis vterque ſingultibus miſcuiſſemus laſſas ſine voce lachrymas,tandem ſpiritu vix in pauciſſima verba collecto, Tibi quidẽ,inquit,gratias ago pater,quòd redẽpturus vtrũque veniſti. Nõ adeo tamen ſenſus meos lãguor hebeta-

uit,vt exitum conditionis huius ignorem,ego luxuriosus,ego perditus,nunc vero super in-
famiam nominis huius immorior. Vtinam hoc saltem mihi sero fatâ præstarẽt,vt residuũ
laborantis animæ in tuo poneremus amplexu. Sed si mora est longior properantibus expe
ctare pereuntem,ite superstites,ite felices,has tantum reliquias cõmendate piratis,ne mer-
sus profundo proiectus in fluctus,exitum faciam hominis ad quem non venerit pater. Vn
de enim sperare possum,vt reuertaris,vt facias? Tũc super abrupta verba tota defectione cõ-
ticuit,strictisque vitalibus circa dolorem suum membra riguerunt. Exclamaui fateor, quid
agis infelix?cur desperatione collaberis? Attolle paulisper oculos,cofirma,dura,te frater ele-
git. Visa est post hanc vocem meam pacta conditio,continuo pirata detraxit catenas,vincu
la laxauit. Vultis elegisse me negem? Vultis in lucem diémque productus carceri suo redda-
tur AEger?Ego vero non habui verba quibus me deliberare,quibus nolle contenderé . Vul-
tis scire quid pater,quid pirata præstiterit?Ego duos redemi,sed alterum accepi. Vt scias,in-
quit,AEgrum redimi non debuisse,defunctus est. Crudelissime generis humani,qui nos pu
tas precium tuũ perdidisse,audi quàm multa nobis in morituro filio pirata reddiderit. Fra
ter ille tuus inter vincula catenásque deficiens,respirauit aliquid in toto , tãdemque liberas
vinculis manus per totius lectuli spatia iactauit, post impias carceris sordes illum cum fera
li veste squalorem exuit,paulisper AEger vidit propinquos,allocutus est amicos,mandauit,
exegit: & quanuis suprema sorte collabens , prius tamen luce cæli libera satiatus est . Con-
tulit mihi grande velit nolit fortuna in orbitate solatium,filium qui relictus mea fuit mo-
riturus inuidia non occidi,sed perdidi. Quid ais iuuenis? Ita si moriturum filium redimere
non debui,non sufficit hæc tibi de me pœna, quòd ille decessit? Irasci patri tantum fortasse
fas esset,si viueret frater,tunc alimenta quærenti respondere posses,Posce prælatum. Quan-
tum intelligo,qui de mendicitate patris vindicaris,AEgri es redẽpti iuuenis inimicus. Ne-
scis quid sit inuidiã facere patri. Melior erat tua causa,si mei misereris. At quãto,dii deæque,
alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus ? Nuncio enim, & audiente & tota ciuitate teste
proclamo, Tibi gratias agebat ille dum moreretur . Credo mehercule hoc miserum dolore
consumptum,quòd sibi videbatur precium suum mihi perdidisse. Non aliter igitur quàm si
te præsente deficeret , Per illud,inquit, frater optime natalium nostrorum sacrum veneran-
dúmque consortium,per socias peregrinationes,per aduersa communia, per hoc quòd & tu
languere potuisti,si te vel tua quandoque virtus , vel satietas secura prædonum piratico car-
cere emiserit,commendo tibi senem quem facimus vterque mendicum. Testor immortalia
numina & infernarum sedium deos,pascerem patrem si te redemisset. Ego tamen,inquit,ti-
bi debeo quòd reuersus sum. Non quidem quicquam velim iuuenis de virtutum tuarũ ad-
miratione detractum,audias tamen necesse est in hac pietate verum. Euasisse te putas ingra-
te? Dimissus es. Mea pietas istud,mea fecit electio. Vnde enim euenit quicquid ante captiui-
tas tua præstare non potuit? Iacta quantum voles effractum carcerem, ruptas catenas: vis sci
re quid negligentes fecerit securósque piratas? Acceperant precium duorum. Intelligit Iudi-
ces & ipse iuuenis ,non esse se calamitatum nostrarũ iustitiæ parem, & sic agit tanquam ale-
re non debeat. Itaque transfert in hoc defensionem,vt posse se neget . Quid dicitis Iudices?
Feretis hoc dicentem iuuenem corpore atque ætate robustum? Non habes opes,sed mẽbra,
sed vires . Nam neque ego laborem,nec difficiles posco conatus , contentus sum iuuenis vt
velis. Cibos me poscere putas? Humeros posco quibus incumbam, manus quas elisо pectori
apponam. sinus in quos egeram exhaustarum reliquias lachrymarum,vt sepelias, vt hæc cũ
miseri illi membris,ossa componas. Non alimenta quæro,sed filium. Quid quòd nec graue
longúmque supremæ pietatis exigimus officium? Non diu viuerem etiam si me duo pasce-
retis . Securus sis , breui te gemitus mei liberabunt . assiduis planctibus euerberata vitalia.
Quid me remittis ad turbam? Quid facis rursus omnibus grauem? Consumpsi fletus,clemẽ
tiam ciuitatis exhausi. Nõ alit populus hominem quem pascere filius debet. Quid sibi vult
hæc aliena calamitatibus nostris, aliena virtutibus tuis , iuuenis asperitas ? Abstulisti mihi
malorum quoque meorum verecundiam. Quicquid faciebam mendicitas est,ex quo reuer-
sus es. Durat in suscepto rigore iuuenis,& ad misericordiam nõ memoria fratris, non patris
contemplatione deflectitur. Exclamaret alius hoc loco,ex tua fide dignus quidé eras impo-
tentissime generis humani, quem in tormenta mea doloremque redeuntem vincula rursus
ac pœna carceris exciperet. Et insultes huic confessioni licet,allegare non possum. Quid mi-
hi miseras vltiones,quid triste monstratis auxilium? Faceret hoc pater qui redimere noluis-
set. Age nunc viuacissima senectus,redeamus ad preces,quod solũ vis paternæ pietatis agno-

ſcit, hic quoque rogemus. Per ego te iuuenis illos meos de quibus nunc quereris, annos, per expertos tibi notósque humanorũ accidentium caſus, per infelicis illius manes, cui nec hoc ſaltem contigit, vt te reuerſo, te præſente moreretur, paſce nunc quòd te redimere volui, paſce quòd fratrem tuum redemi. Non ego laſſitudinem tuam poſco. Nunquam ocium meum, nec vt ipſe ſecurus quietúsque tranſigam diem, tuis operibus manus, tuis laboribus aſſigno ſudorẽ. Iungamus mutuæ pietatis officia, par flebile, par omnibus ætatibus nominibúsque reuerendum. Eſt nobis negocium cum ciuitate mitiſſima. Quanto libentius dabunt, cũ viderint pariter vnáque miſeros mutua ſuſtentatione connexos? Et ego quidem rogabo qui ſoleo, ſed in tuos ſinus populus congerat ſtipes. Quicquid preces, quicquid impetrauerint lachrymæ meæ accipe, tuere, diſpenſa, pro tua fama, pro tua ſum pietate ſolicitus. Ego mendicabo, tu paſces.

CORPORIS PROIECTI, IPSA EST ANVS CAECAE, DECLAMATIO VI.

ARGVMENTVM.

Qui in calamitate parentes deſeruerit, inſepultus abiiciatur. Qui habebat vxorem & filiũ captus à piratis ſcripſit domum de redemptione. Vxor flendo oculos amiſit, filius retinente matre profectus vicariis manibus redemit patrẽ. Idem in vinculis deceſſit. Abiectus in mare, & appulſus ad littus patrium, eſt eiectus. vult illum ſepelire pater, mater prohibet.

PRO PATRE CONTRA MATREM.

E T SI Iudices in hac conditione fragilitatis humanæ, in qua nemo prope mortalium impune viuit, hæc omnibus natura eſt, vt ſua cuique calamitas præcipue miſera atque intoleranda videatur: inter omnes tamen hoc cõſtet neceſſe eſt, infelicitatem meam tantũ cæteras ſupergreſſam, vt pror ſus hæc ſit quæ fleri debeat vſque ad cæcitatem. Quid enim paſſus ſum tam leue, vt non comparatio mei felices aliorum etiam miſerias faciat? Graue eſt a piratis al ligari, magis dicat hoc qui ſciat quàm cito capti moriantur. Alligatus ſum, ſed tamen miſer magis queror quòd ſolutus ſum. Indigna eſt impietas in ſuos, quæ quanta verſetur in hoc iudicio videtis. Sed mihi hoc quærendum eſt, quòd me & vxor nimium dilexit & filius. Quid ego putarem in rerum natura poſſe reperiri quod orbitate acerbius videretur? Non cõtingit mihi, quod cæteris miſerrimum eſt, filium efferre. Parum eſt quòd iuueni ſingularis exempli cauſa mortis fui, & tam precioſa redẽptus anima, ſenex odioſus morte filii mei viuo. Parum eſt quòd mihi luctum meum fluctus nunciarunt, & aliud agenti patri ſubito ad littus orbitas appulſa eſt, quòd miſerrimum iuuenem toto iactatum mari, etiam ſi nemo interpel laſſet, ſero ſepelirem: adhuc ſupremo prohibeor officio, & ne quid ſolatii contingat, perdo etiam matris miſericordiam. Iniicit erranti corpori manum mulier, & piratis, & tempeſtate crudelior: atque vt accedat dolori meo cumulus quæ hoc facit, vxor mea eſt. Nc quis tamen erret ignotus, non eſt filii mei nouerca, ſed Mater. O facinus, o cladibus noſtris mutata natura. Mater ignem vltimum filio negat, & mulier quæ maritum quoque ſuum debilitata deſiderat. Quis hoc de iſta credat? Filiũ non flet funditus euerſa. fulmen hoc gladiumque non ſentit. Comparate dolorem, quanto minore cauſa excæcata eſt. Huius iudices pœnæ ab ipſa morte repetite crimen. Ego ſum, ego & alligaui filium meum & infamaui, & ne non accedat grauiſſimi doloris comes pœnitentia in illum mortiferum carcerem merſi. Quo fato parentes miſer ſortitus eſt, vt illi vitam Pater, ſepulturam Mater auferret? Nam vt pietatẽ filii mei ſemel indicem, Patrem redemit. Si quòd ego redierim, vxor iraſcitur, reddat rationẽ cur acceptis literis meis fleuerit. Atqui miſererimus iuuenis quomodo magis temperare potuit officia? Lex parentibus in calamitate ferre opem iubebat, vterque parens erat calamitate deuinctus. vnus autem ſuccurrere vtrique non poterat, inuenit tamen ingenioſa pietas, & vtrique ſubuenit diſpendio ſui. Ipſe venit ad Patrem, me remiſit ad Matrem. Hoc ſi defendendum eſt agnoſco partes meas, cauſam planctibus agam. flere enim certe per legem licet. Alioqui diu laudare non expedit, diligenter defendere contrarium eſt actioni noſtræ vt impetremus. funus moramur, dum nos litigamus, dum circa cadauer noſtrum orbi rixamur, dum agitur cauſa defuncti, dum ſepulcro lege præſcribitur, dum dantur legitima dicentibus tempora, putreſcit interim corpus, nec totum in ſicco iacet. Cadauer ab incurſu auium fera-

rûmque tantum miſerantium corona cuſtodit. Conuenerunt etiam alieni plorantes totus in ſpectaculũ populus effuſus eſt,& ignoto quoque corpori publicas humanitas quaſi quaſdam fecit exequias. Deflent omnes homines,dolent:plurimorum tamen illa vox eſt. Iuuenis inſepultus iacet. Miſer,nec patrem habet fortaſſe nec matrem. Iam hominis figuram vetuſtas pene conſumpſit. Iam lenta tabes in terram defluxit. Iam ſoluta cute oſſa nudantur. Quamlibet duraueris animo,non ferres tamen iſta ſi videres. Sed audire certe potes. Ille eſt filius noſter,cuius ſpes ipſas amauimus, quem apud omnia templa & ſurdos votis deos ſuperſtitem precati ſumus,a quo ſepeliri optauimus. Ille amabilis infans,ille blandus puer,ille iuuenis etiam ante hoc crimen piiſſimus. Ille dum par fortuna parentum fuit,propenſus in amorem tui. Mentior,niſi cum peregrinatio mea nos diduceret, maluit eſſe cum Matre. Me per omnia maria volitantem,vt plus filio relinquerem, circunuenit ſæuius ipſo mari latrocinium. Deſcribam nunc ego pendentem fluctibus carcerem,& catenas macie mea laxatas,& detritam lateribus meis conſciam malorum carinam & obrutam perennibus tenebris feralis loci cruentam cæcitatem? Iſta vero, ſi quid pudoris habeo tacenda ſunt. alioqui quis mihi ignoſcet quòd vicarium accepi? Etiam ſcripſiſſe pœnitet. O literæ fletibus tremulæ. O parum alligatæ manus. O delenda vxoris oculis epiſtola. Cur indicaui,cur ſcripſi, quod vxor ac filius vltimum legerent? Vt incertum ſit vtrum me carius redimãt an lugeãt. Cognita clade rariſſimi vxor exempli,& prorſus talis filii Mater totos effleuit oculos, fontémque illum perennium lachrymarum tantum cæcitas cluſit. Si non tenuiſſet,filium viderat. Continuus inde planctus,incredibilis mœſtitia,aſſidua lamẽtatio fuit. Iuuenem neſcio in me magis an in te futurum impium,ſi nõ redemiſſet,quem tu ſic deſiderabas. Ergo profectionem apparat,vt quoniam reddere Matri non poterat oculos, redderet virum oculis cariorem. Sed videlicet eſt quædam vltima calamitatum rabies,& nouiſsime in furorem vota ipſa vertutur. Retinuit iuuenem,& epiſtolis meis legem oppoſuit. O vanæ figurationes, & pectora hominum alto errore confuſa. Nemo illam non putabat timere de filio. Itaque iuuenis quod ad ſolatium pertinere credidit,commendauit amicis cuſtodiam Matris, ſubſtituit vici curæ ſuæ propinquos. Neque enim aliter vſque ad reditum meum cæca vixiſſet. Quicquid humana ratio valet,contulit. Si potuiſſet redimere oculos Matris, qua pietate fuit,vicarios ſuos dediſſet. Ipſe profectus eſt ſolo comitatus animo, nec ſe putauit ire ſine precio quãuis ad piratas ferret inanes manus. Dicat aliquis, adeo domi nihil reliqueras, adeo longa ætate ſic vixeras,vt ne precium quidem tui paraueris? Si hoc ita eſſet teſtor deos,de redẽptione literas non miſiſſem. Fuit vnde redimi poſſem, Iudices,fuit. ſed illud totum filius Matri reliquit. Nauigat ergo per horridos fluctus, & gementia littora,& ſpumantes ſcopulos,& quacunque miſer relatus eſt inauſpicatũ metiens iter,proſus ominoſe retentus, peruerſis etiã votis,qui optaret alligari a piratis,quos vitare quoque miſerum eſt. Quærir hæc omnia impius ille filius propter parentes,quod non præſtitiſſet frater fratri,non vxor viro. Quid differimus vltra? Non pater filio. Dii immortales cæli,maris,inferorum præſides,vni mihi adhuc omnes male experti,vos tamen ſolos habeo teſtes,quòd inuitus redemptus ſim. Miſerum me,periit qui ſciebat. Nam vt primum peruenit iuuenis ad piratas afferẽs redemptionis meæ ſe precium,e ferali nauicula auidus exiliit,vicarias oblaturus manus,ſtrauit ſe ad genua ſingulorum,& vt cupiditas fecerat blandum,obſecrauit omnibus precibus, miſerabili planctu,& lachrymis pene maternis,nemo vnquam ſic vt ſolueretur rogauit. Nec ſane difficile fuit impetrare à piratis captiuitatem,maior illi pugna mecum fuit. Nõ dignum illud ſpectaculum latronibus erat,cũ pater filiúsque de vinculis contenderent,& ſibi quiſque carcerem vindicaret. Ego iam vſu defendebam meum,& in his annis iam maturam mortẽ aſſerebam. At ille contra,ego te in calamitate deſeram? Ego alligatum relinquam? Et quomodo ad Matrem redibo,quæ miſera deſiderio tui dies noctésque fletibus iungit,quæ viuere ſine te non poteſt? Non dicebat tamen omnia, & cum aſſiduos planctus & irrequietas diceret lachrymas,adiiciebat,iam pene cæca eſt,fortaſſe ſi redieris videbit. In ſumma non recedo. Fas eſt mihi etiam inuitis parentibus pie facere. Non recedo,ſi perſeueras demus piratis lucrum. Aut vicarius ero,aut comes. Quantum inter hæc fleuit,quandiu cecidit oculos ſuos. Si perſeueraſſem duos excæcaueram. Obſtupuerũt pietate tanta etiam latrones,& per immobiles ante vultus fletus cucurrit. Non tenuiſſent fortaſſe iuuenem, niſi redempturos parentes talem filium credidiſſent. Ipſe in ſe tranſtulit ferreos nexus,& hilarior alligatus eſt filius,quàm ſolutus eſt pater. Supremum tamen,& nefas in æternum, me iam catenatis manibus amplexus,poſtquam mei cura diſceſſerat. Matrem,inquit,tibi per hæc merita cõmen

do. Tu illam tuere, defende, ama, ne relinque, ſic paria faciemus. Illic tu eris vicarius meus, ſi hæc feceris non iraſcetur mihi fortaſſe mater quòd ab illa receſſi. Sic in nauem filii mei male permutatus vector imponor, & qua viſum oculi dederunt, ad piratas e puppe proſpecto curua littora, & remenſum ſideribus fretum, & turritos vrbium ſcopulos retrolego. Miſerũ me quandiu a piratis etiam nauigatur. Mandata tamen tua fili perago, aſſideo, ſuſtẽto. Immo mehercule tu aſſides fili, tu ſuſtines, propter quem mihi etiã huius propenſior cura eſt. Dum recedere ab vxore nolo, filium non redemi. At illũ interim cotidie ſitus carceris ſtrangulat, inſidunt oſſibus catenæ, exemplum ſeculi in myoparone moritur. Mater iam ſatis eſt. habes pœnas ſuper legem, ſepeliſſent talem virum etiam ipſi piratæ, niſi eos conſcientia ſcelerum, metusque pœnarum ab omni littore arceret. Quod vnum poterant ſecundis proiecere ventis. Excepit mitior matre tempeſtas, & (ſiqua dici poteſt calamitatũ felicitas) proſpero curſu cadauer tantũ nõ ad ipſa maiorũ ſepulchra depoſitum eſt. Narretur res ſeculo noſtro diuerſa, & neſcio vtra parte mirabilior. Filii corpus matri maria retulerunt, mater mari. Magnam quidem partem agnoſco culpæ meæ. Ego vxorem adduxi, & ne miſeram dolore fraudarem, ipſe meis humeris aduerſariam meam vſque ad littora tuli. Et ſane aduerſus eum prima verba orbitatis animo ea exiſtimantem fefellerunt. Quis autem non dolentis affectum putaſſet, cum diceret defuncto filio mater, Quid enim nauigaſti? Quid maria ingreſſus es? Quid piratas petiſti? Nam illa quidem vulgatiſſima orbitatis vox eſt. Fili cui me reliquiſti? Etiam cum tota ſuper corpus incubuit, amplexam putaui. Etiã cum iniecit tollentibus manum. Et hoc inquam ſolent facere matres, vt funus morentur. At iſta legem recitat, & in cadauer filii perorat. Tace, tace miſera, ita tu iſtud optaſti? Sola ſcilicet calamitatibus noſtris adhuc defuit culpa, vt cum fœuitia nimiæ quoque felicitatis turpis ſit, procedat inauditum antea monſtrum miſera, crudelis, ſiquid irati dii reliquerunt, ſi quid infelicitas oblita eſt, ſuis manibus perdere cupiat. Detracta eſt fortunæ inuidia, quando ſuo quoque iudicio mater poſt amiſſum filium parum, miſera eſt. Lachrymis ipſas nouiſſime perdo, inanis domi libitina plangitur, deriſus deſignator redit, refertur rogus. Inter hæc omnia non gemitus vllus matris, non lachrymæ, non queſtus. Putes appulſum ad littus aliquem eſſe piratã? Vnde hunc illi animũ? Si mala ſua ideo nõ ſentit quia nõ videt, & hoc boni cæcitas habet, eruat aliquis oculos meos. Sed tenebræ corporis affectibus non obſtant. Eſt ne hæc vxor mea? eſt ne ille filius noſter? Liceat dubitare ſi fieri poteſt, & ſane vix iam dignoſcebam, ſpeciem vetuſtas reliquit: ſed attritæ manus, & tumida veſtigia vinculorum, & teſtis lõgæ captiuitatis macies, infelicia argumenta, conſentiunt. Miſerum me certus luctus eſt. Filiũ agnoſco, vxorem non agnoſco. Ergo quoniam de iure longior pugna eſt nobis, feſtinandum eſt, ſint primæ precum partes. Adeſte vniuerſi vtriuſque ſexus parẽtes, dum matres in exequias filii rogo. Per matrimonium te vetus, & per mutuam charitatem quæ vtrique noſtrum magno cõſtat, adiicio per commune pignus, per annos pariter actos & beneficio filii plures, per meum in te obſequiũ, iam mei miſerere cuius ſoles. Crede mihi, hoc quod patior carcere peius eſt, captiuitate crudelius. Mea iſta pœna eſt. Quid tibi tãtum mali feci? Quid offendi? Certe ego te non reliqui. Iam ſi totum affectum in hunc conſumpſiſti virum, & omnis per oculos miſericordia effluxit, tulerit ſane filius noſter merito pœnas, dederit ſpiritũ ſupplicio, nihil de præteritis loquamur, quod poſtulauit Cicero etiã ab illo crudeliſſimo Siciliæ tyranno, mors ſit extrema malorum. Quod quidem cum permiſſum non eſſet, pernoctabant ante oſtium carceris precio redimentes ſepeliẽdi poteſtatem. Quid tandem hoc Marcus Tullius patres matresque promeruit? Tu vende ſaltem, quod ſub Verre crudeliſſimum fuit. Certe ego filiũ redimam, nec mihi precium diu quærendum eſt, habeo manus. Nihil moueris nunc, & debilitatem tuam iactas? Singulare fœminis exemplum oſtendi, narrarique deſideras, ſepulturam filii maritus a te impetrare non potuit. Vade hercule ſi libet, & corpus in fluctus repelle. Aut ſi parum celebri loco videtur abiectum, iniice manum, & ne minus te ſatiet alienum miniſterium, ipſa potiſſimum trahe alteram manum, cadaueri impone, altera duc qua frequẽtiſſimum rotis iter eſt, & nigra limo via. Proterat miſerum onuſtum vehiculum, & ſanctiſſimum pectus vngulæ rumpant. Ipſa quoniam defeceris oculis, eliſum caput, & oppreſſa ponderibus præcordia manibus tuis pertracta. ſi quidem audeas, iſtis etiam lacera dentibus. Litigamus, conſiſtimus, in diuerſum abimus. Nempe cum viceris, omnia paria habebimus præter animũ. Non ſepelies? vide quæſo, vide ne dũ litigas, arenã fluctus aggeret, iniiciat humũ miſericors populus. Obſtat, ſi cuius clementia tumulũ fecerit, effode: & cum talis ſis mater, aude indignari, & exclama, Magis amauit patrem. Cruces ſucciduntur, percuſſos ſepeliri

carnifex non vetat. Ipſi piratæ nihil amplius quàm proiiciunt. Mater (quanquam hoc nomẽ profanari nefas eſt) ſi perſeuerat eſſe filii ſui nouerca, vt hac crudelitate videatur digna, quæ orbitatem ſuam non intelligit, ſi vltra hoſtiũ affectum, qui cæſos acie ſæpe tumularunt, vltra tyrannos, vltra latrones parum habet non ſepelire, niſi aliorum quoque officia præciderit, & tantumnon petita & fluctibus aqua reſtinguit ignem, ſi adeo non genuit filiũ, ſed effudit, & illo infelici partu ingratum vteri pondus expoſuit, licet imputet nobis vt volet, quod tueri non poteſt, ſingulare mariti deſiderium, dicam tamen quod ſentio, excuſatius odiſſet virũ quàm filium. Quanquam in hoc mutuæ charitatis affectu paria fecimus: illa oculos propter matrimonium neglexit, ego filium: vicem cæcitatis orbitate perſolui: tamen, quod inter hæc quoque mala priuatim doleam neceſſe eſt, omnem illam quam contraxerat perdit opinionem. Iam inimici mei triumphant, iam paſſim loquũtur, illa exempli mulier, illa ſeculi decus, virũ redimi noluit, nec filium ſepeliri. Equidem iudices vt ſentio, neminem non mortalium fauere hominis ſepulturæ cõuenit, quia hæc vna res eſt, cuius exemplũ ad omnes pertineat: Ideóque non niſi ab vltimo parricidio exigitur pœna trãs hominẽ. Etiam ſiqua ſunt iura quæ obſtent, ſi tamen anguſtus ſaltẽ detur acceſſus, per quem intrare humanitas poſſit, vera clementia occaſione contenta eſt. Siue omnis in defunctis ſenſus perit, & ad operiendã fœditatem ſubtrahendámque dolori materiam mortui viuentiũ cauſa ſepeliuntur: ſeu cum ad infernas ſedes anima migrauit vnus hic luce viduus honos, & ſuprema face (vt vates ferunt) petitam vlterioris ripæ ſtationem contingũt, quæ vera eſſe & credo miſer, & opto, cito iturus ad filium. Certe rerum natura vt in generãdis alendisque hominibus quæ neceſſaria erant ex ſe ipſa proſpexit, ita cum rurſus opus ſuũ reſoluit, corpora noſtra quamprimũ reducere ad principia feſtinat, vt deſertis etiam locis circa cadauer tracta imbribus terra concreſcit, aggerant puluerem venti, & liquefacta multa die membra paulatim humus bibit etiam ſi nullus operit. At ipſa longo tempore in terram oſſa deſidunt. Nobis vero aduerſus exanimes genuit non ſolũ miſerationẽ, quæ cogitationi noſtræ ſubit, ſed etiã religionẽ. inde ignotis quoque corporibus tranſeuntium viatorũ collatitia ſepultura, inde iniecta ab alienis humus. Facinus indignum, cũ hæc ita ſint, ſepultus eſſet filius meus, niſi incidiſſet in matrem. Et hæc iudices non ideo ego dico vt affectu iura corrumpam, neque vobis præcipio, ſed aduerſariæ exprobro. Legem quidem iſtam quid ni horreã, cum id vnum miſerrimo iuueni ſit obiectum, quòd in calamitate non deſeruerit patrẽ? Sed quatenus luctus noſtri in ius vocantur, & flenti diſputandum eſt, & orbitati ſuæ mater iraſcitur, ſuperemus quam exorare non poſſumus. Ecquando duorum hominum miſeriora vota vidiſtis, vt de his pater ſi vicerit filium ſuũ efferat: mater ſi vicerit, abiiciat? Quæ tamen lex eſt? Qui parẽtes in calamitate deſeruerit inſepultus abiiciatur. Omnis nobis in hac prius cauſa iudices de ſcripto & intellectu legis contentio eſt, vtrũ ius verborũ ambiguitate an volũtatis fide ſtaturũ ſit. Pars enim aduerſa id nititur, parẽtem fuiſſe in calamitate, eam quæ deſerta ſit: Cuius rei pœna eſt abiici inſepultũ. Quid tum fuerit in cauſa, quid ſit poſtea conſecutum, quomodo legem intelligere conueniat, ſubterfugit dicere, neque à veſtigio ſcripti recedit, ſed nuda recitatione contẽta eſt. Nos neque omnibus perſonis, neque omnibus cæcis ſcriptam eſſe legem, & iuueni iuſtas ac neceſſarias recedendi cauſas: & cui rei ſemper ius ſatis plenum eſt, bonum animũ fuiſſe. poſtremo non hoc eſſe deſerere contẽdimus, atque eo cauſam dimittimus, vt non ſit abſoluendus adoleſcens niſi etiam laudandus. Qui autem dubitat an ſcripti voluntatem ſequi conueniat, is mihi videtur quæſtionem tentare incertus qua de re. Ideo pauciora adiiciam, quòd nobis quoque (ſi ita pergitis) afferet quãdam cauillationem iſta ſermonis ambiguitas. ac videri poterit omnem actionem partis aduerſæ prima ſtatim recitatione ſubuertere. Nã lex cum dicit, qui parentes in calamitate deſeruerit: rurſúsque cũ dicit, inſepultus abiiciatur: non vtique id ſignificat, vt non liceat eum ſepeliri, poſtquam proiectus eſt. Quare aut mihi quoque permittite ſic agere quomodo volo, aut quod magis veſtram religionem decet, indignã ſanctiſſimis auribus verborũ captionem, ex vtraque parte præcidite: & cũ filiũ ſingularis exempli probauero, fortiter ſentite nullã vnquam a maioribus noſtris pœnã ſcriptã eſſe pietati. Atque in eo quod primũ poſuerã, non ad hanc rem pertinere legem, non diu verſabor, neque dubitatione quã non habet afferam morã. Neque enim puto ſi ætas impediet infantem, valetudo ægrũ, R. P. Legatũ, dux militẽ, nihilominus obſtricta crudelitas non accipiet rationẽ neceſſitatis: & cũ ſemel apparuerit patere in eiuſmodi cauſis defenſionem, potero plane eſſe ſecurus: nec timebo ne teneri videatur filius meus, ſi nõ potuit omnibus ſuccurrere, dum in ipſa lege occupatus eſt. Pater alligatus eſt, mater cæca eſt, vnus vtrique filius, magna

locorum distantia. Habet lex in medio debitorẽ, Duc ad vtrũ mauis, ad vtrũque nõ potes ni si hanc conditionem misero imponimus, vt quicquid fecerit proiiciendo sit. Si exierit mater sepeliri vetabit: si remanserit, pater. Non dubito fore dubium quin ius in hac lege fuerit & mihi, nisi forte (vt omnia inique iniustéque conquiritis) hic quoque vnius occasione verbi aliud putatis iuuare parentes, aliud non deserere. Id est, de hoc dubitare vultis, vtrum parentibus vbique ferri oporteat auxilia, vt ego existimo: an vero non mereatur adiutoriũ, nisi qui præsente filio miser est. Nam si deserere in calamitate, nil aliud putamus esse quàm a misero discedere, duo simul scelera permittimus. Primum illud, vt etiam qui aderit possit impune nihil præstare. Si quidem absolutus est hac lege, qui secundum miserũ stetit. Quo quidem modo non adiutores calamitosis parentibus filios damus, sed spectatores. Dehinc accidit illud vel grauius, quòd cum rerum necessitas quotidie nos diuidat, si quædã fortuna parentes nos deprehenderit, quanuis exiguo diuisus spatio impune opem non feret, non succurret, vt hac saltem se calumnia defendat. Non reliqui, non abscessi: neque pede, quod aiũt, vno a parente discesi. solutus erit omni auxiliandi necessitate, quando veitra interpretatio ne absentia impietatis occasio est. Hoc voluisse legũ latorẽ putamus, vt natus ex nobismet ipsis in rebus aduersis præsidium parenti labore atque præstantia solueret, lucis vsuram vbicunque, nisi forte non sumus parentes nisi palam. Quid est ergo non deserere? Opem ferre, non deesse. Omnis hæc eo spectant, vt auxilio liberorũ tuti sint parentes. Quod cum ita sit, tam ad me lex ista pertinuit quàm ad matrem. Duo vnũ vocabamus, videamus quo ire debuerit. Poteram quidem fortiter dicere pater iussi. Hoc nomen omni lege maius est. Tribunos deducimus, candidatos ferimus. Ius nobis vitæ necisque concessum est. Si non fecerit quod iubeo, non deferam illum ad sepulturam. Necesse habuit parere. Non deseruit, sed abductus est. Crede non contemptu tui venit in carcerem. Sint sane iura paria, sedeátque medius inter duos filius, iudices: nõ cõparabo personas quanuis apud omnes gentes plus iuris habeat pater: sit sane natura communis, nõ imputabo quòd nomẽ dedi, quòd familiã, quòd impensas, quòd dum illa acquiro, captus sum. Non indulgentiæ discrimen excutiã, de qua iã lite concessum est. Fuerint quidem ista facienda, sed ego ius meũ reprimo, inter duos parentes cæcus affectus est. Exorabit qui prior rogauerit: Tempore certe vinco ante miser esse cœpi. Tu adhuc integra es, ego iam alligatus sum. Tu sana in domo, ego iam pene defunctus in carcere. Tibi adhuc non opus est filio, ego iam rogo. Nempe calamitas tua nata est post epistolam meam, nisi te flentem consolari filius voluisset, ante cæcitatem tuã exisset. Noli mirari si te gratia vinco, ante exoraui filium quàm tu rogares. Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicé ponat, fortuna quæso absit, cuius tanta calamitas fuit. Abstulerat quidem tibi oculos nimius affectus, & de quinque rerum sensibus pars vna cessabat, & tenebras etiam saluis luminibus alternans continua nox duxerat. Maius est tamen malum quod sic fletur. Nam vt merito queri possit ablatas videndi voluptates, impeditos rerum actus: tamen si non iniqui iudices sumus, nec ambitiose miseri sunt qui mederi possint, referam. non solum qua vincenda mihi, sed magis etiam qua consolanda es. Nam quãdo omne tormentũ corporis abest, dolor membrorum, qui totam cogitationem in se rapit, feliciter cessat, supereſt vt cruciet nimiũ ocium & assidua quies. res si non sint necessitate iucundæ. Nam visus damnum sarciũt reliquæ voluptates, odor, gustus, tactus, auditus: quibus tametsi deesse summam fatendum est, non est tamen maximæ calamitatis loco numeranda parum plena felicitas. Domus certe propria, lectúsque genialis, conuentus propinquorum, sermo amicorum, ipsa (quod raro contingit) honesta calamitas, & in quacũque fortuna beata libertas, tot voluptates obruere possunt vnum dolorem. Nam lucis desiderium si malis meis compares, etiam delicatum est. Non enim aliquid rerum natura genitura est spectaculo nostro nouum, ac nõ quicquid specioſissimum pulcherrimũmque visuri sumus vidimus. Nempe cotidie nox oritur, & æquam temporum portionem inuoluit obscuritas, & ex parte sui ipsa quodam modo cæca natura est. Cui alienis oculis vti licet, audire, imperare, cuius ministeriis officio non desunt (non enim defuerunt, nisi se erigit) & fortunæ suæ rationem reddit, miser non est, præsertim in tã bona cæcitatis conscientia, animi vitio miser est. Nõ debet dolere quippiam qui potest gloriari. quanquã cuiuslibet & quacũque causa hũc incursum passæ leuius est tamen malũ fœminæ. Non enim nauigatis, nõ legationẽ obitis, nõ frequenti peregrinatione variatis aspectus: nõ militaris vos, non forẽsis ratio deducit. Alioqui semper estis intra domũ, vno plurimũ in loco, leuibus officiis affixæ. Tuũ quidé affectũ si bene noui, nulla magis causa cæcitaté doluisti, q̃ q; ad redimendũ maritũ ire non posses. Hæc tua

calamitas erat,æſtimemus meam. Nulli quidē grauior viſa eſt tibi,audi tamen quam multa in illis epiſtolis non ſcripſerim. O fili,in quibus te malis reliqui? Iam illa principalis ac maxima dono deum cōceſſa libertas,nec hominum ſolum ſed ferarum volucrúmque ſenſibus fixa & ingenita,primum ſpolium fuit. Me ipſe perdidi,teneor venale mancipium, & ciuis Romanus merces fio,& libertatem ſenex dediſco,& natus ingenuus vænire opto. Minimū eſt,quòd habitamus in fluctibus,hyberni nos feriunt venti,non ſtatio,non ſedes,nō quies, ſed quod malorum meorum maxima portio eſt,tam miſeri ſunt etiam domini mei. Sed cito prætereunda eſt memoria,propter me vxori grauis,mihi propter filium. Trāſeo hirſutos hoſtium vultus,& immanium barbarorum feros fremitus,tātúmque mihi cotidie eſſe metuendum,quantum pati captus à violento pirata potuiſſet. Nihil eſt deſiderio ſuorum grauius,timui ne quē ex meis viderem. Nihil tempeſtate minacius, cotidie naufragium optaui. nam mortem,confitebor,ſenili inertia vna cauſa minus cupiebam, ne defunctum nemo ſepeliret. Quam veſtem relictā captiuo putas,niſi quæ præda nō erat? quales epulas cibósque præbent,qui ipſi rapto viuunt? Nam illa quidem ſatis digna quis dixerit,dum carcerem, & inundatam ſentina nauiculam,& impoſitum nuda trabe irrequietum latus, reuinctas poſt tergum manus,alligatos tanquam eſſet qua fugeremus pedes? Solæ in carcere tenebræ iuuabant. Sæpe de auribus queſtus ſum,quæ ſonum flagellorū,gemitúmque cæſorum,quāuis impexis obrutæ comis acciperent,dura metus ſui exempla. Miſerū me fili,nēpe morbo periſti. Compara terram mari,domum naui,lectulum carceri, libertatem ſeruituti,deſiderium oculorū totius corporis damno. Quo nos longius ducit calamitatum noſtrarū miſera cōtentio? Cæci tamen litigare poſſunt,captiui nec viuere. Verū hæc etiam ſi in æquo ponerentur,tum multum in alteram partem debuiſſent habere momenti,quòd plus mihi poterant prodeſſe quàm tibi. Ei labori incūbere oportet,vbi effectus promittitur. Stulta cura eſt, quæ ſpem nō habet. Ego redimi poterā,tu ſanari non poteras. Qualiſcunque iſta calamitas inemēdabilis cecidit,non remedium accipere,non vicarium poteſt. Aſſediſſet ſcilicet lectulo inefficax ſedulitas,& acceptis epiſtolis meis iuuenis filius nihil aliud quàm cum matre fleuiſſet. Quia profectus eſt,alterius tantum parentis calamitas emendata eſt. Si remanſiſſet,& matrem cæcam haberet,& patrem captiuū. Adiicio quòd tibi non neceſſaria filii præſentia fuit. Aſſidere enim,cibos miniſtrare,manū porrigere quilibet poterat. Mentior niſi factū eſt: me ab illis captum,tam dura conditione venalem,quod vtique in confeſſo eſt, nemo alius redemiſſet quàm filius meus. Et ego ſic ago tanquam hæc tantum filius propter me fecerit, quanquam in hoc litigatu quodāmodo tibi ipſa excidiſti: & quāquam id agas, vt merita tua iniuria vincas. Et quanquam nouū induiſti rigorē,non prohibeo tamen teſtimonium, ad redemptionem meam,filiū ipſa miſiſti cum ſic plangeres,cū mortē precareris,cū te omni viduatā voluptate clamares,cū ſæpius gemeres captiuitatē meam quàm cæcitatem tuam. Nō erat illi ferreum pectus,nec cor ſilice concretū,vt hæc pati poſſet æquo animo. Tu filiū prima docuiſti ſibi nō parcere,potius quàm plus flere,potius quàm ipſam reſcindere cæcitatem. Profectus eſt,maritum tibi reddidit. O crimē graue. Si hoc ante feciſſet,videres. At retinere nō potuiſti. Non dicam tibi,habet pietas impetum ſuū,nec vllū dominum nouit affectus: nec ille te potuit retinere ne fleres. Audi quod eſt verius,aliud putauit. Nō erat credibile obſtare te redemptioni meæ. interpretatus eſt maternū metū,& maris domui noſtræ male experti periculum credidit,timens ne ſi tibi paruiſſet,nemo non vos putaſſet colludere. Cæterū me poterat non redimere,cum tu clamares, Cæca ſum,oculos deſiderio viri perdidi,ſolitudinē ferre non poſſum. Ita ille ad redemptionem meam excuſatius profectus eſſet, ſi me minus deſideraſſes? Dubitatur an tua cauſa fecerit? & filium & virum habere non poteras, reddidit tibi quem magis amabas. Siſte iam lachrymas,maritum reducem & incolumē accipe. Quid iraſceris? Quæ tanta mutatio eſt? quis hoc crederet? Quereris diſceſſiſſe quem odiſti,cum eum rediſſe nobis quem diligis. Atqui ſi(vt ſupra probauimus)is parētes in calamitate deſerit qui opem non fert,& (vt nūc oſtendemus) optimus filius corpore ſuo adiutoria matri redemit, profecto opem tulit,id eſt non deſeruit. Nā ſi,vt ante dixi,ne veſtigio quidē abiiſſe a miſeris licet,ne ipſorū quidē cauſa qui adiuuantur,diſcedere fas erit,nec cibos ſaltem petere, aut alia vſibus neceſſaria parare continget. Si vero dū adiuuatur parēs, nihil refert vbi ſit ille qui adiuuat,quia præſens cura exhibetur,quicquid tibi ego præſtiti,ad authorē muneris, id eſt redēptorem meū transferendū eſt. Non aſſedi,non conſolatus ſum,non miniſtraui,nō tuli, non denique totus tibi rediui. Verū fatendū eſt,ſi deſertā te putas,mea culpa eſt. Sed id tempus eſt iſta quæ non excuſata debent videri,verum pulchra atque magnifica, animo maiore

defendere,& cum iudicium agatur exempli,tandem cauſam ſuã intelligere. Hoc ſaltem habebis miſerrime fili, quod honoratis contingere funebribus ſolet, defunctus laudaberis. Omnia licet huc reuocemus præterita,& ad canendas vnius laudes vniuerſorum vatum ſcriptorúmque ora conſentiant,vincet tamen res iſta mille linguas,ipſamque ſi ſit aliqua corpore vno,facundiã materia ſuperabit, etiam ſi nihil dixero niſi quod obiectum eſt. Lucẽ libertatémque patri filius reddidit,& (quod ante inauditum eſt) magis me amauit quàm vellem. Ingreſſus eſt maria,in quibus iam minimum periculi tẽpeſtas habet, & quod inter iſta difficillimum eſt,amore mei vicit etiam matrem ſuam. Tace nefaria lingua,ergo tu iſta laudas? Obtulit ſe captiuitati,quia ſciebat graue eſſe alligari,malis patris ſucceſſit. Subit libens pœnam pietas etiam ſceleribus grauem. Tu melius vxor,quæ facturum retinebas. Comparate nunc,ſi quis patrem per hoſtes ſolus tulit,qui cum venientia in patrem tela excepiſſet,ſimplici tamen morte defunctus eſt. Vnum legimus,qui vicarias pro patre non quidem piratis aut in mari manus obtulerit,ſed vbi redimi poſſet. Me miſerum,dicendũ eſt quod hoc ipſo admoneor exemplo,in honorem pietatis etiam damnati ſepeliuntur. Hæc alii laudant, ego queror. Te quidem iuuenis omnia ſecula loquentur,& admirabile exemplum tenaci memoriæ traditum in ipſa aſtra ſublimem pennata virtus feret. Sed mihi iſta laus tua caro cõſtat. Non erat ſatius lectulo matris incumbere,& in huius miniſteriis deditum ſecura ocia impẽdere? Soli tibi contigerat vt poſſes patrem excuſare, non redimere. Me interim,vt cœperat tabes lenta conſumeret. Me quæ debebat ſola,ſenem mors redemiſſet, & cum exanime corpus in fluctus eſſet abiectum,ſi cõtigiſſet ſimilis tempeſtas, quod æquius erat, tu me fili ſepeliſſes. Fefellit te ingenitus honeſtis animis gloriæ amor, ſpes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Vbi virtus? vbi pietas? periſti miſer,& male audis. Non morienti pater aſſedi,non ægri caput molliori ſede compoſui,nõ fatigatum latus mutaui,non ſpiritum excepi. Abſens,extinctus,cuerſus,mortem tuam inueni. Nemo ægro vincula laxauit, nemo manus ferro ſordidas ad accipiendos remiſit cibos. Tãtum catenarum cauſa ſolutus es,neglectus,deſpectus. Quid? vilis ſenis vicarius,inter tot ardentiſſima febrium deſideria,non habuiſti quem poſceres, quo modo te vincula compoſuerãt,iacuiſti: matrem,patrem, propinquos tantum cogitaſti. Nunquid indulgeo mihi quòd te puto inſpiraſſe in carcere meo? Nondum matri ſatisfactũ eſt. Quoniam pœnas à cadaueribus exigis, audi ſequentia tempora. Mors ipſa filii tui naufragium fecit,per tot fluctus volutatum corpus intumuit,tot illiſum ſcopulis,tam ſpatioſis tractum arenis,nunquam tamen infelicius quàm cum venit in terram. O quàm graue eſt mori,quanto grauius,quòd ego viuo ſuperſtes filii mei. Viuo omnibus diis hominibúsque,ſed ante omnes mihi,& inuiſus & infeſtus,& vxoris quoque pietatem perdo. In funere filii diuortium fecit. Video hæc rerum naturæ bona,quæ filio abſtuli. Omnis me ætas mei admonet luctus: ſenectus,ad quam non peruenit: miſera pueritia,quam nunc tranſiuit: adoleſcentia,in qua periit. Superſum,vt ſi feliciſſime ceſſerit,rogum meum videam, & edaces circa corpus filii mei flammas. Si hoc non contigerit, nigrum cadauer & deforme etiam ignotis ſpectaculum. Inter hæc mala,credetis puto ſi dixero, Vellẽ oculos nõ habere. Quid nunc amplius? Ad te vxor preces conuertam irritas,male tentatas? Tu vero perge,& bono tuo vtere: felicem te quòd in hac fortuna iraſceris. Ad hoc confugiendum eſt. Per cõmunes caſus,per calamitatem meam,humanæ calamitatis exemplar, ita vos coniuges veſtræ amẽt, non ſic deſiderent,ita hoc orbitatis meæ vltimum exemplum ſit, ita vobis habere tam pios filios non neceſſe ſit,miſeremini. Si vicarium accipitis,me proiicite. Non inuidioſæ preces ſunt,nihilominus impero. Non læta ſententiam veſtram ſequetur gratulatio, non ad tẽpla deducar,ſed ad ſepulcra. Etiam cum vicero,flendum eſt. Si vero vincimur,ibo in littus miſer: planctibus aues abigam,aut me corpori filii mei velut tumulum imponam. Iacebimus duo inſepulta cadauera: me feris obiiciam, aut circa ſingulorum domus ad genua prætereũtium ibo: & recepto tam miſeris more ſupplex non cibos petam,non ſtipem,mendicabo terram, & collatas miſerantiũ manu glebas,aut (quod certe licet) filium in mare proiiciã. Iam crudeles aquæ & venti male ſecundi,reddo,vobis veſtrum beneficium. Ferre quò libet ad barbaros licet,ad hoſtes licet,ad piratas. Fortaſſe aliquis iubebit ſepeliri, certe (quod ſciam) nemo prohibebit.

TORMENTA PAVPERIS, DECLAMATIO VII.

ARGVMENTVM.

Liberum hominem torqueri ne liceat. Pauper & diues inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadam pauper cum filio reuertebatur. Interfectus est adolescens. Offert se pauper in tormẽta dicens à diuite eum interemptum. Diues contradicit ex lege.

PRO PAVPERE CONTRA DIVITEM.

ENtio Iudices plurimũ detrahi calamitatibus meis miserationis, quòd ad vos detulisse videor nimium fortem dolorem, & tristissimæ orbitatis mihi quoque accessisse nouitatẽ, quòd cũ aduersus me tã grauia & crudelia deposcam, patior inuidiã hominis exigẽtis aliena tormenta. Non possum tamẽ vel in nobis approbare quid partiar, quòd mihi non est relicta miseri patris infirmitas. Percussorem filii mei vidi, & miserior sum quàm si nescirẽ quis occidisset. Fateor igitur iudices, ipse miror vnde ad hoc probationis genus repẽte cõfugerim. Venerã tanquã nunciaturus indubia, manifesta: nec aliũ expectauerã publicarũ suspicionũ de filii mei morte cõsensum, quàm si percussorẽ videretis omnes. Hic hic vt torquerer iuueni. Postquam satis non videbantur explicare verba quod viderã, confugi ad fidẽ doloris. Quid faciã, si teme ritates quoque nostras conscientia reorũ non potest pati? Intellexi miseratione factũ, qui vt torquerer exegerã, ex quo me diues non putat aliud in quæstione dicturũ. Neque ego iudices quenquam vestrũ dubitare crediderim, ex qua conscientia, qua trepidatione descendat, vt quis torqueri nolit inimicũ. Quos nũc putatis cruciatus diuitem pati, quem dolorem, quòd hoc mihi negat? quàm vellet ideo tantũ filiũ meũ non occidisse, vt mihi posset indulgere tormenta. An hoc creditis iudices diuitem facere legũ libertatisque respectu, & reũ pro exemplo esse solicitũ? Ille vero nũc laceratur, & sic magis nostro dolore fruitur. Operæprecium est inimico negare tormenta, cũ feceris vt velit ipse torqueri. Illud igitur à vobis iudices infelicissimus omniũ mortaliũ peto, ne cũ inaudita, incredibilia passus sim, misereri velitis corporis mei: crudelius & indignius est quàm torqueri, non impetrare tormenta. Est aduersorum meorũ & ista nouitas, ꝙ necesse habetis ea mihi ratiõe succurrere qua odisse tis aliũ. nec quicquam est homine infelicius, pro quo tormenta sunt. Percussorem à me filii mei visum esse contendo. Facinus est hoc vos non deprehendere, si mendaciũ est. Facinus hoc me nõ probare, si verum est. Quod ad me quidem iudices pertinet, orbitatis meæ repeto præsentiã, & noctem illã rursus ante oculos meos cogitationes reponũt. Iam mihi videor & in tormentis esse confessus. Filium iudices habui sicut erecti ac sublimis animi, ita qui nondum suos haberet inimicos, & quem nemo adhuc nisi causa tantum mei doloris occideret. O parentũ misera cõditio, quàm nouis inusitatisque paremus insidiis? Nos exasperamus, nos offendimus, inimici tamen liberos nostros oderunt. Quis hoc vnquam iudices simultatum timuisset ingeniũ, vt eodẽ aliquis excogitaret animo, & ꝙ parcit, & ꝙ occidit? Reliqua iudices non debebã nisi in quæstione narrare. Felices illos in mei cõparatione patres, qui periisse liberos suos nunciis credũt. Ego sum inaudita malorũ nouitate perculsus, cuius vnicus ideo tãtũ occisus est, vt viderẽ. Reuertebamur nocte pariter, sicut omnia nos vitæ ministeria iũgebãt, & homines quibus non seruos præstabat fortuna custodes, tuebamur pauperem mutua pietate comitatum, inuicem sustinentes, inuicem nixi, nec nisi magna percussoris diligentia separandi, cũ diues medio noctis horrore stricto mucrone prosiliit, & stupentibus attonitisque miseris cõfodit illum fortiorem: illum, qui fortassis aliquid in mea morte feciisset. Cõfiteor iudices nihil tunc oculorum meorum diligentia, nihil egit cura miseri patris. Percussor voluit agnosci. Vos nunc ciues, vos omnes humani generis affectus, misserrimus interrogo pater. Suadete quid faciam. Hunc quem videtis circa me sanguinem, de filii mei vulneribus accepi. His manibus labentis vnici membra sustinui. In oculis adhuc vultus illius morientis hærent, auribus verba super cadauer habita inimici exultantis. Fidẽ tormentorum, quosque percussoris filii mei conscius ero? Aperite pectus istud, & totum de visceribus meis latronis egerite secretum. Vidi, & mihi non creditur. Vidi, ita possim & in tormentis idem dicere. Aut si compono, si fingo, vrar, lacerer, & non probem. Si videtur, torquendus sum iudices, vt hoc desinam dicere. Nec me iudices fallit quantam molem accusationis, etiam in manifesta veritate susceperim. Diuitem detuli reum Pauper inimicus, occisi pater, & postulo vt mihi credatur testimonium in mea orbitate dicenti. Itaque non deprecor quô minus mihi velitis irasci donec probem, torquere tanquam mentientem. Lex, inquit, liberum hominem torqueri vetat. Per fidem iudices, quis non hoc eum respondere credat, cuius

tormenta poſcantur? Nemini iudices credo dubium, legem quæ torqueri liberum hominẽ vetat,hoc proſpexiſſe tantum,ne quis torqueretur inuitus, & iura quæ nos à ſeruilium corporum conditione ſecernunt,impatientiæ tantum ſuccurriſſe nolẽtium.Omniũ beneficiorum iſta natura eſt,vt non ſit neceſſitas,ſed poteſtas. Quicquid in honorem alicuius inuentum eſt,deſinet priuilegium vocari poſſe,ſi cogas.Cuncta ſi videtur iura percurrite,nuſquam adeo pro nobis ſolicita lex eſt,vt quod præſtat extorqueat.Dedit Cæco talionis actionẽ,non manus recuſantis impellit,iniuriarum. Cædis agere permiſit,ſed non cogit inuitos . Adeo pene leuius eſt vltionem perire quàm poteſtatem.Genus ſeruitutis eſt coacta libertas,& eadẽ iniquitas quicquid de inuito homine facias.Vis ſcire quid lex iſta proſpexerit? Nõ exigo vt torquearis.Quàm multa dii deæque non minus ſunt iuſta quàm lex exigit,quarundã inuidia rerũ,vt vinci ſe magnitudo patiatur,& quicquid accediſſe mireris,tantũdem poſcit in vltione nouitatis.Filius in conſpectu patris occiſus eſt,torquere ſecuri,nihil iniquius fieri poteſt.Ignoſcant perſuaſiones,ſi facinus iſtud omniũ illicitarum rerum conſumpſit inuidiam. Et vnde tormentis ſalua iuſtitia eſt, plus eſt de quo quæritur quàm quomodo quærẽdũ.Nullum debet inimicum videri genus probationis eſſe quod ſolum eſt. Et quicquid potuit prodeſſe ſeueritati,nunquam nocuit exemplo.Sufficit libertatis reuerẽtiæ,quòd torquetis inuiti,quòd contra me non alius inuenit.Liberũ torqueri nõ licet.Hoc eſt iudices propter quod filium meũ diues coram me non timuit occidere.Filium igitur meum in conſpectu meo occiſum eſſe contendo.Quid dicitis?Ita non erat contra proclamationis huius fidem,ſi nunc agere poſſem quietum modeſtũmque miſerũ? Vultis cum hoc viderim tãtum teſtimonium dicam?Mirum hercle,ſi ſcindo veſtes,nudo corpus, ignes,flagella depoſco . Inſaniat neceſſe eſt pater,cũ ſolus hoc ſciat . Fallitur iudices quiſquis hoc quod poſtulo contemptũ,quiſquis audaciam vocat.Filius vrit,exagitat,& inter tormenta fugio dolorem.Si mentientis eſt velle torqueri,inuenire quid facere debeat,quid verũ dicit & non probat, Mẽtitis inquit. Bene quòd & tu fateris non eſſe mihi ſine quæſtione credendũ.Et quas per fidem mendacio meo cauſas diues aſſignas?Ignoro percuſſorem.Deinde te potiſſimum de quo quæreret elegi . An ſcio & ſimultatibus noſtris occaſionem orbitatis indulgeo? Decipi me non potuiſſe manifeſtum eſt.Filius meus cum pariter rediremus,occiſus eſt.An dinoſcere percuſſorem nocte nõ potui cum percuſſor potuerit eligere,fugere?Quid ais?Iuuenem meũ alius occidit,& tu mihi ſolatiũ vltionis imples?Te accuſo ſcilicet,vt interim neſcio quis ille fugiat,euadat. Quod tu mihi genus furoris aſſignas,vt maximi ſceleris vltio pereat falſæ accuſationis incerto?Homo qui me vidiſſe contendo,cũ occideres filium meum,niſi de te vindicor, non reliqui mihi vt hoc de aliis probarem.O te extra omnes humanorũ pectorum affectus inimice ſepoſitum,nunc qui me putas poſſe mentiri.Perdidi infelix illũ chariorem pauperibus affectum. Succurrere mihi putas quòd aliquãdo diſſedimus? Falleris,deciperis.Hominis cuius occiſus eſt filius,vnus inimicus eſt. Sane poſſit aliquis hanc doloris diſſimulationẽ mendacio perferre verborum,torqueri volo.Nihil eſt tãti niſi verum. Videlicet inter ignes ac flagella ſufficit mihi ſi dixero,hic eſt inimicus animæ,qui nobis ſubinde maledixit:hic ille contumelioſus,ille impotens.Ego neſcio an mihi poſſit in quæſtione ſufficere quòd vidi,& quòd inimicus me contendit ideo velle torqueri. Torméta poſtulo.En ad quod confugiat homo,qui ſe ſciat poſſe mentiri?Nulla eſt ratio quæſtionum relicta mortalibus, ſi adiuuant contra veritatem,& ſublata eſt de rebus humanis neceſſitatis huius vtilitas, ſi viam tuetur vltro,explicatque fingentibus.Hucuſque durãt artis ingenia mortaliũ,vt ſit aliqũis ſecreti firmitate cõpoſitus,hominem tamen vltra non ſequitur animus.Non vacat aſſerere quæ finxeris, tunc cum vix prodeſt & verũ fateri.Et nemo non contra id torquetur,quod dixit ante tormenta. Non refert,cuius ad equuleum nominis perſuaſionẽ,quas ſilentii afferas cauſas.In quæſtionibus tantum corpora ſumus,& nemo non contra aliquem torquetur affectum.Exigã quæſtionem,aut recuſem?Quid intereſt tormẽtis breui futurus ſimilis homini,qui fateatur inuitus?Nouum iudices inauditúmque rebus humanis aperitur exemplum . Nemo vnquam ideo torqueri non debuit,quia mentiretur. Sed ſi fas eſt iudices dubitare de fide quæſtionũ, alius debet eſſe ſuſpectus,ille ſcilicet in quo ſeruiliũ pectorum receſſus,in quo verniles excutiuntur artus.Quoties tortori eſt rixa cum membris,tum cruciatus agnoſcit aſsiduis ſuppliciis durata patientia,& homini non eſt noua res dolor corporis appliciti,quòd ſciſſa laceratáque veſte primũ ferre non poteſt pudorẽ, quòd neſcit ad flagellorũ vices mẽbra cõponere, nec vllo verbera frangit occurſu?Nos inquã ſumus quos leges ſuperuacuũ putauere torqueri. Vnde nobis inter iſta ſecretũ? In tormentis libero homini opus eſt patiẽtia,vt verum dicat.

Sed,inquit,ideo torqueri non debes,quia exigis vt torquearis. Aliud ſunt inimice tormenta aliud velle torqueri. Felices illos qui recuſare voluerunt. Meretur clemẽtiam & fauorẽ quiſquis ad illa tremens exanimisque perducitur,quem vix a genibus tortor abducit, cui iã ſciſſas quoque difficile poſsis eripere veſtes. Ego quẽadmodum vultis deprecer, qui videor prouocaſſe tortorem? Ille ille ſine vlla miſeratione laceratur,cui ad ſingulos ictus dicitur,ipſe voluiſti,quem non decet rogare,qui creditur fingere proclamationes,ſimulare gemitus. de quo primum videntur vindicanda tormenta. Non inuenio iudices quid ſperare poſſit qui mentitur,& exigit quæſtionẽ. Homini qui vult torqueri,diu non creditur,nec verũ dicenti. Nec eſt iudices quòd putetis adeo mihi triſtiſſimam orbitatem omnes humanorum pectorũ rapuiſſe ſenſus,vt non intelligam petere me quòd diues poſcit euadere,& pene magis pro percuſſore torqueri. Sed quid me facere vultis? Non debeo videri poſſe mentiri homo, qui cum filius meus occideretur interfui. Veritati tantum præſto patietiam,exigo quæſtionẽ,in qua quid dicturus ſim neſcio:quid debeam dicere vidi. Scio,vultis poſt hoc argumentis,ſuſpicionibus agam? Breuiora tormenta ſunt. Non inuenio iudices cur renuat tãtopere diues quæſtionem,poſtquam ſuperſunt adhuc incerta ac dubia. Facinus eſt tamen me non torqueri,ſi mihi torto vtique credendum eſt. Quouſque me crudeliſsime mortalium metus ſimulatione deludis? Ego magis qui poſtulo tormenta,timeo ego qui nihil facere potui cum viderem. Suſpecta tibi eſt noſtra patientia. Vides enim,hortatur nos contra dolorẽ primæ robur ætatis,ſolidum plenúmque corpus. Quàm facilis,quàm expedita res eſt torqueri miſerũ? Affero ad quæſtionem iam planctibus membra liuetia. Quantũ animæ,quantũ ſanguinis orbitas traxit. Quãto imbecilliora ſunt hæc cotidianis lametationibus euerberata vitalia? Quicquam ergo fingere poteſt hic pallor,hæc macies, & iã torto ſimilis infirmitas? Adiice quòd nihil minus in quæſtione diu poſſis dicere ſi mentiaris,quàm quòd oculis ſcias,& breuiſsimum cõfeſſionis eſt genus dixiſſe quòd videris. Felices dices quos tortor interrogat,qui nõ habent in ſua poteſtate credẽtes. Impatientiſſima res eſt,poſſe cum velis deſinere torqueri. Quin potius,inquit,probas? Fidutiam hominis,qui ſcias hoc me vidiſſe ſolum. Sine dubio diues multa te poterãt argumenta conuincere,ſi deferret alius:& eras manifeſtiſsimus reus, ſi mihi percuſſor quærendus eſſet. Quis enim credibilior in cæde pauperis,quàm diues inimicus? Aut de quo facilius conſtare poſſet ſcelere,quod cauſam non habet niſi de ſola vltione? Nõ inuenit multa verba vidiſſe. Nec mihi debet perire probatio iſta quia poteras & accuſari. Exigit probationes cũ facinus ſic diſpoſuerit,ne poſsit probari. Quẽ mihi nox teſtẽ, quos præſtare potuit oculos nuda ſemper, incomitata paupertas? Tibi ſeruus à conſcientia ſceleris ſummouendus fuit:& iſta ratione quis intereſſet? quẽ putares poſſe torqueri? Et totũ facinus in has anguſtias redegiſti,vt illud ſoli ſcirent,qui faciebãt,& cui nõ crederetur. Nũquid dubitaretis quærere ſi alius ſciret hoc ſcelus? Facinus eſt ideo filii mei perire vindictam, quia pater vidi. Ego vero iudices & ex hoc ꝙ recuſat diues quæſtionem,partem probationis impleui. Accuſatoris torméta nunquam timebit reus,niſi de quo credi poteſt & ante tormẽta. Cur,inquit,ſi mihi cauſæ ſceleris ſimultates noſtræ erant,non te potius occidiſſem? Vere crudelis,ego te hoc maxime argumeto percuſſorem probo,ꝙ mihi pepercisti. Tuũ fuit hoc inimice cõmentũ,occiſo filio ſeruare patrem. Parcendi tamen mihi vel hæc fuit ratio, quòd defendi non poteras,ſi duo periſſemus. Audite mehercule mihi videor illas cogitationes,illa ſcelerum ſecreta cõſilia. Quid mihi cũ vulneribus? quid cũ cruore cõſumptæ & iam pene abeuntis animæ? Occidatur potius ille iã iuuenis, iam inimicus,de ſene vindicabitis me patris oculi. Vis mirer quòd me nolueris occidere? Queri mehercule te puto,quòd in ſenectute magni doloris vita breuis eſt. Pepercisti mihi,quo modo excogitãt artes detinere ſupplicia, & de pereũtibus magis ſæuitia eruitur dolore ſuſpẽſo. Agnoſco noctis illius inimicæ clemẽtiam,quod me torqueri nõ vis. ex hoc euenit,quod neque occidiſti. Tẽtat iudices efficere diues,vt incredibile videatur ꝙ occiſum ab eo cõtẽdo filiu? Dicturum nũc putatis magis intereſſe ſecuritatis,vt quis facinus ſibi tãtũmodo credat,& id tutius eſſe inimico patre quàm cõ ſcio. Plus eſt quod affirmo. Filiũ in cõſpectu patris occidere,ſic operæpreciũ eſt, ſi illud ipſe facias. Perdit plurimã de ſceleribus voluptatẽ qui mãdat,& minus gratiæ rebus ex nũcio venit. Occidet alius te iubẽte,ſed vulneribus illis non fruẽtur oculi: ſed plus eſt vt ſingultibus abeũtis animæ,vt cruore fatieris,vt collapſum palpitãtẽmque videas,vt me vidẽte. Cõuenit iudices ꝙ ipſe diues hoc fecit,& ꝙ ego vidi,ratio ſæuitiæ eſt,vt aliquis coram me occidatur, propter quẽ occiditur. Fidẽ veſtrã iudices,ne me ideo nõ putetis vidiſſe quia nihil feci. Seruorũ iſte liberorũque dolor eſt,occiſo hoĩe ſtatim ſcire quid facias exclamare, procurrere,fidẽ

deorum hominúmque teſtari,poſtea cum lachrymis venire. Vultis percuſſorem inuadam? Vultis fugientem ſequar? Interim deficientem quis excipiet? cui ſe morientis imponet infirmitas? Scis profecto percuſſor facinus ordinare,diſponere, filium occidere coram patre ſecre tum eſt. Miſeremini iudices igitur,vt hinc quoque velitis exiſtimare diuitis cõſcientiã,quòd contentus eſt ne de ſcelere quæratur,non habet fidutiam hominis,qui me ſciat mentiri : & quod non minus debetis attendere quàm ſi fateretur,nõ putat ſibi ſaluum,vt iterum neget. Diſſimules licet,non eſt innocentiæ metus cum timentur aliena tormenta. Quid ait diues? Orbitatem meam in tale genus vſumque cõuertet, ſi paterni doloris authoritas facinus im pingit alienum? Deinde non ipſe affers equuleos,non ipſe diſponis ignes. Diceres mehercu le te velle torqueri: ego ſcindo veſtes,tu intremiſcis: ego ad flagella nudo corpus, te facit pal lor exanimem: ego equuleos,ego poſco flammas , tu non habes in meo dolore patientiam. Rogo quid aliud faceret qui occidiſſet? Quid nunc agã miſer? gratiam confeſſionis ante tor menta conſumpſi. Scio quanto credibilius fuiſſet,ſi hoc ſtatim inter ignes, inter flagella di xiſſem,& multũ de authoritate primæ proclamationis amiſi. Non eſt tamen quòd ſuperua cua putetis eſſe torméta,quanquam dixerim quicquid ſciebã. Habeo adhuc ex illo multa re ferre ſecreto,quæ argumenta faciet dolor. Non refert an me vidiſſe dixerim, tormentis hoc probaturus ſum,debuiſſe mihi credi ante tormenta. O quantopere nunc inimice torqueris, quòd te coram iudicibus interrogo,quòd hoc non potes mihi fateri . Sed ſi bene gaudii tui perſpicio ſecretũ,non putas te negare quia vidi . Arrogantiſsime percuſſorũ euaſiſſe te puta bas,quòd illud duo tantum ſciebamus? Meis,meis hoc ignibus nega, & dũ me per ſingulos artus tortor interrogat,perfer ſaltem non credendi patientiam, cum ego me vidiſſe procla mem,tu nullam afferas iunocentiæ probationem. Non potes aliter abſolui , quàm vt illud ego negem. Nec tamẽ Iudices putetis ſolo me calamitatũ ambitu petere quæſtionem,dabo propter quod torqueatis irati. Filium meũ illũ ſingulis vobis vniuerſisque laudandũ , iuxta quem felix,iuxta quem arrogans eram,occidit. Mea nimia libertas,ita ego te nõ equuleo ef feram,non ſuper ardentes eximam flãmas? Nunc me vindicas,nunc tueris. Modo corã me filium meum diues occidit fidutia tui. concurrite omnes liberi,omnes parentes,vrite,lace rate hos primum patris oculos,diſtrahite has manus,quæ nihil pro pereunte fecerunt, hoc corpus,hæc membra,quæ de complexu latronis vulnera nulla retulerunt . Siue hoc pœnã, ſiue vultis eſſe clementiam,debeo tam miſer eſſe dum probo,quàm cum viderem. Miſerum me ſi fas eſt in quæſtione mentiri. Sine dubio diues hoc captauit recuſando quæſtionem,ne crederetur. Sed dura parumper anime,vidiſti. Nunc infelix ad nos miſeros pietas redi,quod fieri in ipſa orbitate non potuit,& vires quas improuiſus abſtulit dolor, probatio reſtituet. Cum flammis vrentur nuda vitalia, nox illa occurret: cum membra fidiculæ flagella laxaue runt,rurſus ante oculos ſit morientis vnici vultus,hæreant verba percuſſoris, mandata per euntis. Filium ſpectaſſe morientem longa præſentia eſt . Neſcis infelix ſenectus quanta tibi opus ſit veritatis cõtentione,vt pœniteat diuitem quòd non duos occidit. Iam nunc tamẽ vobis iudices infirmitatem meam allego,commendo. Si me forte fidiculæ flagella mutaue rint,ego tamen vidi: Si vocẽ in equuleis ignibúsque perdidero,ego tamen vidi: Si totus vn dique dolor pariter admotus occiderit,ego tamen vidi. Alioqui niſi hoc animo meo, niſi li cuerit oculis,morerer hoc dolore,quo puto me poſſe torqueri.

GEMINI LANGVENTES, DECLAMATIO VIII.

ARGVMENTVM.

Gemini quibus erat pater & mater,ægrotare cœperunt. Conſulti medici dixerunt eũdem eſſe languorem Deſperantibus reliquis promiſit vnus ſe alterum ſanaturum,ſi alterius vita lia inſpexiſſet. Permittente patre execuit infantem,& vitalia inſpexit. Sanato vno,accuſatur pater ab vxore malæ tractationis.

PRO MATRE CONTRA PATREM.

Q Vanuis Iudices plurimũ infeliciſſimæ matris aduerſis miſerationis abſtu lerit,quòd ex duobus liberis pari deſperatione languentibus alter euaſit, & pleriſque maximum dolorem prima fronte tractantibus videatur aui ditas gaudiorum,vt modo ad totius orbitatis redacta patientiam iam nõ ſit vnius ſalute contenta: non poſſumus tamen affectibus veſtris nõ hanc

primam triſtiſſimæ calamitatis allegare menſuram,quæ ex ipſa quoque ſolatii ſui conditione deſcendit. Minus miſera quereretur de marito,ſi ſanari nec ille potuiſſet, pro quo eſt frater occiſus. Nunc infelix par non eſt dolori,nunc non inuenit vlla ſolatia, ex quo ſibi videtur filium perdidiſſe victurum. Super impatientiam triſtiſſimæ orbitatis increſcit, quòd intelligit illum non ſine ſanitate fuiſſe languorem, nec perſuaderi miſeræ poteſt perituro labo raſſe fato,in quo inuentum eſt quod ſanaret alium. Captet licet crudeliſſimus ſenex parricidii immanitatem metu maiore protegere, non inuenio vnde colligi poſſit vtrunque fuiſſe moriturum. Ex duobus ægris non periit, niſi qui occiſus eſt. Ante omnia igitur illud a vobis infeliciſſima mater petit, ne maximi ſceleris ideo decreſcat inuidia,quia pati videtur, & reus ex orbitate tantũdem. Non perdidit filium quiſquis occidit. Explicat a dolore patrem, quòd ſibi videtur feciſſe rem maximam,& in locum iuuenis amiſſi ſubſtituit de vanitate ſolatium. Alia eſt,illa conditio matris,quæ medico non credidit, apud quam fæuiſſimæ conditionis immanitas fidem non potuit impetrare tentandi. Pro vtroque timuit,pro vtroque ſperauit. Facinus eſt eum maioris pietatis videri, qui de morte filii putauit alterius,vel certa ſalute tranſigere. Sic debetis odiſſe patrem,tanquam duos occiderit,cuius non interfuit vter occideretur. Eſt tamen ſanctiſſimi Iudices quod de crudeliſſimo parricida queri poſſit non ſola mater. Adiecit humanis calamitatibus ipſam ſanitatẽ, & morborum languorisque violentiam medicinæ cõceſſit. Filium occidit (ſi ipſi creditis) fortaſſe moriturum,& hominem cuius charitas debuerat ipſa deſperatione creuiſſe,in hoc ſolum impendit,vt tantundem ſupereſſet incerti. Non exonerat Iudices immanitatem fæuiſſimi patris,quòd hac ratione credidit de languente filio. Rem inauditam,rem facere crudelem,vnam rationem habet,ſi ipſe ſanetur. O triſtior indigniorque ſemper menſura calamitatum magna felicitas. Hunccine fecit exitum ille modo ciuitate tota conſpicua mater? ille indiſcretus ab vtroque latere comitatus?ille gaudentium dulcis error oculorum? Quid mihi mortem nunciatis vnius? Perdidit miſera geminos. Paſſi ſunt enim languorem miſerrimi iuuenes, ſine dubio pariter vnaque, non fraternitate,non animæ corporumque conſortio,ſed conditione fragilitatis humanæ, qua ſic extranei quoque duo languere potuiſſent. Non negauerim morbum grauem,& parentibus vtique metuendum:de cuius tamen adhuc,vt parciſſime dixerim,remedio quererẽtur. Quid refert an medici conſenſerint vtrunque periturum,cum eundem dixerint eſſe languorem? Manifeſtum eſt de duobus non dixiſſe verum,quos de altero conſtat eſſe mẽtitos. Iam tamen Iudices de tam perdita pronunciatione non querimur,quòd ægros quos ſibi vidébantur explicare non poſſe,parentibus crediderunt. Innocentior eſt ſimplicitas deſperare ſi remedia non noueris, & hanc ignorantiæ malo probitatem, vt languorem quem neſcias, tantum neges poſſe ſanare. Maximi tamen virorum,& quibus artis ſuæ ſoluendo non ſit humanitas,ſi ſciebant hoc genus curationis,& illud non indicare voluerũt. Vultis & illos mẽtitos breuiter probem? Deſperauerũt de languore cuius remedium (ſi patri creditis) alius inuenit. Siue enim Iudices vaniſſimus neſcientium vidit hanc patris in periculo liberorum rigidam nimiámque patientiam,& hominem in filiorum languore ſolicitum de remedio generis humani:ſiue captauit ex hoc vultu quandam artis mutationem imitari,quando ſanare non poterat,& ignorantiæ pudorẽ tegere magno tentauit incerto : ſiue vt aliud videretur dixiſſe quàm reliqui, verba deſperationis incredibili vanitate variauit, magnaque miſeros parentes ambage ſuſpendens tutiſſimum putauit promittere, quod deberet nemo experiri: cauſas quidem ſe dixit ignorare morborum,ſed ſalutem ſpopondit vnius,ſi licuiſſet alterum occidere,lacerare,perſpicere. En cui pietas patris,cui credere ſolicitudo debuerit, dixit ſe ſcire remedium quod neſciebat. Vultis intelligere Iudices nihil impatientia charitatis feciſſe patrem? Non retulit ad matrem,adacta eſt a morte filii vel ſanitate diſcedere. Non propinquos conſuluit,non amicos,ſed ſua tantum perſuaſione, medicique contentus, quod nocẽtius eſt quàm ſi ipſe occidiſſet,alterutrũ potuit eligere. Dicat nunc parricida,quid fecerit illud quôd etiam de ſimilibus tam paribus ægris in alterũ deſperatio illa prævaluit? Si medici non interfuit,vter occideretur,conſtabit viuere vtrunque potuiſſe: ſi interfuit, conſtabit non eundem fuiſſe languorem. Qualis fuerit illa curatio, quid paſſus ſit iuuenis in morte qua medicus parabatur, omnium cogitationibus liquere crediderim. Ideoque parcimus auribus matris. Breuiter tamen longæ crudelitatis explicanda fæuitia eſt. Ex omnibus quæ pertulit leuiſſimũ fuit quòd occiſus eſt. Non eſt quòd veniam triſtiſſimæ curationis paret, quòd videtur in alio fratre explicat promiſſio. An alterum medicus ſanauerit,fortuna viderit,quod negari non poteſt, alterum medicus occidit. Erumpit hoc loco mulier infelix, & tota libertate

proclamat. Redde mihi marite filiũ, quem tibi pariter medicóq̃ cõmiſi. Hic eſt ille veſter inſanabilis, recipe quem mihi credidiſti, hic ille moriturus, hic quem permiſeras medico, ſi maluiſſet occidere. Vide quid profecerint anxia vota pietatis, ſolicitæ preces. Dum iam frigidi pectoris calorem ſuperpoſitis reuocamus vberibus, dum frigentia membra cõtinuis oſculis, & ſpiritu trepidæ matris animamus, dum labantes oculi ad noſtras exclamationes noſtrosque plãctus amiſſa paulatim luce laxantur, dum multa mentior, multa promitto, & fratrem dico ſanatum, reſpexit ad vitam, conualuit, euaſit. Non tamen iacto pietatem, non arrogo mihi proſperæ curationis euẽtum. Quid hunc ſanauerit vis ſcire breuiter? quod potuit vtrunque ſanare. Pudeat vos o iura legesque, quòd miſerrimi ſexus dolorem his cluſiſtis anguſtiis. Ita maritum quòd occiſus eſt filius, malæ tractationis vxor accuſat? Perdiderunt legis huius authoritatem, quæ ad illas vxorias querelas matrimoniorum ſolent deferre delicias. Ego illam datam miſeris tantum matribus puto poteſtatem, ab iniquo coniuge explicare diuortium: & contra maritales tuetur iniurias, vbi nolis præſtare patientiã. Illis ſuccurrit quas nefas eſt ab viro diſcedere, quas in peſſimi coniugii durum perpetuúmque cõplexum, communium pignorum nexus arctauit, quæ malos maritos pariter & patres, nec relinquere, nec ferre ſufficiunt. Facinus eſt ideo euadere maritum, quia damnaretur ſi de illo minore dolore quereretur. Itaque impudenter facit quòd pro detracto matrona cultu, negatoque comitatu, faſtiditis noctibus, pulſataque facie, filium complorat occiſum. Sileo adhuc illa per quæ parricidii creuit immanitas. Occiſum filium obiicio, putate luxurioſum, perditum, nocentem: fingite hoc patrem ira, indignatione feciſſe: quantum facinus ſit filium occidere, nemo magis fatetur, quàm qui vult videri ſe illud feciſſe pro filio. Ecquid Iudices? vel ex hoc totus animus mariti, tota triſtiſſimæ coniugis calamitas perſpici poteſt, quòd ſe negat matri communium liberorum debere rationem? Placet ergo mortales, vt de hominibus in quos plus ex harum ſanguine, ex harum tranſit anima, non habeant partem niſi tantum doloris? Solos ergo communicabit miſera planctus, & ab omnibus conſiliis, quibus ordinatur iuuenta, vita diſponitur, extranea volũtate, vilitate ſepoſita, circa mœrores tantum lachrymarúmque conſortium orbitate iungetur? Si mehercule fas eſt exiſtimare vtri plus parenti debeatur ex liberis, non improbe totam poteſtatem ſibi vindicabit affectus, quæ decem mẽſibus ante veſtram incipit diligere notitiam, & cum vos patres gaudium primum faciat oculorum, ante ſunt conſcientia matres. Facinus eſt ideo tantum illis minus licere, quia minus facere ſufficiunt. Vos eſtis qui creſcentes adhuc in peregrinationes, qui iam adultos in caſtra magnorum parentum vanitate dimittitis. Erubeſcitis deſideriis tanquam infirmitate, & vnde velociſſimus tranſitus eſt in rigorem, liberos vultis amare patientiam. Quàm multa ideo tãtum de filiis facitis, quia licet, & frequentius poteſtatis veſtræ iactatione, tanquam aliquo grauitatis genere delinquitis? Non habet orbitas veſtra lachrymas, ſuper ardentes rogos tenetis inconcuſſam rigidámque faciem, itis obuiam conſolationibus, & quod omnem modum feritatis excedit, captatis in magna calamitate laudari. Quicquam ergo erit quod de communibus pignoribus, non pari mente, pari impatientia: vel ſi neceſſitas poſtulet, pari rigore faciatis? Mali tantum patris intereſt, vt matri minus liceat. Sane cedat vobis circa regendas cõmunium pignorum mentes ſexus infirmior, vos mores, vos vitæ genus, vos matrimonia, cæterosque actus veſtræ perſuaſione firmetis: nunquid arrogãs cõſortium, nunquid impotẽs ſocietas eſt, libros cõmunes eſſe languẽtes? Si quis, immo pudor eſt, cede nunc tota poteſtate matri, illius ſit in ægri toro proximus locus, hæc adhibeat fomẽta, porrigat cibos: ſi quid impatientia, ſi quid flagrantium viſcerum poſcit infirmitas, mater neget, mater indulgeat. Illas quas immodicus ardor diſcutit veſtes, hæc ſuper fatigatos reponat artus, illa iactatas toto lectulo manus ſedulo contineat affectu. Fruſtra captas videri vltionem magnæ charitatis, ab omni curæ ratione ſepoſitus. Cum circa curationes liberorum non conſentiunt parentes, curationis eſt culpa, non matris. Quid quòd filium occidit innocentem, cui nihil obiicere, nihil poterat iraſci? Filium (ſi ipſi creditis) pro fratre mori paratum, cuius ſuprema ferre non poterat. Nouum Iudices & incognitum rebus humanis audite facinus. Iam parricidium pietas, charitas, & impatientia orbitatis admittit. Malo odium, querelas, execrationes, quàm vt quis liberos affectu quo ſeruantur occidat. Quid refert an per hoc alterius filii anima redimatur? Si parricidium fas eſt vllas accipere cauſas, filius propter ſe tantum debet occidi. Adiicite Iudices immanitati, quòd occidit ægrũ. Omnibus equidẽ mortalibus maiorẽ crediderim de languore venire reuerẽtiam, & illorũ quoque quos inter ſupplicia pereũtes auido ſpectamus aſſenſu, iuxta valetudines tamen morborúmque violẽtiam quodã innocẽtiæ fauore miſere-

mur. In carceribus, & in illa profunda nocte pœnarum religiosius ille anheli pectoris pallor inspicitur, non sic confundunt obuios grauioribus catenis colla stridentia, & diutino squalore concreta facies: at ille quem ad singulos conatus, gressusque labentem vix trahit impellitque longus ordo vinctorum, & inter tot destinatos, totque perituros, omnium tamen in se retorquet oculos vnus æger. Quid ais? tu illum quem nunc nefas est castigare, reprehendere, cuius auribus parcere debuerunt sæuiora verba, si quid negares, videreris occidere, ferro, vulneribus aggrederis? Non potest hinc tibi venire defensio, vt hoc sis pro alterius salute cõmentus. Inter duos liberos pari desperatione languentes, da bonum patrem, non præponderabit alterutrum, non eliget, sed vt incertum orbitatis euadat, ipse moriatur. Tentat hoc Iudices crudelissimus senex, excusationẽ temeritatis suæ de medicorum trahere cõsensu. Desperauerant, inquit, de duobus. Sed vt incertũ orbitatis euadat, sepono paulisper immanitatem patris, qui credidit: & de arrogantissimæ persuasionis hominibus queri, de totius generis humani nomine volo. Quàm multas artes misera mortalium solicitudo fecisti? Fato viuimus, languemus, conualescimus, morimur, medicina quid præstas, nisi vt iuxta te nemo desperet? Dicturum me putas, non credo renũciantibus, non accedo cum deserunt, relinquuntque lãguentes. Ego vero medicis non credo sperantibus. Aspicite maiorem partem generis humani, & si me interroges, illam robustiorem, illam adhuc in prima rerum naturæ veritate viuentem, nullos artis huius nouit antistites: nec minus tamẽ bellorum vulneribus, morborũmque medetur incursibus, non disputationum vanitate solerti, sed experimentis, & inuicem per similes dissimilesque casus obseruatione ducente, tradita ratione succurrit. Non medicina sanat, sed quicquid videtur sanasse, medicina est. Quo vultis animo feram, quòd ars (quantum dicitis) inuenta pro vita, si diis placet, authoritatem formámque captat, vt longe ventura suprema prospiciat, vt adesse fata denunciet, quæ nec timentur, & maxima scientiæ pars esse cœpit sanare non posse? Quisquam ne ab homine, qui adhuc loquitur, spirat, intelligit, sic recedet, quemadmodum relinquitur exanime corpus, & ibi finem vitæ putabit, vbicunque scientiæ substiterit infirmitas? Si fragilitatẽ mortalitatis, incertosque velimus æstimare casus, tantundem periculi habet omnis æger. Iniquissimũ est desperationes vocari, quoties remedium medicina non inuenit, & angustias siue artis, siue mentis humanæ, ad inuidiam referre fatorum. Nihil magis interesse omnium puto, quàm vt spes pro homine tam longa quàm vita sit. vnde putatis inuentos tardos funerũ apparatus? Vnde quòd exequias plãctibus, ploratu, magnoque semper inquietamus vlulatu, quid quòd facinus videtur credere tam facile velle morti? Vidimus igitur frequenter ad vitam post cõclamata suprema redeuntes. Plerique conualuerunt negligentiæ bono, quosdam explicuit quicquid alios fortassis occideret. Hos indulgentiæ temeritas, illos adiuuit desperationis audacia. Datur fortassis huic arti perspicere morbos, profutura meditari, sed vnde sciet quãtum inter viscera, latentesque pectoris sinus, vnicuique animæ natura concesserit? quam proprietatẽ spiritus, quam corpus acceperit? Non tam variæ mortalibus formæ, nec in vultibus nostris sedet tanta diuersitas, quanta latet in ipsis dissimilitudo vitalibus. Inenarrabile, indeprehensibile est, quicquid nos alimentorum varia compago formauit. Et prout in nos plura seu rariora de terrenis seminibus cælestibus que coierunt, ita vel duramur tacita ratione, vel soluimur. An desperantibus credi debuerit vos existimabitis, qui negauerunt ægros posse sanari, nec in hoc probauerunt qui euasit, nec in illo quem non languor occidit. Iustas mehercule haberet mulier causas querelarum, si noua incognitaque ratione vel vtrunque seruasset. Nunquam ex magno venit affectu incredibilia vel profutura tentasse, & in re quæ plus de incerto habet, temeritas experimenti solam probat desperationis audaciam. Quid refert cuius sit conditionis æger, quantum adhuc spei, quantum videatur habere de vita? Sacrosancti sint parentum metus. Dii non sinant vt ex liberis vilior incipiat esse periturus. Medici desperauerunt. Quid istud ad patrem? Spera tu, iube sperare matrem, tuis potius affectibus, tuis crede votis. Et hoc de parricidii facilitate est, circa filiorum languorem ad desperantes potius accedere. Fidem habes hominibus, quos mentiri alius affirmat, contra quos iterum credis vni præsertim. Pessime hercle de tua ferita te sentirem, si in quacũque filii curatione non adhiberes propinquos, non interrogares amicos, non respiceres ad matris animum: non hanc primam impatientiam, non hunc consulis timorem. De nullo filio minus debet soli sibi permittere pater, quàm qui videtur vtique moriturus. Fratres, inquit, & gemini erant, ideoque incredibile est illis eundem fuisse lãguorem. Rogo quis in vllo mortalium ferat ignorãtiam pariter & affirmationẽ? quisquis nescit quod genus languoris sit, non potest scire an idem sit? Nihil Iudices in rebus humanis vo-

luit esse rerum natura tam simile,quod non aliqua proprietate secerneret. Quid refert an ex iisdem prima illa duorũ corporum animorúmque compago seminibus oriatur? Sibi quisque firmatur,sibi quisque componitur,& duo pluresve fratres nascuntur fato singulorum.Hanc ipsam vidi indifferentiam quam mirantur occursus,stupent ciuitatis oculi, parẽtum tamen agnitio dignoscit,separat notitia nutricum,& fallẽtibus notis, est rursus quod faciat ipsa similitudo dissimile.In plerisque quanuis sit indiscreta facies , inuenitur tamen alius oris sonus,habitus,incessus : sed vt ipsa consentiant, diuersa mens,contrarii mores, & vitæ genera rixantia. Quid quòd non eandem esse naturam geminorum probat etiam fortuna dissimilis?Hunc percussit paupertate perpetua,illum insperatis opibus excoluit.Illius per titulos & honores, illius per ignobiles obscurásque sordes totam duxit ætatẽ. Simile est quicquid accipiunt ex homine Gemini, dissimile quicquid ex fato. Nec enim tam pariter in lucem de maternis exiluere visceribus,vt illos eadem origo signauerit. Quãtum putas interfuisse tem poris,dum primum vteri pondus egeritur, dum parũper exonerata vitalia altero rursus homine laxantur? Breue fortassis exiguúmque videtur mortalibus oculis, sed si terrena mente perspicere velis orbis huius vastitatem , scies multum esse quod inter duas transcurrat animas. Voluitur super nos hæc cæli siderúmque compago,& sol præcipiti per procliue decursu,totius diei noctisque breuitate emensus orientis occidentisque cursus , diuersorum siderum in primo statim ortu rotato se rursus axe consequitur.Hoc tu paruum credis esse spatiũ, quod diuersis pariter rebus impletur? Quantum inter illa transcurrentis horæ momẽta nascitur perit?Igitur quando vnquam peregrinati sunt vna,militauere pariter? quid non diducti separatique fecerunt?quando illos languor,quando suprema iunxerunt?Et quandoque sit necesse est aliter,alter ex Geminis quòd pariter languerunt, non sic accidit quomodo fratribus,sed quomodo duobus.Non eodem fato languere Geminos,quemadmodum vultis,bre uius probem,quàm quòd nec vterque occisus est,nec vterque sanatus. Sed fingamus hoc esse verum,quòd desperauerunt medici,relinque nobis pater innocentiam calamitatis,salua sola tia sint de liberis,quos tibi videris non perdidisse nisi fato. Quis ex parentibus nescit hac se mortalitatis procreare lege? Sed indigne exitus supra orbitatem sunt. Ideo magis flemus illos,quos bella rapuerunt,hausit incendium,naufragia merserunt.Fortius feras inter assiden tium manus, inter suorum officia labentes, cum se inuicem oscula, cum se satiauere sermones,cum data suprema mandata sunt,& se scit pietas omnia feciſse pro vita.Igitur verum dixerim, illos mori credimus, hos perire. Non inuenio quemadmodum excusationem pater de consensu possit accipere medicorum. Hoc est quod omnem comparationem feritatis excedit.Filiũ pater propter hominẽ,quem non putauit posse sanari,occidit? quod tu monstri portentique genus es?habes parricidii patientiam,non habes orbitatis. Ita demum potes ferre filii mortem,si facinus adieceris.Tu occidis quia desperauere medici.Quererer mehercule si reliquisses,si quid de continuatione curæ solicitudo laxasset. Nihil ergo plus facies, quàm illi qui nunc plures fortassis circumeunt ægros, quos detrahit, quos auocat alia curatio.Filios saltem committe vel matri,de fortuna queratur,diis faciat inuidiam.Mulieri quæ ferre non potest quòd videris desperasse , nunquam ex hoc rationem reddas , quòd occideris.Quis hanc Iudices impudentiam ferat? tentat pater vt & huic rei credatis,quôd desperauerunt omnes,& quòd sperauit vnus.Nostræ quidem querelæ sufficit non conueniſse medicis?& cum inuentus sit qui contra sensum desperantium genus aliquod sanitatis afferret, fas erat Iudices vt adhuc inueniretur alius qui lætiora vtiliora promitteret.Hoc nunc me queri putatis,quòd in re,de qua credere nec omnibus debuisset,accessit vni? Nó interest an supersit remedium quod tentare non debeas: & vbi tantundem periculi speres quantum desperatio habet,melior exitus est,qui facit miseros innocentes.Quid inuidiam prioribus medicis paramus?Nemo magis desperat,quàm qui se negat nosse languorem. Quin ais pater? Ita tecum quisquam sic audet agere de duobus filiis,tanquam de duobus ægris?Tu ex Geminis alterum occidendum dabis?Non ferrem si separare expositurus auderes,si contentus esses educaturus alterutrum,non ferrem a piratis captum filium alterius vicaria seruitute redimentem.Tu de orbitate facies vices,& casum singulorum per vtrunque diffundes? Parricidium vocarem si promittẽte medico quòd sanaret vnum,posses eligere periturum. Pene crudelius est Geminos diuidere quàm perdere.En scientia cui debeat credi,negat se scire causas languoris,deinde promittit quicquid licere non deberet nec intelligẽtibus, Occidam,inquit,deinde sanabo.Memineris pater in hac conditione prius esse vt occidas. Non est tanta pietas seruare filium,quãtum facinus occidere.Tu nunc hoc putas profundæ artis esse secretum?Ver-

ba tantum desperationis inuoluit, & homo cautissimæ vanitatis captat illam nouissimam circumire breuitatem. Vides quanta promissum suum experimentúmque caligine medicus inuoluerit? nunquam constabit an fuerit languore moriturus æger qui aliter occiditur. Non noui, inquit, languoris genus. Post hanc vocem mehercule non deberes committere ægros, etiam si vellet experiri potionis hausstus, ciborũ fomentorúmque nouitates. Nescio, inquit, sed si permiseris alterius aperire vitalia, pectus effringere, remedium fortassis inueniam. Iam excusatus es medice matri, sperasti ne tibi crederetur. Differo paulisper quòd de fratribus, quòd de Geminis, quòd pater hoc facit non consentiente matre, publico potius mortalitatis contendo nomine, non debere genus istud curationis admitti. Actum est velut de genere humano, si nobis pro salute ægri opus est morte hominis alterius, & pene ratio sanitatis intercidit, si consumit medicina tantundem. Ego quenquam dicentem feram, vt inueniam valetudinis causas, date mihi aliud corpus, alia vitalia occidam: deinde salutaria quæram, profutura meditabor? Ita non facilius est nosse languorem? Quæ hæc est impudẽtia crudelissimæ vtilitatis? Aegrum placuit occidere, vt inueniretur cur non debuisset occidi. Nullum sanctissimi Iudices natura morborum genus solis visceribus abscondit, & quicquid causas valetudinis de vitalibus trahit, in corpus emanat. Inde pallor, inde macies, quòd ad interiorem dolorem superposita consentiunt. Non inuenio cur hominem vulneribus exquiras, cur remedia quoque vitalibus per corpus immittas, & in latentes meatus per hæc quibus tegimur medicina descẽdat. Cur ergo non eadem ratione languor admittit intellectum sui qua sanitatem prodit? Abditos profundosque morbos, aut citatior clausi sanguinis cursus, aut crebrior anhelitus laborantis animæ indicat. Crede de his ante omnia sensibus, oculis tuis, & ipsos de quibus agitur modo singulos, modo pariter interroga, cui potissimũ parti graue tacitæ pestis pondus insederit, vnde prorumpat in gemitus conscius dolor. Medicus qui per hæc non potest inuenire languorem, non inuenit nec remedium. Quid si aliquid sanato medicina potest præstare rationis? Sufficit quòd aliquando iam facta ex vnius hominis inspectione, ad totius intellectum naturæ medicina profecit. Quid allaturus huic ægroto est, quod non tot seculorum, tot languentium experimenta deprehenderint? Vis tu potius hac audacia, qua secreta languoris exquiris, remedia tentare? Breuior via sanitatis humanæ, propior nostræ salutis vtilitas est. Si viscerum nimius ardor stricta se membra durauit, adhibe remedia laxantia. Si fluitat nimiis æger laboribus, præsto sint per quæ pressis clusisque venis in nouas vires corpus arescat. Si parum prodest abstinentia, rursus ciborum qualitate foueatur. Si spiritus receptis premitur alimentis, ad puriores meatus ieiunio famêque tenuetur. Contigit tibi magna experimentorum materia medice, ægri duo, & languor idem. Non est opus vt expectes quando super vnius hominis patiẽtiam explicet profuturorum magna diuersitas. potes experiri pariter eadem consentanea, diuersa, pugnantia. Nulla ratio est vulnerum, sanguinis, supremorum. Quemadmodum sanari debeat alius æger scire non possis, nisi ex altero sanato. Quid quòd etiam vt idem sit valetudinis genus, necesse est tamen duorum corporum diuersitate varietur? Nunquam in alienis visceribus inuenias totũ quod de altero quæras, & alius languor est, alius æger. Cur maximum nefas alterius filii salute defendis? Homo in quo sola queritur causa languoris propter medicum occiditur? Adiice quàm nec deprehendendi ex non sanato potest vllius causa languoris, quicquid nos in vitia morborum a naturali sanitate commutat, facit aut nimii sanguinis pondus exæstuans, aut superfluens calor, aut naturalem modum humor exundans, aut spiritus per tacitos meatus non solita laxitate discurrẽs. Quid horum si vitalia ferro vulneribusque resecentur, saluum potest esse languentibus, cum compressi spiritus laborem protinus ille referati pectoris meatus emittat, sanguis iisdem pariter deprehendatur, egrediaturque vulneribus? An fas putatis vt suam seruent viscera nudata facie? vt nihil perdat ex priore natura illud pectoris vitæque secretum, cum admisit oculos? Plurimũ in nobis etiã timore mutatur. Quãtum affert solicitudo, gaudium, dolor, & aliquis subitus affectus? Quoties dum ad curationem præparatur æger, dum cõponitur ad sua remedia corpus, medentium manus anima destituit? Iam vero ad singulos ictus, & longissimas vulnerum moras quantum ex toto homine conuertitur clamore, gemitu? Necesse est omnes perire quibus continetur vita causas, quoties vita ipsa cõsumitur, & cum homine qui propter intellectum languoris occiditur, ipse quoque paulatim languor emoritur. Differ saltem pater hanc crudelitatem, quicquid ex filio facis, facies ex cadauere. Si potest deprehendi languor cum occidit, facilius cum occiderit. Interrogare mehercule hoc loco libet, vtrúm ne periturum pater an medicus elegerit? Negauit sua interesse quem occideret, hoc si alter perís-

ſet,probauerat vtrunque fuiſſe periturum:cum conualuit,probat vtrunque victurum. Ad ſæuiſſimam curationem potuit ægrum facilius mehercule explicare,ſi eſſet vnici pater. Sufficit ergo comparare,decernere,num iterum ille tibi precioſior, ille melior incipiet eſſe victuro. Vbi eſt impatientia patris,qua vix dimittitur cadauer in rogos? qua corpus exanime detinetur amplexu? Dii immortales quàm ſæua, quàm crudelis eſt ipſa cunctatio, dum deliberas, dum vnumquenque detractas,parricidium in vtroque conſumis. Duorum vtilitate fit,vt ex fratribus poſſit alteruter occidi. Nunquam Iudices res tam horribilis,tam inauditæ feritatis admiſſa eſt. Filium pater propter eum occidit,quem etiam ipſum poterat occidere. Trãsfert Iudices reus in medicum electionis inuidiam. Ille,inquit,æſtimauit, ille decreuit. Ergo manifeſtum eſt non parem fuiſſe languorẽ. Ex duobus ægris plus habuit ſpei, propter quem debuit alter occidi. Recede pauliſper mulier infœlix,filii tui nobis referenda curatio eſt. Fœlices ægri qui languore moriuntur,qui ſupremos anhelitus inter ſuorum amplexus alloquia poſuerũt. Vt erat iuuenis primo ipſo comparationis incerto,mox electione cruciatus abacta eſt a perituro prima mater,& modo ſedula miniſteria ſeruorum repente mutata ſunt in mortis officia. Detrahuntur trementibus velamenta mẽbris,& vt graſſaturas manus totum corpus admitteret, nudatur miſerabilis ac deflenda macies. Toto deinde tenditur toro, & ad immobilitatem rigidámque patientiam per omnia lectuli ſpatia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telum, non quo dextera ſtatim totum vulnus imprimeret, ſed quod leuiter paulatimque deſcendens animam in conſilio mortis ac vitæ librato dolore ſuſpẽderet. Hæc exhortatio,hoc fuit perituri iuuenis alloquium. Fortiter dura, patienter admitte, ſanabitur frater. Non eſt quòd exanimeris metu,dolore deficias. Caue viſcera exclamatione ne laſſes, anhelitu gemitúque concutias,ne remedium pereat alienum. Paſſus eſt miſer diſcurrentem per omnia reſerati pectoris improbum vagæ artis errorem. Contentum fuiſſe medicum toto homine diſcurrentem primo putatis aſpectu? Egeſta ſæpe vitalia,pertractata,diducta ſunt:fecerunt manus plura quàm ferrum. Stat iuxta medicum pater apertis viſceribus inhians, ſtillantem animæ ſedem cruentis manibus agitantem ne feſtinet hortatur,iubet altius diligentiusque ſcrutari,interrogat,dubitat,contẽdit,affirmat,& accipit de filii morte rationem. At mulier infœlix cluſis aduoluta foribus,cruentúmque ſecretum toto corpore effringens, velut ſuper buſta, tumuloſque clamabat. Audi miſerrime iuuenis, ſi quis adhuc tibi ſupereſt ſenſus, exaudi. non permiſit hoc mater, crede orbitati meæ, crede lachrymis, nec frater hac vellet ratione ſanari. Inter hæc reficiebatur miſer hauſtibus, detinebatur hoſtilibus alloquiis, comprimebatur reſiduus cruor, cludebantur aperta vitalia. Nemo vnquam tam noua pertulit commenta ſæuitiæ,tanquam ſanaretur,occiſus eſt. Ite nunc & quærite an potuerit medico ſanante viuere,qui tãdiu vixit dum occiditur. Vos tũc putatis illius tantum languoris medicum quæſiſſe cauſas:quæſiuit quicquid neſciebat,& vſus occaſione rariſſima in omnem voluit proficere nouitatem. Dii immortales quantũ infœlix iuuenis animæ,quantum ſanguinis,quantum habuit ex vita,qui pertulit ordinem longiſſimæ curationis? Vix ægre miſero licuit mori,vix a cruciatibus ſuis anima dimiſſa eſt. Inuentum putatis eſſe languorem? Inuentum eſt illum potuiſſe ſanari. Agedum commento tuo ſenex ſuperbus exulta,habes quod liberis, quod parentibus, quod imputare ſeculo poſſis, feciſti medicum parricida meliorem. Libet mehercule intueri par illud, ægrum vidiſſes hominem, qualem non ſalutares medentium manus,non ars inuenta pro vita, ſed diri ferarum rabidique morſus, & auium fames ſatiata deſtituit, hinc alium in nouas vires recensque robur reddito vigore ſurgẽtem. Vultis ſcire Iudices vnde venerit tanta diuerſitas? Illum pater curauit,hunc mater. Quantum,inquit, miſera pertuli laborem dum tam magnam foueo triſtitiam? Non fuit mihi rixa cum morbis, nec cum repugnantis valetudinis rigore contentio: totus in lachrymas mœroremque reſolutus oderat lucem,reſpuebat cibos,taſtidiebat hauſtus,& vitam parricidii pudore fugiebat. In omni proclamatione gemitúque frater,ille diebus ac noctibus cogitationes,ille torquebat oculos. De quibus tu ægris impotentiſſima medicina mẽtita es? Non fuit,non fuit ſolo lãguore periturus,quem non potuit nec mors fratris occidere. Quid igitur,inquit,miſerrima fœminarum,ſæuiſſime ſenex ex hac recordatione triſtiſſimæ orbitatis ad hos vultus,faciemque conuerteris? Sine dubio filius eſt,& poſt grauiſſimas denũciationes redditus vitæ. Sed ignoſcat natura,pietas, non eſt ſolatium matri vnius ex Geminis. Fœlicior ille dolor eſt,qui tranſigi ſaltem cum oculis poteſt,renouatur, accenditur, & in his vultibus illum quotidie putat videre pereuntem. Sed & ipſe gaudio redditæ vitæ lætitiáque non fruitur,nec ſe credere poteſt charitate prælatum,quem medicus elegit. Sẽtit infœlix cu-

ius orbitatis vnicus ſit,quibus lachrymis perfundantur oſcula,quàm magnis profundisque ſuſpiriis concutiantur amplexus. Miſera verecundia ſanitatis ingratæ, precium ſibi videtur fratris occiſi. Conuertitur hoc loco Iudices mulier infœlix, & velut ad quãdam præſentiam amiſſi iuuenis,ſiue,inquit,tandem ſecuritate mortis explicitus,in aliquo ſedis æternæ pudore requieſcis,ſiue excluſus ac vagus,& inter fabuloſa ſupplicia metuendus adhuc laceratione, per ſtupentes horrentesque manes vmbra diſcurris,audi miſerrimæ matris iniquiſſimã comprobationem. Non quidem licuit mihi in illud cubiculum conditorium tuæ mortis irrumpere,nec ſuper chariſſima membra proſtratæ meis vulnera tua tegere viſceribus:quod ſolum tamẽ potui,corpus quod medicus,quod reliquerat pater,hoc ſinu miſera collegi, ac vacuum pectus frigidis abiectisque viſceribus rurſus impleui, ſparſos artus amplexibus iunxi, membra diducta compoſui,& de triſti terribilique facie tãdem ægri cadauer imitata ſum. Hoc eſt tamen quod de triſtiſſima orbitate præcipue ferre non poſſum,propter fratrem videris occiſus,nec tamem vnquam conſtare poterit,an tu ſanaueris fratrem.

GLADIATOR, DECLAMATIO IX.

ARGVMENTVM.

Abdicare & recuſare liceat. Pauperis & diuitis inimicorum filii iuuenes amici erãt. Filius diuitis,cum in piratas incidiſſet,ſcripſit patri de redemptione. Illo morante profectus pauperis filius cum amicum apud piratas non inueniſſet,quia laniſtæ vænierat,peruenit in ciuitatem in qua munus parabatur,ſub tempus ipſum,quo pugnaturus erat diuitis filius. Pactus eſt cum munerario pauper adoleſcens,vt vicariis operis redimeret amicũ. Petiitque vt ſi egeret pauper pater,alimenta ei præſtaret. Ipſe in pugna occiſus eſt. Diuitis filius reuerſus egentem inuenit pauperem,palam cœpit alere. Abdicatur.

PRO FILIO CONTRA PATREM.

NEminem vnquam Iudices intra tam breue ætatis ſuæ ſpatium plura terra marique perpeſſum,quàm quæ proxima peregrinatione, vel tuli,vel timui, vel vidi,facilis vt opinor fides eſt,cum ex omnibus quos nouimus mortalibus vnus nominari me miſerior poſſit,quem infœlicem ego feci. Tamen in hac quoque omnia excogitantis in me fortunæ violentia confiteor nũquam hunc me concepiſſe animo metum,ne poſt redemptum per alienas manus filium diſpliceret patri meo miſericordia. Illas verebar magis iam non tacitas vulgi opiniones,quibus crudelitatis atque ſæuitiæ reus peragor apud pleroſque ſanctos & graues homines. Nõdum excuſare potui quòd redemptus ſum. obiicitur mihi orbatus ſenex,& ille qui mihi modo ſaluo filio etiam contra diuitem ſteterat, amiſſis in vno iuuene omnibus bonis inimicæ domus ſupplex. Licet enim totas aduocemus in odia fortunæ vires,& egentem vnum ſenem vniuerſa gratiæ mole calcemus,confitẽdum eſt tamen,plus amici nocuimus,quàm inimici. Quin ipſa prorogatæ quotidiana ſtipe infœlicis animæ videtur quodammodo maligna clemẽtia. Quod enim beneficium eſt efficere vt viuat orbus? Vnum tamen vel grauius crimen infœlix hæc abdicationis meæ fortuna defendit, quòd vix ad ſuſtinendum ſpiritum ſufficientes cibos,prorſus tantũ mortis impedimẽta,auara manu dederim. Puto iam ignoſcetis omnes, ſi plus præſtare non potui inuito patre. Quanquam Iudices oboritur animo meo nonnunquam & illa ſuſpitio,quòd patrem non alimenta vni ſeni parce viuere aſſueto,nec liberaliter data,nec diu danda,in offenſam mei compulerint. Quantulum eſt enim facultatibus diuitis,quod ſub patre ſane tenaci filio familiæ ſupereſt? Ac ſi foret maius forte momẽtum,quis tamen parẽs tam durus eſt,vt propter aliquam impenſam carere filio velit,quòd ipſe celatus ſit,quòd non ſuæ miſericordiæ pauperem commiſerim,non rogauerim,præſertim qui quicquid vnquam petii a patre exoraui? Sed neque hæc vltimo fulmine caſtigari meruit in differendis precibus verecunda cunctatio. Qui dum tempus opportunum,faciles aditus,hilariorem animum capto,interim volui ſupereſſe cui ignoſceret. Neque inficior tamen fuiſſe me lentiorem quàm oportuit,tametſi hoc præcipue habere videor patris ſimile. Sed ſi vlla emẽdatio pœnitentia eſt,hic in publico vobis adhibitis rogabo. Non ego æs alienũ luxuria contraxi, nec profuſus in vitia fortuna noſtra male vſus ſum. Redemptionis meæ precium debeo. Si impetro,intelligam verum eſſe,quod quidam opinantur,ambitioſum patrem publicare voluiſſe domus ſuæ miſericordiam, ne viderentur pauperes tantum vitam inimicis ſuis

dediſſe. Si perſeuerat vt porrectos egenti cibos mea fame rependat, & expulſum omnibus bo nis filium ſimilem faciat inimico, vereor ne iniquis exiſtimatoribus inexpiabilis illius, & ſæpe reprehenſi odii culpa videatur penes patrem, qui tam facile iraſcitur. Verum enim ſic placet, fortunæ magis moribus diſſidere, quàm ſuis. nam & paupertatis eſt proprium, quando alia deficiunt, exercere libertatem, & dum contemptus fama vitatur, potentiores vel ambitioſe offendere, & nacta bonam conſcientiam magna fortuna indignius imparem aduerſa rium patitur. Ergo conſeruit vt ſolet calus duratura longius a paruis initiis odia, dum contumeliam humilitas facilius intelligit, dignitas grauius. Neque vlla fuit æmulatio (quæ enim eſſe inter impares poteſt) ſed fato quodam ſimilis ex diuerſis cauſis contentio. Hic iraſcendo pertinax erat, ille incẽdendo cõtumax. Quanquam niſi vltimam exprimere cõfeſſionem vi ctı vtique placuiſſet, multa iampridé ſigna dederant veniæ, finémque pugnæ petentis. Nam quo pertinuiſſe credimus, quòd pauper adoleſcens relictis omnibus ſolum me quem coleret, qué amaret, elegerat. Sine dubio a primis ætatis annis iunxerat nos ille potentiſſimus amor puerilis, dum aut nulla erant inter parentes odia, aut a nobis non intelligebantur. Poſt didu ctas tamen domos perſeuerauit, immo impẽſius laborauit. Et ſi quid mini in eo perſpectum eſt, nihil horum fecit inuito patre. Quantum intelligere potui, pauper ſine dubio pudore ce dendi ne damnaſſe cauſam ſuam videretur, ſimul quod nulla ipſi dabatur gratiæ via, ſtare vi ſus in ſuſcepto circuitu, tamen quoſdam molliores tentauit aditus, & dum firma tãdem pax interpretaretur, filium nobis obſidem dedit. Ac ne meus quidem offendi vſus eſt pater, certe nunquam reprehendit, nunquam prohibuit, nec clam feci, nec contumacem aduerſus patris imperia vnquam fuiſſe me vel ipſe rerum declarat ordo. Nam quanuis infeſtum latroni bus mare iuſſus intraui. Neque diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri, cur hoc mihi imperaret, quod ipſe facere non potuerat: ego etſi neſciebam non interrogaui, ſatis plena ratio fuit patrem velle. Fœlix nauigantium cõditio, qui procellas modo & læuos tempeſtatis incurſus, & albentes fluctibus ſcopulos, aliaque pericula tantum maris pertulerunt: ego miſer naufragis inuideo, captus barbaris manibus, nec tam nexu catenarum vinctus, quàm ponde re, inundatum carcerem tuli, & vincula macie laxaui. Quis non ignoſceret omnibus, qui poſt hoc exemplum nauigare timuiſſent? Ego qua vna ſpe miſera trahebatur anima, literas de redemptione ſcripſi patri (teſtor deos) ſoli. Quid enim ſentire viderer de parentis affectu, ſi hoc incolumi redemptionem ab alio petiuiſſem? Nam quod vnum mihi ſecundum patrem fortuna videbatur paraſſe præſidium, hoc ſperare in illa ſorte non poteram. Quid attinebat amico ſcribere, quem ſciebam non habere vnde redimeret? Nunquam ne mihi dabitur liberum tempus conquerendi apud patrem de amicis ſuis, qui proficiſci volentem retinere tentarunt, qui piæ feſtinationi attulerũt moras? Profectus eſſet tamen vel inuitis omnibus (quis enim non hoc præſtaret filio pater) niſi quòd interim amicus anteceſſit. Illum non pericula maris, non infeſti latronibus ſinus, non vicinum meæ fortunæ documẽtum prohibuit. Mi nus hæc miror de amico: illud eſt quod penſari nullis beneficiis poſſit, proficiſcente non reti nuit pater. Immo ſi quid in ſubſidia vitæ ſepoſuerit parca frugalitas, id omne in impeſas itineris contraxit & contulit. Infœliciſſime ſenex, ſic egere cœpiſti. Dicam nunc ergo per quos iuuenis præſtantiſſimus nauigauerit fluctus, quos acceſſerit ſcopulos, quantos luſtrauerit ſinus? Faciliora iſta putant qui nunquam nauigauerunt. In omnia præceps, ſine reſpectu ſui, quem iam tum apparebat vitæ non parcere, adiit, explorauit, & tamen ille quoque qui tantopere feſtinabat, ſero peruenit. Audite audite Iudices nouam captiui querelam, iam miſer apud piratas non eram. Alebat deuotum corpus grauior omni fame ſagina, & inter debita noxæ mãcipia contemptiſſimus tyro gladiator, vt nouiſſime perderem calamitatis meæ innocentiam diſcebam quotidie ſcelus. Hæc tamen omnia ſuſtinui, tuli: adeo difficile eſt etiam ſua cauſa mori. Et iam dies aderat, iámque ad ſpectaculum ſupplicii noſtri populus conuene rat, iam oſtentata per arenam perituroruṁ corpora mortis ſuæ pompam duxerant, ſedebat ſanguine noſtro fauorabilis dominus, cum me cuius, vt interiecto mari, non fortunam quisquam noſſe, non natales, non patrem poterat, vna tamen res faceret apud quoſdam miſerabilem, quòd videbar inique comparatus. Certa enim arenæ deſtinabar victima, nemo munerario vilius ſteterat. Fremebant vbique omnia apparatu mortis: hic ferrum acuebat, ille accendebat ignibus laminas: hinc virgæ, inde flagella afferebantur, omnes piratas putares. Sonabant clangore ferali tubæ, illatisque libitinæ toris ducebatur funus ante mortem. Vbique vulnera, gemitus, cruor, totum in oculis periculum. Si quid eſt in me abdicatione dignum Iudices, vnum crimen agnoſco, quòd in hæc amicum meum miſi. Eſt quidem fœli-

cibus difficilis miſeriarum vera æſtimatio,figurare tamẽ poteſtis qui tũc animus mihi,quæ cogitatio fuerit. Nanque & natura redit in extremis triſtis præteritæ voluptatis recordatio, & mihi cum generis conſcientia, cum fortunæ conſcius aliquando fulgor, cum liberales artes,cum omnia quondam honeſtiora munerario meo,domus,familia,amici,cæteráque nũquam videnda in vltima mortis expectatione ſuccurrerent tenenti ſeruilia arma,& ignominioſa morte perituro,tum(ſi vlla miſeris eſt fides) quod horum omnium ignari agerent propinqui,nihil peius de fortuna mea ſuſpicantes,quàm quod ſcripſeram: illud tamen grauiſſimum,quòd patrem qui tãdiu non veniret,captum putabam.Ergo tota cogitatione intentus in mortem,expectabam cruentum illum confectorem. Quis enim dubitet quid futurũ fuerit ſi ego pugnaſſem?Ille quoque occiſus eſt qui inter nos vt apparet fortior fuit. His cogitationibus attonito,& in mortem iam pene demerſo,inopinata ſubito amici mei ſpecies effulſit.Obſtupui,totúmque corpus percurrit frigidus pauor,neque aliter quàm ſi vana obiiceretur oculis imago,mente captus ſteti.Vbi primum lux rediit,laxatũmque eſt iter voci. Quid tu inquam,quo caſu perueniſti huc miſer?Nunquid & te vẽdidere piratæ? At ille complexus ceruices meas,effuſis in pectus meum lachrymis ſolutus,& intercepto prope iam ſpiritu, ſero,iam trepidante me,primam vocem,& diu ſolam edidit, ſatis vixi. Vt vero cauſas itineris reddidit,& veniſſe ſe ad redimendum indicauit,& vnde inquam tibi pecunia?niſi rediſtis in gratiam,& te pater meus miſit.Audite gentes,audite populi,non ſolita iudicium noſtrũ corona circunſtet,ſed ſi patitur natura rerum,totus ad cognitionem talis exempli orbis circunfluat.Tacete priora ſecula,in quibus tamen a primordio generis humani pauciſſima amicitiæ paria admirabiliora fecerat longa temporibus noſtris fides intercepta,quicquid hiſtoriæ tradiderunt,carmina finxerunt,fabulæ adiecerunt,ſub hac comparatione taceant.Quis crederet (ſi dubitari poſſet) inter duos amicos,quorũ alterũ immunem malorũ omniũ fortuna fecerat, alterum piratis ac laniſtæ tradiderat, meliorem conditionem fuiſſe captiui? Si diues eſſem,inquit,pecuniam pro te attuliſſem.Quod vnum pauperibus præſidium eſt,manus habeo,has piratis daturus fui,has pro te in pugnam vicarias dabo. Ignoſce pater, quòd nimia contentione affectus pene tibi orbitatis vulnus impreſſerim.Teſtor deos non per me ſtetiſſe quòd viuo. Neque enim ita me efferarat ludus,aut in tantum durauerat animũ cædis longa meditatio,vt cum amicum vellem occidi,qui pro me mori poterat. Vindicabã mihi fortunam meam, & adhuc neceſſitatis gladiator depugnare etiam volebã, neque vllis precibus poteram euinci, quãquam ſe non ſuperfuturum alioqui minabatur, idque vnum affirmabat intereſſe,vtrũ vicarium mallẽ habere mortis,an comitẽ.Non vici. Quid igitur actũ ſit quæritis? Duxit me ad munerariũ Iudices. Quas ego illius preces,quàm pertinaces lachrymas, quàm miſerabilem obteſtationem vidi?Nemo vnquam ſic rogauit miſſionẽ.Transferuntur in illum detracta corpori meo arma,& male aptatis inſignibus feſtinatum par producitur. Quid me admonetis ſupremarũ amici mei precum, quibus hæc alimenta caro empta inopi patris ſenectæ perita?adiutoriũ hoc ad cauſam putatis?Me pudet quòd rogatus ſum.Per hãc, inquit,mihi lucem vltimam,per notiſſimam amoris noſtri fidem, non ſinas mendicare parentem meum.Suſtineas,adiuues,præſtes affectum: ſi mereor, tu ſis illi vicarius meus. Nec plura dicendi tempus fuit:iamque ſuprema per galeam dederam oſcula,digreſſisque in diuerſum miniſtris permiſſus Mars erat. O quàm ſolicitus ſpectaui,quàm attonita mente, quàm ſimili corporis motu. Quoties ad infeſtum mucronẽ quaſi ipſe peterer, me ſummiſi? Quoties ad conatus erectus ſum?O miſera cogitatio,o crudelis natura metus,merito tu amice pugnare maluiſti.Facinus indignum,illum animum,illum ardorem non cõtigiſſe caſtris,non bellicis certaminibus,vbi vera virtus nulla pugnandi lege præmium ſcribitur. Qua vi prælium inuaſerat,iratus etiamnum tanquam aduerſario meo, ad omnes impetus excipiebatur callide veterani gladiatoris aſtu,omnes conatus contra ſe erant.Nec difficilẽ tamen ſub illo præſertim auctoramẽto habuiſſet miſſionem,ſed noluit gladiator viuere. Igitur iam nudum corpus vulneribus offerens,vt totam prope mercedem ſemel ſolueret, ſtans periit, cui licuit in patria,in domo,inter propinquos,ſecuro conſeneſcere æuo,cui tranquillã ſine reprehẽſione agere vitam,iacet confectus vulneribus,& primo iuuẽtæ flore fraudatus periit miſer fato meo.At ego qui debebar illi fortunæ,quem mors ſibi deſtinauerat, emiſſus ludo nocentior, quàm vẽditus,etiam viatico illius infœlicis reuertor. Placeamus licet nobis fortuna noſtra pater,pauperi ſoluẽdo non ſumus.Siqua eſt fides Iudices, pudet me contra indicare mea beneficia,nec videor vobis rationẽ poſſe reddere, quòd mihi tam parũ obiiciatur. Redẽptoris mei patri in precium meum orbo,egenti,quid præſtiti?Quod pirata capto,quod laniſta gla-

diatori,exiguam ſtipẽ,& cibos ſemper petẽdos. Quãtulum enim dari poterat,quod non ſen tiret dominus tam curioſus?De hac re cõſediſtis, hoc concitauit iſtam iudicii ſcenam, panis datus mendico, & dilatata hac impotentiæ noſtræ opinione videbamur amicos ferro occidere,inimicos fame. Computemus totam iſtam meæ luxuriæ impẽſam,audite ſummam, & miramini ſi hos ſumptus ne diuitiæ quidem ſuſtinẽt. Tanti cõſtat patri captiuitas mea,cum tam caro redemptus ſim. Quo tãdem patereris animo,ſi delicatus adoleſcẽs præſertim ſplen didis opibus,vel ex ætate mores,vel ex fortuna traxiſſem,& tẽpeſtiua conuiuia,& peruigiles ludos aduocata ſodalium turba,ſolutus atque affluẽs agerem,tantũmque impẽderem quantum non poſſet te ignorãte conſumi,quæ tamen ipſa boni patres libenter annis remiſerunt, cum abdicatione dignum putes,& vltimo patriæ poteſtatis fulmine coercẽdum, quare mẽdico ſeni porrexerim,vt parciſſime dicam,quod illi filius miſit? Non redẽpta meretrix,non egeſtum conuiuiis fœnus, non lenonum paraſitorũmque cara adulatio in crimen venit, cibaria ſenis nempe vnius ætate ac malis confecti. Hoc diuitias tuas concutit, hoc fundatã paternis auitisque opibus domum exhaurit. Si tam auarus es, computa, adhuc de alieno vixi. At hæc fortaſſe quæ circunſtat iudiciũ corona,& omnis ignara cauſæ turba,magnum neſcio quod & portẽto ſimile crimẽ expectat. Abdicas me pater tam cito? Modo tibi ex illa funeſta peregrinatione inſperatus reuertor,vnde vt venirẽ vix optare potuiſti. Nulla adhuc pro redi tu meo ſoluta ſunt vota, non percuſſæ diis immortalibus hoſtiæ , redemptori certe gratiam non retulimus. At ego expectabam,vt deſiderio incenſus affectus vix poſſet expleri, vt poſt infauſtam profectionem velut obiurgatus tanto periculo,nunquam me poſt hoc ſaltẽ peregre dimitteres. Vix ſalutatis laribus expellor,& apud pleroſque dubitari poteſt, an admiſſus ſim. An hoc agis ne quid tibi præſtitiſſe videatur qui me redemit? Sæuus enim credo & impius,&(quod maximum omnium vitiorum ſignum eſt)ingratus beneficia patris non æſtimo. Fortaſſe cui vitam debeam neſcio,nulla eſt apud animum meum memoria meritorum. Miſerum me quòd non poſſum tantum ſoluere,quantum accepi. Quanquam cauſas abdicationis pater altius repetit,& vltra peregrinationẽ meam inquirit,idque ratione duplici. Primum vt reũ,quia premere atrocitas criminũ non poteſt,turba confundat:deinde vt grauius videatur iudiciũ patris,cum is dãnet qui ſoleat ignoſcere. Cur,inquit,cum ego inimicũ habe rem pauperẽ,tu amicũ filiũ eius habuiſti?Volo Iudices omiſſa omni contentione ſcilicet ſic agere,peccaui,veniã peto,& errare hominis eſt,& ignoſcere patris. Duxit me ſimilis ætas,eui cerunt officia,cœpit fides,amãtem odiſſe non potui. Nihilominus ſatis abundẽque pœnarum eſt,& ſi pietatẽ tuam bene noui,plusquam velles,datum eſt. Quãtumlibet peccauerim, quid amplius iratiſſimus dominus exigeret?Ludo tibi ſatisfeci. Nullũ me cladibus meis finem dari placet?Parũ eſt quòd inſanos pertuli fluctus:& ſæuis tempeſtatibus cõmiſſus,arbitrio vẽtorum pepẽdi?Parũ eſt quòd in nefarias latronũ manus præda perueni,&(quæ vltima malorũ etiam ſeruorũ cõditio eſt)ſine exceptione vænalis. Inde me ſi voluiſſet,emere potuit inimicus. Parũ eſt quòd me diu piratæ in carcere retentũ, quia redemptorẽ illis diuitẽ promiſeram patrẽ,in ludũ vẽdiderũt tãquam decepti?Quòd quotidianæ pugnæ meditatione tãdiu mori didici?Quòd cõpoſitus,armatus,inductus perierã,ſi melior amicus fuiſſem,niſi meno ua velut in portu adoptata tẽpeſtas,paternis laribus extorrẽ,& neceſſarii quoque victus inopem,circum ad alienas mitteret domos?Pudet enumerare calamitatũ mearũ gradus, piratã, laniſtã,patrem. Atqui pars iſta crim inis Iudices mei non defendi meruit ſed laudari. Neque enim reperio quid in rebus humanis excogitarit natura præſtantius amicitia, quid concordia cõtra fortunã maius auxiliũ?Nam primũ præter cætera animalia induit noſtris pectoribus quandam ſocietatem,quæ mutuo gaudere congreſſu,contrahere populos,condere vrbes edocuit: & cum mentibus noſtris varios impoſuerit motus, nullum profecto meliorem beneuolẽtia tribuit affectum. Quid enim foret humano genere fœlicius,ſi omnes eſſe poſſent amici?Non bella,ſeditiones,latrocinia,lites,cæteráque mala,quæ hominibus ex ſeipſis nata ſunt,fortunæ acceſſiſſent. Id quia nimium deo viſum eſt, at certe honeſtis conuenire mentibus,fidem colere, amoris gratiam referre, omnibus temporibus, omnibus gentibus præcipuum & quodammodo ſacrum fuit. Neque enim niſi optimis mentibus contingit, vt aut ſic amare ſciant,aut ſic amari mereantur. Hoc ego crimen expaueſcam ? Scires quantopere gloriarer pater,ſi cum amico ego rediſſem. Niſi forte ſimilitudine flagitiorum ductus,turpi me coniunxeram iuueni, quæ vita ſine dubio nomen amicitiæ non accipit. tametſi ad paria ducente natura vitia conuenerunt. Obiice mihi amicum, & habes maledicendi materiã, gladiator fuit. Quare amicus illius fuiſti? Ita opinor pœnitet. Effert te longius dolor,& ni-

mia cõcitatus ira quò progrediare non reſpicis. Non ſentis pater hoc te mihi obiicere quòd viuam? Quiſquam de illa amicitia queri poteſt præter pauperẽ? At ego inimicum habebam illius patrem. Decuerat quidem ſimultates, quas maximi omnium mortaliũ eſſe voluere ſapientes, in his deſinere in quibus naſcerentur. Nam ſic quoque immodicas ſerit diſcordiarũ fortuna cauſas, etiamſi non hæreditaria ſubeamus odia, ac diutius inimicitiæ maneãt quàm inimici. Tamen ſi quid aduerſus te ipſe commiſit adoleſcens, ſit hoſtis & meus. Si innoxius & omni vacans culpa charitatem mereri cupit, ſi nullius me amici filius validius amat, qui tandem vis pater reſpuam, & iratas obiiciam manus? Tu quoque non odiſſes pauperem ſi te amaret. Inſerit tamen ſe, & beneficiis certat. Noras adoleſcentem omnia vltro præſtantem, & ſic me amabat, quanuis tu eſſes inimicus patri. Adiice, ſi tanta in adoleſcente indoles fuit, quantam nulla vnquam cognouere ſecula: ſi fides antiquiſſima, & cum deorum cœtu permixtis inaudita temporibus: ſi me ſemper habuit chariorem ſpiritu ſuo, etiam ne deſpicienda mihi rariſſimi boni occaſio fuit? At ego perpetuam quandam mihi gloriam reor, quòd ille cæleſtis animus me potiſſimum quem amaret elegerit, quódque ego ſim probatus tanto Iudice. Me quoque igitur feret fama per gentes, & amici laudibus illuſtrior viuam. Credet aliquis idem me pro illo fuiſſe facturũ. Cur nõ inimici nos eſſemus, vos amici fuiſtis? Aliud hoc loco crimen agnoſco. Peccauimus enim fateor, peccauimus, quòd cum amici eſſemus, vos inimici fuiſtis. Hæc Iudices diutius exequerer, niſi abſoluta eſſent ipſo Iudice patre. Longum iam iſtius criminis tempus eſt, nunquam obiecit, nũquam excanduit. Et quid hoc inter nos pater cõuenit? niſi lõgiores repetis offenſas. Apud malignos videaris me iratus non redemiſſe. Sed ſi quid ante commiſiſſem odio tuo dignum, potuiſti me redemptum non recipere. Manifeſtum eſt ergo te patiente, id eſt, te volente amicum mihi fuiſſe iuuenem. Et ſane non ſolus in hac fuiſti ſententia, idem filio permiſit & pauper. Atqui ſi pars hæc cauſæ, quæ cõfeſſio ne longi ſilentii abſoluta, hodie in acceſſionem criminis alterius deducitur, poteſt apud vos impetrare veniam, facilior certe ſequentium ratio eſt. Ille enim ſane fuerit inimici filius, hic iam eſt amici pater. Nec ignoro Iudices quàm male iſta defenſio de humano genere mereatur, ſi adeo nihil eſt per ſe miſeticordia, vt niſi vlterior aliqua neceſſitas pudori vim fecerit, pro ſummo crimine damnanda ſit minus neceſſaria humanitas. Ergo ſi alienum & ignotum, tamen (quæ publica omnium mortaliũ, quippe ſub vno parente naturæ, cognatio eſt) hominem cibo forte iuuiſſem, pœna dignum videretur ſeruaſſe perituram animam, & ignouiſſe rebus humanis, & reſpectu communis omnium ſortis, velut adorato numini & ſtipem poſuiſſe fortunæ? Si hoc crimen eſt, laudetur ergo crudelitas, nihil habeatur piratis laniſtisque prudentius. Ferantur ſane profutura humano generi duo exempla intra tam breue tempus, propter miſericordiam alter abdicatus, alter occiſus eſt. Quod crimen ſi fatendum ſit, non animum mihi ipſe finxi, aut mea poteſtate regitur affectus, in arbitrio forman tis more omnium naturæ compoſitus, cum crimine meo natus ſum. Nam ſiue cæleſtis prouidentia, ſiue irrationabilis caſus, ſiue aſſignata ſiderum curſu naſcentibus nobis neceſſitas multa varietate pectora noſtra diſtrinxit, nec minus numeroſas animorum quàm corporum dedit formas. Sunt quorum mentes etiam nocentium ſupplicia confundant, qui ad omnium ſanguinem palleſcant, ignotorum quoque miſeriis illachryment. Sunt contra quĩ ne ſuorum quidem miſereãtur. Mihi mite pectus, & mollis affectus ad omnem calamitatum cõſpectum tremit. Noli me exiſtimare mea fortuna pater, non habeo gladiatoris animum. Vtinam quidem mihi cauſa permitteret ſic gloriari, iuuenis conceptus ſplendidis parentibus, cum ſolum tam ſpecioſæ fortunæ credere fructum poſſe prodeſſe, & contra varios mortalium caſus quaſi portum benignitatis aperire, concupiui quandam humanitatis vnicam gloriam, periturum hominem, ſiue illo naufragio eiectus, ſiue ſpoliatus incendio, ſiue exutus latrocinio erat, naturæ patriæque reſtitui. Paria tecum facio R. P. quæ propter me vnicum ciuem perdideras. Hæc me magis decet impenſa quàm veſtis, quàm argentum, quàm vbi laus emitur. Vbi enim pecunia melius poni poteſt, quàm vbi fœnus bonitatis extenditur? Magna conſcientia eſt, felicitatem meruiſſe. Ignotus ſane ſit & alienus, quid fuerit ante non quæro, poſt hæc erit amicus. Et hercule quo quiſque plus poteſt, quôque latius patet ad fortunæ incurſus, hôc magis cogitare debet atque reſpicere, quantum in nos fortunæ regnum ſit, quàm inſtabili ſede humana conſiſtant. Non me aurata laquearia nec radiantes marmore columnæ, nec graues cruſtæ fecerint immemorem fragilitatis. Multa ſæpe & locupletibus accidunt, ſæpe in imum ſumma decidũt. Ego vidi pauperem auxilia diuiti ferẽtem. Sed ſane ſuperbius æſtimet miſerias longa felicitas, & alienum caſum

facile deſpiciat ſecurus ſui. Ego quoties auxilia calamitatis petere aliquẽ video, non poſſum non moueri fortuna mea. Succurrit mihi continuo tempus illud, quo ipſe clementiam optabam. Ignoſce pater, ſi penitus animo meo hic inſedit affectus: amare miſericordiã miſer cœpi. Sed inimicus, inquit, meus eſt. Nam quis nos tantopere laudaret pater, ſi hoc amico præſtaremus? Hæc eſt celebranda virtus, hæc animi ſuſpicienda moderatio, vincere iram, & inter ſimultates quoque meminiſſe hominis. Vt Fabio Maximo immortalem attulit laudem ereptus ex hoſtium manibus inimicus: vt Tiberium Gracchum admirata ciuitas eſt, Scipione in carcerem duci prohibito: te quoque ſimilis animi magnitudo memoriæ dabit. Tuis enim opibus viuit inimicus. Quicquid eſt iſtud quod ſenex inops ex noſtra domo accipit, ſi non iraſceris, tu præſtitiſti, tibi hoc pulchrum atque magnificum eſt. Nam ego ſi quid in patrem ſeruatoris cõfero, non ſum laudandus. Neque expectaueris hoc loco pater vt illa dicã, ſemper odiorum honeſtus occaſus eſt. & dum ſimultates nihil aliud habent quàm nocendi cupiditatem, ſpecioſa in melius animi mutatio eſt cum exempli honore, iunctæque ex hoſtili pene cõcurſu in affinitatẽ manus. Vnde tantum miſero boni vt inimicus ſit? Aſpice ſolum egẽtem ſenem omnibus præſidiis deſtitutum, nõne cõtumeliam fortunæ tuæ facis, ſi hunc odiſti, & adhuc tua odiſti, & adhuc tua putas intereſſe ne viuat? Nulla tibi contingere maior vltio poteſt, quàm ſi talis eſt, vt illius etiam nos miſereamur. Magna mehercule iam de vetere æmulo pœna ſupereſt, panem eripere mendico, & grauiſſimæ per ſe fortunæ manu pondus imponere. Age ſi periſſet, cadauer calcaſſes? Feræ mehercule generoſiores iacentes tranſeunt, & reſeruati hoſtes reſtitutæque vrbes maiora cauſæ exempla ſint, quod ſcio victis etiam gladiatores parcunt. Poſt orbitatem, poſt egeſtatẽ, quid amplius poteſt pati, niſi quod optat? Vlterior ne tibi aliqua vltio quærenda eſt? aut aliquid rerum natura peius capit? Quis non te omnium mortalium inhumaniſſimũ putet, ſi hoc aduerſus inimicum tuum ſaltẽ optaſti? Si me hercule inexpiabiles odiorũ cauſæ, & cõpoſitis quoque fabulis vlteriores inimicitiæ fuiſſent auſim dicere, ſi propter illũ liberos perdidiſſes, accipiẽda tamẽ erat a fortuna talis ſatisfactio, certe ad vitãdam inſolẽtiæ opinionẽ, quæ fere immeritã quoque patientiam carpit, vt vagaretur per vrbẽ inuidioſus mẽdicus, & calamitates auctori cauſas vulgus egereret odiorum. Neſcio quomodo omnis pro laborãte fauor eſt, nec vlla perpetuã gratiã ſeruat, niſi modeſta victoria. Noſtra potiſſimum clementia ſuſtineatur, ne illius alii miſereantur. Facilis vt animaduertere vos ſpero Iudices, defenſionis meæ curſus eſt, antequam incipiã habere cauſam nimium bonã, hic iam conſciẽtia trepidat, & ratio velut inter binos deprehenſa ſcopulos, cum aliud abiiciatur, aliud defendendũ ſit, hæret in dubio, cum beneficiis meis computare non audeo. Cognouiſtis expoſitionẽ cauſæ, quanta quãque excedentia fidem adoleſcẽtis optimi merita narrauerim. hæc mihi omnia ſine dubio ille præſtitit. Si quid intereſt, debitor delicatus ſum. Quid in hac parte defenſionis agã Iudices? Dicam, referre gratiã beneficiis volui? Ita ne tãdem aliquis mẽdicare amici patrem æquo animo viſurus fuit? At ille me redemit, cui nihil retuli. Dicam me moueri ſupremis amici mei precibus? Egregia vero comparatio. At ille mihi præſtitit, quod non rogaui. Vtrò me vertã? Tanquam honeſtum defendã factum, an tãquam neceſſarium? Alterum abſolui facilius poteſt, alterũ laudari rectiſſimũ opinor veritatis intereſt. Audi pater aliẽna iſta quæ donata egenti putas, quanti illi conſtẽt. Si accepto captiuitatis meæ nuncio nullis precibus addictus, nullis epiſtolis vocatus adoleſcẽs ad liberãdum me vinculis piratarũ profectus eſſet, quibus tamẽ meritis pẽſarem, cum id mihi præſtitiſſet, quod ego tantum a patre ſperaui? Intrare maria præſertim tam recẽti documẽto timenda, & latrones vltro quærere, & cum præter vicarias manus nihil eſſet, nauigare voto captiuitatis, quis poſſet alius quàm qui paratus eſſet pro amico mori? Magnum hoc per ſe ac ſeculo noſtro vix credibile Iudices, illud vero omni prædicatione maius, ad redimendum me profectus eſt, cum mendicaturum patrem ſuum ſciret. Atqui ſperare poterat futurum, vt ſine vllo periculo ſuo redimeretur nihilominus amicus, cum haberẽ diutiẽ patrẽ. Sed noluit ipſum itineris apparatũ, & ne qua periret redẽptionis hora, præceps cucurrit. Prò fidẽ deũm hominũmque, quẽadmodum ad redẽptionem amici feſtinat, etiã cuius pater lentus eſt. Terẽtium, quẽ inter cæteros captiuos ſecundo Punico bello Scipio Africanus vinculis exoluerat, memoriæ tradidere maiores inſigne receptæ libertatis pileo teſtantem in triũpho ducis eſſe conſpectũ. Et ille quidem maioris momẽti acceſſione publicam ſenſerat felicitatẽ, priuatim tamen debere ſe putauit victoriæ beneficium. Quid me facere conuenit, qui per maria latrociniis infeſta ſolus petitus ſum, qui lucem, libertatem, denique quicquid patri debeo, non ignarus, vt primo natalis horæ tempore, ſed videns ſentiensque acceperim, nec ſolum

donatus his bonis, ſed ſummis periculis liberatus ſum? Nonne me ex amici fide natum, & tenacioribus beneficiorum vinculis fatear eſſe conſtrictum? Miſerrime,amice fideliſſime ingratum me moriendo feciſti.Et quantulum eſt quod adhuc loquor de mea infelicitate, de piratis? Leuis eſt iſta fortuna,hæc etiam nunc recepit moram.ſolent expectare latrones redemptorem. In ludo fui, qua pœna nullam vlteriorem ſcelera nouerunt, cuius ad comparationem ergaſtulum leue eſt. Hoc ſi ſciſſes pater, affirmo, promitto, cuius pietatis es, nemo te anteceſſiſſet. Illa certum habeo expectas vt dicam.morabar inter ſacrilegos, incendiarios, & quæ gladiatoribus vna laus eſt,homicidas incluſos turpiori cuſtodia,& ſordido cellarum ſitu. Iamque in eam veneram fortunam, vt me victum recipere non poſſes, victorem nolles. Aderat hora ſupplicii mei, qua nuſquam morandum, iam præbendus erat iugulus, & fundenda vita cum ſanguine. Neque enim dubitare de euentu licet, exemplar fati mei vidi. Si me ab his imminentibus malis pecunia redemiſſet, beneficium tamen potius dicerem magis æſtimandum eſſe,quàm precium. Sed apud malignos interpretes poſſet videri, vel ſpem ſecutus aliquam venturi temporis,vel præſentis voluptatem.Hoc admirabile:& vni tantum pietati referendum eſt. dedit beneficium quod nunquam reciperet, & cum amicum quem redimebat habiturus non eſſet,nihil aliud emit quàm honeſtam mortis conſcientiã.Transtulit ergo in ſe fortunam meam,ſubiitque non ſolum fortiter,ſed etiam libẽter:id quod mihi miſerum putabat.Res dictu incredibilis,gladiator dimiſſus,redemptor occiſus eſt. Recepit pectore aduerſo ferrum,vt quaſi quam emittebat animam, in meum pectus transfunderet:& hoc vno triſtis occiditur,quòd amplius amicum viſurus non erat. Eant nunc antiquarum conditores fabularum poetæ, & ſe ad exhortandã amicitiæ fidẽ magna quædã compoſuiſſe carminibus putent.ſi dixerint aliquos per maria terrásque aſperiorem fortunam amicorum tantum ſecutos,aut principem Græciæ virum in vltionem interfecti amici inauſpicata bella geſſiſſe.Nam inter fratres illa maxime admirabilis,tamen alterna mors eſt.Vna fingitur coniunx,quæ iam perituri vitam mariti vicaria morte ſua redemit, adiiciturque miraculo fabulæ,feciſſe hoc eam quod non præſtitiſſet pater. En indubitabile ſeculi decus, & fictis maius,vt moreretur pro me amicus,ſuum reliquit patrẽ,meum vicit. Et ſane quid profuiſſet feſtinatio patris,etiam ſi ad redimendum me prior forte veniſſet? Hoc me precio nemo alius redemiſſet. Neque vero plurimum fuit præſtitiſſe mortem.nanque interim ſpecioſo titulo bene vita pẽſatur.illud vero exiſtimo grauius nomen gladiatoris accipere.ſubire dominum laniſtam. Minus te amice laudarem ſi viciſſes. An ille animus rediret in cellulam, ferret ſaginam,magiſtrum,perſonam denique ſceleris?Mea depugnaſti cauſa,tua periſti.Hæc tamen omnia vltimæ fortunæ nomina,vt mihi detraheret,induit ſibi. Venit in arenam homo nec ſceleratus,nec infelix. Ecquando Iudices hoc audiſtis? Bonitate ſua gladiator factus eſt. Vtinam Iudices hæc quæ illi ſpecioſa ſunt,tam honeſta eſſent & mihi. Quoties ad infeliciſſimum reſpexi ſenem,cuius orbitate viuo,cum cõfectum cladibus, & tantum pœnæ ſuæ reſiduum conſidero,verum fatendum eſt,pudet me precii mei. Video ſenem meliore ſui parte præſepultum , omnis etiam ſpei ſuperſtitem, orbum, deſtitutum. Illud tamen ſolatium eſt,quod niſi talem amicum habuiſſem,hæc de te dicerentur.Huic patri inuidioſa quædam, opinor, & quæ beneficio mortis penſetur, criminoſa liberalitas contigerit egenti. Alioquĩ duo egentes,& circa omnium vel ignotorum domos ſtipem rogabimus pariter.Si quis grandis natu parens eſt,miſerebitur ſenis:ſi quis iuuenis filius, miſerebitur adoleſcentis. Fortaſſe proderit mendicaturo mihi,quòd ipſe aliquando egentem pauperem alui.Accipe ſatisfactionem in quacunque parte rerum naturæ es amice chariſſime, non excidere mihi tua mandata,fortuna defecit,opes auferuntur.Quod vnum mihi relictum eſt,en polliceor patri tuo vicarias manus.Quid vis porro faciam?Agreſtia opera delicatior quòd a fortuna non didici.& quotidiani quæſtus operis duobus egentibus non ſufficit.Miſerum me,ſi exoluere fidem voluero,fortaſſe mihi in ludum reuertendum eſt.

SEPVLCRVM INCANTATVM, DECLAMATIO X.

ARGVMENTVM.

Malæ tractationis sit actio. Quæ amissum filium nocte videbat in somnis, indicauit marito. Ille adhibito mago incantauit sepulcrum. Mater desiit videre filium. Accusat maritum malæ tractationis.

PRO VXORE CONTRA MARITVM.

QVanuis Iudices inter eos qui liberorum mortibus destituti, cuncta vota & præparatas spes in senectutem ante se egerũt, id fere acerbissimum certamen conflictationis oriatur, vt vnusquisque luctibus ac lachrymis suis credat accedere quandam dignitatem, si miserrimus esse videatur. hæc tamen fœmina neque nato, neque publico genere miserabilis, non impudenter inter cæteras matres, quæ aut vnicos, aut iuuenes pios filios perdiderũt, eminere & occupare quendam mœrentium principatum differentia nouæ calamitatis affectat, quæ sola omniũ supra fidẽ infelix in vno filio iam alterã patitur orbitatẽ. Priorem quidem illam vt communem cæteris & fato accidentem, fortius vtcũque tolerabat. Nam & de filio nihil aliud perdiderat misera nisi dies. nec iam timebat ne ille quo fruebatur, mori posset. Plãctibus lachrymisque, pene improbe dixerim. parcius vtebatur, nec sibi permittebat dolor lugere venientem. Nunc destituta solatio persuasione fraudata, dum non putabat perisse quem poterat videre, eripuit ingrata filio alterum titulum. Miser ille nisi teneretur, iam ad patrem veniisset. Tantum misera, petit, ne minus perdidisse videatur, quàm ipsa desiderat. Non inani persuasione, nec cogitationibus ficta lugentis vmbra veniebat, nec agitabat incertos leuis imago somnos, ac ne confusi quidem tristis cernere vultus, & infernum fauilla caput noctibus suis obibat, sed filius erat qualis aliquando & iuuenis & pulcher habitu, nec aspici tantum viderique contentus, verum si quid desiderio creditis miseræ quæ sola vidit, amplexus & oscula dabat, & tota nocte viuebat. Multũ perdidit mater, si contingebat hoc illi, non minus si videbatur. Nunc tenebras inanes, & lõgas oculis flẽtibus noctes, iuxta somnũ mariti peruigil, & tantum deserta metitur. Non desiderio fictus, aut fucatus habitu, nec vt somniorum vanitate conspicitur, sed experta non totum mori hominẽ, illud quod nec flãmis vritur, nec cineribus extinguitur, nec vrnis sepulcrisque sacris premitur, expectat. Nunc ista carcere obseratam animam & repugnãtem magico iuuenem cogitat ferro. Infelicissima omniũ mater plus aliquid esse quàm vmbram filium putat postquam potuit includi: nec sua tãtummodo pœna proprióque supplicio deserta cõsumitur rescissa orbitate: vel magis cruciatur, quòd non licet filio venire cupiẽti. Nunc barbaro carmini grauẽ terram totis noctibus pulsat, & impositum sibi sepulcrũ, quod non possit euoluere, quæ solebat ipsos discutere inferos, vmbra miratur. Miser quem non tãtum verba clauserũt (nam forsitan per illa pertrãsissẽt) sed vincula ferrea, solidi nexus ad mortem reduxerunt. Quomodo tenetur infelix, qui ne propter hoc quidem venit, vt queratur? Misereor fœminæ, cuius inuidiæ totum facinus ascribitur. Maritus sic filiũ inclusit, tanquam se inquietari mater ista quereretur. Igitur Iudices nemo miretur, si ad tam crudelẽ, ac tam immitẽ patrẽ vmbra non venit. Sciebat vbi lachrymas, vbi posset inuenire singultus, a quo magis desideraretur. Nanque isti ferreum pectus, & dura præcordia, nec sunt de orbitate sensus. Quid enim inhumanius patre, quid inueniri truculẽtius potest? Inuidit matri ne filio frueretur, nec hoc ideo fecit, quia videre ipse malebat, ne viuẽtem quidem adhuc & incolumẽ tam blanda, tamque debita pietate prosequebatur, vt defuncto seruaturus affectum etiam sepulti pater videretur. Tanto magis effusa mater, & suis ac paterni vicibus occurrens. Hæc pallidior ad metus, ad vota pronior, non diebus secura, non noctibus. Et ille miser intelligebat vtri promptior ex parentibus & facilior esset affectus. Itaque ab huius osculis, ab huius fœminæ ceruice pendebat. Et quia longum est officia præterita debitæ pietatis agitare, illo ipso lãguore quo filius caducum illud & fragile corpus amisit, quæ perdite mulier & vsque in exemplum, modo super ora pallentis infelices lacerabat oculos, nunc siccata frustra vbera querebatur, nunc superstitẽ cædebat vterum. Notabat hæc ille deficiens, mandabatque morti suæ cui periret. Vbi sunt qui cito iubent stare lachrymas, quibus non placet longum agere mœrorem? Retulit vmbra gratiam matri. Scio, intelligo, cum inter gementes cadauer iacet medium, & cum omnes videtur remisisse curas, tunc sentit & intelligit, & inter suos iudicat. Moneo te orbitas, moneo effusius fleas,

effusius efferas,nunquam periisse credas.Filii sui vmbra cui non apparet,irascitur.Iam gelidi piger corporis sanguis omnes in mortem strinxerat venas,& nutantium fulgor extremus vanescebat oculorum,& iam desperantibus medicis crediderat pater, adhuc tamen sperare mater videbatur,& quancunque corporis partem osculis misera tepefecerat, illi vitæ calorem redisse clamabat.Oderat ignes,oderat rogos,reponi corpus & seruari mẽbra cupiebat.Et nunc infelicem magis matrem pœnitet quòd sepultus est,qui poterat reuerti. Scitis ipsi quæ exequiarum die labore extracta sit,quandiu filium tenuerit allabentibus flammis. Vnde enim speraret vt postea videre contingeret,vt extra orbitatem haberet oculos? Iam magum misera querebat,vt vmbra euocaretur.Reliqua mater infelix,tu ad Iudices referre debebas,& nisi orbitate,nisi lachrymis vox mutaretur in gemitus,noctes tuas quanto melius tuo ore lugeres.Ego vtcunque potero perferam,Satiare misera,satiare saltem memoria diei illius,quo exequias vnici duximus.Iam planctus,inquit,lachrymasque consumpseram,& tenebras veluti perpetuas venire gaudebam.iam fatigata propinquorum officia defecerant,iam plangorem familiæ altus sopor vicerat.Rogo ne quis tam contumeliosus sit in matrem, vt per quietem contigisse filium dicat. Vnde miseræ tunc,vnde somnus?Nihil de te marite nihil queror.Satis magnas dedisses pœnas,si totis noctibus mecum flere voluisses.Vidisses vtique non quẽ admodum tenues rerum imagines solent cogitationibus accipere corpus,cum vanæ absenti animo cogitationes finguntur.sed ipsum vti filium, qualis blandissimus erat, & si admittatur videbo.Subito ante me diductis constitit tenebris,non ille pallens, nec acerbo languore consumptus,nec qualis super rogos videbatur & flammas, sed viridis & sane pulcher habitu. Nescio vbi totam reliquerat mortem, non igni torridæ comæ, nec fauilla funebri nigra facies,nec vix bene cinere composito vmbræ recetis igneus squallor.Proclamaret mater infelix etiam si talem videre desisset.Primo tantum stetit,& se permisit agnosci.Ego tunc plurimum stupui non ausa oscula dare,non iungere amplexus.infelix primam perdidi noctem, dum timeo ne fugeret. Hanc tu marite persuasionem putas, & vanum animi mei lugentis errorem? Quicquid est in filio plus apud matrem fit cum desinit. Vis denique scire quid vxori tuæ detraxeris?ex defuncto filio non habet aliud quod speret. Iam nox altera aderat.& primis statim tenebris præsto filius erat,non ille vt pridie procul,& tantum videndus,sed audacius & propius,& ad matris manus tanquam corpus accedens.Nec iam nisi cum luce certa fugacibusque sideribus,inuitus ille vanescebat ex oculis, multum resistens, sæpe respiciẽs, & qui se promitteret etiam proxima nocte venturum.Iam mœrori locus non erat,mulier filium nocte videbat,die sperabat.Quid attinet singula referre?Nullis,inquit,destituta sum tenebris,donec scelerata tacui.Satiabar osculis,satiabar amplexibus,& colloquebar & audiebã. Misera plus perdidi,si nemo credit. Iam cœperam tuam quoque marite crudelis agere causam,rogabamque iuuenem vt paternis oculis quoque lætus occurreret, & tibi ingrate dimidia nocte credebam.Iam miser & ille pollicebatur:hæc me fiducia perdidit,vt confiterer.Rogo quid tam muliebre,quid tam maternum fieri potest? Gaude,inquit, marite,gaude filium fortasse nocte proxima videbis , illum quem crudelibus flammis exussisti , ex quo cineres & ossa supersunt, iuuenem videbis, & forte etiam die speres. Ego certe totis noctibus mater sum,video,fruor?iam & narro.Exitum paterni affectus quæritis? Filium videre timuit. Scis magum protinus nescia matre,cuius horrido murmure imperiosisque verbis dii superi manesque torquentur,excogitator iste mortis alterius aduocat,non vt exorati manes diducerẽtur, nec vt euocata nocturnis vlulatibus vndecunque vmbra properaret, sed tãquam parum sepulcra premerent,& tumulorum leue nimis pondus esset,filius,inquit,meus non satis periit,adhuc fulgore siderũ fruitur & nocte nostra.Nam cum dies occidit,imponit morti suæ finem,domum repetit,& maternos territat somnos.Inueni aliqua,inueni vincla verborum, sed arte tota,sed labore toto.Magna tua gloria est,si retines filiũ,qui redit etiam a morte ad matrem.Noxium sepulcro circundatur carmen.Tunc horrẽtibus verbis vrna præcluditur, tunc primum miser filius mors & vmbra fit.Ite nunc & putate vana fuisse matris solatia. Filium ista si cogitationibus & inani persuasione vidisset,adhuc videret. At quæ supplicia sustinuit infelix illa statim nocte? Iam totã domum ac familiam quies prima sopiuerat,& tacentibus tenebris venerat tempus dulcissimum matri. iacebat hæc insomnis,inquieta, cum diceret iam statim apparebit,iam statim veniet, nunquam tamen tardius venit. Miseram me fili,proxima nocte iam veneras. Ecce iam medios sidera tenent cursus, indignor, irascor,ita demum mihi satisfacies,si apud patrem fuisti. Miseram me iam maligna mundus luce clarescit. Quãdo venies?iam redire debebas.At postquam alterã tertiámque noctẽ deserta vanis

queſtubus duxit, tum triſtiora lugubria, tum ſquallidæ magis placuere veſtes, tum repetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes lacerti. Nihil eſt infelicius matre, an perdidit aliquid in filio poſtquam extulit. Cum vero comperit noctes ſuas iuuenis neceſſitatibus magicis excantato periſſe feretro, quantum illa præfixum clauſúmque tumulum nudis cecidit vberibus, quo fletu ſepulcra perfudit, quo gemitu audientem forſitan & exire cupientem fruſtra vocauit animam. O natura crudelis, plus magum poſſe quàm matrem. Vbi ſunt qui acerbas mortium neceſſitates, & ferrea iura fatorum, & inuictas nec vllo mœrore mutabiles inanium leges querebantur vmbrarum? Filium tuum mulier infelix non impoſitæ inferis cluſere turres, nec ſpiſſa perpetuæ noctis caligo compeſcuit, non fabuloſa vatibus palus multúmque celebrati curuato igne torrentes: hæc permeabat, hæc omnia nocte tranſibat, leuiorêmque mortem ſuam fecerat, quàm ſi peregrinaretur & abeſſet. Et nunc minus mali pateretur, ſi non ſentiret. Ille qui non venit in quendam carcerem translatus a tumulo, patitur beneficia vitæ. Magnæ ſunt ergo vmbrarum catenæ, & quanquam volatilem vagámque imaginem, morti ſtringunt atque alligant, tanquam reum corpus animam. Ferro vero ac lapidibus arctare, & vt ſolent bellicæ robur accipere portæ, ipſam vmbram, iam catenis alligare, iam clauſtris, non dico credibile eſt, portétoſum nefariũ, vtique ſi hæc faciet qui ſenſurum filium credat. Et nunc illos miſerrima mater in corpus putat, & in membra deſcendiſſe mucrones. O mage ſæue, crudelis, o in lachrymas artifex noſtras, vellem, non dediſſet tam magnũ experimẽtum. Iraſcimur tibi, & blandiri neceſſe eſt. Dum cludis vmbram, intelligimus ſolum te eſſe, qui poſſis euocare. Videtur itaque mulier infelix a dignitatis dolore ſecedere, quòd tam vxorias in forum querelas, & tãquam delicata matronæ deſideria pertulerit. Non enim veſtes, nec aurum, nec ambitioſos quærit ornatus, cõtenta eſt orbitas ſordibus ſuis. Ac ne pellicis quidem dolore compellitur, nec tacita gaudia mariti, impatientia & muliebri vanitate complorat. Sed nec relictum torum deſertúmque genialem velut cõtempta vilitas vxoris vlciſcitur, alia longe, alia de noctibus cura eſt. Ne timueris, quæcunque eſt dignitas, eſt magni doloris nihil queritur miſera. niſi par orbitati, niſi matre dignum, quod publicos conſumat oculos, quod ignotas quoque exigat lachrymas. Quanta enim a marito acceperit iniuriã ſcire vultis? Sola mater filium perdidit, nec poteſt inuidiã facere morti. Ante itaque quàm ſciatis Iudices quis dolor, quisve mœror, quæ tanta impatientia eruperit, vt mulier aliquando dulcium oblita tenebrarum, clarum nitorem publicæ lucis, & diem etiam domi inuiſum, in foro interque leges notabilis & ſepulcris abſtracta pateretur, certũ profecto habetis, neque audaciam, neque impudentiam, nec vanitatem vnquam querelas habuiſſe miſerorũ. Quàm verum eſt quicquid exclamat calamitas, nec ab infelicibus ficti temere exeunt gemitus. Mulier quæ ſanguinantes ad Iudices porrigit lacertos, quæ ſciſſo laniatóque vultu, quæ liuidis profertur vberibus, magno dolore cogitur, vt hoc potius agat, quàm cineres oſculetur, quàm complectatur vrnam. Grauis teſtis querelæ orbitas eſt. Et antequam ad genus illatæ iniquæ iniuriæ venio, cur marite, quæ ex te filium perdidit, quicquam poteſt queri? Crudelis orbitatem feris adhuc alio dolore, tanquam parum deſideria conficiant, quæ de vnico gerit, non pateris animam vacare lachrymis ſuis tu, qui ſinum debes, qui colloquia & amplexus. Quàm miſera eſt quæ queritur, & de ſolatio ſuo non coniugis deſideriis large indulget, nihil aſpere, nihil contra voluntatem. Habet priuilegium ſuum mater infelix, molles manus, & mitia fomenta magnis vulneribus admoueas. Quæ ſe adhuc ſecari plaga permittit in ſummo eſt. Viri forſitan quo modo fortior ſexus ſit, & contra dolorem quàm imbecillis animus magis pugnat. Itaque totum iſtud lugere fœmineum eſt: & ſimul ac orbitas imbelle pectus inuadit, animus ille qui luctus ſuos ſequitur, incipit indulgẽtiam ſentire lachrymarum. Fidem tuam marite, coniugi flere liceat, ſatiari gemitu, orbitati permitte quandiu velit flere. Odi patrem, patrem, qui cum filium & ipſe perdiderit, putat nimis lugere matrem. Quid ergo queritur, inquis? Hoc primum, filium non quomodo debes ſcelerate deſideras. Magno animo orbus es, loqueris fuiſſe mortalem, & interpretaris nihil ſupereſſe poſt flammas. Flet iuxta latus & plangit vox, tu ſiccos oculos habes. Illa totis noctibus funebres exercet vlulatus, tu graues ſomnos ac placidam quietem. Pater crudelis, pater immemor, quid vis tibi amplius obiicia mus? Ex quo perdidiſti filium, nunquam ſic deſideraſti vt videres. Quid quòd eripuiſti matri ſolatium, puta vanum & ſuperuacuum? Nolo Iudices nolo corripias, ſcires quantum eſſet hoc ſi tantundem doleres. Res indignior non eſt, quàm quòd tibi de eo poſtulas credi, quod non vidiſti. Indulge ſane vanæ rei, ignoſce, libenter ſe orbitas decipit. Magnas calamitates vana ratio ſuſtentat, quòd indulgent mala perſuaſionibus ſuis. Quicquid ad miſeros pertinet,

crudelius eripitur,quo minus eſt.Clamat itaque,clamat mater infelix, ſi mihi aliquam imaginem filii mei,vel paruuli,vel iam adulti,vel nouiſſimam iuuenis auferres, iniicere tamen miſera tanquam corpori manum,illam ſimilitudinem flens tenerem, illos oculos,illã gratiſsimam faciem,& ritus oris expreſſos & adumbratos artificis manu vultus.Sed illum perdidi,vnde imago,vnde ſimilitudo,vnde ſolatiũ . Fili plus hodie amiſi,quàm cum elatus es. Poſt mortem te tuam vidi.Si mehercule notas in corpore vnici veſtes ſubtrahere tetares,dicerem ſuccurre ſolatio meo.Hæc omnia apud me filii mei membra ſunt, ego oſculabor amplectar,flebo ſupra.Nõ eſt ratio fortaſſe.Ideo quicquid rationem vicit,affectus eſt. Nihil eſt ſceleratius prudenti orbitate.Leuia,inquit,leuia loquor.Ego filium meum videbam . Quænam iſtum fortuna,quæ indulſerat conditio naturæ? Non excludebat orbitas oculos tuos. Eras iam conſecuta mater,vt iuuenem die abſentem putares. Maximam perdidit mors acerbitatem,ſi poſsis videre quem amiſeris.Videre ergo tibi contingebat o mulier vultum,habitum,corpus,inceſſum.Non crederem niſi te perdidiſſe ſentires . Tempora ergo cum morte diuiſeras,& ſuperſtite filio fruebaris omnibus tenebris. Quãtũ perdideris hinc æſtima,hoc tibi ſi non contigiſſet,non eras tam improba vt optares.Aliquis(o pietas) ſepultus & cõditus,cæteri corporis cinis & fauilla,tamen corpus ſumebat in nocte,& ad ſolita viuetis membra reuocatus præbebat ſe matris oculis,qualem non crederes receſſurum. Nec queri de luce poteramus,quantum licebat aderat.Videbas ergo mulier ac præſentia fruebaris.Videbã,inquit,& fruebar.Et ad quem pertinebat rogo,etiam ſi decipiebar?Sed quid ego vtor teſtimonio tuo?Mago credo & tunc vidiſſe te filium,& nunc non videre . At tu miſera nihil crudelius ex marito timebas, quàm ne tibi non crederet. Nemo,inquit,oculis meis fidem detrahat.Fili indulgentiſſime adoleſcens vidi te,nec ſemel vidi.Certum eſt,fixum eſt,eripi nõ poteſt.Quatenus impius pater & hoc tibi auferre conatur,vt te veniſſe non credam?Nec illud garrula, nec vana voce vulgaui.venire te nulli indicaui,niſi qui deberet optare vt hoc poſſes. Patri tantum tuo,patri (ignoſce deceptæ) confeſſa ſum,dum interrogo an te & ille vidiſſet. Itaque das mulier infelix graues nimiasque pœnas : effecit magus ne filium videres, & ſolũ apud te reliquit,vt meminiſſes quòd videras. Totum tamen illud ſolatium tuum refer miſera,ſi potes,& primum confitere ſimpliciter,an ſoporis pondus illud , & neſciæ quietis vanitas fuerit.Apud me quidem ſatis miſera,ſatis eras mater infelix,etiam ſi tale ſomniũ perdidiſſes.Miſerere,inquit,melius de affectibus meis ſentias.Non ego fatigata planctibus ſenſi veniſſe noctem,videre filium peruigiles meruiſtis oculi,ſed primum dum metuo , vmbra proceſſit ſubito,dii boni quod ego gaudium,quam vidi felicitatem. Conſtitit ante me filius meus diſcuſſit tenebras,ita dimittatur aliquãdo. Proſilui protinus,& acceſſi,vultus,comas, ora perſpexi,meus erat. Quàm lætum ſe,quàm hilarem offerebat,quomodo perſuadebat mihi,ne crederem morti?Scelerate neſcis pater,quàm ſimilem viuenti filiũ cluſeris.Circũibant totum corpus oculi,non inueniebam quid ignis egiſſet.Subinde dicebam,hunc ego extuli, hũc rogo impoſui, ex hoc cineres & oſſa collegi?Si talis eſt,quid habeo quod lugeam? Periſſe filium meum hoc vno intelligebam,quòd illum non poteram & patri oſtendere. Confitebor,primæ tamen nec ego credidi nocti,& tanquam victis iraſcebar oculis,& eruſcebã miſera,ſi quies fuiſſet.Ecce iterum iuuenis,ecce iam quotidie venit . Quid habeo quod imprecer?Verum eſt vtique,quod ſemper eſt. Nouiſſime non tanquam vmbra veniebat,ſed aſsidebat,ſed amplexus dabat.Ego ſentiebam & recipiebam . Quotieſcunque domus fuerat grato ſopore proſtrata,aderat ille,quales humanis ſe offerunt oculis propitii dii,quale lætiſſimum numen eſt cum ſe patitur videri.Sicut omnis religio templorum,omnis religio lucorum,cũ tacuere mortalia,& profani procul errauere ſedibus totis,ſolitudine frui & de ſuis dicitur exire ſimulacris,ita iuuenis meus noctibus totis agebat filium , & paterna domo ac penatibus ſuis fruebatur placidus ac mitis & matri propitius,vt numen & deus dilabi ſideribus,& venire de liquido puróque aere videbatur.Quid imprecer ſceleratiſsimo patri?vmbram probare voluit.Miſeremini iudices,vt hoc facinus quibus debet is accipiatis animis.Maius parricidio,maius quàm ſi filii ſepulcrum funditus eruiſſet,& ſacratos morte lapides,etiam cineres & oſſa religioſe quieſcentia fracta ſparſiſſe vrna.Aduocatur homo, cuius ars eſt ire cõtra naturam.Qui ſimul ac ore ſquallido barbarum murmur intonuit,falleréque coegit ſuperos, audire inferos,tremere terras,vt experimentis loquentium fama eſt , cõſtitit iuxta tumulũ, miſerrimi iuuenis mors certior.Nũc opertæ,inquit,arcana mea tenebræ adiuuate me digna, nunc omne per vnum numen,& religio,quam iſti irrogo,propius adeſte,ſuccurrite . Magis mihi laborandum eſt,quàm cum ſidera mundo reuelluntur,cum iubentur hyberni fluuio-

rum ſtare decurſus,cum potentiore carminis veneno victi rumpuntur in mea ſtrumẽta ſerpentes.Cuſtodiendus eſt iuuenis,aſſignandus eſt inferis, & denſioribus transfuga cludẽdus eſt tenebris.Quanto facilius opus erat ſi reuocaretur?Mox in ipſam dicitur incubuiſſe pronus vrnam,& inter oſſa & inter cineres verba clauſiſſe. Hoc tamen ſubinde reſpiciens confi tebatur,repugnabat vmbra.Itaque carminibus non ſatis credo,præfigamus omne tumuli la tus,& multo vinciamus ſaxa ferro.Iam bene habet,expirauit aliquãdo,non videri, nõ progredi poteſt.An mentiar ſcies proxima nocte.Omnes mehercule parẽtes vtique qui liberos perdiderunt,ire in iſtos oculos,in iſta ora debebant.Tu ſic filium tuum cluſiſti,tãquam nocentes ad inferos reuocari ſoleant animæ,quæ inter languentium familiam,& triſtes penatium morbos vagæ errantẽsque magica vanitate captantur? Laqueo ne vitam damnatus eli ſerat? Noxium per ſua viſcera exegerat ferrum.An ex conſcientia venena præſumpſerat, nec recipiebat ſe,niſi carmine incluſus.Quando domum tuam funereus & ſquallidus , quando te terruit?Crudeliſsime omnium pater,de filio tuo malam vmbram feciſti. Quas nunc putas vxoris miſerrimæ eſſe cogitationes?qua materna viſcera perſuaſione torqueri? Nũc filius meus ilic vnde venire conſueuerat,iacet ſtrictus,alligatus,impatiens.Queritur ſolito terram grauiorem,vtique cum ſentit veniſſe noctem, quando vmbræ feliciores dimittuntur ad matres. At vero ſiqua inter manes colloquia ſunt,& eſſe credo, nõ deeſt qui iuueni meo dicat, quàm vilis tuis fuiſti,qui libenter te perdiderunt . Quid illa mater , ad quam ire conſueras: has tibi catenas,hæc vincula pro merito reddidit? Infeliciſsima omniũ mulier & ſi magus etiam recedat,hoc periclitatur, ne filius ſe putet veniſſe ad inuitam . Agit iam hoc loco nobiſcum maritus grauius,altius,ſapientius,vt homo ſine dolore . Negat vllos eſſe manes,contendit omnia perire cum corpore,nec remeare viuentes a cinere ſenſus,nec tam videri imagines hominum,quàm cogitari,& oculos luctibus credere. Quod ſi ita eſt,magum ad quid aduocauit?Peſſimus parentum,qui dum liberos ſuos ſepeliunt,flere cõtenti,vt obiter ab rogo ſiccis oculis reuertãtur,negat ad manes,negat vmbras peruenire quod plangas , affirmat perire lachrymas,affirmat perire ſingultus.O ſceleratum hominem,quiſquis luget & timet ne hoc perdat.Vana ergo ſapientes perſuaſione fruſtrati,qui conſtare homines & perfici corporeis alimentis animæque dixerunt,corpus caducum,fragile,terrenum, vt ſicca humidis, calida frigidis,reſolutis aſtricta pugnarẽt,partim aut doloribus affici, aut nouiſsimis annis, aut ſenectute diſſolui.Animam vero flammei vigoris impetum perennitatẽmque nõ ex noſtro igne ſumentem,ſed quo ſidera volant,& quo ſacri torquentur axes,inde venire vnde rerum omnium authorem parentẽmque ſpiritum ducimus,nec interire,nec reſolui, nec vllo mortalitatis affici fato:ſed quoties humani corporis carcerem effregerit,& exonerata membris mortalibus leui ſe igne luſtrauerit, petere ſedes inter aſtra , donec in alia fata ſeculo pugnante tranſmigret:deinde prioris corporis meminiſſe.Inde euocatos prodire manes, inde corpus & vultus,& quicquid videmus accipere,occurrere ſuis imagines charas,aliquando & oracula fieri, & nocturnis admonere præceptis,ſentire,quas mittamus inferias,& honorem percipere tumulorũ.Rogo cũ filius perit, nonne ſatius eſt hoc credere? Tuæ tamen,inquit, hoc quieti præſtiti,ne attonitis agitata terroribus,ſolicitas ſemper ageres,ſuſpenſasque duce res noctes.Ita parricida commune facinus feciſti : & imputas quòd filium videre deſiimus? Somnum enim antè petebamus,& placidum ſoporem,crudelis.Nunc inquieta,nunc attonita mater eſt,nũc perdidimus noctes.Vmbrám ne tu filii rem formidoloſam, rem plenam putaſti eſſe terroris? Quid illa lætius facie?quid illo blandius vultu?quid magis adulatur oculis?quid poſſunt videre libentius lachrymæ?Non magis metuenda eſt vmbra filii quàm cadauer.Neceſſe eſt vt mors horrida fiat aliena.Sed aliæ forſitan animum imagines territant, & tunc inferi vocantur cum ignoti ſunt.Itaque prudenter ſi tantum ad ſuos veniunt. Sceleratus ille,ille impius,quicunque defunctum filium vidit,& meminit quòd elatus eſt.Terrebaris,inquit,& ſolicitis noctibus laborabas.Ita ne es marite crudelis ? Tu cluſiſſes filiũ,etiã ſi ad te veniret?Nec magus,inquit,incluſit vmbram , ſed perſuaſioni tuæ ſuccurrit: ideoque putas nõ venire illum qui nec ante veniebat, quia nec factum eſt aliquid in quo auocareris. Hoc ipſo incipit mater ſibi gratulari.Ita nõ tenetur,inquit,ille,non premitur,nullo carmine,nullo incluſus eſt ferro. Remouete ergo omnia,& interrogabo. Ego autem ſcelerata tam cito credidi,ita non ille ad me veniret ſolutus & liber?non ad hos oculos , non ad hos properaret amplexus? Quando enim me iuuenis ipſe niſi flentem,quando non liuidum pectus & ſanguinantes vidit lacertos?quando non erubuit matri feciſſe terrorem?Arte cluditur miſer,arte retinetur. Quid vis carmina tibi amplius præſtent? effecerunt quod promiſerãt.De-

ſinis erubeſcere iam quòd filium non vides? At tu cuius in leges dii ſuperi manes torquẽtur, qui nocturno terribilis vlulatu profundum ſpecus & ima terrarum moues, modo ſeruietiũ reuocator animarum, nunc idem crudelis & inexorabilis cuſtos, aliquando preces & matris admitte. Paciſcere quantilibet, totos lugentis poſce cenſus, non vt labores, nec vt horridum carmen exerceas, ſed vt ferrum tuum refigas, vt verba tua reſoluas, vt nihil feceris, dimitte tãtum & euocaſti. Nihil ipſe crudeliter, patri ſcio paruiſti, ſed & huius etiam lachrymis, planctibus huius indulge, conſule famæ tuæ. Execrabilem te mage facies & inuiſum, ſi facilius de filio exoraris vt includas. Nec tu marite, nec tu timueris, ne vltricis vmbræ vanis exagitere terroribus, vllis imaginibus, hinc ſecura dabitur quies, ſcit ad quam debeat venire dimiſſus. Iuuenis piiſſime, iuuenis indulgentiſsime, nunquam matri tuæ vmbra nec manes, ſi modo veneficum pondus & terroribus omnibus verba grauiora mago patiente diſcuſſeris. Ad me, inquit, mater infelix, ad meas noctes, ad meas lachrymas, ad illos viuentes mihi ſemper am plexus miſeræ propera. Scio quid mihi nocuerit, ſcio quid me torſerit. Fruar & tacebo.

DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS, DECLAM. XI.

ARGVMENTVM.

Pauper & diues inimici, vtrique terni liberi. Bellum incidit ciuitati. Diues dux creatus, profectus eſt in caſtra. Rumor ortus eſt ab eo prodi Remp. Proceſſit pauper in concionem, & accuſauit diuitem proditionis. Abſente eo populus lapidibus liberos eius occidit. Reuerſus diues eſt victor a bello. Petit ad ſupplicium filios pauperis. Pater ſe offert. Cõtradicit dives. Erant enim leges, vt proditor morte puniretur, & calumniator idẽ pateretur quod reus, ſi conuictus eſſet.

PRO DIVITE CONTRA PAVPEREM.

EXPECTAVERAM quidem vt de inimici mei ſupplicio nõ quereretur, me nec decipi poſſe credideram in vltione, quam mihi debeat ciuitas tam liberi doloris? Sed quatinus eo malorum nouitate perueni, vt in vindicta primum mea conſulere leges ac iura velletis, quæſo ne quis prodeſſe Pauperi velit, quòd nec defendi poteſt ſine genere pœnæ. Plus meretur pati homo, qui (ſi ipſi creditis) debes occidi. Hoc eſt quinimmo iudices, quod ſupra omnes calamitates meas ferre non poſſum, videtur ſibi ſatis vixiſſe Pauper, poſtquam occidit liberos meos. Operæprecium putat coram impatientia mea felicem conſummare patrẽ, & gaudiorum ſuorũ ſatietati hoc quoque adiicit, vt orbitatem meam liberis ſuis relinquat. Fidem veſtram iudices, ne pereat quòd vltioni meæ contingit, bonus pater. Actum erat de ſolatiis meis, ſi liberos ſuos Pauper mallet occidi. Illud plane iudices etiam in hac Pauperis impudentia miror, liberos meos pudore deceptæ ciuitatis occidit, deinde me crudelem vocat. Paruulos ſuos oſtendit, allegat, tanquam non ego potius querar hoc de quoquam patre fieri? nec intelligit quantum debeat ad impatientiam noſtri doloris accedere, ſi paſſus ſum quod & vltione miſerum eſt. Facinus eſt iudices quenquam calamitatum ſuarum inuidiam pati, ſic vltionem meam debetis aſpicere, tanquam & liberos ſuos Pauper occiderit. Nec me fallit iudices pleroſque credere, callidiſſimum Pauperem nec mori velle, & hoc nudat iugulum, pectus opponit, artes eſſe pro vita. Sed ego illum non credo mentiri, ego qui ſcio quid maluiſſem. Nunquam hoc aduerſus nos excogitaſſet, niſi impatiẽtiſſimus pater, & hãc pœnæ meæ ſuppliciorúmque nouitatem de ſua pietate commentus eſt. Nihil magis de inimico efficere velis, qui quod ipſe ferre non poſſis. Habet hoc mali iudices principium innocentia, quòd inimicos eſſe nobis, niſi poſt nocuerint, neſcimus: & tunc omnibus patemus inſidiis, quoties nos odit inferior. Homo qui omnem aduerſus ſuperiora rabiem de ſui vtilitate ſumebat, qui genus libertatis putabat odiſſe maiores, nulli charitati nullis implicitus affectibus, quòd humilis, quòd eſſet abiectus, in furorem ſe magnæ colluctationis exercuit. Primo ſe meum dixit inimicum. O dii deæque, cuius ego monſtri artes pertuli: in cuius feritatis colluctatione duraui? Inimicum habui, neque accidere contentum & mori paratum. Gratias ago ciuitati quòd in illis neceſſitatibus, in quibus nihil adulationi, nihil præſtabatis ob ſequiis, laudatus ſum teſtimonio periculorum. Bellũ mihi fatúmque publicæ ſolicitudinis credidiſtis. Sed neque ego rem melioris ducis facere potui, quàm quòd ſine liberis meis profectus ſum, non reliquiſſet illos dux proditurus. Non puto iudices adhuc quæri vnde illæ

falſarum ſolicitudinũ fabulæ repẽte proruperint,quis primus trepidæ ciuitatis aures rumore compleuerit,cum videatis quis ſic egerit,vt crederetis. Vidit hanc inter metus veſtros occaſionem,& quia ſemper apud ſolicitos in deterius prona perſuaſio eſt, abuſus eſt hoc quòd poterat videri timere vobiſcum. Igitur homo qui nullum conſcium meum, nullũ mihi crimen obiecit,de mẽdacii magnitudine fidem veritatis captauit. Ciuitas deinde cui accuſator proditam ſe eſſe perſuaſerat,fecit quicquid de me facere potuit. Liberos meos quos inimicus tota ſua concione monſtrauerat,occidit genere quo pereunt nocentes. Feretis me iudices,liberius aliqua dicentem? Rem peſsimi exempli paſſus erã,etiam ſi prodidiſſem. Scio vos iudices hoc loco mirari innocentiam meam. Vt primum enim mihi calamitates meas nuncius in caſtra pertulit,non arma proieci,non ſtationes vallúmque deſerui, totam orbitatem meam in bella conuerti,tanquam liberos ibi perdidiſſem. Si vnquam iudices in me habuiſſent profanæ cogitationes locum,ſi patriam odiſſe vel pro liberis meis poſſem,proditorem me feceratis. Neceſſe eſt iudices hoc primum reuerſus exclamem,ita Pauper etiam nunc liberos habet? Adhuc inimici mei plena domus eſt? O miſeræ cogitationes,o decepta ſolatia. Sic ego reuertebar quaſi vindicatus. Quas ego legionum veſtrarum indignationes, quẽ fortiſſimi exercitus cõpeſcui dolorem,dum omnibus promitto liberos ſuos, dum minus pro vindicta mea puto,quicquid ipſe feciſſem. Congerantur iam licet aduerſus omnium mortalium nocentiſsimum cuncta ſupplicia,ego tamen maximum vltionis meæ ſolatium perdidi,quòd Pauperi vos potius debueratis iraſci. Quoniam igitur adhuc cum Paupere legibus ac iure conſiſto,liberos eius in ſupplicium patris peto. Quid ſatis imprecer homini qui fecit vt quiſquam deberet ſic vindicari? Calumniator,inquit,idem patiatur. Permittunt mihi iudices calamitates meæ queri de hac lege,tanquam parum nobis in vltione proſpexerit: cõtra nos inuentus eſt vindictæ modus,quo non debeamus eſſe contenti. Quiſquam ne mortalium idem vocat facinus & pœnam? Tantum ne doloris venire de ſuppliciis, quãtum de calamitatibus putat? Neſcit profecto neſcit quantam patientiam pater mœrori, quantũ animo membrisque rigoris inducat,quod patiaris agnoſcere. Innocentia opus eſt, vt miſerum faciat dolor. Conſtet licet vtrinque mortium numerus, totidem nobis vltio cadauera aſsignet,plus tamen eſt de innocentibus. Et quicquid patiuntur deprehenſi, licet ſolatio idẽ ſit, æquitate minus eſt. Vt idem ſit ſupplicium nocentis & facinus,vna ratione efficias vt illud ferre non poſsit. Fruſtra æſtimatis quàm crudele,quàm ſæuum ſit quod petimus, inquãtum exceſſerit vſitata genera pœnarũ. Explicata eſt iudices, explicata legis inuidia, cũ quis quod patitur & efficit. Quid quòd hoc ſolum eſt pœnæ genus in quo non debeat nocens niſi de ſe queri,& tãto minus debeat eſſe miſerabilis,quanto maior eſt quod patitur inuidia? Quid æquius excogitari,quid iuſtius poteſt? Graſſatus aliquis eſt ferro,præbeat & ipſe ceruices. Miſcuit noxium virus,refundatur in ſuum facinus authorem. Oculos rapuit,effodit: reddat de ſua cæcitate ſolatium. In nullo mortalium perferre poſſum ſceleris ſui impatientiam. Breuiſſima eſt iuſtitia vindictæ,cum facinus menſura pœnæ eſt. Et ſi naturam vltionis inſpicias, optime vindicatur quiſque quomodo miſer eſt. Fidem veſtram iudices, ne ideo tantum putetis iuſtum quod exigit reus,quia ego recuſo. Nõ ferretis me pauperis mortem petentem, ſi liberos ſuos obtuliſſet. Ex omnibus tamen quicunque incognita,inaudita paſſi ſunt, nullos hac lege magis vindicandos puto,quàm quorum liberos aliquis occidit. Quid mihi pro hoc redditis leges? vbi reſpiro? vbi claudo gemitus? vnde ſumo ſolatium? Bene,bene admones dolor,illos illos liceat inuadere,qui nunc magis amantur,quos orbitas noſtra commendat. Sic quoque circunſcribimur,niſi totidem ſunt,niſi illis par eſt ac ſimilis ætas,& ante omnia optimus pater. Deceperas me fortuna, deceperas, ſi mihi tam grande feciſſet facinus homo,qui liberos non haberet. Quid quòd ex omnium ſcelerum cõparatione nihil eſt deteſtabilius hominibus,qui leges ipſas faciunt nocentes? Veſtro mehercule nomine calũnian tibus debetis iraſci,quorum nefas nõ poteſt niſi per iudicum facinus imponere. Actum eſt de rebus humanis,ſi de criminibus noſtris tantundem mendaciis licet: nec vllus innocens hucuſque felix eſt,vt diligentiæ fingentium par ſit. Quenquam ne mortalium in re quã finxerit,quam compoſuerit,inuenire aliquid quod poteſt probationem vocare,& facinus explicare facilitate verborum? Magis oderis mendacium,cum ſimile vero eſt. Quoties manifeſtũ eſt aliquem periſſe ſine cauſa,calumniantibus iraſci debeas,vt poſſis illis ignoſcere qui crediderunt. Adiicite huic execrationi,quòd calumniatus eſt in bello,quòd de proditione, quòd de duce,quòd hæc omnia fecit inimicus. Non eſt quòd ſe publico tueatur errore, nec in excuſationem afferat,tanquam crediderit & ipſe fingentibus. Nemo ſic decipitur vt de inimi-

co ſuo mentiatur. Rumor, inquit, fuit te prodidiſſe. Bene admones. Hunc primũ calumniæ tuæ obiicio rumorem. Quis enim iudices neſciat hanc famæ eſſe naturã, vt ſit primo vnius hominis audacia? De nulla re locutus eſt continuo populus, nec quicquam adeo ſubito ita timque notum eſt, vt in illo pariter omnium ſermo conſentiat. Quam nõ poſſit mouere ciuitatem, quem non replere populum, ſi quod omnibus nobis narres, in nullo non cœtu loquaris, & de re quam tum maxime fingas, iam dicas eſſe rumorem? Quanta tibi deinde mẽtiendi materia de periculorum noſtrorum occaſione ſuccurrit? Nihil eſt tam capax maligni tatum ſermonúmque, quàm bellum. Quid intereſt vnde ſumpſerit rumor ortum? Quod negari non poteſt, tu cõcionaris, accuſas, tu crimen de fabula facis. In rumore, cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumniæ genus eſt primum credere. Sed, inquit, mori debeo, quia lex qua te accuſaui, hoc proditorem pati iubet. Poteram quidem breuiter reſponde re, legem quæ calumniatorem idem pati iubet, eius pœnam exigere quod feciſſet, non quod facere voluiſſet. Fingamus enim non hoc pauperem captaſſe quod accidit, cui debet imputari exitus, qui de calumniæ tuæ fluxit errore? Vultis ſcire iudices aliud quæſitum quã quod lex quæ mori iubebat? Accuſauit me eo tempore quo non poterã damnatus occidi. Dic nunc non ego effeci vt occiderentur liberi tui, & aude ciuitatis illud vocare facinus. Non tamen vllis efficies artibus, vt non potius miſerear reipub. meæ non minus & illa facinus eſt paſſa quàm pater. Coacta eſt liberos Imperatoris vincentis occidere. Fallitur iudices quiſquis vllũ facinus in rebus humanis publicum putat. Perſuadentium vires ſunt, quicquid ciuitas facit, & quodcunque facit populus, ſecundum quod exaſperatur, iraſcitur. Sic corpora noſtra motum niſi de mente non ſumunt, & ocioſa ſunt membra, donec illis animus vtatur. Nihil eſt facilius quàm in quẽlibet affectum mouere populum. Nulli cum coimus ſua cogitatio, ſua mens, aut vlla ratio præſto eſt: nec habet vlla turba prudentiam ſingulorum, ſiue quòd minus publicos capimus affectus, ſiue negligentior eſt qui ſe non putat ſolum debere rationẽ, & multi fidutia facimus omnium. Quam non poſſit remp. turbare, confundere, ſi quis repẽte proclamet, prodidit vos imperator veſter, addixit, & nunc ille liberos habet? Si mehercule poſt hanc inimice vocem templa monſtraſſes, ſacrilegum continuo flagraſſet incendium, ſi conuelli ſimulacra voluiſſes, feciſſet cinerem de numinibus ſuis facinus audacia. Vis ſcire tuum eſſe quicquid ciuitas fecit? Gloriareris illo, ſi prodidiſſem. Non eſt iudices quod vos a grauitate iuſtitiæ dolor vltionis abducat, quòd mortem ſuam inimicus offert. Non petit illud, niſi quiſquis ipſe non debet occidi. Sepoſita igitur pauliſper lege mei doloris, hoc tantũ ab affectibus veſtris omnium mortalium nomine peto, ne cui nocenti pœnæ præſtetur arbitrium. Infinitam iudices ſceleribus aperitis audaciam, ſi pœnam licet eligere condemnato, nec iam vllam mortalium innocentiam trepidatione contineas, ſi patitur depræhenſus quiſque quod ipſe maluit. Leuat omnes cruciatus, omnem dolorem, præparata mentem cõpoſuiſſe patientia. Fallitur quiſquis humana tormenta ſola nominum atrocitate metitur, nulla pœna eſt, niſi inuito. Non habemus vllum niſi ab impatientia dolorem, & vt aliquid crudele, ſæuum ſit, metus facit. Supplicium quiſquam vocat ad quod proſilitur, quod expoſcitur, quod circa ſe non habet moras? Illo per fidem, illo trahite damnatos, quò non ſequantur. Tunc eſt pœna, cum pariturus trepidat, hæret, cum reſtringit ſupremo vincula conatu. Volo perituri prius videre pallorem, audire gemitus, volo circunſpiciat, volo quæratur. Fidẽ veſtram iudices, ne nocentibus ſupplicii ſui contingat electio. Minus iniquum eſt vt euadat nocens pœnam, quàm vt contemnat. Mortem vero damnatis quiſquis præſtat, indulget, nec ſunt alia beneficia pœnarum. Fallitur quiſquis illam velut omnium ſuppliciorum ſummam putat. Occidi non eſt pœna, ſed exitus. Neque enim habet impatientiam aut doloré, quod poſſis aſpicere quaſi fatum. Quòd ſi liberos relinquas, immo ſi ſerues, quàm felix exitus eſt plenusque lætitiæ? Lucrifacit mortis atrocitatem, quiſquis laudatus occiditur. Me, inquit, occidite. Non habet liberos inimice, non habet, quiſquis hoc te velle miratur. Sæue, crudelis, ego tibi permittam mori? Vt quid iam mihi melius optem? Vides quantum feceris nefas? Idem pro liberis meis offerre non potui. Tu vero paruulos tuos tene, vt in iſto potius moriantur amplexu. Tu nunc quoque non euades, non effugies. Quacunque te duxerit orbitas, ſequar, effundam ſi quod paraueris venenum, ſubtraham omne ferrum, incidam quoſcunq; ſtrinxeris nexus, ab omni reuocabo præcipitio. Etiam occiſis liberis tuis, non idem patieris inimice, niſi vixeris. Nec vereor iudices, ne putetis vtriuſque noſtrum orbitatem ſimili eſſe ratione tractandam. Admouebuntur ecce contra lachrymas meas liberi, quos nemo noſcet. Patris innocentis occiſi ſunt paruuli, quos nunc circa templa ferretis circa quos ſe celebra-

ret veſtra lætitia. Facinus eſt iudices minorem eſſe tranſactarum mortiũ miſerationem. Non inuenio quemadmodum liberis prodeſſe debeat odium patris. Perierũt etiam illi quorũ nec pater debebat occidi. Me miſerum, quòd ſic quoque multa habiturus es, quibus ego qui vindicabor, inuideam. Oſculaberis ante perituros, alloqueris, accipies ſuprema mandata, & moriturum te continuo promittes. Exonerabis gemitus tuos, cum eorum ſepulcra numerabis. Siccabit oculos quòd meam nunc quoque reſpicies vacuam domum. Me miſerum, pauperis tantum ſolatium futurum eſt, quòd pares ſumus. Quid quòd in ipſa cõparatione mortis nõ idem patientur liberi tui? occidentur vno fortaſſis ictu, & erit vltio manibus contenta carnificis. Paruulos meos occidit quicquid fuit tota ciuitate telorũ, & ſolus hic exitus eſt, à quo non eſt nec cadaueribus ſalua reuerentia. Hoc me nũc complorare tãtum putatis, quòd non ſum liberis meis ante ſatiatus? Miſer ego nec ad cadauera acceſſi, non in ſepulcra maiorum meis manibus intuli, nec licuit ſuper ipſa corpora proclamare, non feci. Qualem ego illũ patria perdidi diem, cum duces ab explicito bello reuertũtur. Non me lætæ cinxere legiones, non effuſi obuiam ciues triumphali circa currus meos exultauere lætitia, ſequebar captiuos meos triſtior victor, mœſtus vndique claudebat exercitus, occurrentium lachrymæ propinquorum, & erubeſcentis circa me populi timida ſolatia. O ſucceſſuum quoque noſtrorũ miſera conditio. Ergo ego victoriam meam non narrabo ſine fletu, nemo amicorum propinquorũmque coram me de bello meo loquetur. Nihil eſt crudelius calamitate, quam gaudia reducunt. Quoties redierit ille lætus vobis in ſupplicia mea dies, lugubres mihi ferte veſtes, renouate ſeruuli planctus, parate ſolatia propinqui. Nulli liberi impatientius deſiderantur, quàm qui propter patrem videntur occiſi. Sed verum, iudices, fatendum eſt, timeo mehercule ne par ſolatiis meis non ſim, ne me iſte quo pro liberis iraſcor affectus, in media vltione deſtituat. Sed adiuuate, miſeremini propinqui, adiuuate amici, & ſi forte defecero, tu vltionem meam populc conſumma. Timeo mehercule ne cum carnifex propius acceſſerit, ſubito proclamem, iam malo patrem. Sed ſiquis eſt pudor, oculi differte lachrymas, abite gemitus, horridum, trucé debeo præparare & miſerum. Deprehende igitur omnium mortaliũ callidiſſime hunc, quem ſimulas, quem nunc imitaris affectum, tunc ſciemus quo animo rogaueris, vt potius ipſe morereris. Sed ſi bene noui capax omnium malorum ſcelerũmque pectus, inimice viues & libenter, & fortiter, & quaſi vindicatus.

PASTI CADAVERIS, DECLAMATIO XII.

ARGVMENTVM.

Cum ciuitas fame laboraret, miſit ad frumenta Legatum, præſtituta die intra quam rediret. Profectus ille emit, & ad aliam ciuitatem tempeſtate delatus duplo vendidit, & duplum frumenti modum comparauit. Illo ceſſante corporibus ſuorum paſti ſunt. Reuerſus ad præſtitutam diem reipub. læſæ accuſatur.

PRO CIVIBVS CONTRA LEGATVM.

QVanuis iudices innumerabiles me indignandi cauſæ initio ſtatim actionis ſtrangulent, quia nec dicere vniuerſas ſemel poſſum, nec gregatim erumpentes differre gemitus, (Leuior eſt enim dolor qui diſponitur) Primum tamen ille ſibi aſſerit locum, qui eſt ex hoc iudicii tempore, & tam lentæ vindictæ dilatione ortus animi mei prope dixerim furor, quòd hominem tam ſceleratum, vt nos quoque fecerit nocentes, legibus accerſimus, quòd defendi patimur, quòd vt puniatur precamur, quòd damnatus quoque vel morte defungetur, quam nos in illa funeſtiſſima fame, dum ſepeliri licuit, optauimus: vel exilio, quod hic quantopere contemnat, apparet, qui tam lente in patriam. Quanquam de quo exilio loquar? Quantalibet ignominia dimittite domo notatum, habet quò eat. Nõ publicis manibus exeuntem diſcerpſimus? nõ (quoniam ſemel conſueueramus, & bona fide ferarum eſſe ciuitas cœperat) hic primus, nobis ex tam tardo cõmeatu placuit cibus? Sic enim iſtum laniari, ſic confici, ſic conſumi oportuit iure noſtro. Quis credat? ego me ab hoc abſtinere potui, cum & eſurirem & iraſcerer? Sed frumento occupati ſumus, nec quicquam aliud videmus. O quanta es fames, quæ tã grandem iram viciſti? At ego etiam ſi talis vltio contigiſſet, ſi me à nefario graſſatore reipublicæ non lingua, ſed dentibus vindicaſſem, nihil tamen iræ, nihil vindictæ præſtiteram, hoc & meis feci. Aeſtuant adhuc intra pectus ſepulta ventribus noſtris cognata viſcera, & tumeſcere intus atque indignari videntur, & ſera pœnitentia redundant. Iam enim

vacat nobis lugere,iam cibos noſtros efferimus, viſcera cremamus . nam cætera nobiſcũ ſepeliẽtur.O fames inaudita,in qua leuius eſt quòd eſurimus . Ignoſcite tamen violati manes meorum,hic vos alloquor,ignoſcite quòd ora temerauimus , quòd ab homine deſciuimus. Non vt infelicem animam ſuſtineremus, nõ vt inuiſum ſpiritum produceremus,fecimus: vna cauſa mortem diſtulimus,quòd ſi expiraſſemus,idem timebamus. Et ego quidem meis conſumptis excuſo,qui mihi ipſe iraſci non poſſum.at ipſe interim ſtat,vt videtis , lõga via ſaginatus & ſatur,atque abundans publico commeatu, ad mentionem ciborum noſtrorum plenum faſtidio vultum trahit,& exangues ac pallidos ad calculum vocat,quaſi ego non cõfitear illum etiam nimium multum attulisti. Tam pauci,rari per vias interlucent , & quanuis odio euerſoris noſtri euocatus è latebris ſuis populus,ſubſellia non implet. Pauci ſceleribus paſti,alienis mortibus ſalui,quòd viuunt ipſi ſibi rei, graues, ægra & tabida membra in publicum protulerunt.Hæ ſunt ciuitatis reliquiæ quas videtis. Sic tabuimus, vt miſeri nec viuos habeamus nec mortuos.Hic eſt populus,hæ vires,hæ ſpes, hæ opes. Niſi tandem ad vadimonium Legate veniſſes,non multorum dierum commeatum habebamus. Quò nunc tantum frumẽti?quò claſſem commeatu grauem?Multum hercule negociatione tua actum eſt.Frumentum habeo,populum non habeo,nuſquam opus eſt, iam licet vendas . Dum tu ſalutis publicæ nundinator proximum quenque emptorem dimittis , dum aut funera noſtra vendis,aut ſcelera:dum populo tuo fame moriẽte alienæ ciuitati Legatus es factus, nos interim cibos ex malis inuenimus , & fames ſe ipſa pauit , & miſeriæ noſtræ crudeles factæ ſunt.Patiamur te defendi,ſi abſolui ſaltem non poſſumus.Hæc nunc Iudices ego ſolus queror?ad me magis pertinent?aliquid proprie paſſus ſum?non communem dolorem accuſator habeo cum iudicibus? Quiſquam in hac vindicta alteri cedit?nõ publica inopia , non totius populi mendicitas vna fuit?Niſi quia funeſtas epulas & nefarios inuenimus cibos,non putamus famem fuiſſe.In omnes gentes,in omnia vẽtura ſecula proſcripti ſumus,omnes hæc prodigia narrabunt,omnes execrabuntur,niſi qui non credẽt.Famem ipſam infamauimus, &(quod miſeris vltimum eſt)miſerationem quoque perdidimus. Adhuc tamen vna defenſio fuit,quòd videbamur in hæc omnia iſtius opera impulſi.Si hic innocens eſt, noſtra culpa eſt.Etiam ne publica mala narrabo , & miſeriis noſtris conuicium faciam? Exibunt verba?ſubſequetur ſermo? non alligabitur lingua? Plane nihil non poſſumus. Exploramus ordinem cladis noſtræ,& ſimpliciter omnia indicantur. Decet iſta noſtro ore narrari. Sed nouimus,& nimium meminimus,iudex doceri non debet, opinor, reo indicanda ſunt, qui à malis publicis abfuit , qui hoc certe maximum debet patriæ ſuæ beneficium, quòd à fame ſolus dimiſſus eſt. Audi itaque,audi, frumentum iſtud quod lucrifeciſti, quanti nobis conſtet. Aliquis fortaſſe iudices miratur,etiam ſi huius feralis anni fructus ceſſauit,quòd tamen illa ſuperior longi temporis beata fœcunditas tabuerit,& ſecum iſte dubitat, quid ſit in cauſa cur ciuitas opulenta quondam,nihil frumenti niſi in ſpe habuerit:Sic fit,vbi vicinis ciuitatibus vendimus,& vndecunque offulſit lucrum , ſine reſpectu ſalus publica addicitur , in vacuam poſſeſſionem fames venit.Etiam ſi quid reſidui erat,vt carius quidam venderent,ad annonæ incendium ſuppreſſum eſt. Teſtor tamen conſcientiam veſtram, non ſumus queſti quandiu duplo emebamus. Non enim vulgaris illa labes frumenti fuit , qualis nec aliis ab agricolis accuſari ſolet perfidia terrarum, & ingratæ meſſis irritus labor. Noua & inaudita, abominanda lues,quæ nihil homini reliquit præter hominem. Aut aſtricta citra conatum ſata ſub ipſis tabuere ſulcis,aut leui rore euocata radix in puluerem incurrit,aut peruſtis torrido ſole hærbis moribunda ſeges palluit. Nullus imber ſitientis ſoli puluerem terſit , nulla ſupra arentes campos ſaltem vmbra nubium pependit. Calidi ſpirauere venti, maturitatem præcepit æſtus,etiam ſicubi forte viuæ hærbæ ſolum vicerant,vanis tantum ariſtis ſpem fefellerunt,& inanes culmos triſtis agricola iactauit ventis nihil relicturis. Leuia queror,prata exaruerunt,perierunt frondes,germina non exierunt,nuda terra, & rudes glebæ, & aridi fontes erant. Niſi hæc omnia inter ſcientes dicerem,poterã videri falſo queſtus de hoc anno , quo tantum frumenti vendidimus . Vtinam ſaltem nobis rudem victum ſyluæ miniſtraſſent,& carpere arbuſta,concutere quercũ,legere fraga licuiſſet,& quæcunque primi mortales ante traditos diuinitus mitiores cibos contra famem obiecerunt , peſtifer annus reliquiſſet. Non eram delicatus.Sed ô triſtis recordatio,funeſta neceſſitas,nihil habuimus quo viueremus,præter famem. Nec tamen in totum queri de numinibus poſſumus,maria certe ſecunda experti.Si voluiſſet ſeruare Legatus diem, quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis frumentum bis afferre.Vt primum tanti mali ſenſus in ciuitatẽ percrebuit,cum

iam vrgente inopia cotidie malum arctius premeret, & præsente fortuna peior tamen esset futuri metus,apparuit nullum ex propinquo esse præsidium, cum finitimas quoque ciuitates incendium nostrum aduenisset. Erat quidem aliquid in vicino adhuc frumenti,sed iam nemo vendebat.Ergo vt vidimus salutem publicam trans mare petẽdam,se in curiam quisque cogunt. Vt arma bello,vt aqua incendio inclamari publice solent:ita vno quodam consensu non ætatibus expectatis,non honoribus,pariter retulimus,probauimus,decreuimus, pedibus,manibus iuimus in sententiam necessitatis:nec ordo nos officiorum moratus est. Legationem multi pollicebantur, nec innocẽtiæ iste beneficio vel auctoritatis meritorúmque respectu electus est.vna causa nos mouit, quòd se cito rediturum pollicebatur. Pecuniã sine numero infudimus,frumentum sine modo mandauimus,quantum potuisset afferret, festinaret modo.Hoc vna voce supplices acclamabamus,ac ne moraremur, ne hoc quidem diu rogauimus:vna tantum vox fuit,quam iste pro quodam præiudicio amplexus est. Nihil agis afferendo frumentum,si post illum diem veneris.Nostris manibus Legatum in nauem tulimus,ac ne quid moræ esset, pro sua quisque portione etiã commeatum dedimus, retinacula incidimus,& littus ingressi classem publicis manibus impulimus. Inde fugientia vela longo visu prosecuti,facilem emptionem,secundos ventos,placidum mare, non secus ac si ipsi nauigaremus,precati sumus. Quis credat hoc de tam miseris?Omnia à diis impetrauimus, scilicet vnum supersit,vt pro aliena ciuitate vota soluenda sint.Cito emit, cito perùenit,cito rediit quò voluit.Quid prodest expectare?Alia ciuitas prior est,& sane religiosus Legatus diem expectat.Nos interim coacta primo ex agris pecora diripuimus,& ne venturo saltem anno prospici posset,non reliquimus qui ararent boues.Iam seruis fugas imperauimus.iam procumbentes ante limina principum pauperes in ipsis precibus expirant. Plorantibus liberis Legatum promittimus.Iam tantum sibi quisque cura est. Nihil tamen horum etiam nunc in inuidiam Legati queror,adhuc prior cursus est. Hactenus nostra mala tulimus,in reliqùa Legatus nos vicarios dedit.Si quicquam tibi humani sanguinis supersit(nisi nimia saturitate alienæ fortunæ cogitatio excidit) respice patriæ casum, respice necessitatem grauissimam. Miseri te misimus expectant pallidi exanguesque ciues tui, & quicquid extremi spiritus adhuc supersit,spe tui trahitur. Figura tibi exesos vultus,decrescẽtem populum,iam præmortuas vires,nec quicquam horum potes ignorare si quid tibi credimus fame laborantem ciuitatem vidisti.Festina dum supersunt quibus legationem renũcies.Festina dum mori vltimum est,frumento digni sumus. Quid in nos conuertis etiam alienæ ciuitatis famem?Quatenus nobis computandum est, propter te duplum mali tulimus,tu super frumentum publicum stertis,& omnes maris circunuectus oras,littora portúsque cognoscis.Tu inter duas ciuitates fatorum arbiter,alienæ conditor,tuæ euersor, salutem nostram peregrinis admetiris,& secunda tempestate in patriam ferentes habens, contrarios ventos exoptas.Nos per arentes effusi campos morientium hærbarum radices vellimus,eo quidem fortius,vt si fieri possit in venenum incidamus,subeuntes insolitis cibis. Et sicubi forte vberius paulo pabulum contigit,de pascuis rixa est. Amaros fruticum cortices,& ramorum male arentium pallidas frondes decerpimus,morbida quicquid fames coegit,corpus admisit.Iam passim moriuntur: pestilentiúmque more pecudum subinde aliquis ex populo in ipsis pascuis procumbit.Crebrior cotidie interitus,& latior strages,& me miserum,iam fames desinit. Quos tester deos?Superós ne quos per tantum nefas fugauimus?An inferos,quos nobis permiscuimus?An nostram malam conscientiam,omnia nos ante feciſſe,quæ nemo præter nos fecit?Pecora cecidimus,campos euulsimus,syluas destruximus,nouissime nihil relictum est præter esurientes & mortuos. Siqua est fides, libenter hanc partem accusationis subinde differo,adeo vbi tantum nefas narrandum est etiam exigua teporum lucra sectari libet,& necesse est reo indicare,qui à malis publicis abfuit, quàm multis non ad diem venerit. Ignoscite dii hominésque sceleri quidem vltimo, sed tamen quod feciſſe miserrimum est.Non habitãt vna pudor & fames, & cum semel intrarit impotens domina,feras etiam & ingentes beluas subigit.Terram morientes momorderũt. Memetipsum,si nihil fuisset aliud,comediſſem.Sed confitendum est, Legati beneficio non defuit.Postquam omnem patientiam vicerat ignea fames,postquam spes quoque,quæ miseris vltima est,omnis abierat,& frumentum toties sibi frustra promissum animus iam ne cupere quidem audebat,subiit furor,& alienatio mẽtis,& tota sui arbitrii fames facta est.Animus malis dirigucrat,os insolitis cibis stupebat,feris inuidere cœpimus. Primo tamen furtim,& intra suas quisque latebras admisit hoc monstrum,& si paulo citius veniſſes, potuis-

set hoc negari. Si quis ex strage corporum defuerat, sepultum putabamus: nec tamen indicauit quisquam, nec deprehendit aliquis. Nemo vt hoc faceret exemplo impulsus est, se quisque docuit, omnes scire cœpimus, postquam omnes fecimus. Quoties tamẽ antequam inciperem, in portum cucurri, quandiu in altum intentus, siquæ essent in conspectu naues, oculos fatigaui? Tibi Legate tempus differre facile est, qui tuam tantum partem non vendidisti. Tu quem habeas diem videris, ego septimum expectare non possum. Ergo rabidi super cadauera incubuimus, & clausis oculis, quasi visus conscientia acerbior esset, tota corpora morsibus consumpsimus. Subit interim horror ex facto, & tædium ac detestatio sui, & planctus. Sed cum ab infaustis fugimus cibis, vrit iterum fames, & quod modo ex ore proiecimus colligendum est. Nunc mihi illa fœda videntur, nunc abominanda, laceri artus, & nudata ossa, & abrepta cute intus cauum pectus. Nunc occurrunt effusa præcordia, & liuidæ carnes, & expressum dentibus tabum, & exhaustæ ossibus medullæ. Quantulum enim corporis fames relinquebat? Nunc illud horreo tempus, siquãdo aut manus incidit, aut facies, aut aliquid denique quod hominem propria nota signat. Nunc cibi succurrunt quos imponere in mensam non ausus sum. Confitendum est enim, deuorauimus homines, O quidem auide, qui diu nihil ederamus, & tamen cœpisse difficillimum fuit. Postquam ius factum est. postquam nemo erat in ciuitate quem confiteri puderet, tum vero iam in posterum prospicimus, & funera horreis condimus. Retroaguntur exequiæ, aut citra, aut ad rogos pugna est. Hæres cadauer cernit. Nouum & incredibile, nisi nouissemus, monstrum habuimus, sine rogis pestilentiam. Mortui ratio non constitit. Perisse ciues scio tantum, quia inter viuẽtes non video. Aegri assidentes timebam, & labentem animam supremis domesticorum oculis reducebant. Primo tamen nihil rogabant suos nisi totam sepulturam. Vt maior vrgere necessitas cœpit, beneficium factum est expectare dum moritur. Nemo adeo affinis fuit, nemo tam coniunctus, quo pietas abstineret. nostros comedimus, nostros. Nam si alienos vellemus, nemo audebat, nemo cedebat. Nihil est tamen quòd indignari velitis, narraui vobis lucrum vestrum. Frumentum duplo vendidimus, & callidissimus Legatus vicinæ ciuitati imposuit. Plena nunc horrea, bonæ rationes, onustæ naues sunt, & quô magis gaudeamus tanto bono, pauci sumus. Nam quod ad temporis excusationem pertinet, nihil est opinor quòd æstuet, in desertum non incidit populum, nec sanè fuit cur festinaret, etiam nunc expectare poteramus. Sola est nostra ciuitas quæ fame perire non possit. Dissimulaturum me putatis istius patrocinia? Confiteor, venit ad vltimum diem, attulit frumẽtum, gratulemur quòd iam nulla ciuitas fame laborat. O si vires sufficerent, latera durarent, aliquid ex aridis diu faucibus residuæ vocis exiret, quanta indignatione opus erat, vbi pro omnibus dolendum est. Quod cum ita sit, vniuersi qui assumus proclamemus, hæc nota concio in vnam vocem consentiat, non esset tamen futura par crimini inuidia: vt omnes accusemus, quota pars queritur? Secum quisque reputet quæ tulerit, quid admiserit. Plane immanis belua est, & non tantum necessitatis causa per nefas pastus, qui quod comederit hominem non irascitur. Succurrite dolor & seri vomitus, & vltrix pœnitentia. Ades longi ieiunii imperiosa necessitas, & vos intus implicitæ, si quid potestis, admouete animæ, & à ferali ventre prorumpite, dum commissum nefas deuoto capite expiamus. & quasi lustrata vrbe feralem victimam violatis manibus mittimus. Decent nos tales hostiæ, in iudicium perduxi publicum scelus, & infamatæ ciuitati quæro velamentum. Nemo non commisit aliquid, habetis tamen si vultis vnum, & pro omnibus nocentem. Reipub. læsæ accuso. Mirari vos certum habeo hanc verbi segnitiem, cum ciuitas tota consumpta sit, cum populus in se tabuerit, quo perstricta tantummodo patria, & leuiter (quod aiunt) manu offensa intelligi possit. Sed ferenda est, vt in cæteris, hæc quoque rerum naturæ iniuria, quòd non tam in manibus factis paria verba accommodauit, & fames nostra, fames dicitur: & cibi nostri, cibi vocantur, & resp. nunc læsa. Nec scilicet nisi peracto legitimo ordine reus punietur. Omnia rogo scrupulose agantur. Videte vt iure irascamur, qui contra ius viximus. Immo etiam si libet defensionem audiamus, & iam nunc nos moretur. Neget læsam rempub. quia plusquam læsa est. Non enim discussos alicuius operis angulos, nec reciſas lucorum frondes, nec publicarum ædium dispersos parietes obiicimus. Ac si videbitur, adiiciet forsitan non esse rempub. quæ perierit. Id enim superest, vt iam hoc nomen extinctum audiamus. Procedet cousque fortasse, vt esurisse nos neget. Non inficior autem parum proprie hoc legis verbo nefas istius signari non posse. Maiores enim ne lædi quidem rempublicam impune voluerunt, ideôque existimo etiam hoc esse com-

præhenſum. Nemo autem verebatur, ne abſolui poſſet crimẽ lege maius. Quid quòd actionem reip. læſæ tentat in legem male geſtæ legationis deflectere? Eligit reus crimẽ, hoc eſt noxius crucem optat. Non ſuſtineo iudices in tanto animi motu argumenta conquirere, nec impetus iræ meæ in digitos deſcendit, hoc tamen ſcio. non cadit in formulam publicus dolor. Nec ſi adeo iudicibus quid paſſi ſunt exciderit, vt has ferant cauillationes non diluentes crimen, ſed differentes, populus quoque impunitum nefas ſine lapidibus præteribit, nõ præſcribes. Te accuſare male geſtæ legationis poſſum. Age porro, ſi occiſos obiecero homines, non tu es cauſa mortium? Si violata ſepulcra, non propter te rogos fraudauimus? Sed legatus fuiſti, quod tamen ipſum quid eſt aliud quàm remp. tractare? Rem autem qui male agit, vt arbitror lædit. An exiſtimas hanc legatis dari peccandi licentiam, vt quæcunque ſcelera in eo officio commiſerunt, cum his omnibus hac vna lege decidant? O nimium inuidendam huius legationis conditionem, ſi tibi & famem remiſit, & legem. Sed errauerim fanè, & quia nullum in foro noſtro iudicium fuit, deſuetudine ipſa iura exciderint, quomodo legem meam effugis? Nam niſi malis ſtupeo, duo ſunt omnino quæ in eiuſmodi crimine quæri ſoleant. An læſa ſit reſp. an ab eo qui arguitur læſa. In quibus ſiquid tibi fidutiæ fuiſſet, non à criminibus crimina appellares, nec ad alteram pœnam transfugeres, ſed te ab hac quæ intenditur, tuereris. Dico læſam eſſe remp. Oratione hic opus eſt, aut reliquorum more accuſatorum hoc nunc mihi quærendum, quomodo res verbis aggrauetur. Adeo infirmata eſt calamitatium memoria, quæ ſi poſſet excidere, non tamen narranda ſolum nobis, ſed oſtendenda erat ruina publica. Agedum, ſi videtur, extra portas proſpicere ſquallida arua, & ſpinis obſitas ſegetes, & ſemeſos arborum truncos. Viduis cultore agris, errant à fame noſtra innocentes feræ, inanes villæ ſunt, & deſerta horrea in ruinam procumbunt. Nullus inuerſis aratro glebis campus viret, nullum ſolum opere renouatur. Iam & ſequentem annum famem timeo. Redite in domos veſtras, videbitis noxios focos, & ignes tabo cadauerum extinctos, & tecta mortibus grauia. Cum maxime inferimus in tumulos oſſa inſepulta, ducimus opertas exequias, & ad ſepulturam reſidua conferuntur tandem cadauera igni permittimus. Vbi vero vniuerſas familias fames extinxit (quæ pars maxima eſt) inanes domus ſitum ducunt, iacent relictæ ſine hærede ſarcinæ. Inuenitur tamen interim cluſa domo conditus dominus, ſicuius mors famem euaſit, quem rimantes non inuenere proximi, qui inter ſuos vltimus deceſſit. Quò vos mitto? Ipſam intuemini concionem, vnius deficientes ſpeciem tota ciuitas habet, cauum macie caput, & conditos penitus oculos, & laxam cutem, nudos labris trementibus dentes, rigentem vultum, & deſtitutas genas, & inanes faucium ſinus. Prona eſt ceruix, tergum oſſibus inæquale, infernis imaginibus ſimile, fœda etiam cadauera. At ſi quis talis non eſt, confiteatur ſe vſque ad ſaturitatem comediſſe. Sua quiſque conſulat miſera præcordia, ſuum ventrem conſcientia grauẽ. Dic nunc Legate, innocens ſum quòd ad illum diem veni. At ego propter te nocens ſum, quod ad illum diem vixi. Quæ comparata nobis mala non delicatas lachrymas habent? aliquem populum hoſtilis exercitus intra portas cogit, ſolet venire vltima obſeſſis inopia, ſed euerti certe licet. Victor captiuum aut occidet, aut paſcet. Tormenta quidam piratarum tulerunt, felices quibus contigit innocentia. Mors certe finis eſt, nec ſæuitia vltra fata procedit. Aut etiam ſi quis adeo hominem exuit, vt ibi pœnam quærat, vbi ſenſus doloris non inueniat, nempe tameu cadauera feris obiicit. Circundati ſunt quidam flammis, ipſa tamen pœna habuit ſepulturam. Nos incendii cinerem perdidimus, noſtra etiam ruina tabuit. Noſtra mala nunc latent, non ignis defunctos cremauit, non feræ lacerauerunt, non aues attigerunt, & tamen cadauera mortibus annumerare non poſſumus. Citra ſpem cõualeſcendi afflicti ſumus, immo etiam citra votum. Grauior indies facti pœnitentia eſt, pudet vitæ, lucem ac ſidera intueri non audeo. cotidie felices mortuos clamo, & malæ conſcientiæ facibus agitatus, nihil fortunatius in æterna ſede vtcunque compoſitis puto (adeo mors placet) iam etiam cibis noſtris inuideo. præterita differo, ipſa ex nimia cupiditate nocet abũdantia, deſideratos diu cibos auide haurimus, & laſſam famem ſaturitate ſtrangulamus. Morimur adhuc etiam frumento tuo. Atqui cæteræ reipub. partes, quæ ſunt ad vſum populi comparatæ, & leuiore cum damni ſenſu pereunt, & facile remedium accipiunt, cum reparari poſſit amiſſum. Opera reſtituam, ærarium replebo, naues, arma reficiam: hic vulnus altiſſime penetrat, hic ipſa vitalia ſe rumpunt, vbi populus ruit, vbi continuis funeribus omnis ſexus atque ætas ſemel ſternitur. Exhauſta eſt ciuitas, & deſolatæ domus, triſte florentis quondam fortunæ indicium, laxi muri. Quàm multi in ciuitate noſtra

perierint quæritis? Minima quidem portio ſupereſt,ſed etiam ex hoc intelligi poteſt,eſuriẽti populo ſatis fuerunt. Plurimum tamen intereſt quomodo perierint. Felix peſtilentia, felix prælium ſtrages,denique omnis mors facilis,fames aſpera,vitalia haurit,præcordia carpit,animi tormentum,corporis tabes,magiſtra peccandi,duriſſima neceſſitatum,deformiſſima malorum. Hæc ad humile opus nobiles manus mittit,hæc alienis pedibus mendicantes proſternit,hæc ſæpe ſociorũ fidem fregit,hæc venena populis publice dedit,hæc in parricidium pios egit. Adhuc tamen vnum videbatur remedium non expectare mortis diem,& tabeſcentem cotidie ſpiritum ſuperuenientibus malis ſubducere. nam in fame nemo quidẽ mortis immunis eſt. At non tua culpa fames cœpit. Sed vulneratum iugulaſti, titubantem ſtrauiſti,fumantem incendiſti. Nequid inique faciam, diuiſa ſunt mala. Primam famem fortunæ imputo,vltimam tibi. Moram tuam itineribus ſeparo. Denique ex eo inopiam tibi obiicio,ex quo propter te tuli. Itaque caritas annonæ,rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum,fuerint fortunæ,fuerint anni,fuerint temporum. Aliam conditionem habẽt ciuium mortes,& cadauerum dira laceratio,& peiores inopia cibi. Hæc fames iam tua eſt. Puta me in præſenti nihil adiicere niſi hoc vnum,tardius quàm potueras veniſti: nondum tibi obiicio duplicata tempora,nec remenſum toties mare,nec graues ancoras: nondũ tantam moram,quanta legationi ſatis eſſet. Si innocentes eſſemus, populum ſeptẽ diebus perdidiſſes. Anguſtos humani ſpiritus terminos fames fecit,morimur,deficimus,feſtina miſericors,omnes excipe auras,etiam ſi tota ſecundis flatibus tetenderint vela venti, tamen remis adiuua,ſalutem publicam vehis,ſpiritum populi tui reportas,omnium noſtrum in iſta claſſe nauigant animæ. Iuramus per tuum reditum,effuſi per gradus templorum vota ſuſcipimus,tendimus manus,nam quas feriamus hoſtias non habemus. Quid ſpem publicam ad ancoras alligas? non ſtat interim dies,& plenis velis mors venit. Feſtina,merita tua non cõditores æquauerint,nõ ipſi dii plus præſtiterint. Tibi nos,tibi liberos noſtros, tibi quicquid homini iucundum eſt,tibi debemus quicquid vicinæ ciuitati præſtitiſti. Non dico illa quæ poteram,puta cæruleus imber in naues ruit, claſſis inter fluctus latet,nec inter canẽtes colliſarũ aquarum ſpumas vela dinoſcimus, egerit ex fundo arenas mare, micant ignes, intonat cælum, ſciſſis rudentibus tempeſtas ſibilat,denique ſidus hybernum conditur: tu tamen perſeuera, frumentum vehis, nihil horum neceſſe eſt feliciter nauiganti, feſtina. Quererer ſi naues commeatu tardaſſes, dum velocitatis ratio haberetur, mallem accipere dimidium. Non delicati ſumus,non luxuriæ quæritur abundantia, ſed vnde ſpiritum ſuſtineamus,vnde mortem differamus in præſentia quantulumcunque. Si plus opus fuerit, redibis. Siccæ fauces ſunt,æger anhelitus oſtendit. Iam fruſtra in ſinu parentum liberi plorãt, & nondum editi conceptus intra vterum famem ſentiunt. Iam nemo diues eſt. Auras captamus,& rore veſcimur,& iam ſperare tormentum eſt,cotidie vires deficiũt. Iam nõ imus in littus,ſed redimus, in editis ſcopulis populus ſedet, dum naues expectat, in paſcua non redit. Aquas ingredimur,& vnus adſpectantium rictus eſt,& cum defecerunt omnia, expirant. Te,te expectantes intentis oculis morimur,in mare mortui cadunt. Quoties ſole percuſſa nubes refulſit,nauem putamus,quoties fractus vento fluctus incanuit,vela interpretamur. O mobiles miſerorum ſpes,ad vnaquæque ſolatia, ab vnoquoque quomodo nutant? Hæc certe nauis eſt,ecce vela panduntur,propius appellitur,& accedendo creſcit, noſtra eſt, ſuos in vtranque partem ventos habuit,noſtris votis gubernati flatus ſunt. Hæc didicimus, at illa interim tranſuolat. Fletus inde & deſperatio, & lucis odium. Nihil enim grauius quàm deſtitutæ ſpes torquent. Ne interrogare quidem licuit, aut quærere, nemo applicabat. Ergo incerti omnium rerum pependimus, nihil quiſquam cognouit. Saltem ſi ſcire licuiſſet vbi frumẽtum vendidiſſet,ipſi petiſſemus. Iam quomodo ad ſingula momẽta temporum mutabantur animi,bene eſt,ſerenus ſol occidit,purus ſe dies tollit,ad nos venti ferunt,iam veniet. Pendet interim fames,& illud quod iamdiu cogitat, differt, ita tamen vt ſubinde computet,quot dies ad mortem ſuperſint,nam quid profecit? Meminiſtis,cum contrarii vẽti flare cœpiſſent,& in altum fluctus à terra volarent,quãta cõploratio,quãti planctus fuerint,retinebitur,ſtabit,laborabit. At,ſi diis placet,legatus noſter tum maxime bene nauigabat. Nos in hac fortuna,in tam graui caſu, in eiuſmodi cogitationibus ſumus: Tu ſinus maris circuis,& per omneis curuatorum littorum ambitus terram legis. Sic fit vt te iuuet diu nauigare. Nullus amœnus prætermittitur portus,nulla celebris ciuitas inuiſitata tranſitur. Mentior,etiam ad eſurienres applicas. Dein ſiquam timoris iniuriam quereris, non feram te morantem. Quomodo ſatis accuſabo vendentẽ? Spiritus noſtros trãſcribis,ſa-

lutẽ noſtram exponis. Quæ diu inæſtimabilis fuit, innocentiam publicam vendis. Frumẽtum non naufragio perdidimus, nõ latrocinio, lucro perimus. Tempeſtas quoque aliquam nauem in medium littus impingeret, & ex claſſe numeroſa omnes fluctus exhauſiſſet. Periit frumentum, quia claſſis venit in portum. Ita nos alienæ ciuitati Legatum miſimus & vilia ac deuota capita vicinorum delitiis morimur. Nobis nihil iam reſidui ſpiritus ſupereſt, nos in conſpectu mortis ſtamus, nos Legatum frumentũmque noſtrum ore aperto expectamus, claſſis noſtra vecturam facit, & vicinarum ciuitatum copias introducit. Pene à conſpectu noſtro vela conuerſa ſunt, quantulo minus quàm congeſti fruméti puluerem vidimus, tantum iam temporis tranſiuit ex quo pecuniam contulimus, Legatum creauimus. Iam dinumeratis temporibus quæ ſecundi venti breuiora fecerunt, cotidie ſpero, & ſane prope eſt. At Legatus meus ad emendum modo proficiſcitur. Tibi ergo tot ciuium mortes imputo, tibi ſtragem populi, tibi liberorum parentũmque miſerrimas pœnas, tibi quicquid paſſi ſumus, tibi, quod grauius eſt, quicquid fecimus. Et ſcilicet ſperas, vt tantam ſceleris inuidiam ab animis noſtris duplæ pecuniæ ſtrepitus auertat? Neſcis quàm multa vendideris. Duplo vendidi. Ita ne infelicitas mea negociãti tibi lenocinata eſt? Quòd fame perire ciues meos patior, quòd vt veſtram ciuitatem ſeruem, meam euerto: quòd à tam vicinis littoribus claſſem torqueo, quòd ad diem redire non poſſum, quòd precium conſtituitis, quòd occulto datis duplum, patrocinio meo quantulum lucror? At nos inepti ac veſani de fame quærebamur, grauis nobis inopia, intolerabilis, & miſera: accerſita mors videbatur. Nũc agimus gratias induſtriæ Legati? Reſp. noſtra locupletior perit. Sacroſanctus mercator opportunũ, opinor, inuenit mercis exactum. Miror hercule, ſi tam bene negocium geſſeras, quomodo nobis pecuniam non retuleris. Duplo vendidi. Decepiſti vicinam ciuitatẽ, circunſcripſiſti, itaque queritur. Duplo vendidi. Hoc enim vnum ſupererat, vt deuectum tantidem venderes. Habita eſt itineris ratio. habita vſurarum. Ego vero malo quod tam magno vendidiſti. Apparet enim te nihil coactum. Sed ſi ſemel ponis haſtam ſalutis, ſi redemptores vitæ admittis, & nos admone, melius vendes. Nos quicquid in domibus habemus, quicquid in tẽplis, quicquid ciuitas ſuũ vocat, cõgerere parati ſumus. Frumentum pecunia remetiamur, libertatem noſtrã addicimus, fines publicos tradimus: omnia licet eadem vicina ciuitas polliceatur, plus nõ poteſt. Proſit mihi quod apud negociatores ſolet, in anteceſſus dedi. Triplum, quadruplũ, quãtum popoſceris accipe, & illa pecunia frumẽtum licet vicinis afferas. ſi nobis nihil de commeatu noſtro partiris, nos vicinæ ciuitati vẽdemus. Liceat ſeruire vbi frumẽtũ eſt. Non exigua res eſt, pro vita, pro ſepultura, pro innocentia licemur. Non poteſt hic cõmeatus tã care emi, quàm expectari. Sed niſi vendidiſſem, inquit, fame laboranti ciuitati, timui ne raperet. Et ita vtique occupare voluiſti, vt nobis iniuriã tu potiſſimum faceres. Multum mehercule vos fallit opinio iudices, ſi vllam cauſam ita euidentẽ deferri poſſe in forum putatis, cui nulla ne mẽdacii quidẽ velamenta cõtingant. Opinione ſua defenditur, & quæres minime coargui poteſt, vtitur ſe teſte. Ne nos periremus nõ timuiſti, ne repetiti cõmeatus poſt diem noſtræ mortis applicarentur, nõ timuiſti. Noſtris certe malis quãquam nihil poterat accidere inopinatũ, tamen inter metus tẽpeſtatũ & ancipites incerti maris caſus, cõfiteor, ne frumentũ ſalua claſſe perderemus, nõ timuimus. Non dico vt maxima vis parata ſit, vt more immanis latrociniis turba raptorũ littus premat, vel repugna, vel fuge, vel roga. Incẽſurũ naues depreſſurúmque minitare potius, quàm totũ frumẽtum vtique populo pereat. Partire vẽl gratis, dum nobis aliquid quo reſpiremus afferas. Illud quo certe nihil aſperius accideret, rapi patere. Faciat fortuna quod voluerit, Legatus à præcepto nõ recedat. Refer nobis ſaltẽ iniuriam noſtram, mitte nũcios, ita famem differemus, rapiemus furẽtes arma, & ſe in obſidionem ciuitatis inimicæ ſine delectu populus effundet, vaſtabo interim fines, hoc eſt per aliena prata paſcar. Siqua in villis depræhendero pecora, deripiam, bellũ me alet. Citius ad frumentum perueniemus, quàm tu cũ frumento redibis. adiuuabunt pugnãtem iuſta ſacramenta. Si contigerit æquum fortunæ iudiciũ, nõ meos tãtùm cõmeatus recipiam. Si minus, certe dabitur bene mori. Liceat & manũ conſerere, in acie cõfligere, cõdant ſe poſtea licet muris, longius obſidio eat, interim certe hoſtiũ potius cadaueribus viuemus. Sed nulla vis fuit, nulla exterior iniuria, tuum certũ commeatũ nemo rapuit, iure miſeri ſumus, & ex ſtipulatu Legati noſtri perimus. Vendidit quãtum voluit, quanti voluit, & vt hoc ad noſtras accederet moras, fortaſſe diu concionatus eſt. Omnis cum fide perſoluta pecunia eſt. Hoc quî colligo? Qui quanti vult vendit iudices, poteſt non vendere. Nam per fidẽ, ſi rapere alienum frumentũ, & poſſunt, & volunt, quid ita duplã pecuniã ſoluunt? Nã quomodo

in magna inopia quicquid emi poteſt,vile eſt,ita cum poſſis habere gratuitum, duplo carũ eſt.Sed mihi credite,color iſte patrocinii eſt,& diu in ſaturo ocio cogitata defenſio.Non po teſt ſimilis vſquam fames fuiſſe.Nos graue huius anni ſidus afflauit,noſtrum hoc fatũ fuit, quos non tantum fata,ſed etiam empta fallunt,qui noſtra pecunia,noſtra claſſe,noſtro Legato,noſtro vento,feliciſſimo curſu,commeatum tamen perdidimus.Nos à frumento lon gius ſumus,ad illam ciuitatem potuit frequenter accedere negociator,ſæpius applicari onuſta claſſis:itaque non miſere Legatos,nullus illis commeatus longius petendus fuit quod fe liciſſima annona,affluentibus copiis,fortunatis opibus contigit, nihil emerunt niſi deuectum.Quare nulla cauſa iſtius quem fingis metus fuit,nulla vtique vis.Forũ legiſti, & quia adhuc ſupererat tempus,obiter negociatus es.Rapturos putaui.Quid dicis ſcelerate?Et cum hoc timeres applicabas?Onuſtus viator apud latrones hoſpitaris?Commeatum publicũ annonæ in ſcopulos impingis,& plenæ frumento claſſis ancoras ad famem ducis?Non præcides medium mare,non velut inhoſpitales Syrtes, aut voracem Charybdim præterueheris? non tota in fugam vela torquebis?Nuſquam eſt periculoſius legationis tuæ naufragium.Tu vt cogi poſſes,tu vt auferri frumentum poſſet,effeciſti.Tãtum habituri ſumus quantum reliquerit pudor eſurientium.Quid te duplo frumentũ iactas vendidiſſe? Potuerunt nihil ſoluere,quod refers,alienum beneficium eſt.Alterum confingitur hoc loco mendacium.Tempeſtate,inquit,appulſus ſum.Ita plane infelix nauigator es,& cuius votis auræ non reſpondeant.Neſcimus te duplo melius nauigaſſe,quàm ſperamus?Neſcimus ſingulis commeatibus bina itinera confecta?Neſcimus in vna legatione ventos quater ſecundos? Sat erat verbo negare,quod verbo ponitur.Remoue hanc ſpem eludendæ mendacio ciuitatis.Quo dãno probas tempeſtatem?Quid amiſiſti?Frumentum certe totum venit in portum. Nec laboraſti,tanquam nimium onuſtas naues ſimulaueris,duplum afferre poterant.Non vexata armamenta,turbatósque funes,aut ſciſſos velorũ ſinus quereris:claſſis ſtatim exiit, & quod magnum integræ ſignum eſt,cita rediit.Porro tẽpeſtas in vnum agebat angulum, nihil potuerunt obliquata vela deflectere.Non potes vltra procedere,citrà applica. Effuge raptores, effuge non dimiſſuros.Si aliud fieri non poteſt,cum tempeſtate decide naufragio, in deſertũ littus impinge.Quid deuitata procella prodeſt?quid ſubducta nubibus inuiis claſſis? In portu naufragium fecimus,& frumentum ad ancoras perdidimus. Ego vero,inquit, attuli, & quidem duplum. O nos felices, rumpamus ſaturitate præcordia, paſcamur in præteritum, & famem cruditate penſemus.Frumentum attuliſti. Quid quòd medicina mortuorum ſera eſt? Quid quòd nemo aquas infundet in cinerem? Quid quòd extincto populo etiam nouendialis tarde venit? quid quòd iam ego frumentum non deſidero?Naufrago tabulam abſtuliſti,mortuo applicas nauem.Duplum eſt,infunde in ſepulcra, & admetire tumulis, ibi ſunt qui manducauerunt. Quid aliud effeciſti afferendo frumentum, quàm vt nos quod adhuc fecimus, pœniteret? Nunc me magis pudet, nunc cibos meos obiurgo, potui heri non comediſſe. O nefas, in quo me ſcelere commeatus deprehendit. Siccine paria fecimus? Adhuc nihil habuimus, ſed nunc licet reponamus. Quis autem vnquam penſabit neceſſaria ſuperuacuis? Duplum attuliſti, ſed illis qui perierunt nihil. Sed non poſſumus iam non feciſſe quod fecimus: plerunque ſera pro nullis ſunt: ſed & temporum iſta momentis aut precioſa fiunt,aut vilia. Vis ſcire quantum hoc tempus & illud interſit? Tenta igitur forum tuum,totum hoc non potes dimidio vendere. Supereſt adhuc vnum patrocinium,in quo ſpes omnis profligatæ cauſæ conſiſtat.Ad diem veni. State hic certe iudices. nam ferri non poteſt,exundat altius dolor. Pudorem publicum quanuis proiectum & iam olim ſepultum hucuſque protrahis? Cur non expectauimus? Cur famem non ad conſtitutum diſtulimus? Cur ad tantum nefas acceſſimus? In hac lance publica cauſa iudices pendet.aut iſte tarde fecit,aut nos cito. Hoc videlicet expectaſti, & ne captioſum eſſet officio tuo maturius rediiſſe,ex induſtria tempus triuiſti. Non tempeſtas in cauſa fuit,non vis vlla vicinæ ciuitatis. Vna ratione moratus es,nondum erat tempus. Adeó ne nobis miſerè publicæ exciderunt? Adeo inſperato frumento obſtupuimus, vt hæc audienda ſint. Vltimum omnis memoriæ reum vna nox innocentem facit: Populatorem euerſoremque ciuitatis niſi ad ſupremum damnabo, abſoluatur.Publicus reus rediit. Illum reſpondimus. Tu tamen ſi interpellatus tempeſtatibus ſerius veniſſes, excuſares mare & ambiguos flatus, & tibi bonam cauſam habere videreris, cum diceres, ante non potui. Et nos hoc cogitauimus, his caſibus ampliauimus tempus. Nos illum tibi diem dedimus: ſed quia illud citius emiſti quàm ſperauimus,ſupra votum noſtrum nauigaſti, ad proximũ

littus mature classis applicata est:ego tibi possum satis irasci? Felicitatem nostram perdidisti. Ergo quantum in te tempus cõsumptum est, dies excessit, peius pati nihil possumus, sed pessima diu patimur. Imputa nobis propitios ventos, & secundum mare, & ciuitatis opulentæ liberalitatem, quæ tantum frumenti vendidit quantum duobus populis satis esset. Quantumlibet velocitate tua glorieris, computa si placet quando primũ conterminos portus onusta classe comprehenderis, quàm tarde à vicina ciuitate venisti. At etiã si diis placet animo defenditur, & quam causam vexandæ ciuitatis habuerit, quærit. Istud ego interrogare debueram, non vbique iudices morãdum est. Alioqui si quid requirere vellem multa occurrissent. Solent hi negociatores, præter hæc aperta precia, priuatum aliquid ac propriũ stipulari, vtique cũ alienam rem vendũt. Potest fieri vt primo lucrari voluerit preciũ, serius deinde subuenerit reddendæ rationis, dicendæque causæ cogitatio. Veniit fortasse frumentum lucro redemptum est patrocinio. Potest fieri vt aliquam gratiam sperauerit à ciuitate seruata, occulta quædam in ciuitate sua odia, quæ plerunque ex inanibus causis oboriuntur, habuerit. Multa succurrũt, sed (siqua est iudices dicẽti fides) ego nihil inuidiosius reputo, quàm quòd ciuitatem suam sine causa perdidit. Quæcunque ratio, quodcunque propositum fuit, audi quæ passi sumus postquam redire potuisti. Transeo tormenta nostræ inopiæ, maciem corporis, vulsos terra destrictósque ramis cibos, quòd aris altaria non imposuimus, quòd populus corporibus suis vias strauit, quòd mendicus quem rogaret non habuit. Non obiiciã tibi famem. O tristis recordatio, ô tormentis omnibus conscientia grauior, rumpe ferreum pectus, & ardentia scelera viuentésque intus epulas excute. Luctãtur intra viscera animæ, & vterum funeribus grauidum, mortes agũt. Credibiles fabulas fecimus, felices miserias, scelera innocẽtia. Omnes quascunque clades fama vulgauit, solatia hinc petant, hic audiẽt occisos sine sanguine, sepultos sine ignibus cibos. Si quis mentitus est Cyclopas, Lestrygonas, Sphingas, aut inguinibus virginis latratum Siciliæ littus, & quæcunque miser didici domi, comites quero, hinc argumentum, hinc fidẽ accipiant. Quædam pla ne falsa sunt: Sol in ortu suo non occidit, nec ad humanorum viscerũ epulas diem vertit. Vidit nos vulneribus pastos, & ad euiscerata corpora illuxit. Publice mõstra commissa sunt, & inexpiabile nefas vno ore ciuitas fecit. Pœnis nostris iam ne fames quidem satis est. Hoc non omnes feræ faciũt, & quanuis sensu careãt muta animalia, pleráque tamen innocẽtibus cibis vescũtur, vti quæque consuerunt. Inter homines etiã, siqua alienis membris imprimunt dẽtem, mutuo tamẽ laniatu abstinẽt, nec est vlla super terras adeo rabiosa belua, cui nõ imago sua sancta sit. Nos quibus diuina prouidentia mitiores cibos concessit, quibus sociare populos, mutuo gaudere comitatu, sidera oculis animisque cernere datum est: visa non ante nos fecimus, nigros fame dentes pallidis cadaueribus impressimus. & inter horrorem ac famem restrictis labris morsus abrupimus. Cadauera rogis deuoluta sunt. & ad funera tanquam ad naues concurrimus. Deficit aliquis extremo iam spiritu pendens, tamen durat, quia prius moriturum alterum putat, inuicem expectant, & si spei figuratione tardius cadit, morsibus pugnat. Non in omnibus mortes expectantur, pater liberos esurit, & oppressa decimo mense mater sibi parit, redit in vterum laceratus infans. Cludunt domos, ne quis funus eripiat. Solæ sunt diuitiæ mortium, velut infaustæ aues supra expirantes stamus. Secreta miseri petunt, in solitudinem fugiunt, & vbi nulla spes vitæ supereſt, mortes suas abscondunt, iam morituri ad feras confugiunt. Dehisce terra, & hanc noxiam ciuitatem (si hoc saltem fas est) hausta aliquo ad inferos conde. Cæleſtes auras contaminato spiritu polluimus, & sideribus ac diei graues & inuidiam seculo facimus. Nullas iam spero fruges, propitios deos non mereor. Quomodo me à scelere meo diuellerem? in quas vltimas terras, quæ inhospitalia maria conderem? Meum sane conscientia vrunt animum intus scelerum faces, & quoties facta reputaui, flagella mentis sonant. vltrices video furias, & in quãcunque me partem conuerti, occurrunt vmbræ meorum. Habitant nescio quæ in pectore meo pœnæ, & ne morte saltem hos metus effugiam, occupant grauia apud inferos supplicia, volucris, rota & fugacibus cibis elusus senex. Adeô ne apud inferos quidem vlla pœna est fame maior? & ille hæc patitur qui hominem appetsuit epulandum. Nobis imminet saxum, nobis stridunt ferreæ turres, nostris causis vrna iam stetit, nobis viuax ipsum crescit secur, quia illic quoque viscera tantum aues laniant. Excipiunt nos in proximo littore inhumatæ nostrorum animæ. Miserum me, vera ne hæc sunt, an mens aspicit? Laceros video manes, & truncas partibus suis vmbras. Quid hoc est? Non de sepulcris insurgunt, non aliquo terrarum hiatu procedunt vmbræ nostrorum: de populo

exeunt. Illum tædis incendite, illum anguibus petite, & tam lõgæ moræ exigite rationem. Vobis dicat, Duplũ attuli. Vobis dicat, Ad diem veni. Ego si huius pœnam videro, possum reddere rationem quòd vixi.

APES PAVPERIS, DECLAMATIO XIII.

ARGVMENTVM.

Damni per iniuriam dati sit actio. Pauper & dives in agro vicini erant iunctis hortulis. Habebat dives in horto flores, pauper apes. Questus est dives flores suos decerpi ab apibus pauperis. Denũciauit vt transferret. Illo non transferente, flores suos veneno sparsit. Apes pauperis omnes perierunt. Reus est dives damni iniuria dati.

PRO PAVPERE CONTRA DIVITEM.

C Redo ego iudices plerosque mirari, quòd homo tenuis, etiã antequam quod habebam perdidi, pauper, ausus sim iudicio lacessere diuitem vtique vicinũ, eumque notæ impotentiæ, expertæ crudelitatis, in tantis fortunæ viribus pernicioſum inimicum, etiam si venena non habeat. Neque ipse hoc periculum ignoro, expertus non leui documento, quanti steterit mihi quòd semel imperata non feci. Sed neque illud iudices damnum tolerabile est pauperi, cum tam paruis etiam diuites moueantur. Et mihi quanquam prope nihil iam relictum est quod perderem, si tamen ista impune sustinenda sint, solatium erit iram potius quàm contemptũ pati. Nec sane vitæ causa iam superest, si ad cæteras humilitatis nostræ contumelias hoc quoque accedat, vt si habemus aliquid migrandum sit: si perdidimus, tacendum. Vnum oro, ne cui minor dignitate vestra videatur causa litis meæ. Ante omnia enim non debetis expectare vbi pauper magna perdiderim, sed quantulum est quod abstulerit mihi dives, minus est quod reliquit. Et tamen quis indignatur apes formula vindicari, cũ venenis etiam flosculi vindicentur? Quod tamen iudices (quanquam euersus, & ab omni spe tuẽdæ paupertatis exclusus) æquiore animo tolerarem, si cuius culpæ, etiã si iniustam pœnam, meritã tamen iram tulissem. Sed circũspiciẽti omnia nihil mihi obiici potest à diuite nisi quòd vicinus sum. Est mihi paternus iudices agellus, sane angustus & pauper, non vitibus cõsitus, nõ frumẽtis ferax, non pascuis lætus, ieiunæ modo glebæ atque humiles thymi, & non late pauperi casæ circũiecta possessio. Verum mihi vel hoc fuit gratissima, quòd nõ fuit digna quam diues concupisceret. In hoc ego vitæ meæ secreto remotus à tumultu ciuitatis ignobile æuũ agere procul ab ambitu, & omni maioris fortunæ cupiditate constitui, & dum molesta lege naturæ transiret ætas, vitam fallere. Hoc mihi paruulum terræ & humilis tugurii rusticum culmen æquitas animi regna fecerat, satisque diuitiarum erat nihil amplius velle. Quid prodest? Sic quoque me latentem inuenit inuidia. Nec ab initio iudices vicinus diuitis tui, pares circa me habitauere domini, & frequentibus villis cõcors vicinia paruos limites coluit. Quod dives pascebat, nunc diuitis vnus hortus est. Postquam proximos quosque reuellẽdo terminos ager locupletis latius inundauit, æquatæ solo villæ, & excisa patria sacra, & cum coniugibus paruisque liberis respectantes patrium larem migrauerunt veteres coloni, & latæ solitudinis indiscreta vnitas facta est, postquam ad apes meas diuitis fundus accessit. Nanque ego iudices dum fortius opus permisit ætas, terram manibus subegi, & difficultatem labore perdomui, & inuito solo nõnihil tamen fœcũditatis expressi: cito labitur dies, & procliuis in pronũ fertur ætas: abiere vires, cẽsus meus, defectaque labore senectus, magna pars mortis nihil mihi reliquit nisi diligentiã. Circũspicienti quod cõueniret opus inualidæ senectutis curæ, succurrebat sequi pecora, fœtúque placidi gregis paupertatẽ tueri, sed ex omni parte circũiectus diuitis ager vix tenuẽ ad gressus meos semitã dabat. Quid agimus? inquã. Vndique vallo diuitiarũ clusi sumus. Hinc hortuli locupletis, hinc arua, inde vineta, hinc saltus, nullus terræ datur exitus. Quæramus animal simile pauperibus. Et sane dabat occasionẽ mihi opportunitas hortuli mei. Est nanque positus ad ortus solis hyberni, apricus, omnibus ventis medius. Fusus ex proximo fonte riuus, crepitantibus inter radiãtes calculos aquis. vtrinque ripa virente præterfluit. Satis consiti flores, & viridis paucarum arborum coma nascentibus populis prima sedes, vnde ego frequenter consertum nouæ iuuentutis agmen ramo grauescente susceperi. Nec me tanta capiebat voluptas quòd fluentia cæris mella conderem, quòd ad sustinendas paupertatis impẽsas deferrẽ in vrbe, quòd diuites emerent, quàm quòd

aduerſus omnia laſſæ tædia ætatis habebam ſenex quod agerem . Iuuabat aut lenta vimina vernis fœtibus texere,& ne æſtiuus ardor aut hyberna vis grauidam penetraret aluum,hiãtes rimas tenaci linire fimo,aut feſſis apibus vltro præbere mella, aut fugiens examen ære terrere,aut bella ſedare pulueris iactu?tum ne quid periculi ſaltem ſingulis eſſet,auidas longe fugare volucres,& arcere parua dictu animalia:recluſas interim ſcrutari apium domos,ne per vacuas aluos fœda peſtis inſidioſas texeret plagas. Dederã laboribus meis iuſtam ſenex miſſionem,habebam quæ pro me opus facerent. Quò non penetras liuor improbe?Quidve ſcabræ malignitati clauſum eſt?Inuidit pauperi diues.Cum euocaſſet me ſubito trepidũ, totôque fortunæ ſuæ ſtrepitu circunſtetiſſet,quid tu,inquit,non potes imperare apibus tuis intra priuatum volent,ne hortorum meorum floribus inſideant , ne in meo rorem legant? Remoue,transfer,impotentiſſime tyranne,quò? nunquid tam latum poſſideo agellum , vt illum apes tranſuolare non poſſint? Neque tamen tantum inerat pectori meo robur,vt non perturbarer denunciatione notæ impotentiæ. Volui relinquere auitos lares,& conſcios natalium parietes,& ipſam nutriculam caſam,iámque pauperem focum,& fumoſa tecta,& cõſitas meis manibus arbuſculas transferre deſtinatus exul decreueram . Volui iudices decedere,volui,ſed nullum potui inuenire agellum,in quo non mihi vicinus diues eſſet. Nec tamen licuit diu quærere.Forte ſerenus pura luce fulſerat dies , & hilaris matutini ſolis tepor ac cotidiana opera lætius ſolito ſe agmen effuderat.Quin ipſe ſpectator operis(præcipua nãque hæc mihi voluptas erat)proceſſeram, ſperans fore vt viderem quemadmodum aliæ libratæ pennis onera conferrent,aliæ depoſita ſarcina in nouas prorũperent prædas,& quanquam anguſto feſtinaretur aditu,turba tamen exeuntium non obſtaret intrãtibus,aliæ militaribus caſtris pellerent vulgus ignauum,aliæ longum permenſæ iter fatigatæ anhelitum traherent,hæc ad æſtiuum ſolem porrectas panderet pennas. Miſerum me, ignoſcite modo gemitibus meis.Non floſculos perdidi,nec caduca folia proximo lapſura vento.Apes cum volarent,ſuffugium tenuitatis meæ,ſolatium ſenectutis amiſi. Nunquam me alias pauperẽ putaui,triſte me excepit,expectatque ſilentium,& inanis alui inchoata tantum opera, & rudes cæræ.Vos iudices exiſtimate quatenus recipiatis hunc affectum meum. Libenter bibiſſem ſi inueniſſem venenum. Hoc mihi damnum non brumæ glacialis penetrabilis rigor, non ſuppreſſi longa ſiti flores induxerunt.Ieiunam miſeris famem nõ auiditas iniuſta domini nihil mellis reſeruantis:non æqualis feſſas morbus inuaſit, nõ damnatis ſedibus ſuis auias fuga petiere ſyluas.Apes pauper miſer in opere perdidi . Parauit homo nefarius ante omnia tantum veneni,quod poſſet & diuitis hortis ſatis eſſe, & liniuit flores maleficis ſuccis,& in venenum mella conuertit.Sparſit omnibus floribus mortem, & quanto plura interim corrupit,quàm quæ apes abſtuliſſent.Illæ ſtudio cotidiani operis excitatæ , vt primũ aurora lucem vocauit,in aſſueta miſeræ paſcua volant, vt antequam noctis humorem radii ſolis ebiberent,matutinos legerent rores, & cæleſtes aquas ad horreum ferre poſſent,nec ſibi, ſed operi biberent. Hic triſte ſpectaculum , & tantumnon ipſi qui fecerat miſerandum. Illa ad primum feralis ſucci hauſtum inſolito conſternata guſtu fugit,ſed fugiſſe nihil prodeſt . Illa longiores expetitura paſtus in altum tollitur , vitamque in aura relinquit . Hæc primo ſtatim floſculo immoritur . Illa rigeſcentibus morte pedibus exanimis,ſicut hæſerat, pendet.Alia defecta niſu volandi adhuc per terram languide repit. Si quas tamen vſque ad ſedem ſuam diſtulit mors lentior, ſicut ægræ ſolent, ſub ipſis pendere portis, in globum nexas,& mutuo amplexas mors ſola diuiſit . Quis figurare poſſit , quis dicere , quàm multas mali formas , quàm varia leti genera fecerint tot mortes? Semel vt ipſe triſtem finiam expoſitionem,dicendum eſt,omnes perdidi. Celebre illud aluearium,& domino ſuo notius,ad nihilum recidit.Audete nunc laceſſere diuitem quibus vitæ cauſa ſupereſt, exerite libertatem fortibus verbis ſi quid offenderit,& quod difficillimum fuit, iam expertus eſt venenum.Quòd ſi mihi fortuna vel ingenii vires,vel ſuas dediſſet,crimen iſtud non priuatam actionem formulæ merebatur.Venenum leges habere,emere,noſſe denique vetant,ineuitabilem peſtem occulta fraude graſſante.Male hæret ibi innocentia , vbi in poteſtate eſt ſecretũ ſcelus, velut venenũ,& quidem præſentaneum,inuentũ,cõpoſitum,datũ eſt. Quantulum intereſt quis biberit?Homo dedit,& homini dari poteſt.Nõ adeo deſunt odiorũ cauſæ,vt iam rara ſimultas ſit,& vt videatur aliquis nihil magis quàm malos odiſſe,libebit aliquãdo lõgius manũ porrigere,& indulgere animis.Credite mihi iudices difficilius eſt venenũ inuenire,quàm inimicũ.Sed me cõſcia mediocritatis infirmitas intra meas tãtũmodo,cõtinet querelas,nã dãnũ id eſt iudices grauiſſimũ. Pauper vulnus accepi, quod mihi diutius

deflendum apud vos quàm probandum eſt. Nã coarguendis quidem criminibus quis labor eſt aduerſus cõfitentem? Habent diuites hoc quoque contra nos contumelioſum, quòd non tanti videmur vt negent. Porro qui confeſſum defendit, non abſolutionem ſceleris petit, ſed licentiam. Longius iſta quàm timui quæſtio peruenit, non de præterito tantum litigamus. hoc agitur vt etiam ſi quid forte reparauero, iterum diuiti liceat occidere. In duas enim quã-tum animaduertere potui, quæſtiones diuidit cauſam, an damnum ſit, & an iniuria datum. Negat eſſe damnum, quòd animal liberum, & volucre, & vagum, & extra imperia poſitum perdiderit. Negat iniuria datum, quôd in priuato ſuo, quòd eas quæ ſibi nocerent extinxerit: poſtremo quòd ſparſo tantum per flores veneno ipſæ apes vltro ad mortem venerint. Vt mi hi eſſet quod his poſſem reſpondere, æquum erat inter vicinos ſic agi? Sed excutiam ſingula, nec prius meis argumentis nitar, quàm diuerſa repulero. Quoniam quidem quæritur, an damnum ſit perdere, quod lucrum eſt habere. Liberum animal puto, non dico fœtus meis manibus exceptos, & in tutam conditos ſedem, & reſeruatis ad ſupplementa generis ſauis examen vernaculum, quoniam quidem tyrannorum iura defendis, natos in priuato meo, puta me vel inanis arboris trunco, vel cauis inuentos petris, domum fauos retuliſſe, multa nihilominus quæ libera fuerant tranſeunt in ius occupantium, ſicut venatio & aucupatio. Nam vt cætera animalia hominum cauſa finxerit Prouidentia, quod omnibus naſcitur, induſtriæ præmium eſt. Quid autem non liberum natura genuit? Taceo de ſeruis, quos bellorum iniquitas in prædam victoribus dedit, iiſdem legibus, eadem fortuna, eadem neceſſitate natos. Ex eodem cælo ſpiritum trahunt, nec natura vllis, ſed fortuna dominum dedit. Cur infrenatis equis victor inſidet? Cur iniuſto cotidie iugo boum colla deterimus? Cur in vſum veſtium ſæpe pecori lanæ detrahuntur? (Taceo de ſanguine & epulis per mortem paratis) Si omnia quæ libera generantur, naturæ demus, deſinitis diuites eſſe. Si vero hæc conditio eſt, vt quicquid ex his animalibus in vſum homini ceſſit, proprium ſit habentis, profecto quicquid iure poſſidetur, iniuria aufertur, vt volucres mites, & aliæ quæ per ruſticas villas, quæque ditibus cellis ſaginantur, in quibus tamen domini ambigua poſſeſſio eſt, & vaccæ, & armenta, & omne pecudum genus. Sed illa impoſitus cohibet magiſter. Peiûs ne domino in iis eſt, quibus cuſtode non opus eſt? Nam ſi hoc dicitis, nihil eſſe noſtrũ quod perire poſſit, ex nullius animalis damno hæc edi formula poteſt. Nam & errare pecudes ſolent, & fugere cotidiana mancipia. Si hoc in cæteris non obſtat, vagari tu nolles, in opus exire, & ad cotidianũ cenſum laboris aſſidui non detrectare militiam. An non ipſæ domum ſuam ſponte reuolãt, finémque laboris ſui ſole metiuntur, & omnis intra ſolitas domos turba conditur, noctémque modeſto ſilentio trahunt? Age porro, vt non ſit earum certa poſſeſſio dum volant, nempe quia cum remearunt, concludi, transferri, donari, vænire poſſunt, in poteſtate ſunt. Quomodo autem poteſt ſine damno meo perire, quod cotidie meum eſt? At extra imperia poſitum eſt. Mirum hercule, ſi negato commercio ſermonis humani, ſunt in cæterorum animalium forma. Tamen quam dominus dedit incolunt ſedem, laſciuientem luxuria fugam tinnitu compeſcimus. Etiam ſi diuerſis regibus coorta ſeditio ad bellum inflammauit iras, exiguo puluere, vel vnius pœna ducis reſedit omnis tumor. Illa vero admiranda ſedulitas, quòd operi totus inſumitur dies, in dominorum redditus ablata ſupplentur. Age ſi obſequi poſſent, quid amplius imperares? Intelligo his vanis vltra neceſſitatem eſſe reſponſum. Si non ſunt apes meæ, ne id quidem quod his efficitur meum eſt. Atqui nulla vnquam inueniri potuit impudentia, quæ fructus mellis in dubium vocaret. Hoc ergo fieri poteſt, vt quod naſcitur meum ſit, quod generat alienum? Age ſi mihi alui furto abeſſent, vtrum nulla daretur actio? An viminis modo vilisque texti precium formula taxaſſem, & perinde agerem quaſi inanes perdidiſſem? Niſi fallor eſſet æſtimatio & apum. An tandem quas ſurripere non liceret, liceat occidere? Non eſt damnum quòd exutus ſum, quòd redditus perdidi, quòd annuos fructus præſidia paupertatis amiſi? Non eſt damnum id perdidiſſe, quod (vt proximo vtar argumento) ſi habere voluero emendum eſt? Quid ergo tibi opus eſt maleficis ſuccis, cum liceret palã trucidare, & plenas vel cremare igni, vel aquis immergere aluos? An eſt aliquod animal quod non liceat, niſi venenis occidere? Vt damnum ſit, inquit, iure tamen feci in priuato meo. Per fidem veſtram Iudices ſuccurrite exemplo, non ſufficit his partibus vnus ruſticus pauper, obuiam publice eundum eſt, & obiiciendæ aduerſus naſcentem licentiam conſenſu manus. Credite mihi, maior lite quæſtio eſt. Hoc vobis hodie iudicandum eſt, vbi ſcelus facere non liceat. Nam cur non hoc idem de homicidio reſpondeat, cur non de latrocinio? Non enim iure iſta, ſed modo differunt. Aperitur ingens funeri via, & obluctantia diu

legum velut clauſtris ſcelera libera porta prorumpunt. Si in priuatum iura non veniũt, & in manifeſtiſſima quaque noxa non de facto quæritur,ſed de loco,non æqua portione cum ſceleratis terras diuiſimus. Vbi enim non iam diuitum priuatũ eſt? Parum eſt proximos æquare terminos,& poſſeſſiones ſuas velut quaſdam gentes fluminibus montibúsque diſtinguere. Iam etiam deuios ſaltus,& ſyluas vaſta ſolitudine horridas occupãt totas, atque intra paucorum vmbram latent,e finibus ſuis populus excluditur,nec vllus procedentis finis eſt,niſi cum & in alterum diuitem inciderit. Adhuc tamen ſpolia tranſeuntium, & abacti pecorum greges ſub hoc titulo defendebãtur,iam priuati veneni tranſcriptio eſt. Iterum ac ſæpius Iudices admoneo,conſiderate,diſcite,aut nihil vſquam contra ius licet,aut in priuato omnia. At enim aduerſus inferentem damnum iuſta vltio fuit. Dicam nunc quàm iniqua ſit inuicem iniuriæ compenſatio,quãque non ſolum legi aduerſa, ſed etiam paci? Barbarorum mos eſt populorum,quos procul omnis iuris humani ſocietate ſummotos proxima beluis natura efferauit. Nos ideo magiſtratus legesque a maioribus noſtris accepimus,ne ſui quiſque doloris iudex ſit, & aſſiduæ ſcelerum cauſæ ſe refellant, ſi vltio crimen imitabitur. Damnum accepiſti. Erat lex,forum, iudex, niſi vos iure vindicari pudet. At mehercule iam ad arma mittimur,& inſtituitur pernicioſa nocendi contentio,& in vicem legis ira ſuccedit. Premetur quidem obnoxia infirmitas, & paucorum dominio ſubiecta plebes triſte ſeruitium perferet. Eſt tamen & pauperibus interim dolor, & vt facilius nobis noceri poteſt, ita vobis latius. Poſtremo placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues, ſi mihi viuere expedit, pares ſumus. Quid ergo? Si quid tibi damni attuliſſent apes meæ, non mihi auferretur ratio, ſed forſitan aliqua daretur & tibi. Nunc vero quid quereris? Credo depopulatos agros, euerſósque redditus. Non enim debet leue eſſe damnum quod diues ferre non poſſit. Decerpebant, inquit, flores meos. Ecquid intelligitis Iudices quanto dolore dignum ſit, quod ego perdidi,ſi etiam hoc damnum eſt,flores auferre? Ita plane. Alioqui tu illos in vetuſtatem reſeruabas,& durarent adhuc niſi ad hortum tuum apes veniſſent. Cuius rei inueniri poteſt breuior ætas? Nanque dum immaturos exterior alligat cortex,nodum dixeris florem. Paulatim deinde viuidiore ſucco tumeſcit vterus, & albentes accipit rimas, nedum tamen flos eſt. At cum ſe ruptis iam tunicis in patulum capita fuderũt, & velut fiſſa in orbem, iamque eorum videtur maturitas. & ignotus occaſus eſt, & iam ſine ventis quoque ſoluta natura, labitur gratia,nec quiſquam eſt flos niſi nouus. Quare ſi dicerem, abſtulere peritura, & quæ protinus humi iacuiſſent in vſus hominum conuerſa, inauditus tamẽ liuor videretur etiam apibus inuidere. Nunc vero differendum mihi eſt,quàm momentoſa ſit huius animalis rapina. Neſcimus qua pernicitate plerunque vix cõtactis floribus reuolet,diſcurratque per ſingulos velox experimento,quàm etiam vbi immorabuntur,libratis pendeant alis. Quis vnquam quod ferẽtem apem viderat,vbi deeſſet inuenit? Quantulum vero eſt,quod ex his manu conſitis floribus legant? Prata ſyluæque, vel maturæ fructibus vites, & fragrantes thymo colles (quantum coniectura ſuſpicari poteſt) pabulum miniſtrant. Non ex omnibus floribus carpunt vtilia operi ſuo,ſed in omnibus quærunt. Præſens & quidem protinus illa redditur merces,quòd omnibus quibus inſedere, odorem mellis inſpirant, & breui contactu vim ſui relinquũt. Hoc tu damnum intelligis, hoc veneno vindicas, quod mehercule inhumane etiã fumo prohibuiſſes. An non te ſolus vicinus colui? Non frugum mearum primitias omni vere miſi? Non ſiquis ceris nouis candidior incidit fauus,tuis reſeruatus eſt menſis? Cum paruis mediocritate munuſculis iſta ſemper adiiceretur commendatio, hoc tibi mittunt apes meæ. Puto relata eſt mihi gratia. Admonui,inquit,& vt transferres denunciaui. Idcirco contumacem merito puniſti. Non enim video quid aliud patrocinio tuo conferat hæc denunciatio, ſuperuacua ſi non licuit tibi facere quod queror, iuſta ſi licuit: iuſta autem vltio ſine iſta,aut ne iſta quidem valeat. Pudoris vero quod velamentum eſt,male audere, culpam defendi ſuperbia? An tandem tuas pecudes quanuis diffuſa ſtabula non capient, tibi omne armentis mugiet nemus,tu gregibus arua ſulcabis, & ad excolẽdos agros procedet ignota etiã villicis familia,tuis horreis populi annona pẽdebit,nec tamen inuidebimus, nec quiſquam tam graue putabit ſibi iſtud fortunæ tuæ pondus. Nos ſi paucas apes intra anguſtias pauperis horti compoſuimus,quæ tamen vobis mella faciunt,id prorſus indigne ferendum eſt: & quod nũquam fando cognitum eſt,vicinus diuitis pauper moleſtus eſt? Adeo parum eſt plurimum poſſidere,vt cum ſeruis quoque veſtris habere peculium liceat, inuidioſum nobis putetis,quicquid egeſtatis nomen exceſſerit? Tantó ne his,in hac vt putamus æquiſſima libertate legibus viuimus,vt nobis habere medelã non liceat,vobis liceat habere venena? Poſtre-

mo quidem diuitis patrocinio non putaui Iudices reſpondendum,niſi rideri veſtram maieſtatem contumelioſa defenſione non ferrem. Vltro enim,inquit, ad mortem venerunt apes tuæ.Ita plane.Alioqui tu venenum floribus dederas. Impudentiæ ne Iudices eius aſſignem ſi hoc mihi apud vos obtinuerit,an ſtultitiæ ſi ſperauit? Si venenum homini dediſſet, diceret ipſum labiis admouiſſe pocula.Si percuſſoré poſuiſſet in ſaltu, ipſum in inſidias vltro veniſſe clamaret.Si telum abiectaſſet in tenebris,non illatum ſua culpa contenderet.Ego Iudices quid dico?Duo eſſe ſola quæ omni in crimine ſpectanda ſint,animum & euentum. Quis animus diuitis fuit,cum venenum ſparſit? Vt apes perirent. Quis euẽtus?perierunt.In ſumma Iudices quis dubitet,quin damnum ei ſit imputandum,ſine quo non accidiſſet?Intelligo neque prudentiam veſtram deſiderare plura de cauſa, neque veſtram fidem ac religionem egere exhortatione vere iudicandi. Quid moror igitur? Tenet me dolor, & aſſuetæ voluptatis deſiderium.Sunt quædam in hac cauſa,quæ ſarcire pœna non poſſit. Maior forſitan materia videatur affectus. Si Pauperes amare niſi paria non poſſumus, & neceſſario nobis precioſa quæ ſola ſunt,animũ meum extinctæ vnius horæ momento tot animæ mouent, quot perierunt de me bene meritæ. Quin ipſum leti genus addit indignationem , veneno perierunt. Quis hoc vlla ſatis proſequi poſſit inuidia?Apes veneno.Hæc illis gratia refertur,quòd fructibus noſtris inuigilant,quòd cotidiana ſtatione laboris aſſidui ne damno quidem ſummouentur?Nam & cætera animalia videtur mihi natura vſibus noſtris genuiſſe, hæc etiam delitiis,cum eo quòd in illis quæ vel ſcindendo ſolo, vel maturando itineri comparamus, multus ante redditus inſumitur labor,& cum perdomanda,cum alenda ſint,nihil tamẽ poſſunt ſine homine,& tantum coacta proſunt. Apes faciũt iniuſſæ fauos,ſine vllo rationis humanæ miniſterio totus fructus vltro venit. Adiice quòd cætera animalia, aut ſatis incurrũt, aut vitibus nocent,primàque,vt fama eſt,hoſtiæ cauſa pecudi fuit læſæ fruges.Harum ita innoxius per prata ſyluásque diſcurrit labor,vt tantũm factum opus appareat. Qua ſatis digna proſequar laude?Dicam animal quodammodo paruũ hominis exemplar? Hoc humana excogitare non potuit ſolertia. Etiam ratio noſtra, quæ ſub terris lucrum inuenit , quæ maria inquiſitione ſua ſideribus immiſcuit,hoc tamen efficere,conſequi,imitari non potuit.Vena potius inuenimus.Iam primum futuræ laudabilis vitæ digna principia, non illas libido progenerat, domitrixque omnium animalium Venus, vtque homines in excuſationem ſui fabulis tradiderũt,etiam deorum poſteritas has regnis ſuis excepit. Abeſt inimica virtutum voluptas caſtis ſine labe corporibus. Solæ omnium non edunt fœtus,ſed faciunt. Ipſæ paulatim ſicut ſtipatæ ſunt per mella viuiſcunt, & vt oportet animal laborioſum ex opere naſcũtur.Inde vt adoleuit iuuentus,& ad ſimiles labores ætas roborata conualuit, relinquitur liber parentibus locus.Et ne coacta in anguſtum multitudo noua turba laboret, quaſi habita verecundiæ ratione,cedit populus minor,ſuſpenſumque proximis ramis examen,humanas manus expectat.Acceptas cum fide colit ſedes. Et cum ingenia noſtra,quæ nos ſcilicet ambitioſi noſtri æſtimatores proxima diuinis credimus,ad percipiendas diſciplinas multo labore deſudent,nulla Apis niſi artifex naſcitur. Quid credas aliud quàm diuinæ partem mentis his animis ineſſe?Quid præcipuum referas? Non vt cætera animalia per paſtus vaga incertum quieti capiunt cubile,noctis arbitrio ſemper habitatura,ſed tutas ſedes continent,vrbes tectis,turba populos imitantur. Non vt feræ,volucres,non vt præſentis modo cibi memores in diem viuunt,duraturus hyemi reponitur victus,& repletis vere cellis tutus annus eſt. Etiam cum ad humanos vſus opera ſubducta ſunt,reparare amiſſa cõtendunt, & labor dãno incẽditur,& nunquam deficit animus antequam locus. Quid quòd inter animalia quæ non verba coniungunt,non verba rationis inuicem negant,tantus operis conſenſus eſt,tanta difficillimæ rei,laboris concordia? Non humano vitio in proprios quæque vſus lucrum ducit, in publicum viuitur,& communes opes congeruntur in medium,nec fas eſt delibare guſtu, priusquam plena horrea ſecuros ſpondeant menſes. Quis porro tantus ardor operis, quæve officiorũ partitio,vt aliæ congerant onera,aliæ accipiant,aliæ linant? Quæ ſeueritas in caſtiganda inertia?Multa dictu viſũque miranda,præuidere tempeſtates,nec dubio ſe cælo tradere,nec vltra viciniam nubilo tendere. Iam ſi leues iniquior aura rapuit, ad dirigẽdos in deſtinata curſus modico lapilli pondere librare pennas.Illas maiorum pectorum totis pro rege caſtris procurrere,& inire bella,mortẽmque honeſtã pro duce oppetere. Adiice, quòd ſiquas aut ætas longior,aut morbus oppreſſit,efferuntur prius corpora : poſteriórque operũ quàm funerum cura eſt. Quid illigare cruribus flores? quid ore ſuccos in publicum ferre? Me tamẽ ipſius operis præcipua admiratio ſubit,non eſt temere,nec fortuitam figuram,& ſedes modo

reponendis cibis quæsisse credas,rudis cæra componitur,accedit vsibus inenarrabilis decor. Nam primum tenacibus vinculis fundamenta suspendunt,tum ab exordio in omnem partem opus æqualiter crescit, nec quicquam ex inchoatis paruum est, quod non sua portione perfectum sit iam,nec alia parte opus esset.Gemina frons cæris imponitur,& cum foramini bus tantum spatium detur quantum ad generanda examina puram spem capiat (Ipsi enim sibi inuicem anguli hærent, & ita mutuo vinciuntur atque alligantur, vt quod voles id medium sit)his textis ne vniuersi mellis effluat pondus,interscpta onera cluduntur. Quis non stupeat hoc fieri posse sine manibus?nulla interueniente doctrina hanc artē nasci?Quid non diuinum habent,nisi quòd moriuntur?An vero authorem vini Liberum colimus, primitiæ frugum Cereri referuntur,inuentrix oleæ Minerua narratur:Mella genuisse minus est,& interponenda gustus voluptate tantum effecisse, quantum ne ipsa quidem rerum natura per se potuit? Ad plurimarum incursus valetudinum remedium est, & præsentissima medicina. Nam quod ad cibos quidem pertinet,diuites viderint.His animalibus aliquis insidiari potuit,& insidiari qua re mella facerent.Hæc pestiferis succis exquisita per fraudem morte confecit,& quod sit indignissimum,quo facilius deciperet, fortasse venenum melle permiscuit. Quæ tam inhumana crudelitas? Quis tam inauditus liuor? Nihil enim est quòd vtaris patrocinio tuo diues,paucorum damno foliorum doluisse te simulas. Dum meas apes occidere vis,flores tuos inutiles fecisti.

ODII POTIO I. DECLAMATIO XIIII.

ARGVMENTVM.

Meretrix amatori suo pauperi dedit odii potionem. Adolescens desiit amare. Accusat illam veneficii.

PRO IVVENE CONTRA MERETRICEM.

Entio Iudices hanc quoque calamitatibus meis accessisse nouitatem, vt vobis nondum videar odisse. Nec me præterit plurimum perire de nocentissimæ potionis inuidia, dum me putatis adhuc impatientia priore miserum. Quæso tamen vel hinc totam delati sceleris probationem grauitas vestra prospiciat, quòd dolori meo querelæque non creditur, nec amo qui accusare possum, nec odi qui amare mallem. Quid est aliud quod bibi quàm venenum? Licet igitur nocentissima fœminarum rideat quòd accuso, & in mani festissimi sceleris confessione per ludibrium malorum euadere tentet meorum : non hoc est quod hodie me torquet ac lacerat,quòd à deterrimæ mulieris charitate discessi, sed quód remedii mei patior dolorem.Fidem iustitiæ,fidem veueritatis humanæ,ne meretrici prosit,vel quòd præuaricatione video explicatus.Pro me forsitan fuerit,vt amare desinerem, cōtra me inuentum est,vt inuitus odissem. Hoc primum itaque Iudices à clementia publica peto, ne quòd videtis tristem habitu,dirúmque conspectu,verbis asperum,cōtentione terribilem,mores putetis. Hæc est illa sanitas mea,si omnium in hoc corporis mentisque dierū noctiúmque feritate ille modo lætus,ille(si creditis)nimium remissus amator excandui. Miseremini Iudices,ne vobis venefica sic imponat,tanquam hoc mei charitate commenta sit. Suū animum,suum tantum secuta fastidium est. Odii potionem contra se nemo dabit homini,nisi quem oderit. Quæso itaque obtestórque vos sanctissimi viri, vt calamitatis meæ penitus velitis æstimare mensuram. Perdidi infelix quòd quandoque potui amare desinere : patior necessitatem rei, quam breuiter vtique noluissem : excogitatur contra animum futuramque rationem,ne quòd relinqueretur meus esset affectus.Iterum cum meretrice compositus sum,rursus in se cogitationes meas,rursus retorsit oculos, & hominē quē ab incōmoda charitate vel satietas,vel ætas,vel fortunæ suæ fuit dimissura cōditio, ad perpetuā impatientiā viribus nimiæ diuersitatis implicuit.Hoc solū insanabile genus mortis est,vt odisse cogaris.Festina ad cōplorationē præsentis doloris animæ, festina:sed te a prioribus malis recēs abducit indignitas,altius gemitus,altius querela repetēda est.Cū meretricis sit quòd amator odi, cuius putatis esse quòd pauper adamaui? Nō quidē ego Iudices ex illis vnquam fui,quibus nobiles opes,affluētes indulsit fortuna diuitias,quorū felicitas capere posset in amore luxuriā. Habui tamē vnde ad vitæ necessitates,cōcessa gaudia,parca mediocritate sufficerēt. Ideoque meretrice tantū,& quæ certissima est in volūtate frugalitas,vna fui semper eadémque cōten-

tus. At iſta ſeria,grauis,quæ nunc amari recuſat,o quàmvoluit amari,quibus artibus,qua cal liditate miſerã ſimplicitatem meam ſolicitauit primum,deinde tenuit, donec quãtulamcũque ſubſtantiam in huius ſinus credulus,iamiámque ſecurus amator egererem. Iam fruſtra captauit videri miſerari conditionem in quam nos ipſa detraxit. Breuiter totum nocentiſſimæ mulieris accipite facinus,pauperem me fecit, deinde ferre non potuit. Siue enim Iudices communium,quæ ad corrumpendas expugnandasque mentes excogitant ingenia, meretricum placuit experimentum,& in me tentatum eſt quantum quis amare,quantum quis poſſet odiſſe,ſeu mulier omnibus expoſita mortalibus vanitatem faſtidio mei deſpectúque captauit,ei fama inde quæſita eſt,vt a ſolis videretur amari debere diuitibus. Non erat profecto quod pauloante patiebar,iam tunc noſter affectus, quod ſcortorum foribus hærebam, quòd (ſi iſtis creditis) paupertatem in lupanarium obſequia transtuleram,pallor & deformis macies inde veniebant,vnde nunc quòd excandeſco,quòd fremo. Nunquam hoc tantũ meretrix ſcit quemadmodum non ametur. Quod negari igitur Iudices non poteſt, virus homine firmius,mente conſtantius,quod immodico ardoris æſtu,& exundante impatientia poſſit etiam recuſantis animi dolorem compeſcere,diris vtique carminibus & feralium percantationum terrore permixtum, lenitate vultus, & blanda porrigentis diſſimulatione protectum,iam peruſtis,iam laborantibus viſceribus infudit,& hominem ſolatiis potius ac mollium remediorum ratione tractandum exaſperauit ira,dolore concluſit,magnaque miſerum commutatione renouauit. An fecerit Iudices vt amare deſinerem, vos exiſtimabitis, fecit vt amare mallem. Explicitum me putatis, & ab incommodo hilariorem dimiſſum? Nunc nunc me fateor debere ſanari. Habet aliquod ſolatiũ quiſquis in amore miſer eſt, quòd abſtulit fidem: leuior eſt calamitas cui blãditur aliquid de voluptate lætitia. Nunc infelix vror ac laceror,nunc me retinere,nunc regere non poſſum. Crudelius eſt odiſſe meretricem. Veneficii ago. Sepoſita pauliſper Iudices noxiæ potionis inuidia, nonne vobis videtur implere ſceleris fidem, quòd abſtulit fidem conditio perſonæ? Veneficium Iudices tota vita meretricis eſt. Parum ſe lenociniis,parum putant agere mẽdaciis. Et cum omnis ad expugnandas mentes cura collata ſit,non ſufficit tamen vt de ſui charitate corpori credãt. In hoc noctium dierũmque ſolicitudo conſumitur,quẽadmodum de libidinibus fiat affectus,qua ratione transcurrentia cotidie deſideria teneantur: ne cui proſit offenſa,ne quem explicet pudor,ne quem ſatietas aliquando dimittat. En quam putetis ignorare quibus vincatur oculis, quæ per incommoda deſideria flagrantes mẽtes corrumpat primum, deinde conſumat, cum ſciat quibus oſcula,quibus arctiſſimi rumpantur amplexus, quæ pro lætitia dolorem, pro blanditiis gaudiisque triſtitiam præcipiti velocitate ſubſtituunt. Infinitum eſt quãtum ex medicamento deprehendi poſſit notitia peiorum,nemo ſcit tantum remedium. Tentat Iudices mulier impudentiſſima ſceleris inuidiam nomine potionis effugere, & venenum negat eſſe tãtum, niſi quod occidit. Facinus eſt Iudices euadere nocẽtes,quia iam facinus plura deuitat. Quid refert animo noceat aliquis an membris? Eodem ſcelere porrigitur omne quod non licet. Vnũquodque ex his quod datur,venenũ eſt. Excuſatio mehercule adhuc pro ſexu tuo,pro cõditione mulieris,ſed vt illa noſſes,gratia tui, deſideriúmque poſſes ingerere nolentibus, excogitaſti per quod maritos a coniugum charitate diducas,per quod iuuenum mentes abiungas ab aliis fortaſſe meretricibus: odii medicamentum nunquam ideo tantum meretrix habuit,vt illius contra ſe vteretur. Me quidem Iudices,ſi quis interroget, in comparatione veneficii de quo queror,minus odiſſe debeat, quod occidit. Et ſicut ex ipſis quoque mortiferis mitiora ſunt, quæ ſtatim tota velocitate graſſantur, & dolorem inter exitum vitámque non detinent,ita crudelius quod ſic ordinatur,vt corporis parcat inuidiæ,& ſit tantum animi venenum. Quid ais? non eſt noxium virus niſi quod occidit? Quid ergo vocaremus illud quo lumina ſola raperentur? Quo pars aliqua membrorum debilitate langueſceret? Tu te veneficam negas quæ potes potione facere,tantum offenſæ,quantum ira,quantum dolor? Amabit cui permiſeris,execrabitur ille quem iuſſeris,accipient a te deſideria noſtra ortum, finẽ, modum. Sane & amor & odium naturalis videatur affectus,veneficiũ ſunt cum iubentur. Quid quôd non poteſt non habere vim veneni, quod contra volũtatem homini datur? Video cur ſibi medicina permittat corporum vitia membrorũmque morbos infuſis medicaminibus expellere,& ſine animæ ſpiritûsque contagione,quæcũque extrinſecus accidunt,potione vincuntur. Non poteſt vllus affectus ſedibus ſuis per virus expelli, niſi totorum concuſſione vitalium: & cum anima conſtet ex ſenſibus,quæcunque auferre tentaueris, illa ſtatim prima noſtri parte corporis retenta,confectóque quod petebatur,reliqua quoque viribus vicinæ ta-

bis expirant. Quædam forte medicamina possunt aliud vocari quàm venenum. dare quod licet, non est aliud quàm veneficium. Quantum nefanda de pœnis humanis excogitare potuisti. Innocẽtius mehercule fuerat vt amaret aliquis inuitus. Potionem excogitasti qua bella committere, qua se totum humanum genus posset odisse. Potes efficere vt non ament liberos parentes, vt propinquitas, vt fraternitas, vt amicitia se collidat. Odii potionem nemo accipit, nisi contra hominem quem non debet odisse. Tentat hoc loco nocentissima fœminarum de scelere suo facere beneficium. Meretricem, inquit, amaueras. Differo paulisper Iudices affectus huius excusationem. Dii deæque, quantum in hoc cõtumeliæ est, quòd sibi meretrix videtur adamata. Tu tibi cuiusquam affectus censoria grauitate præstabis? Tu tibi æstimare permittes, quàm frequenter aliquis lupanar intret? Tu cui non licet excludere debilitates, fastidire sordes, exposita ebrietatibus, addicta petulãtiæ, & quæ nouissima vtilitas est, noctibus populóque concessa, mores iuuentutis emendas? AEquiore animo feras, vt meretrix velit adamari. Eras, inquit, amator & pauper. Volo Iudices sic apud vos paulisper agere, tanquam in hoc me affectu propinqui amicique castigent. Non ego alicuius matrimonii corruptor inuigilo, nec efferas cupiditates per illicitos duco complexus. Inuentas credo meretrices, vt esset aliquid quod liceret amare pauperibus. Nullam ego circa corpora ista consistere impatientiam puto. Diliguntur immodice sola quæ non licent. Vt in furorem charitatis aliqua conualescat, opus est difficultatibus. Breuis de concessis, sed statim satietati vicinus affectus est. Non fouet, non nutrit ardorem concupiscẽdi, vbi frui licet. Et quæcunque in mentibus circa permissa coalescũt, non sunt desiderii, sed voluntatis. Hoc ipsum tibi mulier obiicio, quòd nos in fabulas sermonésque misisti. Solus debet amare meretricẽ, quem meretrix oderit. Pauperi dedit odii potionem. Quid illam putatis dedisse diuitibus? Si mehercule repente nobis contingerent opes, iterum nos in sui charitatem alia potione reuocaret, & ista nunc seria, grauis vellet impatientia priore retinere. Meretrix pauperem amatorem propter se tantùm non potest pati. Amanti, inquit, dedi. Hoc si remedium est, detur scienti. Prima pars sanitatis est vt libenter accipiat. Quinimo cur non potius datur amaturo? Quanto melius, quanto prouidentius, & minore bibentis dolore constabit, vt adhuc labentem aggredias animum, vt tum adolescentis ardoris impetus in paruis extinguatur elementis. Eo tempore das potionem quo pariter duos patiar affectus. Aliam impatientiam paras, & accipio odium, quia iam amorem ferre non possum. Non desino, sed esse aliud incipio, nec emẽdor in amore, sed transferor. Illa vera sunt remedia quæ fugatis morbis causisque lãguoris postea non sentiuntur, & ea tantum innocenter dabuntur, quæ potentiæ suæ qualitate consumpta desinunt cum profuerunt: tu mihi dedisti quod semper exasperaret. Perpetua res est odisse sine causa. Ducam licet vxorem, te tamen odero: in peregrinas expeditiones patria dimittat, te tamen cogitationes sermonésque respicient. Quid interest quemadmodum possederis animum meum, quemadmodum mihi à te non liceat abire, discedere? Fecisti vt te vbique persequar, vt meis fortassis manibus inuadam, velim dare venenum. Qui meretricem odisse non desinit, amator est. Sed infœlix misereris mei. Quid ergo sanitate tam rigida? Paulatim potius rationem compesce, misceantur consilia, blanditiis veritas temperetur. Alioqui non est quòd abigas, quòd expellas. Exasperant necessitates, & in amore contentio semper accendit. Adiuuabit te interim libertas ipsa qua fruar, tempus, satietas, & fortasse amator alius admonens conditionis. Sed inter oscula, inter amplexus, paupertatem non tanquam exploraris, sed tanquam miserearis allegat, quanquam quid opus fide? sine curet vt desinam, si quantum affirmas inuitum miseraris ac diligis. Amatori vnum remedium est, amari. Si tamen necessariam putas emendationem, quàm multa sunt amantium remedia citra venenum? exclude, dimitte, fastidium posset quãtum non posset præstare paupertas. Fac vt me potius ipse castigem, vt erubescam, vt aliquando desperem. Is tantum in amore sanatur, qui quod desinit sibi debet. Homo igitur qui merito indignarer si hoc tantùm feciisset aliquis, vt diligi desinerem, quanto iustius queror factus cum iam sum alius infœlix, alia patiens? Decipiũt nos rerum fallũntque nomina, & ille qui odit, de amore miser est. Non refert animi quid nimium velis, & inter sanitatẽ languorémque nihil interest, si vtrunque ferre non possis. Frustra mihi quisquam blanditur remedio, cuius patior tormenta, cruciatus. Aliud est vt amare desinas, aliud vt oderis. Receſſisse nunc me tantũ putatis ab amore meretricis? Ablatus est mihi ille hominis melior affectus perdidi miser quicquid est, vnde gaudiũ, vnde venit vitæ tota lætitia. Amor ille per quem rerum naturæ sacra primordia totiusque mundi elementa creuerunt, qui tenet nunc figitque rixantia, & de contrariis depugnantibúsque seminibus mo-

lem perpetuæ ſocietatis animauit,fugatus eiectusque. Non habeo infœlix affectũ,quo quan doque poſſim ducere vxorem,amare liberos,appetere amicitias,ſperare conuictus. Quiſquis odii medicamentum biberit,vnum fortaſſis oderit,ſed amare neminem poteſt. Dii immortales,quid ego hauſi,quale viſceribus virus ingeſtum eſt? Non fuit illud vnum venenum. bibi miſer execrationis quicquid totius mortalitatis ira cõtulerat,quod erat omnium animalium furor,omnium ſerpentium congeſta rabies. Odii medicamentum quid aliud eſt,quàm aſſiduus animi labor,perpetua triſtitia,& homo ab omnibus gaudiis in contubernium doloris abductus? Fieri non poteſt vt virus tam impotẽs ſemel in viſcera receptum ſit,& in vnũ tantummodo ſenſum,mãdetũrque quouſque dominetur. Ecce iam mulier odi, quid tamen adhuc facere illud in vitalibus putas? Paulatim ſe neceſſe eſt per totum diffundat animum, & quãuis primo ſtatim hauſtu illud expugnet in quod datur, breui tempore in nominis ſui potentiam omnes reliquos ſtringit affectus. Medicamenti cui tantum contra animum primum licet,prima fortaſſis vis erit odium,exitus iſte vt venenum ſit. Reſpondere Iudices illis libet,qui me pauloante dicunt in amore fuiſſe miſerabilem. Quanto crudeliora, quanto grauiora patior,qui dicor explicitus? Modeſtior cum amarem, & quietior fuerat ſane pallor in facie,ſed ipſa quoque comis,optanda triſtitia. Inueniebam colloquia, merebarque ſermones,nunc me omnes fugiunt,auerſantur,oderunt. Tum frequenter a lupanari deducebat pudor,abiiciebat occurſus: nunc publica detinent,conqueror,aſſiſto,conuicior. Prò miſeranda conditio,rideor vbique,narror,oſtendor. Ego ſum tota ciuitate meretricis inimicus. Sic patior miſer illas lupanarium inſultationes, illa corriualium maledicta, conuicia, non poſſum ſatis tormentorum exprimere menſuram. Odi nec vnquam viſus ſum magis amaſſe. Intelligitis puto Iudices hominem, qui tantum ad vos detulit animi mentisque cruciatus: & pro vita queri. Sed potio infœlix,quicquid eſt per quam paulatim proficitur ad mortem, aſſidue mecum rixatur affectus,& breui neceſſe eſt conſumat. Quotidie vincor. Quæ putatis eſſe tormenta,quem dolorem,cum mens vetatur oculos ſequi,cum a luminibus ſuis animus abducitur? Quod non proficit,hoc ſupereſt, vt occidat. Me infœlicem, ſi venenum iſtud non habet mortem,ſi mihi inter hos dolores longior vita ducenda eſt. Cur ergo poſt hoc animi vices commentáque proſpicio? Si meretricis impotentiæ omnia licent,hoc erit remedium, vt amare rurſus incipiam.

ODII POTIO II. EX SVPERIORE ARGVMENTO DECLAMATIO XV.

PRO MERETRICE CONTRA IVVENEM.

E Tſi Iudices ita natura comparatum eſt, ne ſit vllus iuſtior dolor,quàm beneficii ſui perdidiſſe rationem,nihilque grauius afficiat conſciẽtiam bonorum, quàm quotieſcunque nulla merita ceciderũt, non efficiet tamen nefandum præſentis reatus indignũmque diſcrimẽ, vt miſera puella non gratuletur ſibi,quòd illã pauper accuſare iam poteſt. Timuerat infelix ne remedio ſuo ſic repugnaret pauper,vt magis amaret,ne iuuenis in omni genere animi contẽtioſus ac pertinax potionẽ illã dolore coactæ ſanitatis expelleret. Bene quòd & terribilis & minax eſt pauper,quôd pœnam noſtram,quòd ſanguinem petit, non expectes vt ſtatim gratias agat qui ſanatur inuitus. Nobis tamen Iudices hodiernam pauperis mẽtem non prima fronte tractantibus miſerrimus iuuenis nondũ videtur explicitus,& ſi bene prioris ardoris impatientiam noui,quod maxime facit ira, non odium eſt. Alioqui ſi profeciſſet remedium, & a priſtino furore,iam liber animo intellectum ſanitatis admitteret, omnem adhuc puellæ vitaret occurſum,non ſibi crederet vltionem, & ipſum quoque iudicii timeret adire complexum. Deprehenſa eſt puto nouiſſime potionis ſuperuacua perſuaſio. Amat Iudices,amat qui queritur quôd non ametur. Quid agam Iudices hoc loco? ſub quo temperamento defenſionem periclitantis aggrediar? timeo ne ſi cœpero ſimpliciſſimæ puellæ laudare mores, referre probitatem,amare rurſus pauper incipiat. Siue enim Iudices malignitas eſt perſuaſionis humanæ formam vacantem vocare meretricem, ſeu miſeræ nomen id impoſuit aliquis amator, cui cum corporis bonis fortuna non dederat vnde ſeueri matrimonii caſtitati ſufficeret,laborauit neceſſitatum ſuarum cuſtodire probitatem. Nullius vnquam per hanc matrimonii turbata concordia eſt. Nemo queſtus eſt pro filio pater. Nemo exhauſtas facultates in auidiſſi-

mos ſinus pœnitentiæ dolore defleuit. Tentet licet ingratiſſimus iuuenis inuidiam miſeræ facere prioris affectus, non poterit obiicere meretrici, & quòd amarit, & quòd amare deſierit. Nec quem igitur accuſator hac prima fortunæ ſuæ comploratione decipiat, tãquam meretricis charitate conſumptus ſit, ſecuri eſtote pro innocentia noſtra, talis incidit, talis adamauit, nec habuit quod perderet in tam immodico ardore, niſi mentem. Vidiſtis enim notiſſimum tota ciuitate miſerum. Cum lupanari noctibus diebusque deſeruiens. & quãuis indulgentiſſimæ puellæ ſimplicitate frueretur, modo tamen maledictis opprobriisque vulgi, modo crebra riualium contẽtione pulſatus, abigi tamen compeſcique non poſſet, mouit mitiſſimam puellam hic infœlicis affectus. Laboranti primo ſui voluit facultate ſuccurrere, ſed quicquid indulſerat, fouebat ardorem, quæque in hac impatientia, prona perſuaſio eſt, quia nihil præſtanti meretrix tam ſæpe contingeret, amari ſibi videbatur. Poſtquam nihil miſera tio, nihil proficiebat humanitas, tentauit aſperitate diſcutere. Popoſcit, excluſit. Non defuerunt miſero preces, adhibita ſunt ex ipſa iuuenis conditione conſilia. Sed iſta vincebat, & vi res amoris impedimenta perdebant, donec intelligeret hominem qui explicari ratione non poterat, neceſſitate ſeruandum. Puto Iudices fruſtra male audit in immodico pauper ardore. Meretrix magis amauit hominem, a quo noluit amari. Conſumptis igitur optima fœminarum cunctis indulgentiæ ſeueritatisque conſiliis, dum apud omnes de pauperis ſui amore conqueritur, incidit remedium, quo iam dicebatur alius amator explicitus. Quæ prima igitur medicamenti pariter ac dantis integritas eſt, non negatura porrexit, adiuuit deinde quod dederat, imperauit ſibi ne quas admitteret amplius preces, ne querelis aſſiſtentis, ne lachrymis moueretur, excluſit. Vultis ſcire Iudices vbi ſit medicaméti quod obiicitur totus effectus? Quiſquis odium dedit, omnia poſt hoc facit vt debeat amari. Quanto iuuenis hoc melius in forum aliquando veniſti? Incipis agere ſerium, grauem, iam leges, iam iura loqueris, conuiciaris, maledicisque meretricibus. Hunc tu animum modo inter libidines ac ſcorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis, ſolãque impatientiæ tuæ fabula notus. Perieras infelix niſi bibiſſes venenum. Veneficii agit. Credam mehercule Iudices ad ſubſcriptionem huius immanitatis expectaſſe publicæ ſeueritatis aures. Quodnam ſeculo nefas nunciaret hic gemitus, quæ proſiliret orbitas de nouercalibus quæſita commiſſis? Quæ peſtiferis hæredem medicaminibus enectum triſtis comploraret affinitas? Non pudet ergo quòd vacatis lupanarium querelis, & ad vos deferuntur amantium rixæ? Videtis hunc accuſatoria fronte terribilẽ? oſcula poſcit, deſtitutos queritur amplexus. Vultis vos abire potius in veſtra ſecreta, ibique gaudia querelasque mutata conuerſatione conſumere. Non agnoſcunt leges ac iura miſeros. Hic audiuntur feræ calamitates. Non eſt vltione dignus, de quo poteſt efficere meretrix vt quæratur. Et quando vnquam Iudices audiſtis de veneficio viuum quærentem? facinus hoc ſemper ex mortibus cepit inuidiam. Si latrocinium probes, cruore, vulneribus: ſi ſacrilegium ſpoliis numinum, prædãque templorum. Ita veneficium ſi arguas, oportet oſtẽdas putre liuoribus cadauer, inter efferentium manus fluens tabe corpus. Vt iam iſtud obiicere poſſit & vita, debet aliquid eſſe paſſa, quod inuidiam mortis imitetur. Veneficium vocaquod cæcitate graſſatur, quod in aliqua deprehenditur debilitate membrorum. Profer agedum corporis notas, in quas ſe noxiæ potionis, vagus feruor effuderit, vbi depaſta ſenectus viſceribus fæuitura conſederit. Aſpicio par laboribus corpus retinere ſua miniſteria, ſufficientem animum ſeriis actibus, accuſatoria firmitate robuſtum. Crede iuuenis omnibus qui te modo noueramus, nunc acrior erectiórque reſedit in ſenſus vigor, in membra ſanguis, viribus velut nouæ iuuentutis exultans. Bibiſſe te medicamentum probare non poſſes, niſi meretrix fateretur. Quòd ſi permittitis Iudices, vt quicquid extra conſuetudinem datur, ad huius vulgi referatur infamiam, beneficium male audiendo vitietur ſanitatis, ſtatimque merebitur ſceleris inuidiam, quicquid profuerit inuito. Illud tantum noxium virus vocauere leges, quod non amitteret interpretationis incertum. Iniquiſſimum eſt venenum videri, quod in poteſtate bibẽtis eſt an ſit remedium. Sentit Iudices iuuenis crimen quod detulit, nec nomine, nec effectu ſcriptionem legis implere. itaque ex vocabulo mulieris quærit inuidiam. Meretricem, inquit, accuſo. Neſcis, mihi crede iuuenis, ſceleris quod detuliſti qualem mihi debeas probationem. Rem expecto mehercule, vt ſit ante omnia minax vultus, feralis habitus, horreant ſquallore crines, rigeat ſuper nefandas cogitationes efferata triſtitia. Facinus quod dicitur inquietare ſuperos, ſidera diris agitare carminibus, tumulos, buſta ſcrutari, & amputatis cadauetibus ipſas in ſcelus armare manus, fieri nõ poteſt vt authorem ſuum non ſtatim primo prodat aſpectu. Vides veneficæ non horridos vultus placidámque faciem. Si

cogitationes,ſi conſilia pertractes,ſola cura de forma eſt,omnis in hoc collata meditatio,vt ſolicitet aſpectu,ſermone detineat. Audio ſubinde exactas mero noctes, tua mulier conuiuia,perditas amantium rixas. Meretricis vnum veneficium eſt,ne deſinat amari. Nunquid iniquè Iudices in tanti ſceleris ſubſcriptione depoſco,ne nominibus reos velitis exiſtimare ſed moribus? Venefica tua quid prius vnquam,quid ſimile commiſit? Cuius per hanc expugnatus animus? Quis queritur iuuenis, quis ſenex, quis pauper alius? In te ergo ſolo venefica,in te tantùm aliud iſta quàm meretrix. Vultis integritatem puellæ breuiter probē? Hanc quam nunc deteſtatur,accuſat,amare mallet. Omnia Iudices facinora(niſi fallor) cauſas vel de cupiditate,vel de ſimultatibus trahunt. Quod odium de amatore meretrici? Quæ præda de paupere? Odium,inquit,accepi. Ecquid Iudices? Satis me contra infamiam veneni vel ſolum medicamenti nomen abſolueret. Nec inuenio cur debeat idem videri, quod nō poteſt idem vocari. Agedum iuuenis potionis imple huius immanitatem,dic odium accepi contra coniugem,contra liberos meos,vt à ſacris aduocarer affectibus,vt pignora ſancta deſpicerem. Illud odium in meretrice facinus eſt,quo vtitur in ſui charitatem. Ita vel hoc ſolum ſufficit excuſationi,quòd illa contra ſe tantum dedit. Odium,inquit,accepi, Nunc te hic repoſco iuuenis inuidiam,quam fortunæ noſtræ pauloante faciebas. Dic meretrix dedit,proſtituta porrexit. O quàm timueram ne diceres,amatorium ſibi. Conſurge agedum iuuenis, & totis corporis animique viribus imple ſuſceptæ accuſationis horrorem. Eſt quod audiente tota ciuitate proclames, Miſeremini mei,adiuuate,ſuccurrite,bibi medicamentum crudele,ſæuum: deſii pauper amare meretricem. Iamiam non inquietis noctibus vagus viliſſimi cuiuſque perditos patior ictus,non excluſus ante lupanarium fores poſterum diem peruigil amator expecto. Poſſum nauigare,colere terras,ſufficio militiæ, redditus eſt mihi animus quo fierem maritus,quo ſenectuti liberisque proſpicerem. Quantum dii deæque remedium conditioni bibentis valuit,fecerat te potio iſta fœlicem,ſi diuitem puella. Ita vel hoc non ſolū Iudices innocentiſſimæ puellæ pro defenſioue ſufficeret,quòd nihil fecit ſua cauſa? Amatorem dimiſit,explicuit illa quæ captare dicitur vt ametur,quæ ſolicitat,quæ corrumpit affectus. Ingrate quāta de te potuerit gratia frui. Non quidem confers precia,non ſtipes,ſed aſſides,ſequeris,hæres,præſtas comitatum,fauorem,laudas,vbique miraris. Hinc ergo iratus meretricibus,quòd illas etiam pauperes ament,quòd facile contingant, quòd laboribus exorentur adeuntium facies,hinc amator vt diuites ament,in crimen maximum captas trāſferre beneficium. Vt aliquis amare deſinat,non niſi ab amante præſtatur. Quid ais iuuenis? Ita bibiſti potionem, quæ finem cupiditatibus daret, premeret ardorem, deſideria reſtringueret? Abi recede, dum puellæ publico generis humani nomine gratias agimus, quòd hoc fieri poſſe monſtrauit. Furor ille qui (ſi credimus) numina quoque detracta ſideribus miſit in terras, qui de ſacris venerādisque pignoribus monſtra commentus eſt, ardor qui miſcuit hominum ferarumque concubitus,ferrum,ignes, clauſtra laxabat, per interiecta late maria fugiebat,vetatur,perit. Accipite quod magis debeatis ſtupere quàm mirari,remedium amoris mulier inuenit. Deſinite nunc inceſtum timere mortales, nulla pietas horreat nefandæ cupiditatis inſtinctum, quicquid non parentum miræ caſtigationes, non ſerii propinqui, non paupertas, non neceſſitas poterat efficere, hauſtus breuis, facilis, vnus extorquet. O ſi quis odium poſſet omnium bibere vitiorum. Fœlix profecto mortalitas, ſi reliquos lapſus incommodosque mentis errores fas eſſet infuſa potione cōpeſcere. Facinus eſt, quòd maximum remedium gratiam ſui,authoris vocabulo perdit. Miraremur hominem, qui illud contra meretricem dediſſet. Tibi tamen vltra omnes immodica cupiditate flagrāti,tibi præcipuè ſuccurrēdum iuuenis. Cuius homo conditionis adamaueras? Diuitiis opus eſt, ne ſimus in amore miſeri: & impotentiſſimi mali difficultates illi fortaſſe non ſentiāt, quos contra faſtidia cæterosque contemptus explicat fœlicitas magna pereundi. Fœlix profecto qui non niſi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animum, ille æs, tu bibis vxoria, tu lachrymis rogas, pallore blandiris,& quod ad peſſimum ſpectat euentum, miſerabilis ſis oportet,vt amator eſſe videaris. Finge te nullum huius affectus ſentire cruciatum, id amare te pauper ſaltem non pudet? Homo cui non vacaret agere longa languoris ocia, ægrumque non deceret totarum noctium quies, excuſare non poſſis ſi tantùm perdideris dies,cuius cenſus ex manibus,ex laboribus ſubſtantia,quem quotidie poſcit vltra rationem indies demenſus,amētiam pateris,fœlicium oſcula tantùm amplexuſque meditaris, & vnde tibi calamitatis huius non poteſt nec venia contingere,de voluptate miſer es. Expectandū videlicet quando te fames,inopia caſtiget,ſed inter iſta cœpiſti,quid iam facere poteſt ra-

tio,consilium? Odio sanãdus est,quẽ non explicat q̃ pauper adamauit. Non tamẽ intelligere possumus tecum solã fuisse paupertatem. Iterũ,non opes tãtũm tibi,nõ facultates defuerunt:non erãt,quantum video,propinqui,nõ amici,alioqui illi te potius nostra potione sanassent:vel si ignorassent huius graminis vires,vinculis nexibusque tenuissent. Quid blãdis affatibus impotentissimum eludis affectũ? Datum est remedium dolori,qui sæpe egit in laqueos,in præcipitia cõpulit,qui cruciatus laborantis animæ vulneribus emisit. Quantum amori in hominẽ liceat,illi magis sciunt,qui amant. Iunge nunc cũ fortuna tua conditionem mulieris adamatæ. Incideras quidẽ miser in puellã minime superbam, miniméque difficilẽ. Quasdam tamẽ non possumus circumire meretrices? Quàm multa pro illis exigit sexus,ætas poscit,semper necessitas petit corporũ,cultus poscit,stationis tristissimæ impatiẽtia. Totos infœlix dies lupanarium foribus impẽdis,vt quãdo prostituta pauperi vacet. Cõtẽtione munerantium dilatus,exclusus,ocium meretricis expectas. Negatur tibi cõplexus, indignatione persequeris. Contingit,verum fœlicitate corrũperis, spem gaudia parant, aduersa contritionẽ. Ex vtraque fortuna desideria coalescunt. Nobis crede qui vidimus, qui tibi vni fuit corporis habitus,quis pallor,quàm miserabilis,q̃ pudẽda tristitia? Quoties tu venenum bibere voluisti? Non est igitur iuuenis,quòd tibi queraris illã mitissimam partẽ humanæ mẽtis ablatam,non charitatem,sed impatiẽtiam:non voluptatem,sed tormenta: nõ amorem,sed quod amaueras perdidisti. A moris(si sapiẽtiæ sequamur authores)antiquissimũ numẽ,& cui se naturæ debet æternitas. Sed ille mitis & serius honestis cupiditatibus & viribus sacræ charitatis exultans,vt qui cuncta priscæ noctis operta caligine diduxerit primũ, deinde miscuerit. Hic vero qua perditis visceribus adhæremus inquiet,lasciuiẽtis adhuc ætatis instinctu tumultuosus ac petulans,telis funereis facibúsque armatus . Præstat igitur ille mortalibus liberos hac vsitata coniugii pietate:hic incesta,libidines, adulteria, meretrices. Referam nunc fabulosas immodici furoris prodigiosasque nouitates,contemptum nesciẽtibus oculis ignoti hominis aspectum,formam suis in se luminibus ardentem,virgines patrum senectute flagrantes,mortalium ferarumque vultus vsque in monstrosæ fœcunditatis onera perlatos. Ex omnibus tamen quæ nobis patiẽtibus extorquet affectus,hoc sæuissimũ patimur,quòd nemo vult in amore sanari. Ego tamẽ,inquit,amare mallẽ. Hoc est ergo propter quod opus odio fuit. Nihil agebant castigationes,nec preces,consilia perdebãtur. Odio debet amator explicari,quem sanat adamata. Interrogare te hoc loco libet, nunquid accusare posses,si quod fecit medicamento puella,feciſſet animo. Licuit te reposcere quantum numerare non poteras,fastidire,contemnere. Iam indignaris quòd te maluit remedio quàm dolore sanari? Mulier cui ad dimittendum amorem sufficiebat vt odisset,ipsa pro te cõmenta est,vt illam tu potius odisses. Finge te tamen aliqua remedii tui sentire tormenta,arrogãtissime miserorum:tu autem sperabas ardoris immodici fœlicem statim sanitatem? Quid si quæratur æger abstinentiæ dolore sanatus? Excussa sunt plerunque languentium verberibus redemptáque debilitate vitia:ignibus,vulneribus interdum profutura grassata sunt, & quæ fuissnt mala sanitatis,in gratiam remediorum de maioris periculi comparatione redierunt. Vix mehercule contingere potest vt hilares ab hac impatientia lætique discedant, quos pudor,quos satietas,quos pœnitentiæ ratio dimittit. Nec sine aliquo morsu resilitur à malis, quæ voluptate tenuerunt. Iterum materia amoris est,desinere,nec queri. Opus fuit pari diuersitate,viribus quantis adamasti,ne * resipisceres,ne frequenter in media sanitate subsisteres. Quale tibi remedium debuerit adhiberi,vel ex hodierno sentis iuuenis affectu. Pro homine qui post odium queritur quòd non amet,parum fuit si amare desineret . Audi igitur ingratissimẽ,quatinus ad publicas aures secreta nostra proferre voluisti . Dedi. Quid enim, inquit,facerem,quæ remedia tua multa perdideram? Ferre misera non poteram, quid te iam cœperunt omnes ridere meretrices. Repete agedum illarum colloquia noctiũ,quibus te frequenter alterius,& fortasse diuitis amoris iniuria receptum inter oscula amplexúsque monui. Quid miser cum fortuna,quid cum mea conditione rixaris? Parce necessitatibus meis, duo pauperes sumus. Sed & tu quoties in sinus meos lachrymis fletuque resolutus exclamasti? Sentio furorem,sed imperare oculis,sed animum regere non possum . quàm libenter te mulier odissem. Non est igitur ingratissime mortalium quòd beneficium nostrum nomine potionis infames. Remedium bibisti,sed illud odium tuum est. Quid? quòd furis,conuiciaris,exclamas,non est haustus illius affectus,sed amor. Talis fuisti, Aliud sunt,aliud illi,quos in voluptates superfluẽtium facultatum mittit secura fœlicitas. Improbius pauperes amãt. Sic tumultuabaris admissus,sic moras,sic impedimenta ferre non poteras. Maledicebas po

pulo,conuiciabaris intrantibus.Cuius vnquam fœlicius commutata fortuna eſt, ſi tunc omnes oderas,nunc vnam pauper odiſti? Quin potius iuuenis admittis conſilii rationem? Quid agis infœlix?Cur redditam modo ſanitatem rigore nimiæ contentionis exaſperas? Prædico,teſtor,conſumis odium,nondum totam mentem vis perfuſa poſſedit,adhuc circa te duo maximi rixantur affectus,adiuua potiorem. Contradic agedum quicquid eſt aliud quod tumultuatur,exæſtuat:totúmque ſanitas componat hominẽ. Tunc te ſciemus amare deſiſſe,cum deſieris odiſſe. Et innocentiam quidem puellæ ſatis,vt ſpero,defendimus, magnitudo periculi vocet preces.Conſurge agedum miſerrima fœminarum, reliquam defenſionis tuæ partem tuere lachrymis.Accuſator quid ſperas?expectas?Ad genua tua non mittimus eam.Toto licet infœlicem terrore conuenias,non exoſculabitur manus. Mortem,ſuprema denuncies,te non rogabit.Fruſtrà tibi aliquid de periculo noſtro metúque promittis.Neſcis puella,non habet odii remedium. Sanè tamen viribus potionis effectum ſit, vt accuſaueris innocentem,ſufficit vltioni vidiſſe pallentem:ſatis eſt audiſſe gemitus,memineris hanc eſſe quam tu non iuuenis odiſti.Quid agis?etiámne perferres illud pronunciationis anceps,illud humanæ ſalutis incertum? Numerabis ergo ſententias, & ſi damnaueris, exultabis nefandè,gaudebis?Puto non adamaſti.An & ſequeris dum carnifex trahit.Interis dum hos oculos occiſura contingit manus,dum hæc amplexibus tuis nota ceruix ad ſupremos nudatur ictus?Non exilies,non pectus oppones,non fidem hominum deorúmque clamabis?Accipies percuſſam ſuper palpitantia membra conſiſtens?Potes hoc videre?potes hoc ferre?Sanatus es.Quòd ſi quid triſtius iudicii huius attulerit euentus,dii rapidè pereuntium beneficiorum ſemper vltores, dii quos iſte crudelis in amplexibus puellæ frequenter mœrore,lachrymis,aut finem amoris rogauit,aut mortem,date nobis iuſtam de ingrato iuuene vindictam.Non imprecamur debilitates,naufragia,morbos.Pauper ſit,& amet quancunque meretricem,& amare non deſinat.

AMICI VADES. DECLAMATIO XVI.

ARGVMENTVM.

Duo amici,ex quibus vni mater erat, peregrè profecti,ad tyrannum appliciti ſunt. Mater cognito quòd filius haberetur à tyranno,flendo oculos amiſit.Oblata eſt à iuuenibus tyrãno conditio vt dimitteret alterũ ad viſendam matrem,ad diem præſtitutam reuerſurum: ita vt niſi occurriſſet ad diem,de eo qui reſtiterat,pœna ſumeretur. Et iureiurando aſtrictus eſt.Venit iuuenis in ciuitatem, Mater detinet ex lege,qua parentes in calamitate deſerere non licebat.

PRO IVVENE CONTRA MATREM.

ETSI ſanctiſſimi viri olim omnes videor humanorum pectorum affectus in ſolam amicitiam contuliſſe,& patior inuidiam hominis,qui ſibi nõ reliquerit vt amaret & matrẽ:quoties tamẽ vniuerſam pietatis meæ conſciẽtiam intueor,in qua minimum eſt quòd videor bonus amicus: nõ poſſum non hãc primam electionis noſtræ complorare fortunam, quòd mihi neceſſe eſt, aut amicum relinquere aut matrem.Facinus ſeueriſſimi viri, facinus fit impatientiſſimis affectibus meis,quòd ſuccurri non poteſt duobus.Excedit omnem querelæ meæ complorationẽ, quòd tam diuerſis meorum conatibus aduerſa conueniũt,vt videar eligere. Quid non daré miſer pro luce matris,qui vt illã viderem amicũ dedi?Fidé veſtrã Iudices, ne inter maximas neceſſitates pereat vſus hominis,qui paratus eſt duobus impẽdi. Iam hic eſt tota ratio clemẽtiæ,ne ibi me detineatis,vbi non proſum.Nec diſſimulo ſanctiſſimi viri proferre me cũ maximi tum incredibilis exempli fidẽ, vt non immerito poſſim videri cũ matre colludere. Ego videor excogitaſſe iſtum colorem, & hoc quòd detineor amicitiæ vocatur infirmitas. Miſeremini Iudices,tentate me & dimittite.An voluerim reuerti, ſcire non poteſtis niſi reuertor.Illud ſanctiſſimi Iudices,illud affectus meos torquet ac lacerat quòd ſim ingenti expectatione deceptus. Sperauerã futurum,vt hoc loco rem magnam faceret & mater. Parauerã apud tyrannum hãc iactationem,vt me crederet remiſſum:& genus oſtẽtationis adamaueram,vt mirarentur hominis fidẽ etiam in orbitate.Quo vultis hoc animo feram,quòd etiã vt reuertar,amico meo mater impoſuit?Et quantũ ad hãc pertinet,maximũ iuuenẽ decepit, illum qui meos crediderit affectus.Non poſſum Iudices,litis huius diſſimulare facinus,in-

nocentius fuerat vt ego nollem reuerti. Viderint ſanctiſſimi viri, qui receptas nominum perſuaſiones velut aliquam ſeruitutem charitatis attendunt. Me ſi quis interroget, nullos affectus tantùm naſci puto. Et ſi quis omnia vera ratione reſpiciat,quicquid liberos,fratres, propinquos inuicem tenet,amicitia eſt.Homines igitur,quos cum maximè incredibilium rerum loquitur inuidia, ſumus ſine dubio nõ eiuſdẽ pars animæ,non eiuſdem pondus veteri: & quanto minus in cauſis, tanto plus in affectu eſt. Admirabilior charitas in quam coimus viribus noſtris. Non pudet iudices hanc fateri perſuaſionem, minus debetur homini, qui aliquem ideo tantùm amat, quia neceſſe eſt. Ita eſt iudices,ita eſt,à primis ſtatim ætatibus in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum. Sic effectum eſt, vt nos ſtatim fama committeret, & tali certamine coimus, vt ſiquid accidiſſet vni, deberet & alteri exemplum. Inde eſt quod & pariter reuerti contempſimus, & quaſi facilius eſſet inter fidos, placuit ſub incerto pelagi cohærere. Nec tamen vanitate, nec diſcurſu putetis extractos, magnas & inexplicabiles nauigandi fuiſſe cauſas, vel hinc poteſtis exiſtimare, quod nos non detinuit hic mater. Vtrum ne igitur iudices ſumere de nobis etiam nũc voluit experimentum ipſa amicitia, & parum fortuna credidit hominibus adhuc tantùm fœliciter amantibus? An hæc eſt magnæ ſemper opinionis inuidia, nec vlli vnquam tam plena confeſſione laudantur, vt illos non ipſa quoque amicitia tentare velit? Littoribus appulſi ſumus, homines quorum omnia caſus,fama cuſtodiebat:conſumimur terrore,qui parentibus ſtatim cæcitas eſt.Hinc illud euenit,quod ſumus pariter alligati. Sic magis aduerſus ſolutum carcer inuentus eſt. Pudet iudices fateri, iam in hoc victus, iam inferior receſſi, ex duobus magis amatur, quem tyrannus paratus eſt alligare. Quantum tibi amice debeo. Non potuit nos diuidere niſi mater. Tibi primum cæcitas nunciata eſt, tuus hic affectus fuit quod hoc crediderit tyrannus,quid ille non fecit, vt Rex deſiderauerit vicarium corpus? amplexus eſt catenas. Sponderi ſibi voluit hominem rediturum per maria, per matrem, repromiſit de incertis tanquam de animo ſuo. Quis hominum pro ſe tam multa feciſſet? Præſtitit,inquam,amicus,præſtitit rem quam videbatur ideo tyrannus indulſiſſe, ne fieret, & hominem qui in rebus humanis hunc eſſe nolebat affectum,decipimus dum tentamur. Ego non inuenio cur horreat mater carcerem,quid ſibi velit quaſi deſtinatas operire ceruices. Non odit me tyrannus,cuius non intereſt an alium occidat. Miſerere mater (ſi quis eſt magnorũ meritorum pudor) quærere quod vnum de cæcitate impatientius ex nobis amaris ſemper abſentem. Cui tu fortunas,quibus neceſſitatibus iniicis manus? Me ad amicum meum admitteret alterius catena,& tyrannus nunc mihi portas aperiret,ſub ſidio nauigium pirata præſtaret.Si mehercule ante morerer,ire deberes mater ad diem. Miſera nõ intelligis quanto te magis & plus obligauerit amicus?plus debes homini,qui me tibi remiſit,ex quo pati non potes vt reuertar.Libet mehercule iudices,libet miſereri hominum, qui me laudant reuertentẽ.Amicus mihi credidit vt redirem.Ita nunc ego facio rem magnam, ego ſum ille bonus amicus,ille mirabilis,ille narrandus.Siqua dicentis fides eſt,facinus mihi videtur,quòd ſcio me non eſſe periturum.Sentit iudices & ipſa mater rẽ ſe facere turpiſſimam,ſi neceſſitate detineat.Itaque mulier quæ adhuc de affectu cuncta fecerat,ad legẽ ſubito conuertitur.Peſſima iudices cauſa matris eſt,in qua plurimum lex poteſt.Liberi parentes in calamitate ne deſerant.Facinus eſt iudices hoc dici homini reuerſo.Ita nũc ego cõtemno matrẽ,ego deſpicio cæcitatis obſequia, homo qui omnium calamitatum mearũ ambitũ in hoc conſumpſi vt redirẽ,qui inter ſupremas ſolicitudines non pro me rogaui?Mihi quiſquã cõtumacium ſupplicia liberorũ,mihi neglectæ pietatis minatur inuidiã? Bone Iupiter,quãti mihi cõſtitit ne malus filius viderer.Imputẽ tibi neceſſe eſt mater,quòd meũ amicũ propter te reliqui,ad quẽ facinus eſt nõ reuerti.Nondũ iudices neceſſitates meas,nondũ amici merita refero,interim contẽdo tunc eſſe tantùm legis huius vſum, cũ in calamitate ſoli ſunt parẽtes.Magnam partẽ mortalium fortuna dimiſit à legibus,nec vlla iura tam triſtia ſunt, vt ea in aduerſis parẽtibus liberorum calamitates,& ſi quẽ lex iſta deprehẽderit,in alterius fatũ tranſeat neceſſe eſt tanquã orbitatem. Quid enim ſi detinẽte matre alter ẽ latere reuocaret, & ſi bella militẽ poſcerent,ſi Legatum patria dimitteret,veluti ad propriã deſcẽdam neceſſitatis meæ complorationẽ.Si me damnatũ pœna conſtringeret, videlicet effringeres carcerẽ mater,iniiceres carnifici manum & perituri filii iugulũ authoritate iuris operires? Dii deæque,quàm longe eſt lex quæ retinet hominẽ,qui penẽ non venit. Neſcis quantum intelligo mater quantam inuidiam debeant facere liberis parentes, à quibus relinquuntur. Mater quæ ſe deſeri queritur, illud exclamet. Filium meum ciuitas peregrina ſolicitat, vt

amœnos neſcio cuius receſſus orbis petat,debilitati meæ ſubtrahit humeros. Iuuenis meus abducitur amore meretricis,& ab officiis ciuitatis vitiis abſtrahitur oculorum. Eiuſmodi gemitu filium neceſſe eſt perſequaris,vt quòd detineor obiter & pœna ſit. Non facit iſta lex ad liberos, qui miſericordia detinentur. Vt turpe ſit quòd recedo,in eo tantum eſt ad quem reuertor,& vt facinus ſit relicta mater,non faciunt niſi cauſæ relinquendi. Homo qui ad tyrannum reuertor,ſi malo animo relinquo matrem,dignus ſum qui detinear. Non eſt itaque quòd ſubinde nominis veſtri beneficia mater opponas, non eſt quôd vtilitati tuæ fieri poteſt,ſi credimus eſſe in rebus humanis & alterum affectum amicitiæ,ſi quã mihi videtur natura excogitaſſe vt coire inuicem poſſit totum hominũ genus,quæ ideo nondũ circa ſe tenet omnes admirationes,quia tota non contingit,quæ tamen peruenerat ad incredibilium fidem,niſi illam vos impediretis. Amicitia plurimorum corporum, vnus animus,vicariæ manus,fortior quàm matris affectus,Rogo quid refert quid vocetur ille qui ſic amat? Quid intereſt ex quibus magna merita deſcendant? Vultis ſcire quid de hoc affectu ſentiat mater? Et amicum meum putat malle ne reuertar. Finge me poſitis pauliſper meritis, quibus obligatus ſum,hoc tantùm dicere. Amicus alligatus eſt,ire volo mater vt redeat, vt conſoler, vt dominum rogem,vt ſi tyrannus exegerit,vicarium corpus opponam. Quid detines? quid moraris? Hoc eſt tempus propter quod coimus. Neſcias an diligat cuius non habet experimenta niſi ſola fœlicitas,& ſi vitæ præſtes omnia ſecunda,amicus ocioſa res eſt. Dicturum me putas,hoc expectat alligatus,expectat totum immo genus hominum,& nos in hanc fidem perſuaſionis receperunt:vt ſi hoc faciam,nemo miretur. Vis ſcire mater quem affectũ, quam reuerẽtiam in calamitatibus amico præſtare debeamus? Nullam legem timuit ne relinqueretur. Differo interim cauſam amicitiæ, agere pauliſper omnium libet, & tyrannus mihi credidit,volo reuerti. Nulli vnquam mater plus commiſit fides,neminem magis obligauerunt expectationes. Credidit mihi homo,cui res fauorabilis contingit ſi decipitur, qui ſibi excogitaſſe contra omnes amicos videtur,vt illi imponeremus. Non eſt quòd mihi ſupplicia, quod omnem mortis apparatum mater opponas. Facinus eſt,id tantûm hominibus bene credere quod expedit: & actum eſt de rebus humanis, ſi ſola ſeruatur vtilitatum fides. Infinitum eſt quantum mihi crediderit tyrannus,ſi me occiderit reuerſum. Intelligit iudices & ipſa mater,quantæ reuerentiæ locum amicus obtineat, quæ incipit contendere affectu. Niſi fallor igitur,cum ego ſim materia litis,hoc primum exiſtimare debetis, vter in ea calamitate plus fecerit. Ante omnia permitte mihi de hoc affectus tui genere mater queri. Quid tibi tam rabido,tam præcipiti dolore voluiſti? Quid aduerſis tuis præſtare faciem, & in oculos tuos accipere nuncium? Non reliquiſti tibi vt redimeres, ſine dubio adieciſti ad matris affectus:oculos in media orbitate fudiſti,ſed illud non laxat catenas, non explicat corpus. Quid mihi prodeſt iſte qui ſe contra filium conſumpſit affectus? Plus feciſſet mater quæ iſſet ad tyrannum. Alligatus ſum,tu nunc ſic flebis tanquam ſoluat in lectulo,tanquam in tuis manibus expirem. In quibuſdam calamitatibus deſperatio non eſt ſummus affectus, & quiſquis orbitatem ſtatim credit,feſtinat ad impatientiæ ſecuritatem. Inſimules licet mater tantæ pro me impatientiæ,tam incredibilis affectus,amicus rem defficiliorẽ fecit, quòd ſeruauit oculos ſuos,vt alligaretur. Dii deæque quantum ille præſtitit qui mihi inuidit pœnam meam,nec receſſit. Ille,ille terribilẽ carcerem facit,qui inde procedit. Iam non corpori nexus hærebat,nec aliud quàm reſedeant pondere catenæ, conſumpti longo ſquallore vultus,concretæ noctibus diebusque ſuper ora lachrymæ. Miſeremini iudices,ne perdat authoritatem meritum quod vltra expectationem eſt. Ponite ſub oculis alligatos, quorum alterũ amicus redemit,alterum mater. Rogo vter plus fecerit. Bone Iupiter quàm auide,quàm fortiter vincula noſtra tractauit. Quibus ille precibus exegit,vt ſibi crederetur. Accipe,inquit, has manus,hæc membra,ſi fieri poteſt,vt amicum matri remittamus. In totum explebo,ſi videatur,vicaria pœna locum recedentis. Vel ſi vis vtique tibi dimiſſa membra reſtitui,ſpõdeo quemcunque iuſſeris aperto iugulo diem. Fidem deorum hominumque, quid non factum eſt, vt amicum meum pœniteret? Ingeſtum eſt miſero illud carceris tenebrarûmque ſecretum,grauioribus vinculis opus eſſe,carnifex dixit ad bonum amicum. Accedere ad illud cubile iuſſi ſunt homines nocentes:& ſubinde dictum eſt, Vide tamen,amicus ſi tanti eſt. Vna vox,vnus miſeri gemitus,vrite, lacerate, diſtrahite, ille tamen reuertetur. Miſerere mater,magna res agitur, amicum meum relinqui contendentem cum tyranno. Excuſo me vobis humani generis, affectus, & tibi ante omnia mater excuſo, quòd hoc fieri paſſus ſum. Vlla ergo in rebus humanis neceſſitas tanti fuit,vt illum amicum meum in carcerem

ipſe deducerem,vt ſquallorem meum,meas catenas in membra feſtinantis exuerem ,vt tam abrupti commeatus diem contra tot incerta promitterm? Teſtor te miſera conſcientia,& ſi quòd nos in illa neceſſitate numen aſpexit,quantum ſimus rixati circa catenas , quàm omnia fecerim , vt ille potius veniret ad matrem.Fateor iudices , vnius cogitationis pudore victus ſum, quòd tanti beneficii difficultatem ab amico non accipere,affectus videbatur hominis,qui nó credidiſſet.Miſerere mater,ne me ſolutũ putes,amicum alligaui. Hæ ſunt catenæ quæ regunt mẽbra,quæ per maria,per infinita terrarũ ſpatia reſtringũt.Sic non poteſt carcer effringi.Inuideo tyranno,ſcit alligare amicos , ſcit tenere dimiſſum . Iterum ac ſubinde proclamem neceſſe eſt, ego amicum meum alligaui, & vt te viderem , pœnam meam altero homine impleui.Scio quo hoc amicus præſtiterit animo,ſed ego rem feci hominis non reuerſuri.Interrogo hoc loco impatientiam tuam mater,interrogo quid faceres, ſi nos ad te videndam deduxiſſet alligatos aliquis ſatelles, ſi barbarus aliquis? Fruerêris oſculis? fruerêris amplexibus ? Non eſt quòd te iſta tanquam leuior , tanquam expeditior conditio decipiat. Quid putas eſſe quòd me dimiſit ſolutum ire quo vellem ? Crudelis arrifex non reliquit nobis vt imponeremus . Superuacuo igitur hoc vos in matris cauſa mouet quòd cæca eſt,hoc quòd nobis inuidiam facit vulneribus oculorum . Nolite detinendi putare cauſas, idem videns faceret . Nec plus eſt quod non poteſt cæcitas ferre,quàm mater, vt aliqua filio carere non poſſit,nonnunquam calamitas facit. Quòd ſi iudices in perſona mea nec affectu,nec meritis inferior eſt amicus , quid aliud iuſtitia veſtra debet attendere , quàm vter plus patiatur?Iam ſatiauit dolorem mater,egeſſit æſtus,effudit impetum, iam non deſiderant oculi,cum cadunt. Adiice quòd hanc qualemcunque fortunam inter amicos tenet,inter propinquos,habet omnia miniſteria ſua debilitas ſuas cooperationes . Vis ſcire quanto intolerabilius ſit quod patitur amicus?Excæcauit te quòd ego ſic tenebar,ille accipit cibos, quos carnifex,quos tortor apponit.

VENENVM EFFVSVM, DECLAMATIO XVII.

ARGVMENTVM.

Filium ter abdicare volũit pater,victus.Inuenit quodam tempore in ſecreta domus parte medicamentum terentem.Interrogauit quid eſſet,cui paraſſet. Ille dixit venenum,& ſe mori velle.Iuſſit pater bibere.Ille effudit medicamentum.Accuſatur à patre parricidii.

PRO FILIO CONTRA PATREM.

L Aſſatus per diuerſos miſeræ mentis æſtus,& eundem dolorem, dum me ab vtroque animi genere ſemper quod implerit abducat, & in pertinaciam deſperationẽmque neutram,mihi liceat perferre patientiam:hoc primum à nouiſſima clementia veſtra peto,ne miremini quòd inter tã varia triſtiſſimáque fata conſilio diductus ſum , nec pro malis meis quicquam melius inuenire potui quàm vt morerer:nec pro innocentia,quàm vt viuerẽ.Nouo igitur iudices inauditoque genere diſcriminis vtriuſque animi reus,qua ſatis calamitates meas comploratione,quo deflebo gemitu?Filium mori volentem penè occidit,quòd interuenerat,pater . Videtis adhuc illa ſecreti noſtri contentione rixantem. Quicquid citra ſuprema,citra exitium eſt,contumaciam vocat:quantum abſolutionem aſpicit, vitam. Quis poſt hoc quærat ac dubitet, quo me affectu iuſſerit virus haurire,qui parricidium vocat quòd non biberim ? Permiſſurus fuit,ſi bibere voluiſſem.Quæſo itaque iudices delationis hodiernæ penitus velitis perſpicere cauſas.Obiicere putatis parricidium patrem pro ſe? Necatur,yritur, ſine dubio torquetur vita. hoc enim non poteſt ferre , quòd mori filium iuſſit,nec coegit , & ſcit facinus fuiſſe in imperio,ſi innocentia eſt quòd recuſaui.Suæ quod crudelitatis eſt,vel ab inuidia ſe criminibus meis defendit,excuſat,&(ne vocem illam tanquam peractum facinus oderitis) ſubſtituit pro malo patre miſerum.Hic eſt iudices deprehenſæ impietatis æſtus. Nemo vnquam volet innocentem filium videri,quem voluerit occidere. Illud quoque iudices à grauitate publica peto,ne quis me mori voluiſſe non credat contumaciter. Adhuc prioris conſtantiæ meæ more defendor:alia eſt mihi ratio cum vici , & fortior ſum reus quàm abſolutus.Sed tunc tantum par eſſe non poſſum calamitatibus meis, cum me conſtare cœpit nihil aliud eſſe quàm miſerum. Bene quòd rurſus vocauit in forum , iuſſit integritatis agere cauſam,fecit vt mihi videar perdidiſſe mortem . Si pœnitet patrem , quòd me bibere iuſſit

venenum,ergo ferre non possum quòd effudi. Licet igitur immitissimus senex confundere publicos conetur affectus, querelarum fronte mutata, non sumus noui vobis accusator & reus,nec nos modo pietatis euersæ recēs asseruit immanitas. Parricidam me olim vocat. Ita est enim iudices,ita est,iam pridem hominum nefandorum solis nominibus accusatur. Sic mihi illa prima patris maledixit asperitas. Hic est ille quem desinere iam iusseratis,qui semper ad vos recurrit,& vincitur. Fallitur quisquis illam de moribus senis lassitudinem vel patientiam sperat. Patri qui abdicare non potuit,minus est filius nocens, quàm absolutus. O pertinacissimum accusatorum genus,victi parentes. Dum authoritatem nominis vestri fortius imperiosis asseritis affectibus,& ne pudorem pœnitentiámque fateamini, contumacia vindicatis errorem,calamitatibus meis accessit,vt ter absoluerer. Nanque vt erat in superuacuo odio mei senex prima luce deprehensus,ferre non potuit quòd reddebat inuito: & quia a iudicibus non impetrauerat vt abdicaret,apud se tenuit,ne desineret hoc velle. Credidit tamen aliquid profuturum querelarum errore repetito, & sperauit iuxta contentionem suam vt lacesseret aliquando pro me iusta miseratio. Quid facerem igitur? quo verterem iam fatigatam innocentiam? Nec exire me decebat ex domo, ne viderer quicquid vos non credideratis agnoscere: nec expectare poteram,cum mihi rursus aliam seriem malorum minaretur, quòd me iam cœperat pater contentione qua vobis irascebatur, odisse. Tandem infelix misertus mei,misertus patris,cum de præteritis prospicerem iurgia tam longa quàm vitam, captaui fateor omnem occursum, quem mihi videbar exasperare præsentia, exorare dum morior,& tanquam nouissimum ambitus genus excogitaui, vt me in honorem sui reuerētiámque pereuntem,sic odisse desineret quomodo parcere solet ira cedenti. Non habet aliū quàm mortis exitum filius,qui nec reconciliari potest, nec abdicari. Erat in domo nostra locus, in quo sedebam semper reus, in quem reuertebar absolutus, querelis meis lachrymisque iam conscius,in quem se ferant. In hunc querēs non tanquam custodiæ patris imponerē. Nam quid possit inueniri,quo non me captātis aliquid deprehēdere cura sequeretur? sed sicut solēt qui immori volunt,pudore non ita ab omnibus quæ videbātur auocatura,seccssi. Nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuosum,aut quod faceret inuidiam. Sed quid mihi tecum est integritatis nimia simplicitas? Non putat se posse deprehendi quisquis Venenum parat ipse poturus. Totus oculis animóque conuersus hærebam miser in opere moriēdi (nec dissimulo) cum quadam cunctatione,cum mora sicuti bonæ conscientiæ lenta mors est,nec præcipiti per suprema trepidatione festinant, quos hoc solum quòd sui miserentur occidit. Abiit per tacitas conquestiones mens in obitus contemplatione posita,& hausturus potionem,qua renunciarem rebus humanis,totam apud se repetebat animus innocentiam suam, cum pater secretum quod per impatientiam pereuntis implcueram (quantum credo) lachrymis meis gemitûque perductus,intrauit. Non potest videri Iudices suspicatus aliquid de parricidio,quid tererem,cui pararem,nesciebat qui interrogauit. Nuncio vobis sanctissimi viri, nihil à morientibus fingi,nihil vita laborante simplicius. Ad subitum interuentum patris non tanquam deprehensus obstupui,facinus me tacente non pallor, non est confessa trepidatio: nec sicut accidere nocentibus solet, illa obuia semper errantium patrociniorum verba variaui,cum me repente interrogatione subita auocauit,abduxit, quæsiuit quid tererem, cui pararem. Sed ego sine cunctatione, sine tarditate respondi, & me mori velle eadem veritate, & confessus sum Venenum esse,quod terebatur. Date Iudices patrem qui filium mori nolit & credit. Quis habeat Iudices dicenti fidem? Venenum filii quod inuenerat pater, non ille potius effudit. stetit quinimo intrepidus, arrogans iuxta orbitatem quam videbat, & mihi mortem,quam promiseram,quam minabar,ingessit. Bibe,inquit. Quis post hoc Iudices,expectat,vt continuo paream iubenti? Ita demum mihi non est aliud relictum, si patri parui. Audite nunc dii pariter atque homines,quid post tres abdicationes, & querelas toties iudicum grauitate percussas,velut attonitus,amens nunciet seculo pater parricida sæuus, parrici da crudelis. Non bibi Venenum. Hoc est totum facinus meum,viuo,respondeo, non fugio Iudicem,non cedo criminibus. Iam non miror quid sit circa quod impatientia deceptæ cru delitatis exæstuet,plusquàm orbitatis gaudiū,quod modo perdidit senes: sperauerat vt occidere me pōsset meo Veneno. Sed quatinus inuenisse se putat quod crederetis,vt contentioni bus subinde damnatis authoritatem de nouo dolore circundaret, inusitata commentus est. Quæ sola mihi supersit ratio viuendi facinus ea simplicitate, ea fide denego, qua confessus sum de Veneno. Parricidii agis. Abstulisti quidem mihi partem. vt exclamarem hoc loco,fieri non potest. Scio quantum defensioni meæ difficultatis adiecerit, quòd iampridem in do-

mo noſtra humanorum pignorum ratio non conſtat, ſed pronunciatum liquet vtri ex nobis facilior ſit impietas,vter iuxta alterius lãguorem ſuprema non fecerit. Tu vnicum quotí die proturbare conatus è domo,velles inopiam meam,velles aſpicere ſquallorem. Ego oſculor illas expellentis manus, ego abiicientis genua teneo, & ad patrem qui me tam notabiliter odit,non habeo cur velim redire,ſi non amor. Præualeret nominis tui fortaſſis authoritas,ſi cõtentio noſtra cœpiſſet à Veneno.Cõſumpſiſti quicquid eſt,quod parentes ab omniũ ſcelerum ſuſpitione defendit. Non habet pater vnde parricidium de filio credat, niſi quem poſſet occidere. Me quidem pater infelicis huius perſuaſionis ſimplicitatem ſi quis interroget,nec à te parricidium fieri poſſe credo,niſi meo Veneno. Facinus tamen in omnibus incredibile pignoribus,nullis difficilius quàm liberis puto. Vos adhuc in ſuprema noſtra præcipitat authoritas,qui filium occidere vocatis plerunque grauitatem, ſicut abdicationis emẽdationem,ſicut reliqua ſupplicia noſtra rationis fronte protegitis,cunctósque prærigidæ mẽtis affectus vocabulo molliore lenitis.Nos nec felices facinus iſtud poſſumus concipere,nec miſeri. Non perueniunt ad nefas iſtud, nec neceſſitates. Omnis citra deſperationem dolor,ira langueſcit.Et quanto diu deæq; difficilius ſi pararetur ſine conſcio, ſine miniſtro, totúmque facinus,& animum filii poſcat & manus. Memẽto cuius obiicias immanitatis horrorem patrem occidere velle.Hinc tantûm accipis vires,vt mori poſſis deprehenſus. Vt ſciatis,inquit,verum eſſe quod obiicio,& abdicare volui. Non poteſt pater efficere genus querẽdi,pertinacia probationis. Tu cum dicis,filius me voluit occidere, videris tibi facere prioribus iudicibus inuidiam,exclamare,vos faciles,vos miſericordes,hunc mihi redditis.Sed iniquiſſimum eſt vt abdicatio,quæ nec in ſui valuit effectum,fidẽ maiori crimini præſtet. Non ſum reus inexplorati pudoris, nec anteacta vitæ meæ ſub hodierna primum lite tractantur. Felicior innocentia eſt citra ſuſpitiones,certior poſt reatum. Et quantum infamiæ præſtant obiecta dum nutant,tantundem authoritatis abſoluta reſtituũt. An ſcilicet ſuperatus eſt gratia pater,& apud ſenes, & apud parentes authoritate prævalui. Viderint qui calamitatibus ſuis ſic blãdiuntur,vt ſibi affuiſſe credant miſericordiam,fauorem: filius à patre delatus nũquam poterit ſuperior eſſe niſi cauſa.Sanè tamen feramus vt prima abdicatione non egeſſeris totum dolorem,multa tibi de criminibus meis verecundia querendi, multa paternæ pietatis abſtulerit infirmitas,quid non implet repetita delatio? Reuerſus es in forum iam ad Iudices iratos. Quanto terrore cuncta pertulit pudor ille iam victi & redeuntis in damnatam colluctationem? Acrior ſemper ex verecundia dolor.Sed & Iudicum cura quanto malignior circa rediturum reum? Quàm multis placet illa de ſimilitudine pronunciationis authoritas,& ſeuerior videtur diuerſa ſententia? Tertia vero abdicatio dii immortales quem apparatum,quem mouit ambitum? Ego miror quòd mihi licuit audiri, quôd me non ſtatim primus querelarum tumultus oppreſſit. Quid poſt iſta noui pater obiici poteſt? Inter leges,inter iura conſenui,non habeo in moribus meis,quod non melius Iudices ſciãt. Scilicet capit natura rerum vt futurus parricida non præmiſerit notas, nullis antè ſit maximi ſceleris immanitas tumultuata flagitiis,& quandóque culeo, ſerpentibus expianda feritas, ſub placida mente primam pertulit ætatem. Aliud eſt miſerorum genus quod clementia, quod ſuccurrendi fauore dimittitur. Abſoluerunt me qui ſciebant non profuturum mihi quôd non abdicarer. Proclames igitur licet,ſubinde detuli,ſæpè queſtus ſum,ter abdicare volui: hoc tamẽ res iſta debet efficere,vt tibi nõ oporteat credi,quicquid aliud obieceris. Nõ enim ſequitur pater,vt me tuis criminibus accuſes, quôd nocentem tuis moribus probes filium. Parricidam non facit ſeueritas veſtra,non ſæuitia,non terror:ad tam grande facinus non ira opus eſt,ſed moribus:non dolore,ſed mente. Omnes iniuriæ leuius exaſperant,leuius oderunt innocentis filii vltio eſt mori. Quòd ſi manifeſtum eſt, nihil tunc in moribus fuiſſe meis, quod poſſet eſſe ſuſpectum,exiſtimemus vnde poſtea traxerim parricidii cauſas. Vos libet interrogare hoc loco Iudices, quis magis debet innocentiam amare? Vici patrem,omni nunc ſolicitudine,omni labore cuſtodiam illam gratiam,illum ambitum meum, quo remuneror aduocatos,quo perſoluo Iudicibus:illud propter quod audeo domum reuerti, propter quod non timeo caſus,non ſubita pro patre,non maligna fata. Fidem non capit,vt me tres abſolutiones & innocentem probauerint,& effecerint parricidam. Præterea pater quàm infirmum me, quàm trepidum reddit ipſa victoria? An ſcilicet ignoro quòd me reuerſum circũſiſtat totius domus maligna cura,quòd viuo inter homines quibus apud te gratiam parat,ſi de nobis aliqua mentiantur fingant? Videlicet hoc nos in facinus præcipitat,impellit,quôd aliquid ſperamus de teſtamento tuo. Quid ego non ſentio quòd ſimili ſcelere miſſus in domum,à cha-

ritate tamen excluſus,abiectus ſum? Rogo qua fidutia facinus paro toties delatus,& paterna conqueſtione petitus? Quod vis patrocinium ſperem pro parricidio meo? Defendi non poſſem,ſi bibiſſes tu Venenum. Finge me parricidii voluntatem. finge habere cauſas vnde occaſionem,vnde fidutiam? Ego nec mori poſſum,niſi vt deprehendar. Venenum paro,qui non miniſtrum,qui non inuenio conſcium? Deſpicior à liberis,contemnor à ſeruulis, euitant ſermonem meum,colloquia fugiunt,& charitatem tui ſimulant odio mei. An videlicet ſpero poſſe fieri vt ipſe porrigam? Eſt enim mihi ad conuictus tuos facilis acceſſus. Venum meher cule putabis quicquid dederint hæ manus. Et virus præſentaneum paro, quod ſtatim, quod ſubito corripiat? At quemadmodum mihi ſuperſit vlla defenſio? An lentum & quod tarda peſte conſumat, ſcilicet vt non ſtatim exclames, vt te meum virus bibiſſe non credas? Rogo,cui paraui venenum,quod dare non poſſum,niſi mihi? Ita,inquit,parricida argumẽtum eſt,& hoc ipſum quod habuiſti Venenum. Omnibus Iudices, quibus ad ſcelerum conatus adiuuatur deteriorum quotidie fœcunda mortalitas,non hanc ſolam potentiam natura cõceſſit,in quam malis mentibus & nocentium ducuntur ingeniis? ſed illis vſus ex animo eſt, totúmque quod faciunt,de conſcientia poſſidentis accipiunt. Quid enim ſi latronem gladio tantûm probes? Sic munimus & ſomnos. Excute peregrinantium ſinus, hærent tela ſolicitis. Non vetant iſta leges parare, proſpicere, nec inſtrumenta prohibent, ſed exiſtimant vſus. Finge me velut in media proſperitate vitæ proclamare. Venenum paraui ad quod incerti caſus,ad quod languor,dolor,ad quod cõfugeret improuiſa debilitas. Miramini quôd hoc fecerim homo, qui circa me fortunam, qui diſcrimina humana laſſaui, cui neſcio quid adhuc paret toties victa delatio? Debuit habere in ſua poteſtate mortem, quem pater poteſt occidere. Non eſt,inquit,credibile vt mori volueris abſolutus,qui reus noluiſti. Poteram quidem dicere pater,vixi dum ſpero fas eſſe vt incipias aliquando miſereri, vt te ſquallor meus frangat,mitigent lachrymæ, pallor exoret: ſed ignoſce innocentiæ, tunc me decuit pertinax & rigida defenſio. Vixi ne me videretur expuliſſe de ſeculo profundorum ſcelerum deprehẽſa trepidatio: ne ſuper cadauer meum proclamare poſſes,certè merito timui, merito prædixi Venenum,qui viuendi non habeat audaciam. Ne ſupremis meis conuiciareris,ne quid poſſes obiicere iam non negaturo. Verum tibi de impatientia meâ fatendum eſt, eadem mente nolui mori cum abdicares,qua non bibi cum iuberes. Sed fruere iterum, fruere ſæpius confeſſione tam miſera,& quia oculos ſpectaculo non licuit implere, ſatientur aures, volui mori. Adiice ſi videtur,hanc malis noſtris contumeliam vt interroges,quare abdicare me ſubin de voluiſti. Quid ais rerum naturæ pietas? ita iuſtiores cauſas habet impatientia, quàm corporum damna, quàm facultatum triſtis euerſio? In ſuprema præcipitat me pater. Ita non hæc vana vox complectitur omnes calamitates? Non videmini nunc vobis vniuerſos audire miſeros? Poſſumus fortaſſis aliorum accidentium ſperare finem. non habẽt proximorum odia regreſſum. Quæcunque nexus accepere naturæ, & quæ ſanguine viſceribusque conſtricta ſunt,non laxantur diducta, ſed pereunt. Quæ de primo tenore naſcendi vix in contrarium victa deflectunt,diúque prauitatis ſuæ rigore durata, mox in priſtinum curſum remiſſa non redeunt,ſed quo totum pondus omnésque vires inclinata traxerunt, vigore quo ſibi permiſſa creuiſſent,in ipſius vitii robur adoleſcũt. In hoc eſt tota difficultas, vt incipiat non amare filium pater,hoc cum fronte cõfeſſionis accipit, reliqua præcipiti furore decurrunt,& redituris charitatibus obſtat,quicquid obſtiterat odiis. Semel ſibi parentes liberique mutantur,ſemel auferuntur. Felices qui habent in conſcientia ſua,quod debeat emendare, corrigere. Illa demum poteſt ira deſinere,quæ coaluit ex vitiis liberorum. Ego quid facio,cui non luxuria,non eſt mutanda petulantia, cuius abdicatio non de meis, ſed de patris moribus venit? Fruſtra mihi exhortationes,fruſtra blandiẽtur vana ſolatia. Hominis quem pater odiſſe non deſinit,vnus exitus eſt, vt ſe oderit. Et quantulum habet de toto dolore noſtro ille quo venitur ad iudicem dies? Ego cum dico, pater me odit, illud exclamo, omnes ſine me ſunt feſti dies,omnis lætitia ſine filio,non alloquitur mœſtum,non aſſidet ille languenti. Gratiſſimus quiſquis de nobis triſtius aliquid attulerit, quiſquis maledixerit, conuiciatus abſenti. Ego ſi hoc poſſum ferre, merui. Alia ſunt aduerſa, quæ de continuatione ſui patientiam parant,quæ durant aſſiduitate,firmantque mentem,quòd te pater oderit, quotidie nouum eſt. Minus fortaſſis vrant inuicem ſimultates,& mutuis deteſtationibus inuiſa reſpirẽt. Odium is tantum filius perferre poterit,qui & ipſe oderit patrem. Vos nunc Iudices,vniuerſos quinimo mortales infeliciſſimus iuuenis interrogo,quid me facere vultis. Explicuit nos ſine dubio de criminibus exitus,quòd abſolutus ſum, tamen non hoc effecit ne mori velim, ſed vt

mihi liceat & viuere. Victus ſum enim mehercule, victus ſum Iudices abſolutionibus meis, & (quæ certiſſima eſt animæ laborantis infirmitas) miſera felicitate defeci. Quem mihi vultum domum reuerſo, quem ſuadetis animum? Non decet gaudium meum, exaſpero hilaritate: non decet mœror, offendo triſtitia, capto ſermonem, inuiſus ſum tanquam arroganter inſultem. Doloris cauſa dicor ſi propius aſpiciat, videor ſi recedo contemnere. Quouſque vincemus? Neſciunt prorſus abdicationibus mederi, qui non ſtatim cedunt, qui conſcientiæ ſuæ rigore nituntur. Non vincitur pater, non ſum abſolutus, cum domum veni, nemo me diligit, nemo reueretur. Iam ad nos de penatibus illis non pertinent, niſi ſecreta, niſi latebræ. Non exuo, non depono ſordes, & mihi quotidie ſenex tanquam accuſaturus occurrit. Attendo quid faciam, quid loquar, qualis aſpiciat, & (quod maligniſſimum eſt ſolicitudinis genus) me ipſe cuſtodio. Satiaſti me vita, ſatiaſti, & cum felicibus quoque veniat ex nimia proſperitatis continuatione faſtidium, quod tedium paras, laſſitudine miſerorum. Conſumpta eſt in lachrymis, in precibus ætas, exacti ſordibus dies, anxietate noctes. Quid mihi contra tam indigna, tam grauia promittat integritas? Abdicari debet quem nocentem pater odit, mori quem innocentem. Sed vt credamus, inquit, voluiſſe te mori, cur potiſſimum Veneno? Poſſis quidem pater hanc de omni ſupremorum genere litem facere morientibus: & quia rerum natura varias fatorum vias indulſit animæ, in nullo non exitu ſimili ratione deprehendas quicquid electum eſt. Sic ſuper ſtrictum nudatúmque mucronem proclamares, cur non Veneno? Sed nihil eſt delicatius exitu, quem non ſupplicia, non metus, ſed collecta de calamitatibus commendat: infirmitas mihi. Mihi tamen præcipuè cum hoc mortis inſtrumento propria concordia eſt, non ſpargit cruorem, non trucem cadaueris relinquit aſpectum, placida eſt, quieta eſt. Ingratiſſimè ſenex, ego & hoc ſic moriendo proſpexeram, ne me occidiſſe alius videretur. Te nunc apprehendo, te interrogo pater: ita parricida ſum ego qui Venenum affero in domum tuam imparatum. rude, terendum, cui tam multa reſtant antequam dari poſſit? Ita parricida ſum, qui iuxta te quæro ſecretum, qui de potione tibi incerta, quam nemo detulit, quàm ſimpliciter tam facile reſpondi? Secedo in medios penates nullos ab introitu præpono cuſtodes, non euito tranſitus, non excludo venturos. Rogo vtrum hæc omnia ſunt occidere volentis an mori? Venenum quod tibi pararetur, inueniſſes abſconſum, reconditum, multum circa illud palloris attoniti, conciſa verba, trepida ſuſpiria, & me negantem. Parricida deprehenſus effudiſſet Venenum, ne fateretur. Cur ergo, inquit, ſi tibi paraueras, nõn bibiſti? Breuiter pater & ſecundum naturam conditionis humanæ reſpondeo, nihil aliud eſſe in poteſtate miſerorum, quàm vt mori velint. Ego cum dico mori volo, non hoc dico moriturus ſum, de animo meo reſpondeo, nõn promitto de fato. Miraris quòd quanuis iam teneam Venenum, multum tamen adhuc caſibus incertisque ſupereſt accipere? perfoſſis plerunque viſceribus vitam tamen ab ipſa deſperatione redeuntem? Strictos circa colla laqueos, aut nexus, aut ipſius corporis ruina decepit, rotatos per abrupta molis iactus explicuit. Tam conſentaneum eſt ne moriatur qui velit, quàm quòd morimur inuiti. Sed malo ſicut cœpi ſimplici tecum ratione conſiſtere. Nihil æque pater impetu conſtat, quàm mori velle: nec quicquam res humanæ impatientius habent pereuntis affectu. Hunc ſi retinere nolles, ſuffecit vt moreris, & rationem quoque homini mortis eripiet, ſi quis abſtulerit ardorem. Frangit animum quiſquis interuenit, abducit, auocat quiſquis alloquitur. Ambiuntur cuncta moriẽdi ſpatia pro vita. Ideo nos me hercule crediderim eiuſmodi exitum eligere ſecretum. Minimum eſt quod confundat hominem infirmitate morientem, & exiguis cauſis opus eſt, vt diſpliceat obitus quem miſero ſuaſit integritas. Quid ſi interueniat aliquis, qui gaudeat, qui vindicari ſe putet, ſi teſtes adhibeat oculos, quibus inuidendum ſit? Statim mehercule arrogans vita ſimulabitur, ſtatim contumax dolor cum deprehenſa morte diſſentiet. Neſcis quantum mihi hæſitationis putaueris, cum interrogas dum reſpondere cogis. Sed quem & reddere, iterum litigare, defendi. Me vero tunc pariter omnes tenuiſtis affectus, indignatio, pietas, reuerentia, dolor. Ego propter patrem mori poſſum, coram patre non poſſum. Adiice nunc quod & dixiſti, bibe. Si mehercule ſautium palpitantémque iuſſiſſes adigere ferrum, premerem cluſis vulneribus animam: ſi ſtringere aptatos ad colla nexus, conarer abrupto deſilire laqueo: ſi vero iniiceres manum ad præcipitia properanti, flecterem in plana curſum. Merito prorſus anima ſecretum ſolicitudinémque captaueras. Interuenit pater, actum eſt, periit ille ſuſceptæ mortis ardor, & vtroque nos reſoluit affectu: mori non debeo ſi vetuerit, non potero ſi iuſſerit. Bibe,

inquit. Nondum quidem potioni virus aptatum eſt, ſed me ideo deprehendiſti, quia adhuc terebatur. Multa tamen mihi pater antè facienda ſunt. Volo prius conuocare ſeruulos, contrahere libertos, complorare, conqueri, mandare, defendi. Bibe. Mihi vero tunc adieciſſe viſus es, teneris, hæres, eamus ad iudicem. Bibe. Sed hoc iubes tanquam negem Venenum. Interrogare vos velut in illa ſecreti noſtri præſentia libet, quem mihi poſt hanc vocem, animum datis. Dicit hoc accuſator, dicit hoc victus, dicit ſecreto, dicit ſic vt poſſit negare ſi bibero. Bibe. Ego quidem volo, & hoc quàm maximè paro, ſed totum hunc animum ſenex tua auiditate mutaſti. Bibe. Quid reſtat aliud quàm vt recuſantis ora diducas, vt infundas per oppoſitas manus? mihi vero tunc excidit quid velim, quid pararim. Vidi truces loquentis oculos, vultus parricidali ardore ſuffuſos: iuberi mihi videbar vt biberem tuum Venenum. Neſciſti pater pertinaciam meam ſeruare, neſciſti. Filium propter te mori volentem deprehendiſti. Vis occidere? veta, inuade poculum ne hauriam, bibam. Exclama, temerarie quid facis? Iam deſino iraſci, iam reuertor in gratiam. Properabo, vt hoc ſecum aures ferant, vt impatientia tua fruantur oculi. Tibi imputes quòd in me retorſiſti, quòd ablata ſunt ſacramenta pereundi. Innocenti facilius eſt mori, ſi rogetur vt viuat. Fidem Deorum, in quam me contumaciam pater, in quem tunc impuliſti contentionis ardorem, cum diceres bibe. Nec viuere mihi libuit, nec mori. Ereptus ſum miſer animo meo, & improuiſa voce percuſſus. ſteti ſine affectu, ſine negatione attonitus, amens, & me penè aliter occidi. Nihil eſt profecto improuiſorum dolore torrentius, & fractæ malorum contentione mentes ad inexpectata caligant. Non querelas poſt hoc inuenio, non verba, non lachrymas. Ad nullius rei conatum ſufficit mori alterius animo, & ſuo Veneno. Licet igitur noua me reatus mole conuenias, non pœnitet tamen illum fixiſſe, illum non pœnitet ſpiritum rigoremque pereundi, tanquam parricida moriebar. Pater qui queritur quòd non bibi, iam nunc diceret, deprehenſus erat, negare non poterat. Eſſem nunc ter abdicatus, & me contenderet ad Iudices meos redire non auſum. Bene quòd ſic effudi, tanquam rurſus vita placuiſſet. Venenum quod videretur deprehenſum, nemo ideo bibiſſe crederetur, quia ſibi parauerat. Dic nunc. non fui paſſurus ſi bibere voluiſſes. Deinde hoc ſic probas, vt me hodie quoque coneris occidere. Non eras paſſurus. Quando per fidem iniicis manus? potuit eadem, potuit peragi breuitate qua iuſſeras. Non eras paſſurus. Deinde non timuiſti, ne mihi animum pereundi vel hoc faceret, quòd putabam me iuberi? Facinus eſt ſi morior, vt poſtea quæratur an volueris occidere. Tu licet inuidiam vocis illius alterius mentis ſimulatione defendas, occurſuri tamen fuit ipſum experimentum. Non intereſt rigoris, quædam patiaris, an tentes. Nunquam mouebit patrem filius hoc quòd moritur, quem non mouit hoc, quòd paratus eſt mori. Quid nunc faciam Iudices pertinaciſſimo rigori? in quod me componam patientiæ genus videtis hominem quem nullus animi mei ſtatus mutat, quem conſtantia noſtra, quem offendit infirmitas, viuere nolo, perturbat, expellit. Mori conor, interpellat, exagitat. Iam fortaſſis aliquid (ſi nobis hodie * que clementia veſtra ſuccurrerit) parauit, inuenit. Quis finis, quis exitus incredibilium malorum? de filio abſoluto fecit vt mori mallet, de moriente vt viueret. Vos vero ſanctiſſimi viri, quo iam ambitu, quibus poſſem conuenire precibus? Ille veſter infelix, ille veſter abſolutus, flere vetitus eſt. Non habet gratiam ſuam toties genua complecti, & ad fatigatam miſericordiam noui diſcriminis pondus attulimus. O mors ſemper imperata miſeris, negata cupientibus, quando ſuccurres? Me infelicem, perdidi Venenum. Sed quatinus aliquid pater expectationi tuæ repromiſi, nolo deſperes. Fruere quinimmo ante ſuprema, ante exitum meum hac voce, viciſti. Neſcio quidem quod rurſus eligam obitus genus: an placeat reparare virus infelix. Sed prædico, teſtor, quæcunque ſederit traditio leti miſerere, ne iubeas, miſerere ne cogas. Facilius me occiderent gemitus tui, lachrymæ tuæ. Et ne mihi putes illam ſecreti noſtri excidiſſe vocem, Venenum quidem te iubente bibere non potui, quandoque tamen hoc occidet quod bibere iuſſiſti.

INFAMIS IN MATREM, DECLAM. XVIII.

ARGVMENTVM.

Malæ tractationis sit actio. Speciosum filium infamẽ tanquam incestum cum matre com mitteret, pater in secreta parte domus torsit: & occidit in tormentis. Interrogat illum mater, quid ex filio compererit. Nolentem dicere, malæ tractationis accusat.

PRO MVLIERE CONTRA MARITVM.

ETSI Iudices callidissimus parricida facinus suum sic ordinauit, vt vobis matrem faceret inuisam, siue dissimularet misera mortem filii sui, siue quereretur, tantaque monstrorum nouitate circundatam eo perduxit, vt sibi videatur infamaturus iterum vel patientiam nostram, vel dolorem: matri tamen in cuius calamitatibus ne minimum sibi vindicat orbitas locum, ideo ad vos fugiendum fuit, vt sciretis non illi præstari quòd tacet maritus. Laudo Iudices, laudo miseram, quòd interrogare noluit domi, quòd nihil fecit & ipsa secreto. Hic coram ciuitate, coram liberis ac parentibus, & (licet dissimulare parricida videatur) coram rumore mater inquirit, quid tormentis vnici quæsierit, quid morte compererit. Respondeat saltem reus, fateatur iratus, cur in peracta crudelitate modestiæ fronte substitit. Nec vxori potest videri parcere, de qua scire voluit, an esset incesta? nec filio quem tanquam sciret occidit. Ante omnia igitur Iudices mulier infelicissimi pudoris hoc ab affectibus publicis petit, ne vobis accusare videatur, Ream se incesti, ream parricidii putat. Exhibet populo conscientiam suam, & aduersus quẽcunque sermonem, quodcunque secretum, marito, famæ præstat interrogãdi potestatem. Vellet innocentiam suis probare visceribus, vellet in equuleos, in ignes hanc miseram præcipitare pietatem. Ignoscite Iudices impatiẽtiæ, quæ contra callidissimam dissimulationem libertate doloris exæstuat. Incestum probaretur silentio patris, si taceret & mater. Equidem Iudices tam contrarios affectus senis satis admirari, satis stupere non possum. In rumore tam suspicax, post tormenta patiens, modo ad fabulas vulgarẽsque sermones pronus ac facilis, in orbitate, in parricidio, reatus quoque dolore, conticuit. Quo repente reuersus est: in quam modestiam desperationẽmque defecit? torsit tanquam dicturum, tacet, tanquam dixerit. Fidẽ igitur vestrã Iudices, ne cui præstet magnæ seueritatis authoritaté non posse defendi, néve ideo suspicari nefanda malitis, quia se silentio parricida miratur. Parcere nunc illum cuiquam tacendo creditis? loqui se tum maximè putat. Et si bene artes & profundæ mentis cõsilia prospicio, respondere sibi videtur plus quàm mater interrogat. Fallitur quisquis hunc esse credit inexplicabilis doloris æstum, & inter silentii confessionisque causas miserum pudorem. Alium exitum non habet, quàm vt respondere nolle videatur quisquis filium occidit, & probare non potest propter quod debuerit occidi. Coniungat quantum volet nocentissimus senex cum rumore populi silentium suum, & relatura ordinẽ tristissimæ sortis collata malignitate cludat ora, compescat aditus, securi tamen estote mortales. fas est innocentissimæ matri velut in templis, velut apud ipsos proclamare superos, amaui filium meum. Matrona Iudices, cuius puellares annos, primam rudẽmque coniugii mentem nulla libidinum respersit infamia, cui impudẽs rumor, suspicax maritus nihil vnquam potuit obiicere nisi filium, quæ, pudicitiæ prima fidutia est, edidit partum quem maritus agnosceret, non timuit ne stupra furtiuosque concubitus paruuli vultus, aut crescentis infantiæ similitudo detegeret. Natum de se continuo (siquid ipsi creditis) impatientius complexa quàm reliquæ parentes, non in nutrices nec in ministeria sepositi, suis aluit vberibus, suo fouit amplexu. Nunquid & hos annos parricida, nunquid & pueritiam miseri iuuenis infamas? Actum est de sacrorum nominum fide, si vt videatur innocens mater, ætas tantum filii facit. Accendebat hanc erga vnicum optimæ matris impatientiam rigidus pater, asper maritus, & sibi videbatur parum implere, quem pro duobus conferebat affectum. Rarus hic nanque ad oscula, difficilis amplexibus, & qui vnicũ aspiceret animo, quo quandoq; posset occidere, fecit vt notabilior esset charitas matris. Omnis igitur miseræ sermo cum filio, omnis in publicum pariter egressus. Gaudebat etiam quòd laudandus occursibus, quòd omni frequentia cœtúque conspicuus, populo iam ipse fateretur, quôd plus amaretur à matre. Miseremini Iudices, ne nefandas suspitiones maritum ex vllius traxisse credatis indiciis, suum rigorem, suum tantum secutus est animum. Filium si non ames, videatur tibi mater adamasse. Questurum nunc me Iudices putatis de licentia sermonis humani? Ego vero iuxta hunc patrem, non

accuſo rumorem. Quæ materia fabulæ tam imprudentis? quis fuerit author, iſte probauit, qui credidit. Facillimum fuit vt loqueretur populus de inceſto, de quo mirabatur patrem ſuſpicari. Hæc ſunt Iudices quæ mater fecit ſecure, ſimpliciter, palam, coram marito, coram ciuitate. Referat nunc ſuum iſte ſecretum. Iuuenem (quæ integritatis prima ſimplicitas eſt) nihil timentem in partem domus, qua nulla proclamatio, nullus poterat gemitus audiri, rapuit, abduxit. Ibi verberibus, ignibus, omni crudelitatis arte conſumpſit. Quis vnquam Iudices peius de innocentia temporum, de ſacris meruit affectibus? torſit filium vt probaretur inceſtum, occidit vt crederetur. Ponite nunc ante oculos Iudices duorum parentum confeſſionem. Mater exclamat, filium amaui. pater dicit, occidi. Nefas eſt vtrunque putetis innocentem. Iam quidem nocentiſſime ſenex grande deprehenſæ feritatis indicium eſt: quòd cum filium occideris, vt interrogeris expectas, Non erumpis ab illo ſecreto tuo terribilis in publicum, & homo filii cruore perfuſus non proclamas, non deos hominésque teſtaris, non occidis & matrem. Scilicet modeſtia te ſcelerum tuorum quàm maximè decet, & ideo tibi relinquis vnde ſis quietæ patientiæ. Miſer parcis vxori, coniugales deos, & lectuli iura reuereris? O quàm non habet nec quod mentiatur, Malæ tractationis agimus. Placet ergo Iudices, vt illa voce qua matrimoniorum con querimur iniurias, gemitu quo corporum contumelias, damna, cultus, & negatos in publicum deflemus egreſſus, orbitates ac liberorum ſuprema plangantur. Quid tamen facere vultis miſerum dolorem, ſi non habet aliam ſexus hic legem, ſi intra iuris huius anguſtias omnis nuptiarum querela conſtricta eſt? Mater quæ de morte filii maritum male tractationis accuſat, non vindicat? ſed probare contenta eſt quòd non debuerit occidi. Omittamus pauliſper Iudices orbitatis triſtiſſimæ dolorem, & in parricidio malæ tractationis reddamus aliunde cauſas. Ita non iuſte quereretur vxor, ſi diceret, adulterium de me facile ſuſpicatus es, cito credidiſti? Matronalis pudor tutelam non ex ſua tantûm innocentia habet, infirmitas huius ſexus non poteſt totam improbitatis exiſtimationem debere tantum moribus ſuis: omnis in fœminas venit maritorum prædicatione reuerentia, omnes ſermones originem de veſtris pectoribus accipiunt. Triſtior vultus, querela, faſtidium, fatum eſt coniugii. De pudore pronunciat, mittit in ora populi, mittit in fabulas, hoc proxima miniſteria narrant, hoc exteri putant. Nemo peiore exemplo temere de vxore credit, quàm cui omnes crediturí ſunt. Sanè faciat vos pronos ad ſuſpitiones nimia charitas, & ex impatientia diligendi plerunque deſcendat vt credas facile quod timeas. Furtiua ſtupra, raptosque cocubitus obiiciat, vel falſo maritus, fas eſt, fieri ſolet, parcius tamen ſi iam ſit & mater, ſi in fidem caſtitatis vxoria fœcunditate profecerit. Quid ſi ſit iam iuuene quoque filio ſeuera, iam nurum nepotesque, proſpiciat? Miſeremini temporum, ne alienæ innocentiæ interpretationem de ſuis quiſque moribus trahat. Inceſtum poſſe fieri pater hoc ſolo vult probare, quòd filium potuit occidere. Rumor, inquit, fuit. Eſt hercules cui contra rerum naturam, contra parentes liberosque credatur. Rumor fuit. Hoc ergo ſic audiemus tanquam ſi Iudices conſcius detulit ſeruus, nunciauit ancilla, improuiſus aſtiti, dum non timeor adueni. Rogo Iudices vtrum credibilius putatis, inceſtum de matre an de rumore mendacium? Rem impudentiſſimam populus loquendo fecerat, niſi pater credidiſſet. Peſſimum Iudices humanarum mentium malum eſt, quôd ſemper auidius nefanda finguntur, nec vſquam ſe maius operæprecium putant maligni facere ſermones, quàm cum incredibilia quaſi deprehenſa narrantur. Neceſſe eſt contentioſus loquaris quod probare non poſſis, & affirmationem ſumit ex homine, quicquid non habet ex veritate. Eſt tamen hoc iniquiſſimum de loquacitate populi, quòd plerunque famam accendit contentio non credentium. Materiam miraris rumoris, de qua nemo nec ſibi credit, quam qui narrat aſſignat alii? Rumor res ſine teſte, ſine iudice, res ex incertis improbiſſima, maligna, fallax, & ſimilis ſilentio tuo. Quid & ipſe de rumore ſenſeris, vis breuiter probem? Tormentis quærẽdum putaſti, an verum diceret. Sanè ſit aliqua publici ſermonis authoritas in illis, ad quæ fas eſt populi peruenire notitiam. Video cur adulteria proferãtur in fabulas. explicantur per miniſteria, per conſcios habent inconſulta gaudia. Pars voluptatis videtur eſſe iactatio. Facinus vero cui fas eſt vt illud humanæ mẽtis capit audacia, circundatur vndique nox profunda, denſior caligo tenebrarũ: quod nocẽtes ſuis quoque oculis vix fatẽtur, non ſeruo, nõ creditur ancillæ. Quid internũciis, quid opus eſt miniſteriis? ſufficit animus duorũ, explicat omne filius materq; ſecretũ. Inceſtũ tãto incredibilius eſt, quãto & de illo plures loquũtur. O miſera cõditio ſexus, cuius ipſæ plerũq; virtutes, fabulas putãt. Cur

iſta nullis in publicum gaudet egreſſibus? Vnde aduerſum omnes tam rigida conuerſatio, tam ſeuerus affectus? Nihil cõcupiſcit, nihil ergo deſiderat? Filius poſſidet cũcta tẽpora, vniuerſos occupauit affectus, filius matris tota iactatio eſt. Rogo nunquid adamauit? Mihi credi te, non eſt nefandorum iſta ſimplicitas. da vt ſit hæc inter matrem & filium conſcientia, parcent oſculis palàm, abſtinebunt coram patre complexibus, omnis familiaritas ſubſtringetur in publico, ſermones occurſus coram ſeruulis libertisque vitabunt, & maximi ſceleris ardor captabit affectare grauitatem. Elige parricida quod voles, inceſtum diligens ſpectum non erit, negligens deprehenditur. Sed quid ego ſic ago, tanquam inauditum, incredibile ſcelus locutus ſit populus? Teneo in hoc ſermone facinus vnius mali mariti. Non intereſt inceſtum de vxore fingat, an credat. Quid, iſte ergo non timuit tam nefandæ rei famam, nec ad aures patris peruenire rumor erubuit? Diſſimules licet, à te malignitas accepit ortum. te ſecutus eſt quiſquis hoc auſus eſt narrare, proferre. Da bonum patrem, bonum maritum, dicturum me putas, non credet? Neſciet eſſe rumorem. Ite nunc Iudices, & adhuc dubitate, quis famæ fuerit author, cuius pater agit cauſam. Specioſus, inquit, fuit. Non magis hoc facinus in matre eſt, quàm crimen in filio. Specioſus fuit. Vt hoc obiici poſſit, vt debeas, adiice & adulter & raptor, illa matrona maritali dolore penè pereuſſus in illa virgine publica ſubclamatur inuidia, quanquam hæc quoque intra nostros diſcurrunt iuuentutis excurſus. Quid ais? ab inceſto libidines cœperunt? hoc primum vnquam iuuenis admiſit? hoc ſolum argumentum ſumis ex forma? Dic potius reprehendi inuenem mihi venena miſcentem, in necem meam conſcientia ſceleris eſt armatus. Infinitum eſt quantum debeat ante feciſſe filius, vt de illo inceſtum pater ſibi credat. Specioſus fuit. Quis enim non eſt formoſus filius matri? Amant debilitates, ampleƈtuntur illum morborum ſuppliciorumque pallorem, & in vires charitatis accreſcit ipſa miſeratio. Non impedit ægræ pietatis animum deformitas, pulchritudo non auget. Amare liberos vnus affectus eſt. Liberi marite, liberi non amantur oculis, non complectitur mater ore, non vultu, ſed eſt in filio matri neſcio quid de homine formoſius. Poſſit forſitan nouitas ſolicitare viſus, expugnare mentes, in matris aſpectu coaleſcit infantia, pueritia conſurgit, iuuenta ſurrepit, ſpecioſum ſuum quotidie videt, miratur, amplectitur. Quæ tandiu amauit, quando incipiet amare deſinere? Non eſt opus nocentiſſimo ſenex ad hoc nefas charitate, ſed amentia, ſed furore. Vt in iuuene ſuo mater poſſit concupiſcere quòd formoſus eſt, oderit oportet quòd filius eſt, & adeo ſacris affectibus non adiuuatur in facinus, vt ad aliud niſi per obliuionem ſui tranſire non poſſit. Quid quod & incredibilius eſt, quod parem duorum poſcit inſaniam, & ad inceſtum opus eſt, vt adamet & filius adametur ſolum? Ab vtro deinde vultis incipere preces, venire ſermonem? Audebit hoc rogare filius matrem, mater hoc impetraturam ſe ſperabit à filio? Hunc animum tuum ſenex, quocum maximè taces (ſi non eſt callida, non maligna ſimulatio) de fide tanti ſceleris interrogo. an poteſt mater admittere quod loqui non poteſt pater? Specioſus fuit. Libet interrogare hoc loco omnes humani generis affectus. Placet ergo, vt ſi filio obtigerit indulgentior facies, vultus erectior, refugiat mater amplexus? Si virginem vſque ad notabilem ſpeciem natura formauerit, timeat oſcula pater, horreatque contactum? Dii deæque male perdant tam impudentes ſolicitudines, tam nefarios metus. Propè eſt ab inceſto, timere ne fiat. Malo ſimplicitatem, quæ non vereatur infamiam, malo nudos affectus, inconſultamque pietatem. Nihil de ſe fingi, nihil credat poſſe narrari. Teneat inſatiabiliter, auide: tanti fama non eſt vt amet filium mater ſolicitudine pudicitiæ. Me quidem marite ſiquis interroget, omnes matres liberos ſuos tanquã adamauerint, amant. Videbis oculos nunquam à facie vultuque deflectere, comere caput, habitumque componere, ſuſpirare cum receſſerit, exultare cum venerit, conſerere manus, pẽdere ceruicibus: non oſculis, nõ colloquiis, non præſentiæ voluptate ſatiari. Hoc eſt ergo in tam nefanda ſuſpitione ſæuiſſimum, inceſtum, non poteſt fingi, niſi de optima matre. Execrarer mehercule Iudices, ſi crimen iſtud clarius obieciſſet filio pater, ſi vſque ad verborum proceſſiſſet amentiam. Nemini minus fas eſſe debet credere iuceſtum, quàm qui propter illud paratus eſt filium occidere. Quid quòd non credis tantum nefande, ſed quereris? Ita tu non times monſtri huius agitare ſecretum? Populus loquitur inceſtum, ſed tu nega. Ciuitas infamat, tanto magis oſculare vnicum, & coniugem tene, pariter duos circa tuum ſtringe complexum. Proh inaudita feritas, ita patri non ſufficit non credere inceſtum, quod non poteſt probare? Ferrem tamen adhuc ſuſpitiones tuas nefandiſſimè ſenex, ſi diſſimulanter indicia tanti ſceleris agitaſſes. Obſerua ſermones, ſecreta cuſtodi, omnium dierum noctiumque momentis ſa-

gax ſcrutator inſiſte. Quid tibi cum abruptis? quid cum ſupremis? Inceſtum iam credas oportet vt torqueas. At tu, proh nefas, verberibus, ignibus, & tota crudelitatis arte ſcrutaris rem, de qua non deberes interrogare ſeruos, de qua vernilium quoque corporum patientiam petulanter excuteres. Laminas accendis, equuleos moues, & parricidio ſuſpicaris inceſtum. Neſcis quod præceps, quod abruptum tam nefandæ diligentiæ furore commoueas? Pater, qui de inceſto filium torquet, non eſt neganti crediturus. Omnium quidem Iudices inceſtorum ſuſpitiones peſſimè ſemper à corporibus incipiunt, nec bene de cuiuſquam moribus illam partem hominis interroges, quæ non animo, ſed dolore reſpondet. Nondum dico quem torqueas, quis inter equuleos ignésque ponatur, cuius arguta prius indicia præcedant, nouiſſimum debet eſſe, quicquid torquet & punit. Fidem hominum deorúmque, ne grauitatem putetis à nouiſſimis vltimisque cœpiſſe. Non habet probationem facinus, de qua pater non poteſt alium torquere quàm filium. Video qua poſſis ratione defendi, ſi omnia antè feciſti, vt inceſtum aliter erueres. Quid ais? Interrogaſti ſeruulos, non potuit conſcius inueniri? Exquiſiſti ancillas, non apparuit miniſtra flagitii. Non obſcœna literarum commercia, non fatentis deprehendendi nefande blanditias? Nihil inuenis maritus, dominus, pater? Nunc & dic ſciſſe rumorem, ſed vt torqueas ducatur tamen quæſtio per coniugis miniſteria, per filii ſeruulos, in illa potius vilitate deſæuiat. Prius eſt vt repudietur vxor, vt diuortio fiat in domo grande ſecretum. Excedit omnem immanitatem, filium ideo torquere vt ſciat an innocens torqueatur. Vnicum pater ignibus verberibusque interrogas, rogo quid facturus ſi pernegauerit? Videlicet vt laudes, deinde dimittas: vt amplectaris peruſta vitalia, & laceri pectoris vulnera pietati rurſus admoueas. Solus ſupereſt pudor homini, qui torſit vnicum, vt torquere debuerit. Faciat te neceſſe eſt res iſta peſſimum patrem, & oderis oportet filium, cui ſatisfacere, non poſſis. Iamiam malo venena, ferrum, ſubitos ictus, improuiſamque mortem. Inceſtum qui non credit, torquere non debet: qui credit, ſtatim debet occidere. Quòd ſi tormenta etiam filii placent, ſi præſtanda eſt ſatisfactio tam nefandi rumoris, exigo ne perdas quæſtionem, in media ciuitate, in ipſa conſtitue fama, aduoca illos malignos, illos loquaces, & ſeculi rem exquire audiente populo. Coram omnibus torqueri debet, de quo loquuntur omnes. Interroget quiſque quod volet, ſuis auribus, ſuis credat oculis. Cur in abditam ſemotámque partem iuuenis abducitur? Secretum quæſtionis nec inceſto filio debetur, nec innocẽti. Debo adhuc inter ſecretum publicationémque temperamentum. Aduoca propinquos, adhibe amicos, circumpone iuueni ſerios ſenes, interſint magiſtratus, aſſiſtant quibus habere poſſit ciuitas fidem. Præſtare debes aut tibi vt probare poſſis, ſi confeſſus fuerit: aut filio, ſi pernegauerit. At tu nefande, crudelis tollis quæſtionis alteram partem, efficis ne poſſit amplius innocens eſſe qui tortus eſt. Quid agunt contra populum tormenta ſecreta? Prædico, teſtor, iterum dantur malignis alimenta ſermónibus, & à quæſtione ſepoſita in maius reditur incertum. Coram omnibus torquere debet filium pater, & qui vult abſoluere, & qui eſt paratus occidere. Non vultis Iudices ad facinus indigniſſimæ quæſtionis accedat, & quòd ipſe torſit filium pater? Adeo ne non potuit libertis aut ſeruulis neceſſitas iſta mandari, non carnifex potius adhiberi? Pater in tormentis filii non auerſos tenuit oculos, ipſe veſtes ſcidit, velamenta lacerauit, manibus flagella concuſſit, renouauit ignes, & mori filium contentione non ſiuit, diduxit os, quod iam ſuprema claudebant, fouit animum vt longis cruciatibus patientia ſufficeret. O dignum patrem, cui dicat innocens filius, feci. Non mehercule improbe mihi proclamaturus hoc loco videor, hominem qui torquetur in matrem, debere coram matre torqueri. Cur excluditur infelix à ſua cauſa, à ſua quæſtione? Adhibe ſpecioſi cruciatibus hanc nimis amantem: huius gemitus excipe, huius ſuſpiria oculosque cuſtodi: ſi quod facinus admiſſum eſt torquebis quidem filium, ſed fatebitur mater. Irrumpere me tum maximè puta in illud tuum parricida ſecretum, iniicio properanti quæſtioni manum, inhibe ictus, ſubtrahe pauliſper ignes, quicquid eſt quod eruiſti profer in mediũ, memento te feciſſe de filio propter quod tibi non debeat credi. Quid ſpiritum dolore præcipitas? Quid miſeræ interualla patientiæ pertinaci crudelitate continuas, ſi fruſtra tibi ſufficere credis quod audieris nunciare, proferre? Inceſtum vt credatur, ipſe debet audiri. Mirabar & ego Iudices ſi tam nefanda quæſtio alium exitum potuiſſet habere, quàm mortem. Hic eſt parricidii pudor, ſic deſinant quæ incipere non debent. Facinus quæſtionis, operis ſcelere maiore, exire tibi videris per orbitatẽ. Scimus vnde venerit iſta contẽtio, nihil extorſit ſæuitia miſero. Vincit torquẽ-

tem qui occiditur. Iamiam non miror, quòd poſt iſta non habes vocem, verba non inuenis. Vnicum ſine teſte laceraſti, vnicum occidiſti, ſoli tibi deinde notum vis videri celare facinus, & in parricidio quæris aliunde triſtitiam. Præpoſtera res eſt filium occidere, deinde erubeſcere. Fas non eſt non eſſe notum, propter quod ſe parricida putat innocentem. Eligas vtrum voles, aut tormenta damnes neceſſe eſt, aut ſilentium. Quod non debet indicari, quæri non debet. Poſſis videri fortaſſis crudeliſſimè ſenex ſilentium filio præſtare, ſi viueret. Conſumpta eſt paterni nominis religio, omnis pietatis ſublata reuerentia. Si hoc ille meruit, parum in quæſtione, parum vltionis in morte eſt. Vindicare vis confeſſionem? induc cadauer, & ſuper illa vulnera omnes pone cauſas. Non eſt eiuſdem fateri cur torſeris, & tacere cur occideris. Quid ais ſæuiſſimè parricida? Filium conſumpſiſti per flagella, per laminas. Potes agere, viſcera de tuis concepta vitalibus, ſanguinem qui de tua fluxit anima, non inſania, non furore, ſed (quantum vis videri) conſilio, grauitate laceraſti. Potes tacere, ſuper vulnera vnici, ſuper exutos artus metuendus aſſiſtis, & cauſas quærente matre, quærente populo, hoc ſolum dicis, occidi, contenta eſſe debet incerto. Interrogari nunc te marite credis à matre ſola? cauſas mortis illius repoſcit ſolicitudo generis humani. Stant circa liberos attoniti parentes, horret inuicem ſe charitas fraterna complecti, rupta eſt illa oſculorum inter ſoceros generosque ſimplicitas. Quouſque nos cum ſilentii tui interpretatione committis? Si nihil factum eſt quod debeat erubeſcere temporum pudor, quid ſibi volunt verba media, ſuſpenſa? Si nefas prodigioſis ſimile fabulis deprehendiſti, miſerere, ne ſis vna morte contentus. Inceſtam grauius odiſſe debes, quòd & venit in forum, quòd audaciam innocentis imitatur, & tacenti videtur iraſci. Cum filium propter rumorem torſeris, propter tormenta occideris, non eſt media res, vt neutrum ſciamus. Mater quidem Iudices innocentiſſima hoc complorat, hoc ferre non poteſt, quòd nihil parricida reſpondet. Sed nobis videtur iamiamque eſſe dicturus. Non fallit nos nefande quid captes, hoc quòd ſupra ſilentium trahis alta ſuſpiria, quòd prorumpenti videris exclamatione deficere, mendacio paratur authoritas, & in fidem crupturæ vocis affertur, vt fateri videaris inuitus. Dic tamen, par eſt huic rei matris integritas vt mentiaris. O quanto nunc dolore torqueris, quòd inſtantem non potes aliqua truci proclamatione diſcutere. Non verba tibi contra miſeram, ſed argumenta deſunt: non voce, ſed probatione deficeris. Quod ſolum datur, relinquis infamiæ, & nos cum perpetua ſermonum malignitate committis. Qui interrogantem nec damnat nec abſoluit, rumore contentus eſt. Modeſtiam mariti, pariter & patris accipite. De muliere qui conuinci non poteſt, ſufficere ſibi putat vt inceſta credatur. Quis vnquam tam nefandas artes, tam cruentum deprehendit ingenium? quia non poteſt probare quod dixerit, captat vt credatur quod non dixit. Diſſimulas, taces, ſæue, crudelis? inueniſti tormenta patris. Audi quid miſera ſimpliciſſimo dolore proclamet. Non efficies, inquit, callidiſſimè parricidarum, vt non audeam cadauer amplecti. Ego vero inceſta ſum ſi poſſum moderari gemitus, comprimere lachrymas. Coite in funus omnes liberi, omnes parentes, cuſtodite planctus meos, obſeruate ſuſpiria, ſiquid feci, ſiquid admiſi, fatebor. Ecce ſupra lectulum effuſa feralem, laceros artus & peruſtum complexa corpus exclamo, teneo vnicum meum, velit nolit inuidia meum miſera formoſum. Hoc erat quod infeliciſſimam matrem vltra ſolitæ charitatis exagitabat affectus, amabam marite periturum. Infames quantumlibet hanc impatientiam, ego mihi videor defuiſſe, ceſſaſſe, multum de lætitia, multum perdidiſſe de gaudiis. Nemo vnquam filium nimis amauit. Excuſo tibi, inquit, iuuenis innocentiſſimè quod ſupremis tuis nondum præſtiti miſera comitatum. Viuere quidem te defuncto continuo non debui, ſed mori marito tacente non potui. Rumpam tedium lucis inuiſæ, ſed prius licuerit coram ciuitate manibus tuis iuſta perſoluere, cum damnato ſupra callidiſſimum ſilentium parricida, nihil te dixiſſe conſtiterit. Ignoſce quod ad iudicium iſtud orbata duraui. Timui ne ſi ad exitum impatientia, ſi præcipiti pietate properaſſem, faceret alium parricida de mea morte rumorem.

SIMILITER INFAMIS IN MATREM, DECLAM. XIX.

ARGVMENTVM.

PRO VIRO CONTRA VXOREM.

DEBEBATVR quidem triſtiſſimæ orbitatis miſero pudori, vt iam taceremus omnes,& poſt tam prodigioſas rerum ſermonúmque nouitates,oportuerat hoc eſſe nouiſſimum de malis infeliciſſimæ domus, quòd occidi filium pater. Sed quoniam mulier immodici ſemper affectus, ſupra cuncta quæ vel paſſus ſum pauloantè, vel feci, reatus quoque me dolore concuſſit, veni petiturus à vobis ne me ſcientem ſilentium contentioni præſtare credatis. Non quia occidi filium taceo, ſed occiſus eſt vt tacerem. Vtinam Iudices negare poſſem, quòd occidi: vtinam totum miſeræ neceſſitatis ordinem fas eſſet intrare, & oris eius premere ſecretum. Miratur hanc aliquis patientiam meam? Ardor ille qui me modo impegit in filium, ipſa ſui immanitate conſumptus eſt: Quicquid erumpere poſſet in proclamationem, parricidio peractum eſt, in orbitate conticuit. Non habeo affectum, niſi quo cuncta tantum patiar, audiam, feram. Vtrunque de filio fieri non poteſt, vt & occiderim, & fatear, cur meruerit occidi. Quapropter Iudices ſatis admirari, ſatis ſtupere non poſſum, quòd mulier cuius præter optimam ſanè conſcientiam, ſexus quoque maiorem malis noſtris pudorem præſtare debebat,tacere non poteſt ſilentium meum. Nouo quinimmo fabuloſoque ſecum impatientiæ genere diſſentit. Queritur de populo quòd loquatur, de patre quòd taceat. Nec contenta confeſſione mariti, nihil ſe diſſimulare, nihil ſcire reatus authoritate teſtantis, mauult de ſilentio meo facere ſecretum orbitatis. Iſtud amentia ſit innocentia, perditus dolor viderit. Ipſius animus poteſt ſcire quid filius meus dixerit, quæ me putat habere quod dicam. Fidem igitur veſtram Iudices,ne vos orbitatis miſeratione confundat ſola mater, néve maximæ calamitatis ibi tantum putetis reſediſſe ſenſum, vnde vos lachrymæ gemitúsque conueniunt. Mei magis debetis in vxoris comparatione miſereri, qui filium,& perdidi, & occidi. Ego ſum infelicior ex parentibus duobus, qui quicquid Iudices iſta complorat, & patior, & feci. Felicem ignorantiæ conſcientiam matris, quæ ſufficit interrogare. Maior me impatientia, maior vrit affectus, cur filium occiderim indicare non poſſum, nec pœnitet quòd occidi. Infelix ſenectus, miſera patientia, ſic quoque quàm multa dicenda ſunt? Fuimus quondam,Iudices, fuimus feliciſſimi parentes, cum adhuc rudis vnici nobis blandiretur infantia, durauitque domus tota proſperitas, quandiu pariter fruebamur, pariter dileximus, quandiu ciuitas de nobis hoc ſolum poterat loqui,filium nos habere formoſum. Vt vero in eandem adoleuit ætatem in qua corporalibus bonis iuuentus inſolenter exultat, ſuperbus atque arrogans, in nullum vitæ genus, non in priuatos, non in publicos actus florentem duxit ætatem. Dii immortales quantus qualisque circa iuuenem rumor ingemuit? omnium maledictis ſucclamatus, omnium denunciatione damnatus eſt, donec & ipſe conſenſum circa ſe publici doloris agnoſceret. Inde rarus in publico,& tanquam patris occurſus,tanquam ciuitatis ora vitaret. Non eſt leue concipere verbis,in quantam ciuitatis execrationem,in quantam culpam iuuenis inciderit. Dictus eſt occidere poſſe patrem,dictus eſt dignus,quem poſſet etiam pater occidere. Quid facerem Iudices infeliciſſimus ſenex? iamiam non euitabat fama nec patrem, iam meis auribus nemo parcebat. Interrogare non audebam,diſſimulare non poteram. Fallitur quiſquis me putat quicquam feciſſe conſilio: impetus,ac temporis ipſius neſcio quis ardor explicuit. Præparari filio torméta non poſſunt. Eſt in miſeris penatibus pars remota, ſepoſita,profunda tenebris,triſtis acceſſu,omnibus apta flagitiis, & in qua audeat facere facinus & pater. Illo fateor dum me variæ cogitationes per totius domus ſpatia circũagunt,quãtum intelligere licuit improuiſus adueni. Et ille quidé ad conſpectũ meum tãquam deprehẽſus obſtupuit,refugitque trepidus,puto ne quæreré cauſam. Irrũpo feſtinãter,auide,ſine libertо,ſine ſeruulo,ſicut me deprehẽderat tẽporis illius fatum,manibus,ictibus, & quæcũque ex obuiis dolor in telorũ tranſtulerat vſus,vltra vires ſenectutis aggreſſus,ignes ex proximo raptos,verbera quæ caſus obtulerat,non diuiſo dolore,non per partes,non per interualla ſuſpẽſo:ſed ſemel,ſed pariter inuado. Pars ſecreti fuit,vt ipſe torqueré. Dii immortales,quæ contumacia,quæ fuit illa patientia,cum domi torqueretur à patre,non inuocare matrẽ? Non repugnauit iuuenis,nõ oppoſuit manus,nullũ implorauit auxiliũ. Merſis tantũ deiectisq; lumi-

nibus tanquam vnquam flagella ſuſtinuiſſet,tanquam meis torqueretur oculis, omnes ictus excepit in faciem,verberibus,ignibus laudatos vultus velut illis iraſceretur, oppoſuit. Reddo teſtimonium nouiſſimum pudori,cum iam mori vellet,occiſus eſt. Laudo Iudices patiẽtiam matris, cum & ipſa ſemper plurimum eſſet domi, & ab illo ſecreto fortaſſe non longè, interuenire noluit,intepellare non auſa eſt. Sed & manibus meis gratulor,quòd non propinquus aliquis,non amicus irrupit,occidiſſem quiſquis me tunc auſus fuiſſet interrogare pro filio. Sepeliui tamen lacera membra,funus indulſi, oſſa collegi. Non iniecit vxor lectulo manum,non inter exequias plãctibus eliſisque vberibus mihi fecit inuidiã. Vnde in hãc impatientiam prorupit,exiluit?domi me nihil interrogauit. Poſſum iam mater infelix coram liberis ac parentibus,poſſum audientibus diis hominibúsque clamare, & ego amaui filium meum non oſculis,non infirmitate,non lachrymis,ſed viribus,dolore,patientia. Vnicũ quẽ ſi acie clauſiſſet hoſtis,vicaria morte ſeruaſſem,ſi ſubitum cinxiſſet incẽdium,extuliſſem reliqua meorum parte mẽbrorum,eripui malignitati,abſtuli famæ. Habeo quod imputem tibi naturæ pietas. Rem difficillimam feci,quòd non me potius occidi. Malæ tractationis accuſat. Adeo ne vxor tibi parum videor dediſſe pœnatum, poſt periculum & labores ne lucri faciat pater,quòd occidit filiũ ſuum? Non pudet ergo ſi iraſceris parricidæ? Quid tibi cum lege quam vos propter minores accepiſtis affectus? Querelas habet iſta non gemitus. & matre ſepoſita ſolam complorat vxorem. Rurſus ad populum vocas miſerum pudorẽ?materiam noui rumoris accẽdis? Perdidi ergo rationem ſecreti mei. Sic omnia feceram,ne quid aut queri poſſet,aut dici. Iam vero quid impudẽtius,quid indignius quàm cum ſibi de liberis credunt licere tantundem,& æquum ius patris ac matris eſſe contendunt, quaſi neſciant nobis arbitrium vitæ necisque commiſſum? Non eſt priuilegium,filium occidere cum fieri poteſt, nec quiſquam tantum ideo fecit, quia liceret. Viſcera vnici lacerare ſuffeci. Ignoſce,ſi non potes mihi credere,nemo filium ſuum occidit odio,non erit tanti iuuenis inuiſus. Illud eſt in patribus vſque ad parricidium terribile,quòd amant,quòd ſuccurrunt, quòd ſibi vidẽtur aliter non poſſe miſereri. Non eſt quòd vos ab exiſtimatione malorũ meorũ mollior ſexus abducat. Maioris affectus eſt filium occidere,quàm vindicare. Deſine igitur me mulier fatigare interrogationibus tuis. Ita tibi non videtur omnia reſpondere pro filio,qui dicit, occidi? Et licet cõprimantur exclamationes,ora claudantur,nihil negat,qui hoc fatetur. Atqui ſummorum facinorum ipſa immanitas innocentia eſt. Filium pater non demens,non inſanus occidi. Hominẽ extra ſenſus affectúsque poſitum quiſquis nunc miſeratur, occidit. Vides ſenem ſanguine ſuo fluentem,laceratis exuſtisque illis ſanctioribus charioribûsque viſceribus ſuper exanimis vnici corpus cruentis manibus iacentem? Horreo cadauer,& velut corpora quæ cæleſtis exanimauit ignis,adire propius timeo. Ad quædam facinora ſufficit claudere oculos, vultus auertere,tacere,mirari, & incredibiles calamitates relinquere ſuis cauſis. Miſerere, ne quid amplius quæras,ne quid interroges. Dicturũ me putas,parce ſeculo, parce marito, parce patri? Tu vero parce illi qui occiſus eſt. Nouum Iudices vxoris in maritum crimen audite. Silentium eſt de quo queritur. Solebat indignatio veſtra conuicia noſtra ferre non poſſe, & matronalis indignatio dicere videbatur, non parcis erga me marite verbis, nullam habet noſtri tuus ſermo reuerentiam, facile prorumpis in opprobria, facile quod libet obiicis mihi rem quæ nulli vnquam crimini fuit, ſola in noſtris moribus innocentiam voce reprehenſam tuetur taciturnitas. Vide cur manus, cur verba peccare videantur. Illis infamamus, his torquemus,occidimus. Vis ſcire quam non poſſis queri de ſilentio meo? Feliciſſima fueras ſi idem feciſſemus omnes. Finge me pauliſper ſepoſitis ſilentii cauſis, hoc tantum reſpondere, non prodo ſecretum. Ex omnibus Iudices, quibus humana pectora ſeriis grauibúsque complectuntur affectibus,nullam difficiliorem quàm ſilentii credo virtutẽ, adeóque promptiſſimo ſermone facile delinquimus, vt conſtantiam tacendi neque in aliis ferre poſſimus. Crimen hoc in me mulier vocat,quod in priſcis illis morum mentiúmque rectoribus fuit prima ſapientia,quòd quoſdam totius vitæ pertuliſſe patientiam magis illa miſeratur antiquitas,quàm quòd temporum vices, ſiderum curſus, & profunda naturæ velut conſcia ratione ſanxerunt. Quæ per fidem impotentia eſt effringere rigens ſacra diſſimulatione pectus, euoluere animum, quem ſuper ſua ſecreta compoſitum non lætitia, non dolor, non neceſſitas, non fortuna laxauerint? Quiſquis de tacente queritur,multo minus ferre poterit loquentem. Nec adeo coniugali ſocietate cuncta miſcentur, vt nihil ſibi aduerſus hanc concordiam proprium relinquat animus. Eſt aliquis etiam à ſanguine ſuo ſecretus affectus,genusque reuerentiæ, vt tacenda minime velis ſcire chariſſimos: quædam

non poſſis verberibus, equuleis eruere,& pleroſque videas fortiter ſuper ſua ſecreta morientes. Agedum (ſi videtur) vtrunque ſexum,omnem conditionem, omnem ſcrutemur ætatem,nullum ſine conſcientia pectus,nulla vita ſine cauſis tacendi. Si te interrogaret omnia maritus,haberes aliquid & tu quod non fatereris.Et quanto ſilentium grauius eſt in ſene, verecundius in marito,ſanctius in patre? Pudeat nos mulier infirmitatis. Vicit nos modo iuuenis ille conſtantia,mori voluit vt taceremus. Vides mulier quibus * interpretationibus præſtes tuum dolorem? Diceris ideo me interrogare, quia ſcis omnia me potius pati malle,quam loqui. Quis enim in hac ciuitate non nouit taciturnitatis meæ rigorem? Quis ignorat qua cuncta ſoleam ferre patientia? Ne occiſurus quidem ſuſpiria gemitusque præmiſi. Nihil feci vnde erupturum quandoque in orbitatem patris animum aut tu preſcio timore ſentires, aut ipſe periturus. Hanc nunc me iactare conſcientiam putas,quòd nihil in publico,nihil in vllo mihi permiſi proclamare conuentu? Ego vero non ſum queſtus de iuuene nec tibi,nec captaui vt illum mecum & mater odiſſet. Fruſtra te putas extorquere accuſatione poſſe, quod mihi non ipſæ calamitates, non dolor,non meditatio orbitatis expreſſit. Vras licet,durabo,perferam, paſſus ſum iam quod erat difficilius,occidi. Torſit, inquit, filium meum. Breuiter Iudices ratio reddatur, infamem. Quid refert an innocentem, ſi illud omnibus liquet? Iuuenem cunctis pignoribus inuiſum,omnibus affectibus grauem maligni fecere ſermones. Quid agimus animi? quemadmodum effugimus, euadimus? In tanta infamia nihil facere,credentis eſt. Vis me circumire ſingulos, reclamare populo,cum rumore rixari? Tuæ fortaſſis infirmitati conueniat negare,me tantum fortior aſſertio vnici decet. Eripiendus eſt non contentione verborum, ſed vt ciuitas ſtupeat, vt erubeſcat. Torquere me filium putas? Inuidiam facio populo. Videor mihi illis verberibus lacerare famã, illis ignibus increpare rumorem. Quæſtio de infami filio vnam rationem habet, vt probes innocentem. Dii mala prohibeant,vt noueris illum dolorem, quo poteſt torquere filium pater. Nihil eſt infelicius homine,cui de vnico ſuo mors ſola non ſufficit. Iuuenem in cuius animo perdiderant nomina noſtra reſpectum, quem cotidie neceſſe habebamus excuſare rumori,qui inter nos formoſum malebat agere quàm filium, verberibus ignibusque conſumpſi. Vis ſcire quanta tormentorum ratio fuerit? Debuit etiam tortus occidi. Si tamen vtique mater vis ſcire cauſas,leuiter audi. Proſpiciebam miſer in grãde quãdoque facinus prorupturum,quòd ocio vitam, quòd deſidem domi perdebat ætatem. Non peregrinationibus excolere mentem, non experiri militiam, non tentare maria,non rura colere. non adminiſtrare Rempublicam, non ducere volebat vxorem. Præterea traxerat ex frequentibus caſtigationibus tædium patris, & in exercitationem mei, conſcientia qua non emendabatur, exarſerat. Timebat occurſus, non audebat adire: colloquia, oſcula conuictusqus fugiebat. Breuiter perditiſſimæ mentis definienda menſura eſt. Oderat me filius,& timebat. Filium igitur totius ciuitatis exiſtimatione damnatum,quem adhuc viuere mirabantur homines,torſiſſe putas? Ego vero occidi tarde diu. Quæſtionem illud vocas? Pœna,ſupplicium, & malorum meorum exitus fuit. Nulla ratio eſt interrogandi hominem, cui non eſt fas niſi negare. Quanta tamen mihi fuit & in quæſtione moderatio? Non enim præcipiti raptus impulſu exilui repente, ſubito, nec captus dolore cæco impatientiæ meæ velox vulnus induxi. Non poteſt non ratione occidi filius,cum ante torquetur. Dedi moras, ſpatiũ, tempus,indulſi. Vides quantam hic malignitatibus potuerim præſtare materiam? ſi in illo ſecreto,gladio tantum,ſi vulneribus egiſſem,exitum fecerat iuuenis deprehenſi. Non eſt igitur mulier quòd mihi facias duplicatæ quæſtionis inuidiam,id eſt quòd torſi, & occidi. Sola eſt huius neceſſitatis ratio de morte. Illud eſt parricidium,filium torquere victurum. Putas iuuenem viuere potuiſſe, cui iam non poterat niſi morte ſuccurri? Quem contra malignos ſermones aſſerere cœperam, non reddidi rurſus infamiæ,neque in oculos & ora vulgi de ſecreto patris emiſi,prouidentia mea tibi quoque mater, ne in hunc interrogetur,eripui. Ille vero non fuit poſt tormenta laturus vitæ pudorem, vt interrogaretur à ſingulis, vt negaret. Verum mulier affectibus tuis renunciandum eſt, ad totius domus noſtræ pertinere innocentiam credidi,ne ſe ipſe potius occideret. Sentit Iudices mulier ad ius querelæ ſuæ nec quod torſerim,nec quòd occiderim pertinere. Ita quærit quid mihi dixerit ille, de quo neſcit an dixerit. Quid ais mater impatiens? ita in morte filii tui nihil ad te pertinet quàm quid locutus ſit? Ita ſi reſpondero remittis parricidium,tormenta non obiicis? O inconſultam mulicbrem ſemper amentiam,quid iuuenis in tormentis dixerit,tanquam ignoret interrogat,nihil me comperiſſe non credit, tanquam ſciat quid dixerit. Fidem communis

ſanguinis, fidem communium malorum,neque parricidii me velis agitare ſecretum,ne calamitatibus noſtris grauem facias innocentiam tuam. Viderit quid meruerit iuuenis ille, ego iam poſſum ſuprema reuereri, & poſt exitum vnici reuertor in patrem. Maior defunctis liberis præſtanda reuerentia eſt, nec quicquam minus conuenit affectibus patris, quàm ſi inſultare videatur occiſo. In gratiam me cum filio reduxit orbitas,iram noſtram mors ſeuera compoſuit. Quinimmo recogitanti mihi totum ſecreti illius ordinem, ſubit tacita miſeratio,quantam ego debeam reuerentiam filio, quem potui torquere ſolus, quem potui ſolus occidere. Perſeueras, cogis, inſtas? Inuicem te mulier interrogo,cur ſi tantopere volebas ſcire quid interrogarem, quid ille loqueretur, non irruperis in quæſtionem, quam nullis miniſtris nullis cuſtodibus vallauerat pater? Quanto melius mater ipſum adiſſes,quanto fortius interrogaſſes vna, quanto tibi plura dixiſſet. Quis te mulier affectus abegit tenuit, excluſit? Agnoſco verecundiam tuam, timuiſti credo, ne ſi in illo ſecreto fuiſſemus omnes, occidiſſe filium diceretur & mater. Inſtas tamen, & miſeri ſenis ora diducis. Puta me hoc ſolum dicere, ex maximi facinoris cunctatione veniens quid audierim nondum ſcio, totus adhuc ſum in parricidio meo, & poſt mortem vnici omnia quibus laceratus,occiſus eſt, in animum meum tormenta redierunt. Eſt quidem difficile vt aliquem pati pudorem parricida videatur, veruntamen ſtupore, amentia,& ſilentio in orbitate defeci. Ablata eſt mihi omnium verborum fides, omnis ſermonis authoritas, nec habet cauſam loquendi cui non poteſt credi. Deſine mulier interrogare: Filium quem occidit pater,nec abſoluere nec accuſare iam debet. Quid, inquit, dixit cum occideres? Miſeram parricidii innocentiam, quòd hoc me non poteſtas, non magiſtratus, non propinquus aliquis, non amicus, non ille ſemper loquax populus ac malignus interrogat. Quieſcitis, tacetis. Me infelicem, nunquid ſcitis omnes? Puta me mulier hoc tibi reſpondere, non habent incredibilia vocem. Quædam maiora ſunt, quàm vt illa capiat modus ſermonis humani. Tu vero crede nihil aliud fuiſſe quàm furorem, inſaniſſe me puta, videbam quæ non fiebant, audiebam quæ nemo dicebat. Hoc ſolum non inſanientis habui, quòd tacebam. Finge me reſpondere, nihil dixit, nihil locutus eſt, non credis? Atqui multo minus creditura quid dixerit. Accipe mulier breuem veramque rationem, cur in quæſtione iuuenis occiſus eſt. Torquebam, nec interrogabam, ſiqua ad aures tuas ab illa quanuis remota domus parte perlata vox eſt,meus gemitus fuit, meorum viſcerum dolor. Quæris cur nihil dixerit?quia non habuit quod ſcire vellem,quod audire deberem. Nihil aliud quæſtio illa captauit quàm ſilentium, quod præſtare vita non poterat. Quiſquis in tormentis occiditur,ideo tortus eſt vt occideretur. An tu quæſtionem illam fuiſſe credis, qualis vernilibus corporibus adhibetur? ideo enim equuleos mouebam artifex ſenex, tenebam fidiculas ratione ſæuitiæ,vt leuiter ſedibus ſuis remota compago per ſingulos artus membra laxaret. Conſumptus eſt ſpiritus ſilentio ſui, & verbera ignesque animum pariter vocémque cluſerunt. Videbatur mihi premere gemitus, tenere ſuſpiria: & ſic nihil dixit, tanquam torqueretur ab homine qui ſciret. Miraris hanc in filio contumaciam, in iuuene patientiam? patri torquenti non poteſt aliter reſponderi, quàm vt mori malit quàm confiteri. Quod ſufficit igitur interrogantibus reſpondeo,mulier occidi. Fallitur quiſquis expectat vt obiiciamus illa communia:ego vero proclamo, non luxurioſum, non amore meretricis infamem, nihil ille delinquebat quomodo liberi ſolent, monſtrum erat inenarrabile, quod nollem deprehendere,quod ferre non poſſem. Miratur aliquis quòd non abdicauerim, nec notiſſima vltione patrum fuerim tantum expuliſſe contentus? Tuus mulier nefarius, tuus inconſultus non permiſit affectus. Filium cui contra ſeueritatem meam ignoſcebas, quem mecum odiſſe non poteras, ſecuta fuiſſes abdicatum. Finge iuuenem dixiſſe neſcio quid, ego audire nihil potui,nō enim poteſtatis alicuius more conſederam,nec torquentibus aliis agebam iudicem patrem. Ego tunc cuncta & paſſus ſum pariter, & feci. Non vacabat aures præſtare verbis, excipere gemitus, exiſtimare ſingultus: auocauit me contentio, dolor, orbitas, parricidium: omnia facta ſunt feſtinatione præcipiti. Idem patris affectus eſt torquere vt ſcias, occidere vt neſcias. In meam, inquit, infamiam taces. Ita nunc primum laboras miſera de fama, & poſt vnici mortem pertinere ad te cœpit quid loquantur homines? Scilicet filius impenſus eſt vt erubeſceres, vt male audires? Adeo ne hoc captanti non erat ſatis rem totam commiſiſſe rumori? Ego vero me famæ tuæ mulier oppoſui, & inter matrem filiumque medius parricidium feci, vnicum occidi, ne quid aliud loquerentur homines. Alioquī ſi hoc capto quod putas, quouſque taceo? in quod tempus differo illam quam me putas premere

vocem? Ecce reatus iudicium pronuncio,ego tamen ſcire me nego. Egregiam rationem malignitatis, locuturus aduerſus vxorem, feci ne mihi crederetur. Fateor igitur, nihil ad certum indubitatumque perduxi, hoc eſt quinimmo propter quod ad mortem vſque contendi. Non explicant tormenta, quæſtionem, quæ occidunt. Quid, inquit, dixit? Felicem te miſera, ſi neſcis quid dixit. Ita non es contenta conſcientia tua, non ſufficit quòd non habuit ille quod negaret, quod fateretur? Poſcis verba quæſtionis, cogis, extorques. Teſtor, tu facis ne poſſis negare quod dixero. Quid dixit? paraſſe ſe parentibus venenum, negas. Proditionis agitaſſe ſermones: negas. Tyrannidis iniiſſe conſilium: negas. Et quicquid dixero, negabis. O bonæ conſcientiæ incauta ſimplicitas. Ita non times ne coactus loqui multa fingam, multa componam? Si potes ſcire mulier an mentiar, ſcis quid dixerit. Quid dixit? nihil. quid dixit? omnia. Maledixit ſeculo, fecit temporibus inuidiam, deteſtatus eſt patrẽ, conuiciatus eſt matri. Quid dixit? Plus quàm interrogabã. Viciſti mulier obſti nationẽ meam. Audi breue ſuccinctumq; reſponſum quid dixerit, quod quæris quod putas. O ſi quis in illã vos ſecreti noſtri potuiſſet adhibere præſentiam, vidiſſetis nouũ genus quæſtiõnis, ſtabam ſenex furiis monſtroſæ feritatis accinctus, manibus exertis, hinc ignibus, hinc verberibus armatus: ſuper ora, ſuper oculos iacentis aſſiſtens clamabam, furioſe, demens tace. Et ille velut exuſtis amputatisque per quæ dolor exit in verba, fuit attonitus amens. Quoties admotis ignibus ad aliquam corporis partem, totum pectus impoſuit, quoties hiatu oris auidè flammas aduerſus exeuntia verba collegit? Cum vero iam totus calor verberibus expulſus ignibus nouiſſimi doloris erumperet, pertractis ab ima pectoris parte ſuſpiriis breuiſſimè collecti ſpiritus, ille quo redditur anima ſingultus, fuit ſimilis exclamaturo neſcio quid, quod & tu fortaſſis audires. Occupaui fateor, & aduocatis quas iam conſumpſeram viribus, manibus, telis, totoque corpore pariter adnixus antequam mentiretur, occidi. Miſera temporis illius recordatio, deficientem in manibus meis filium vidi, aſpexi ora pallentia, frigidos anhalitus, interrupta ſuſpiria, & animam magno ſilentio exeuntem, non tamen tormenta laxaui, non ſubtraxi, reſtinxique flammas. Miſerere mulier, ne quæras amplius vocem huius affectus, filium qui moriebatur occidi. Non perdidi tamen, non perdidi vnici mortem, fortunam non perdidi, iam me non interrogat niſi ſola mater. Conſiſte agedum mulier loco meo, & in habitum paterni furoris accincta admoue equuleos, flagella, laminas, prædico, teſtor, aliter non poſſum loqui, aliter mihi non poteſt credi. Quanquam miſerrime iuuenis (fas eſt enim iam tuos alloqui manes) exprimere mihi vocem nullus poterit dolor, quantum volet laceret, vel occidat, vincere me tormenta docuiſti. Si tamen fas eſt cogitationis memoria tractare verba miſeræ quæſtionis, cur me coram populo magis iuterrogas? Eamus vxor in illam deſolatam domum, in illud iam patris filiique ſecretũ, ibi me interroga, vbi torſi, vbi occidi, vbi adhuc forſitan filii tui vaga per mœſtos penates anima diſcurrit. Porrigat aliquis imaginem iuuenis occiſi, ponat in ſinu matris illas veſtes, quibus ipſa iuuenem miſera comebat. Eamus ad tumulum, miſceamus ſupra buſta lachrymas. Ibi aut tacebimus pariter, aut inuicem confitebimur. Iamiam miſer mori poſſum, explicuit te ſolicitudo, pietas. Non ſcribo tabulas teſtamento ſupremo, verba non credo, & ego moriar in tormentis meis. Illud tantum nouiſſimis precibus à te ciuitas, per liberos, per coniuges, per natos, à te vxor, per occiſi iuuenis vmbram peto, à te mater, ne quid amplius quæras, tu infamiam ne dicas.

DECLAMATIONVM XIX & INDEX.

1	Paries palmatus.	Pro cæco contra nouercam.
2	Cæcus in limine.	Pro cæco contra nouercam.
3	Miles Marianus.	Pro milite contra Tribunum.
4	Mathematicus.	Pro filio contra patrem.
5	AEger redemptus.	Pro patre contra filium.
6	Corporis proiecti, seu Anus cæcæ.	Pro patre contra matrem.
7	Tormenta pauperis.	Pro paupere contra diuitem.
8	Gemini languentes.	Pro matre contra patrem.
9	Gladiator.	Pro filio contra patrem.
10	Sepulchrum incantatum.	Pro vxore contra maritum.
11	Diues accusatus proditionis.	Pro diuite contra pauperem.
12	Pasti cadaueris.	Pro ciuibus contra Legatum.
13	Apes pauperis.	Pro paupere contra diuitem.
14	Odii potio. I.	Pro iuuene contra meretricem.
15	Odii potio. II.	Pro meretrice contra iuuenem.
16	Amici vades.	Pro iuuene contra matrem.
17	Venenum effusum.	Pro filio contra patrem.
18	Infamis in matrem. I.	Pro vxore contra maritum.
19	Infamis in matrem. II.	Pro viro contra vxorem.

FINIS.

PETRI MOSELLANI
Protegensis, viri eruditissimi, in M. Fab.
Quintiliani Rhetoricas Institu-
tiones, Annotationes.

Pro Hæredibus Iod. Badii Ascensii
M. D. XXXV.



IN M. FAB. QVINtiliani Inſtitutiones Oratorias, Annotationes Petri Moſellani Protegenſis.

M. FABIVS TRYPHOni Bibliopolæ ſalutem.

BIBLIOPOLA, ſi nominis rationē ſpectes, librorū vēditorē ſignificat: nimirum à βιβλίον, quod Græcis libellum ſignificat, & πωλέω quod vēdo, vnde Græci nomen formant βιβλιοπώλης: cuius vocatiuus, quoniā eſt nomē verbale, habetur βιβλιοπώλα, quē Latini pro ſuo nominatiuo vſurpāt, iuxta Priſciani traditionē: quæ eſt, Vocatiuū primæ declinationis Græcorum, ſæpiſſimè in nominatiuū Latinum trāſire, idq; fieri monet Macedonum ac Theſſalorū cōſuetudine.

Efflagitaſti, Differūt vehemēter Efflagitare & Poſtulare. Siquidem Poſtulare eſt quoquo modo exigere. Efflagitare autem, velut flagris extorquere, & vehementer poſtulare: id quod indicat Cicero, Quā quam, inquiēs, cauſa poſtulat, nō tamen efflagitat.

Quotidiano cōuicio, Conuiciū obiurgatio eſt, qua audiētes velut ad vitiū vocamus. Vnde Iuriſconſultus quiſpiā in Pādectis, niſi me fallit memoria, quaſi cōuiciū dictū putat, vt ſit velut exprobratio quædam multis audientibus.

De Inſtitutione Oratoria, Inſtitutiones & Inſtituta differunt, authore Cornelio Frontone. Inſtitutiones ſiquidē præceptiones ſunt, ſiue introductiones quarūlibet artium. Inſtituta vero decreta, & velut edicta. Non tamen me fugit, Valerium Probum grammaticū probatiſſimum, obſeruationibus ſuis indidiſſe titulum, Inſtituta artium.

Nondum putabam ſatis maturuiſſe, Id eſt, maturos factos. Sic enim legēdum cenſeo, cum ex veteri exēplari quod ſic habet, tum quòd venuſtior multo, & Quintiliani facilitati accōmodatior trāslatio ſit: ſumpta à frugibus matureſcētibus, vt ingenii fructus tē poris progreſſu elimētur, & velut ad maturitatem perueniant.

Non tam ſtylo, Id eſt, Liniamē tis orationis, quibus hæc mea veſtire, volebā. Eſt enim ſtylus proprie ferreus quidā ſtimulus, quo veteres in ceratis tabulis ſcribebant. Inde traductū eſt ad formā elocutionis, quam variant ſententiæ atque verba.

Vſus deinde Horatii cōſilio, Recētiores codices omnes, Vſus, habent in principio huius clauſulæ: at in veteri exemplari animaduerti deeſſe, idque meo iudicio rectiſſimè, tum quòd primum locū in clauſula ferè ſoleat Deinde occupare, tum vero maximè, quòd longè purior & rotūdior eſt ſermo, ſi Fabius dicat, cōſilio Horatii ſeſe dediſſe ocium ſuis libris: Verſus Horatii hi ſunt, Nonumq; prematur in annum, Membranis intus poſitis, delere licebit Quod non edideris: neſcit vox miſſa reuerti.

Vt refrigerato, Id eſt, extincto inuentionis amore: qui, vt Horatius inquit, cæcus eſt. Vnde Theocritus, Amori pulchra videntur, quæ nō ſunt pulchra. Et Catullus, Cui que ſuum attributum errorem tradit, ita vt non videamus manticam quæ à tergo eſt.

Permittamus vela ventis, Id eſt, ancipitem editionis euentum vtcunq; cadet experiamur. Sic enim Eraſmus exponit in Chiliadibus: ex allegoria hoc prouerbiū faciēs: quod à nautis ſumptum eſt, qui in dubium ventorum flatum aliquoties vela expandunt.

Et oram ſoluentibus, Oram habent exemplaria magno conſenſu: tum Eraſmus non aliter citat. Et Sipontinus, oram exponit finem. Porro alii littus exponunt: quæ omnia partim corrupta lectione, partim coacta expoſitione adferūtur. Nuſquam enim, quod equidem ſciā, ora legitur pro fune nautico. Neque Fabio dignus eſt ſermo, ſoluere oram, pro littus ſoluere: alioqui dixiſſet dubio procul, ab ora ſoluere. Libet ergo ſubſcribere caſtigationi Aldinæ, atque legere, Auram bene precari: perinde integre, ac ſi dicas, bonam auram precari, id eſt, proſperum ventum. Manet enim in allegoria Fabius ad clauſulam vſque, vt ipſe faciendum præſcribit, lib. 8.

Diu ſum reluctatus, Proprie luctari ſignificat brachiis complexis, certis quibuſdam nexibus cō tendere: vnde reluctari, hoc palæſtræ genere aduerſum aliquem pugnare ſignificat. Fabius aptiſſimè traduxit ad refutationem modeſtam, deflexione facta à corpore ad animum.

Meæ deprecationis, Id eſt, recuſationis. Nam vt author eſt Gellius, lib. 6. cap. 16. Præter vulgo notam ſignificationem verbi deprecor, quæ eſt valde precor, etiam declarat aliquoties abigo, amolior, vel precibus adhibitis, vel quo alio modo.

Alienis veſtigiis inſiſterē, Quod Pythagoras vetare ſolebat hoc ſymbolo. Per publicam viam ne ambules, id eſt, expoſitore Hieronymo, ne ſequaris vulgi errorem: nunquam enim tam bene actum eſt in humanis, vt quæ optima ſunt in plurimis placuerint.

Summam in eloquentia manum imponerent. Translatio eſt prouerbialis, ſumpta ab artificibus, qui primo rude aliquod futuri corporis ſimulacrum effingunt, quod primam appellāt manum: deinde vero accuratius expoliendo ad perfectionem ducunt, quam vocant ſummam manum, quòd videlicet poſtea manum non apponant amplius. Ad hunc modum Eraſmus locum hunc expoſuit. Mihi magis arridet eorum ſententia, qui à pictoribus ſumptam metaphoram putant, cum ob alia, tum quòd & alterum quoddam prouerbium fertur, de pictoribus mutuo ſumptum, quo iubemur manum de tabula iam ſatis elaborata amouere.

Cōténētes tanquā parua. Hieronymus in epiſtola quadā in hanc

ſententiã ſic loquitur. Nõ ſunt cõ ténéda tanquã parua, ſine quibus magna cõſtare non poſſunt.

Ab infantia incipiam, Medici, atq; medicorum princeps Hippocrates apud Iulium Pollucẽ, lib. de Rerum vocabulis ſecũdo, ſeptẽ hominis ætates ſupputant, quarũ quælibet ſeptenario numero finitur: harum primam infantiã vocant: quæ vbi ſit exacta, tempus eſſe aiunt, vt puer literatorũ ſcholis adhibeatur. Cui ſententiæ & Paulus Medicus ſubſcribit in lib. de Præceptis ſalubribus.

Ad ingenii lumen, Id eſt, ad eloquentiæ facultatem. Sic enim M. Tul. in Bruto eloquẽtiã vocat: nimirũ quod elegãs, & eruditus ſermo, nõ niſi ab elegãte & culto ingenio proficiſcatur, quod in oratione, velut lumine quodã adhibito, oſtenditur. Vere ſiquidẽ dixit Ariſtoteles: talia quẽq; loqui, qualis ipſe ſit, quod oratio minimè mendax ſit animi ſpeculum.

Sic officio quoq; copulata, Cicero lib. de Orat. 3. ferme in principio, his opinor verbis. Nam cum omnis ex re atq; verbis cõſtet oratio, neq; verba ſedẽ poſſunt habere ſi rẽ ſubtraxeris, neq; res lumen ſi verba ſemoueris. Eſt enim illa Platonis vera vox, quæ omnẽ doctrinã ingenuarũ & humanarũ artiũ, vno quodam ſocietatis vínculo cõtineri dicit: quã ſentẽtiã vt probet apud Platonẽ Socrates in Gorgia, omnẽ mouet lapidem.

Soli ſapiẽtiæ ſtudioſi vocarẽtur, Huc enim Fabius alludit, expreſſa Græci nominis ratione. Siquidem græcis φίλος amicũ ſonat, & σοφία ſapiẽtiã: vnde philoſophi dicti, quaſi ſapiẽtiæ amatores. Quod nomẽ omniũ primus arrogauit ſibi Pythagoras Samius. Nã tradit Socrates apud Laertiũ, lib. 8. cũ interrogaretur quẽnam ſe profitere tur, reſpõdit Philoſophũ ſe eſſe.

Peſſimis moribus prætẽdebant. Sunt enim propterea illis ipſis tẽporibus, nẽpe Domitiano imperante, cõſulto Senatus Philoſophi eiecti, atq; vrbe & Italia interdicti. Quẽadmodum & prioribus ſeculis C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſala COS. Senatuſcõſultũ ſcriptũ eſt de Rhetoribus Latinis vel exigendis, vel coercendis, authore Gel. lib. 15. cap. 11.

Qualis vere ſapiẽs appellari poſſit, Sapientem hunc his Stoici numeris perfici voluerũt, vt eſſet quiſpiam improhibitus, inuiolatus, liber, diues, felix: quam formam vtpote commentitiam, Horatius eleganter verſibus illudit Epiſtolarum lib. 1. Ad ſummum ſapiẽs vno minor eſt Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum, Præcipuè ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.

Caput I.

Nde origo animi cœleſtis creditur, Quod videlicet animus noſter ẽ cœlo in corpora humana illapſus, in hoc mundo omnia ſua inſtituta, curas omnes remittat. Vel quod creatus ſit homo ad imaginẽ dei creatoris, vt ſcribit Moſes, & Platonici Philoſophi aſſentiunt, cum diuiniſſimum & ſanctiſſimum hominem eſſe ex vniuerſo rerum naturalium cœtu aſſerunt.

Gracchorum eloquentiæ, Tiberii. ſ. de quo in claris Oratoribus ſic Cicero: Ac vtinam in Tiberio Graccho talis mens ad Rẽpub. bene gerendam fuiſſet, quale ingenium ad bene dicẽdum fuit: profecto nemo huic viro gloria præſtitiſſet. Sed per turbulentiſſimum Tribunatum à Repub. interfectus eſt. Hic diligentia Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus fuit. Nam habuit ſemper exquiſitos ex Græcia magiſtros. Porro C. Gracchus, vir à pueris quo nemo plenior & vberior ad dicendum fuit, grãdis eſt verbis, ſapiens ſententiis, & toto genere grauis.

Et Lælii filia, C. Lælius imprimis eloquẽs fuit, ex cuius orationibus Cicero æſtimari poſtulat de ingeniis oratorum, cui & dicendi laudem cæteris illuſtriorem tribuit in Bruto.

Et Q. Hortenſius, Hortenſius omnium oratorum ſuæ ætatis, niſi M. Tullio, clarior fuit iudicatus à Gellio lib. 1. Quem Cicero in Bruto ſocium & cõſortem glorioſi laboris appellat. Non tantũ in honorẽ ſexus, verũ multo magis in honorem artis oratoriæ.

De pædagogis, Id eſt, ductoribꝰ: παῖς παιδὸς, quod puerum ſignificat, & ἄγω duco.

Interim ſæuientes, Sæpius interim apud Fabium pro aliquando ponitur.

Imperioſi, Id eſt, abutentes imperio ſibi conceſſo in pueros.

A Babylonio Diogene, Diogenes hic Stoicus philoſophus fuit, ex Seleucio Ciciliæ vrbe oriũdus. At Babylonius dictus eſt, ob vicinitatem: ſiquidem Babylon confinis eſt Ciliciæ: author eſt Laertius lib. 6.

Non rationi defuerit, ſed oneri, Id eſt, nihilominus tamen hæc erit ratio optima inſtituẽdi, etiãſi per nõnullos ſtet, quo minus ſeruetur.

Alumno, Id eſt, eo quem educandum & inſtituendum ſuſcepit.

Id quod prius, Vt pædagogi ſint docti, & nutrices rectè loquantur.

A ſermone Græco, Aduertendum tamen eſt, hanc rationem ad noſtra tempora non omnino quadrare, propterea quod Fabii ætate vernaculus Romæ latinus ſermo fuerit, nobis non itidem: quanquam Eraſmus Fabii præceptum etiam noſtro ſeculo ſeruandum exiſtimet.

Ante Grammaticum Ariſtophanem, Ariſtophanes Byzantius primus, Apellis ducis cuiuſdam filius fuit, audiuit inter cæteros præcipuè Eratoſthenem, qui Cyrenenſis primus Ambroſium quendam patrem habuit: is in omni diſciplinarũ genere tam fuit abſolutus, vt ſecundus Plato diceretur. Suntque adeo huius commentaria de Aſtronomicis ſæpè à Plinio citata, de Sectis philoſophorum, de re Grammatica, ac aliis quibuſdam, author Suidas.

ὑποθήκας, Præcepta breuia,argumenta quædam , admonitiones, ſic Suidas.

Qui minores ſeptem annis eſſent,Cum ſextũ ſeptimúmue annum attigerint, tum & pueros & puellas literatoribus tradere oportet, benignis quidem illis humaniſq;, qui cum gratia & animi ſecuritate doceant, quandoquidem animi relaxatio ad vegetam corporis educationem plurimum cõfert. Duodecimo iam exacto anno,ad Grammaticos , Rhetoreſq; mittendi,atq; ad corporis exercitationes cogendi ſunt.A decimo quarto ad primũ & ſecundum viceſimi anni,Mathematicæ,ſapiẽtiæque ſtudio incumbant , & ad fortiores exercitationes pro corporis robore ducãtur, Paulus Medicus lib. 1.rei medicæ.

Præmiis etiã quæ capit illa ætas, Declarat Horatius , Pueris olim dant cruſtula blãdi Doctores,elementa velint vt diſcere prima.

Et nunquam non ſe feciſſe gaudeat,Id eſt,doleat ſe non feciſſe.

An Philippus Macedonũ rex. Extat ſuper hoc exemplo Philippi regis ad Ariſtotelem,cum apud Plutarchum, tum & Gellium epiſtola,his verbis:Philippus Ariſoteli ſalutem : Filium mihi ſcito, quod equidem diis habeo gratiã, nõ perinde, quia natus eſt, quàm pro eo quòd eum naſci contigit temporibus vitæ tuæ. ſpero enim fore,vt eductus erudituſq; abs te, dignus exiſtat & nobis , & rerum iſtarum ſucceſſione. Vale. lib. 9. cap.3.

At eo magis,Scilicet nõ improbandus eſt,qui minora præcipit.

Ductus,Figuras.

Sed quod in literis obeſt,Vtantea.ſ. doceamus habitum & nomina literarum.

Non excludat,Scilicet à ratione optima inſtituendi pueros.

Tabellæ, Ligneæ, vel oſſeæ inſculpi.

Tardior ſtylus,id eſt, conſuetudo ſcribendi.

Syllabis nullum compendium, Id eſt,nulla breuis ratio diſcendi eſt ſyllabarum.

Suppeditare , Id eſt, celeritatem & continuationẽ ſubminiſtrare.

Coniuncta,Id eſt,continuata.

Per γλώσσας, Et interpretationẽ linguæ ſecretioris familiarem intellige, & quotidianum ſermonis vſum , cuiuſmodi eſſe debet , quo ſecretiores & ſublimiores authores exponimus: riſum enim mouent doctis,qui gloſſas eius generis ſcribunt , vt minori negocio authorẽ ipſum intelligere liceat, quàm quæ explicatiõis gratia ſunt annotata.

Proficiet,Id eſt,conferet.

Confragoſos,Cum fragore quodam ſeſe collidentes.

χαλεπὴ, Difficiles illi verſus vocantur , quorum exempla multa ſunt in Comœdiis veterum Latinorum , vt Plauti : Plura vero in Græcis comicis , qui choris ſuis maximè affectãt ſeſquipedalia verba,hoc eſt,longiſſima , & affectatæ nouitatis.

Niſi,Id eſt,ſi non.

Eximuntur,Id eſt,expurgantur, extorquentur.

Caput II.

A Quibus clariſſimarũ ciuitatum, Vt Lycurgo Lacedæmoniorum principi,& legislatori, qui ſtatuit in Republica Lacedæmoniorum, pueros erudiendos in cœtu & frequentia omnium, vt eſt apud Xenophontem de Republica Lacedæmoniorum.

Fugiendo turbam, Nam ſi grex totus in agris vnius ſcabie cadit, quemadmodum , inquit Iuuenalis,ſic vniuerſus adoleſcẽtium cœtus,vniusvitioſi pueri cõtactu inficitur , ac deprauatur : quod illa ætas,quæcunq; viderit aut audierit,geſtiat imitari.

Qui in purpuris repit,Purpura, piſcis genus eſt apud Plinium libro. 9.cap.36. florem illum tingẽdis expetitum veſtibus,in mediis habens faucibus. liquoris hic eſt minimi in cãdida vena,vnde precioſus ille bibitur, nigrantis roſæ colore ſublucens , reliquum corpus ſterile.

Iam coccum intelligit, Codices Aldini cocum habent , vt videlicet referatur ad lautitiam ciborum. Verum mihi magis arridet ex veteribus libris coccum legere, vt ad colorem referatur veſtium, propterea quod conchylium ſtatim ſequitur,& de palato inſtituẽdo deinceps fit ſermo. Porro coccum ſcribit Plinius , rubens granum eſſe Galatiæ,aut etiam quod proueniat circa Ameritam Luſitaniæ oppidum , vbi in maxima eſt laude,anniculo grano languidus ſuccus vnde color colligitur, idem à quadrimo euanidus , ita nec recenti , neq; ſeneſcenti vires, lib. 9.cap.41.

Iam Conchylium poſcit , Conchylium piſcis quoque eſt teſta in cluſus , cuius ferme ſaliua colligitur,color non abſimilis purpuræ, præterquam , quod conchylium temperatius eſt,& minus elucẽs.

Palatum,Id eſt,ſenſum guſtus.

Verba ne Alexandrinis permit tenda deliciis.AEgyptus, atq; huius caput Alexandria ſemper ſtudioſiſſima fuit deliciarum, idque maximè abſorbẽdis gemmis præcioſiſſimis præſtitit, adeo vt Alexandria in ditionem Romanam redacta,Romæ quoq; promiſcuus ac frequens vſus margaritarũ ſorbendarum cœperit.Porro memoratiſſimum exemplum luxuriæ maximè regum AEgypti , extat apud Plin.lib.9.cap.35.

Soluti,Fracti, deliciis fluẽtes, in coerciti.

Si iungivtrunq; non poſſet,Vt.ſ. domeſticum,& publicum præceptorem habeat.

Tenebris,Vmbraculis, domeſticis inſtitutionibus.

Maiore theatro ſe dignum putat,Id eſt ſpectaculo, in quo vires ingenii ſui explicet.

Præſtet alicui gratia, Dignatio.

Taceo de poſitiõibus, Quæ græce themata vocantur , quod ſcilicet diſcipulis olim velut declamationum argumenta à præceptoribus proponerentur.

Declamationibus,Fictiargumẽti orationibus.

Sit incommodum, Id eſt, demus enim eſſe id vitium incommodum.

Affectum, Quo.ſ.iungitur audi tori familiariter amico.

Proderit, Anaphora eſt, quando per plura membra vnum ſæpius verbum repetitur.

Excitabitur laude æmulatio, Stu dium æquandi, ſeu ſuperandi aliquem.

Huius rei, Id eſt, profectus.

Ingens palmæ contentio, Apud Latinos ſcriptores, victoriæ præmium palma ſignificari metapho rice ſolet. cuius rei cauſam reddit Plutarchus apud Aulũ Gellium, lib. 3. cap. 6. quod huius arboris li gnum, quãtumuis pondus ſuperponas, nõ cedat, ſed aduerſum nitatur, incurueſcatque: vnde placue rit in certaminibus ex huius ramis corona. Hinc palmã dare dicimus, pro victoriam concedere: & palmam auferre pro eo quod eſt, victorem abire.

Non temere, Fabius in negatiua oratione temere dicere ſolet, pro frequenter, cum alias ſignificet incõſulto & inconſiderate, vt Eraſmus annotauit.

Caput III.

Ræcox ingeniorũ genus,

P Accius tragicº poeta apud Aulum Gellium hanc Fabii translationem confini ſimilitudine exprimit aptiſſimè his verbis, Quod in pomis eſt, itidẽ eſſe aiũt in ingeniis, quæ dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia atq; iucunda: ſed quæ gignuntur ſtatim vieta & mollia, atq; in principio ſunt viuida, nõ matura mox fiunt ſed putria: relinquẽdum eſt ergo ingeniis, quod dies & ætas mitificet, lib. 3. cap. 3.

Stat profectus, Id eſt, conſiſtit.

Extundit, Id eſt, frangit, conſumit, vel poteſt pro exuſcitat accipi.

Eſt ſignum alacritatis, Id eſt, viuacitatis ingenii.

AEmulantur, Id eſt, alter alterum conatur ſuperare, vel ſaltem æquare.

Impotẽter, Id eſt, imperioſè. Nã impotens non eum ſignificat, qui nihil poſſit, ſed qui potẽtia ſua in humiliorem abutatur. Sic tyranni ſunt impotentes, & pueri nobiles, maligna natura prædiți, impotenter faciunt, dum probris verberibuſq; afficiunt pauperum, & humilium liberos.

Quãuis receptũ, Id eſt, in vſum acceptum, ſeu aſſumptum.

Refringit animum, Id eſt, extinguit alacritatem animi.

Caput IIII.

Ectè loquendi ſcientiam.

R Quam partem Diomedes lib. 2. ὁεισικὴν græco vocabulo appellat, quaſi tu dicas finitiuam, nimirum quod definitiones, & præcepta loquendi præbeat.

Poetarum enarrationẽ, Quam idem Diomedes ἱϛορικὴν appellat, id eſt, expoſitiuam, ſiue enarratiuam.

Receſſu, Id eſt, in penetralibus.

Fronte, Id eſt, in veſtibulo.

Emendata, id eſt, vitiis carens & mendis.

Mixtum his iudicium eſt, id eſt, ratio proſpiciendi, quid in quolibet ſcripti genere probandum, vel refutandum ſit, quid eruditum, quid vulgare calleat, & reliqua id genus. Idcirco Marcus Varro Grãmatici officium his quatuor conſtare dicit, Lectione & oratione, emẽdatione & iudicio. Hæc citat Diomenes ex Varrone.

Cenſoria virgula, Id eſt, caſtigatoria quadam nota.

Notare, Id eſt, damnare.

In odinem redegerint, Id eſt, gregarios & vulgares fecerint.

Exemerint, Id eſt, eximios fecerint, & extra ingenii aleam poſuerint. Sic apud græcos Ariſtarchus Grammaticus Homeri verſus cenſoria virgula iudicauit, vt alios maximè germanos Homero ſignificauerit appoſitis aſteriſcis, hoc eſt ſtellulis. Alios autem tanquam ſuppoſititios, & Homero indignos, ſubmouerit familia, idq; adſcriptis obelis, id eſt verubus, quæ hodie adhuc in quibuſdam codicibus videre licet. Hoc ſtudiũ Origenes in re theologica non neglexit, nec eius æmulator Hieronymus, velut indicãt multæ eiº præfationes in ſacros libros.

Excutiendum, Id eſt, diligentiſſimè euoluendum.

Ius, Authoritatem,

Nec citra Muſicen, Muſica conſtat ex conſenſu & diſſenſu ſonorum & vocum.

Metris, Dimenſionibus ſyllabarum. Sic vertit Fab. lib. 9.

Rhythmis, Numeris, modulis.

Ortu, occaſuq; ſignorũ, Aſtrologiam ignorare non debebit.

Empedoclea in Græcis, Diogenes Laertius quinque verſuũ milibus Philoſophiam ab Empedocle tractatam eſſe ſcribit. Vnde & Ariſtoteles in lib. de arte poetica hunc non tam Philoſophis connumerat, dicens verſus quidem eſſe poetæ, materiam autem naturalis Philoſophiæ.

Ac Lucretium in Latinis, Extãt huius Titi Cari Lucretii ſex libri, de rerum natura carmine heroico præſcripti. Attamẽ quoniam Epicuri decreta exprimit, ſæpè impurus deprehẽditur. Et qui animam mortalem dixit, & hoc in quinto libro.

Præcepta ſapientiæ, Id eſt, rationes Philoſophiæ.

Proprie, Id eſt, accommodatiſſimè rectis vocabulis.

Copioſè, Vbertim.

Dulcis ſecretorũ comes, Quod videlicet ſecreta & arcana noſtra literis mandare queamus per Grãmaticam.

Plus operæ, Negocii.

AEolicum digamma, Id eſt, duplex gamma AEolum, qui populi ſunt in Græcia.

Medius, Id eſt, vtrinque commixtus & confuſus. Hoc illud eſt quod Priſcianus lib. 1 ſcriptum reliquit, dicens, Et i & u literæ mediæ, alterius inter ſe ſonos videntur confundere.

Præter illam aſpirationem. Qua adſcripta vocalibus, ſignificemus eas ſpiritu tenui pronunciandas, quemadmodum inter apices numerarit ſuam ψιλὼ, id eſt, leuiga-

tionem,& ex aduerſo ἀπόστιξιν,aſpirationem.

Nota,Id eſt,ſignum.

Effectus,Scilicet ſpecies ipſius.

Species,Id eſt,forma.

Obliquatur,Id eſt,liquidius pronunciatur, vel obliquius redditur ſcripta. cui reſpondet apud Latinos c.Itaque perſpicuum eſt, K & q in noſtro numero redundare.

Tantum, Solum pro tribus noſtris figuris , K c & q . nam duos accepit pro cõſonantibus : vt,i & u:cum apud Græcos nulla vocalis conſonantis vim habeat. hinc eſt quod ipſi pronunciant Iacobus, Ioãnes,per quatuor ſyllabas, cum Latini eadem nomina triſyllaba iuxta rationem Hebræorum pronunciare debeant:ſunt enim origine Hebrea : quanquam Poetæ noſtri verſus gratia aliquoties græcorũ rationem imitentur : vt,Ne laceres verſus dux Iacobe meos. Sic Claudianus.

Et Diomedes de hoc ſtudioſiſſimus Fabii lector, inquit,Q conſonans,muta ex c & u literis conſtãs ſuperuacua, qua vtimur, quãdo u & altera vocalis in vna ſyllaba iungitur : vt,Quirinus. Nota prænominis , Quintũ ſignificat. Item honoris, Quæſtorem indicãs:nec minus populum , cum ea notamus quirites.

Noſtrarum vltima x.Priſcianus apud vetuſtiſſimos Græcos tradit ξ non fuiſſe in vſu,ſeu in numero literarum , ſed poſtea inuentam à quibuſdam , quæ valeat , quantum c & s , vel g & s. Hinc putat quod nec apudveteres Latinos in numero fuerit literarũ, ſed poſtea à Grammaticis inuenta, ſit adhibita cæteris literis.

Si no quæſiſſemus,Id eſt,curioſè à Græcis aſſumpſiſſemus.

Apice vtebantur.i. nota longæ lineæ,quam Græci vocãt μακρὸν, quæ ſupraſcripta vocalibus indicat eas longas eſſe,quòd nulla ſcilicet in ſeipſam cocat.

Litera ſibi inſidit.i.coit in ſeſe, prior conſonans fit, alioqui coire non poſſent.qua de re extat caput apud Gel.lib.4.cap.17.

Placuiſſe Ciceroni . Antiquitatis ſ.gratia,quæ,vt author eſt Priſcianus,geminare ſolebat ſcriptura ii poſita inter duas vocales , ſic Maiius . quod ita accipiendũ eſt, vt prius i cum præcedente vocali pronũcietur quoquo modo, & ſequens cum ſequẽte,ita vt vtraq; ii conſonantis ſit loco.

Quæ cum quibus cognatio, Cognatio literarũ , eſt affinitas quædam,qua alia in aliã trãſit,& mutatur,vel deriuatione, vel etiã cõpoſitione,quarum exẽpla exhibet Fabius.Eſt quoq; authore Priſciano,inter m & b magna cognatio, adeo vt apud Græcos in præterito perfecto paſſiuo primæ cõiugationis μ pro β vſurpetur.

Nam vt Valeſii, Per mutationẽ s in r,cuius antiquitatis meminit etiam T. Liuius in tertio primæ decadis,cõtra hanc rationẽ AEolum populorum,qui vt tradit Corinthus, de linguarum varietate, atq; Priſcianus noſter, loco aſpirationis digamma AEolicũ ponebant,quos veteres Latini in multis authores habent. Quomodo vero vnaquæque litera cum alia cognationem habeat, Cicero in oratore perfecto declarat, qui Burrhum,& Bruges ſcribit veteres dixiſſe,pro Pyrrhus & Phryges, nimirum quod Græcam literam ad mittere nollent. ex quibus verbis manifeſtũ eſt, hoc loco Burrhus legendum eſſe & Bruges.

Et Belena, Indicante Priſciano pro Helena aſpirata , quãquam & AEoles, quos in multis authores habemus , Felena per digamma AEolicum dicebant.

Vnde duellos , Ciceronis hæc ſunt in Oratare perfecto, vbi ſic ait,Quidvero licentius,quã quod hominum etiam nomina contrahebãt,quo eſſent aptiora: nam vt duellum bellũ,& duis bis,ſic duellium eum qui Pœnos claſſe deuicit,Bellium nominarunt.

Stlatum,Feſtus Pompeius Fragment.xvii.ſic ait, Stlatum nauis eſt lata,parum altitudinis habẽs, ſic dicta,quod veteres locum Stlocum,& lites ſtlites dicebant.

Si vetuſtis operibus , Sic in auri numiſmatis veteri inſcriptiõe Angelus Politianus teſtatur ſeſe ſpectaſſe feelix, pro felix , cuiuſmodi ſculpturã & nos in ære vidimus. Tum addit Politianus , in æreo Galbæ principis monimento vertus pro virtus , nimirum vt per e vltima ſignificetur longa.

Quid o atque u permutatæ , V quoque multis Italiæ populis in vſu non erat , ſed e cõtrario o,vnde Romanorum quoque vetuſtiſſimi,in multis dictionibus loco eius o poſuiſſe inueniũtur:vt,poblicum pro publicum,polchrum pro pulchrum , colpam pro culpam dicẽtes, & Hercoles pro Hercules,& maximè digamma antecedente , vt ſeruos pro ſeruus,clauos pro clauus.

Sicut Κόρινθος , Corinthus author de linguarum varietate dicit,quod AEoles in dictionibus multis , quæ iuxta communem linguam per o paruum ſcribuntur,ſoleant & ſcribere & pronunciare ϑ diphthongo.

Et mageſter,Nimirum quòd cognatio ſit inter i & e vocales,adeo vt aliquoties ſonos inter ſe confundant , quod ſupra admonuit Fabius.

Pro Diioui & Veioui,Inſcriptiones dedicationum templorũ pro culdubio ſpectauit Fabius de Ioue Victore. Porro veteres Diioue̅ appellarunt, quem Ennius Lucecium vocat,apud Gellium libro 5.cap.12.nimirum qui præſit luci , dieique : & ſit ad iuuandum propenſior. Nam & Iouem nocẽdi ſtudioſum colebant , appellatum Veiouem.

Theodectes,Hic Platonis & Iſocratis auditor primum fuit,ex oppido Pamphiliæ,Phaſellum à Stephano nominatum, extitit vnus ex illis,qui ad Mauſoleum dicendis epitaphiis & tragœdiis certarunt, atque authore Gellio victor abiuit. Scripſit cum alias multas comœdias , tum præcepta artis Rhetoricæ per verſus.

Complexum eſſe , Id eſt connexionem,complicationem.

A pleriſque, A palæmone.ſ. qui Fabii ætate vixit.

Hæc videtur ex ſyndeſmo. Nam Græci hãc orationis partẽ à cõuinciẽdo ζωδεσμὸν appellarũt, ſiquidẽ δέω verbũ Græcis ligo ſignificat & vincio, futurũ eius eſt δέσω, vnde δεσμὸς vinculum dicitur, ζω autẽ præpoſitio con ſignificat.

A Philoſophis maximè Stoicis Vt à Diogene & Chryſippo, qui apud Laertiũ quinque orationis partes numerãt: Nomen, Appellationem, Verbum, Coniunctionem, & Articulum.

Vocabulũ ab appellatione. Ad hãc ſentẽtiam Diogenes Babylonius ita finit nomen. Nomen eſt pars, inquit, orationis, ſignificans propriam qualitatẽ, vt puta, Diogenes, Socrates. Appellatio vero pars orationis, ſignificans cõmunem qualitatem, vt homo, equus. Scaurus Grammaticus apud Diomedẽ, Vocabulum ita finit. Eſt, inquit, quo res nominales enunciamus, vt arbor, lapis, hærba.

Non deſiderat, Sed in contextu orationis.

Aſſeuerationem, Aſtructionem. πεοσηγεία, Certè quod ad vocis originẽ attinet, πεοσηγεία appellatio eſt dicẽda. Nam πεοσηγοεύω appello ſignificat, vnde deriuatur πεοσηγεία: ſed & nomẽ, quod Donatus noſter appellatiuum vocat, Græcis dicitur πεοσηγευκόν.

Vnde Syllæ, Ludi Apollinares bello punico primo ex libris Sybillinis primũ ſunt inſtituti, ſuadente Cornelio Rufo decemuiro, qui propterea Sybilla cognominatus eſt, & poſtea corrupto nomine primus Sylla cœpit vocari, lib. cap. 20. Macrob.

Burrhi, Burrhum dicebant anti qui, quod modo dicimus rufum, vnde ruſtici burram appellant buculã, quæ roſtrum habet rufum, quomodo rubens cibo ac potione ex prãdio, Burrhus appellatur, à Græco πύῤῥος, quod igneum colorem ſonat. Feſtus Pom.

Galbæ, Dicti ſunt à colore auicularum, quæ iam Galbæ, iam Galbulæ appellantur.

Planci, Qui à pedum planitie & latitudine dicti ſunt, nimirum origine græca, qua amplus & latus πλατὺς appellatur. indicat idem alibi Feſtus.

Pãſæ, Qui diuaricatis atq; diſpeſſis ſunt pedibus, proprie ſunt dicti Panſæ, quòd veteres Latini pãſum dicerent, pro eo, quod eſt expaſſum & dilatatum.

Scauri, Traduntur dicti, qui eminentioribus fuerint talis.

Agrippæ, Sunt authore Plinio, qui præpoſtero partu in pedes naſcuntur, ab ægro partu ſic appellati. i. difficili.

Opiter, Qui patre mortuo, & auo viuo naſcitur.

Cordus, Qui ſero & intempeſtiuo partu naſcitur. Sic Plinius lib. 18. fœnum illud autũnale & ſerotinum, cordum à ruſticis dici admonet.

Poſthumi, Qui poſt humationem patris in lucem naſcũtur, de quo lege caput apud Aulum Gell. lib. 2. cap. 16.

Vopiſcus, Si Plinio credimus libro 7, cap. 10. Is Vopiſcus diceba tur, qui recenti vtero naſceretur, è geminis altero interẽpto abortu.

Cottæ, Quanquam expreſſum certi nihil de origine Cottarum legere memini, tamẽ ex Suidæ verbis, rem ipſam coniicere propemodum licet. Is ait, Cottam tam vehementes ictus facere ſolitum tragula, vt non ſolum hoſtis pectus, & latera traiiceret, verumetiã terræ adfigeret. Græca nimirũ origine appellatum ſignificans, qui ictus vehementiores, eodem Suida authore κόπτος nuncuparunt: niſi fortaſſis alicui veriſimilius videatur, vocis ratione à malis Cotoneis trahere, quorum ſtudioſus fuerit, qui primus cognomentum hoc meruerit.

Scipiones, Cognominati ſunt primum à quopiam, qui frequenter in gradiendo ſcipione. i. baculo inniti conſueuerit.

Lenates, A veſte, opinor, ampla & lata dicti ſunt.

Serani, A ſerendo dicti ſunt.

Marcipor, Id eſt puer, hoc eſt, ſeruus Marci. Septimi caſus, Nã in Græcorum genitiuo, authore Priſciano ac Diomede, vt plurimum ſexti ſunt caſus .i. ablatiui. Quæ enim Latini efferunt per ablatiuum, Græci vt plurimum per genitiuum: tum autem eſt vis ſeptimi caſus apud nos, cum non additur præpoſitio a vel ab, e vel ex, ac etiam de. Solent Græci inſtrumentalem conſtructionem facere per datiuum, quẽadmodum nos per ſeptimum caſum, velut indicat Theodorus Gaza lib. 4.

Eſt etiam, Quando videlicet verba alioqui propemodum neutra, in tertia perſona paſſiuè vſurpantur, tum in prima nó ſunt in vſu, neq; enim temere dicitur, curror, & nauigor, & habitor.

Caput X. Fo. IIII.

Evirtutibus orationis. Virtus oratiõis ea eſt, qua oratio honeſtatur, attollitur-que ſupra vulgi ſermonem.

Emendata. i. mendis carens, & recta Grãmatices regula caſtigata.

Ornata, Pictura luminibus & figuris, tam verborum, quàm ſentẽtiarum.

Regula, Ratio, & amuſſis.

ευφωνία, Vocalior ſonus, felix ſonitus. Ab εὖ aduerbio, quod in cõpoſitione ſemper bonitatem ſignificat, & φωνὴ, quod ſonum ſignificat. Priſcianus bonam ſonoritatẽ interpretatur. Gellius autem iam ſimpliciter ſonum, iam vocaliorem ſonum vertit, de quo apud eundem.

Quod melius ſonet. Valerius Probus in hunc modum præcipit. Si, inquit, aut verſum pangis, aut orationem ſolutam ſtruis, & verba dicenda ſunt, non finitiones illas prærancidas & fœtudinas grammaticorum ſpectaueris: Sed aurem tuam interroga, quid quo loco conueniat dicere, quod ſuaſerit, id profectoerit rectiſſimũ, lib. 3. cap. 20.

Prima barbariſmi. Vitium in ſingulis dictionibus contingens barbariſmus vocatur. Soloœciſmus, inquit, Aſinius apud Gellium lib. 5. cap. 20. eſt impar, & inconueniẽs

compoſitura partium orationis, quam vetuſtiores Latini Stribiliginem appellarunt, Aſinius imparilitatem vocat. Gellius certè neque barbariſmi, neque ſoloeciſmi nomen apud idoneos authores reperiri dicit,& antiquos. Nam, inquit, vt βάρβαρον antiqui,ſic & σολοῖκον dixerunt.

Promiſſor, Alluſit,niſi fallor,ad hoc Horatii, Quid dignum tãto feret hic promiſſor hiatu?

Veſtibulum,Cæcilius Gallus apud A.Gellium,lib.16.cap.5.veſtibulum eſſe locum vacuum ante iuſtum ædium ingreſſum dicit:Sic dictum authore Sulpitio, ꝙ olim,qui dominos ædium ſalutãdos opperirentur,eo loco cõſiſtere magna multitudine ſolerent.

Sicut Catullus, Gingiuas vero Ploxeni habet veteris. Exponit partim inciſionem capſarũ, partim etiam capſam ipſam.

Maſtruga,Quem purpura regalis non commutauit, cum Sardorũ maſtruga mutauit: Cicero pro Scauro.

Adiiciat literã, Quoniam poetæ aliquoties nolint velint neceſſitate cogente id genus vitia in verſibus ex induſtria committũt, quod alias verba forſan in arctã metri legem non coirent.Sic Vergilius religione dixit, appoſita l litera,neceſſitate ductus : alioqui cum re præpoſitio breuem faciat ſyllabam,in verſum non quadraſſet hæc dictio.Sic alibi Vergilius, Teſtor chara deos &c.

Rectum,id eſt,verum: ſic loquitur Cicero.

Illud prius,Scilicet vitium barbariſmi, quod ſcribendo fit.

Hoc ſecundum, Scilicet vitium quod loquẽdo fit. Diuiſione rerum, Quæ debent coniunctim efferri.

Sed vt parua,Putemus eſſe parua,ſed quæ non ſunt vulgata, illudens ſcilicet M.Antonio.

Sed quidam,Scilicet Grammatici, vt ſunt Donatus, & Diomedes.

Eruditionis,id eſt,variæ lectionis.

Tinca Placentinus, Meminit huius Tincæ Placentini Cicero in catalogo clarorum Oratorum, vbi facetiſſimum hominem dicit fuiſſe, vt qui cum præcone Granio dicacitate ſolitus fuerit certate.

Regula,Locus eſt colũnis ſuſtẽtatus ante ædes, vel omnibus, vel pluribus lateribus liberæ auræ expoſitus, in quo deambulare veteres ſolebant,hoc eſt, pergere, vnde & nomen factum,vtitur eo Plinius.38.libro.

Metieo Suffecieo, Coniecturis aſſequi poſſum, apud veteres Mætius in prima ſyllaba ſcribi ſolitũ per æ diphthongon, & Suffæcius itidem per æ in ſecunda. Itaque hac ratione in datiuo dicendum fuiſſet, Ennio, Mætio, Suffætio: Sed quoniam in verſum heroicũ ſyllaba inter duas longas poſita non ingreditur, coactus eſt Ennius & mutationem literarum & tranſmutationem facere: Nam æ mutauit,poſuitque e.Et e quod ex diphthongo reliquum erat,trãſtulit in penultimum locum.

Canopitarũ, Canobos, authore Strabone lib.17.ſolebat ſcribi, at Stephanus vna cum Plinio, canopum vocat. Eſt autem ciuitas centum viginti ſtadiis ab Alexandria diſtans,ſortita nomen à Canopo quodam, qui illic ſit mortuus: Ciues Canopitæ dicti ſunt.

Tharſimenum,Sic legẽdum opinor,vt ſit & literæ u mutatio in i, quomodo ſæpe ſcriptum deprehendimus,& adſit quoque tranſmutatio,id eſt,literarum tranſpoſitio, alioqui non eſſet,quod Fabius dicit, exemplum huic loco accommodãdum. Porro loci eſt hoc nomen in Vmbria Apuliæ regione,vbi Romani quondam infeliciter pugnarunt.

Nam ſiue eſt falſum,Contra artis & analogiæ rationem vſurpatum.

Siue illud,Scilicet aſſentio.

Siſenna,Lucius Siſenna doctus vir & ſtudiis optimis deditus,bene latine loquens,gnarus reipub. non ſine facetiis, neque laboris multi,nec ſatis verſatus in cauſis, interiectusque inter duas ætates Hortenſii & Sulpitii, nec maiorem conſequi poterat, & minori neceſſum erat cedere:huius omnis facultas ex hiſtoria eius perſpici poteſt.Hæc Cicero in Bruto.Porro hanc hiſtoriam cũ aliis tum maximè citãt Gellius & Priſcianus.

Aſſentio. Marcus Varro lib. de lingua latina. 8.ita ait: Sẽtior nemo dicit,& id per ſe nihil eſt, aſſentior tamen ferè omnes dicũt: Siſenna vnus aſſentio in ſenatu dicebat,& eum poſtea multi ſecuti, neque tamen vincere conſuetu dinẽ potuerunt:Hæc Varro.

Analogiam,Analogia eſt ſimilis ſimilium declinatio, quẽ quidam latine proportionem vocãt, qua probatur vt quemadmodum dicimus,ſentio,diſſentio, conſentio, ita quoque ſimile compoſitũ aſſentio dicamus,Gellius libro.2. cap.25.

Verum eſt,cum ratione grãmatica quadrat. Nam Marcus Cicero in Oratore perfecto, illud verum appellare ſolet,quod regula & ratio artis præſcribit: falſum autẽ, quod huic eſt contrarium.

Diuerſorum generum, Scilicet & immutatione, & detractione.

Per numeros, Quæcunque cadunt ſub menſuram, & pondus, non habent multitudinis numerum:Varronis Regula.

Meſſala,Marcus Meſſala minor natu q̃ nos, nullo modo inops, ſed nõ nimis ornatus genere verborum. prudens, acutus patronus, in cauſis cognoſcendis comportandisque diligens, magni laboris,multæ operæ, multarũ cauſarum:Cicero in Bruto.

Hæc quoque pars, Scilicet quæ aſſenſio dicit.

Europai,Pro Europæ, quo modo Vergi.dixit,Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Muſta,Malo mulſa legere.

Diuiſio,Scilicet eorum quæ debent eſſe coniuncta. συναίρεσιν καὶ συναλοιφὴν, Coagnominationem

& colliſionem.

Præterea, Hoc ſecũdum vitium à Grammaticis veteribus συστολὴ, id eſt, correptio ſyllabæ natura longæ, à συστέλλω quod contraho ſignificat.

Italiam, Nam in hoc verſu, Vergilius primam ſyllabã Italiæ, extẽdit, cum alias ſit breuis: Hoc vitium, ſiue hunc metaplaſmum Diom. lib. 2. ἔκτασιν, id eſt extẽſionem vocat.

Triumpi, Politianus Miſcellaneorum ca. 19. narrat à ſe ſpectatum aureolum numiſma, cui inſculptum fuerit ad hũc modum, Triumpi citra aſpirationem. Inſerebant aſpirationem veteres noſtri pleriſque vocibus verborum firmandis roborandisque, vt ſonus earũ eſſet viuidior vegetiorque, qua de re nõnihil & Marcus Cicero in Oratore perſtringit, ex quo loco Fabius fermè hæc trãſcripſit.

Qua de re, De quo immodico vſu aſpirationis. Inde, Hac quoque ratione.

Tenores, Quaſi tẽſiones, à Græco verbo τείνω quod tendo ſignifi cat. Si acuitur, Scilicet tunc gra uis pro acuta ponitur.

Declinato, Deriuato.

Accentus, Lex accentuum apud Latinos res eſt perfacilis, modo quantitates ſyllabarum ſint perce ptæ. Nam dictio monoſyllaba ſi breuis eſt, vel poſitione longa, acutum habet tenorem: ſed ſi fuerit longa natura, circunflexum habe bit, vt res, ſpes, mas, os. Porro diſſyllaba dictio ſic moderabitur. Vtraque longa exiſtente, vel vltima, ſolum eſt acutus accentus in penultima, ac ſi penultima lõga natura fuerit, & vltima breuis natura circunflectenda eſt penul tima. Quòd ſi ambæ fuerint bre ues, aut altera poſitione longa, penultima acutum habebit. Poſtremo ĩ polyſyllabis penultima ſem per erit ſpectanda, ea ſi eſt longa & vltima breuis, omni modo accentus eſt in ipſa penultima acutus. At ſi eadem hæc penultima natura exiſtens longa, ſequentem breuem habuerit, circunflectetur, penultima vero breui exiſtente, acuetur.

Cogentes, Coagmentantes, vt ſi quiſpiam in genitiuo authorum dicat, is enim penultimam, quæ debuit eſſe grauis, coagmentat ex duabus ſyllabis in vnam, & iniuria flectit, cum contractio non cõciliet circũflexum accentum, niſi altera ſyllabarum ſimpliciũ ante habuerit acutum tonũ, quo modo flexus tonus ex acuto & graui conflatur.

Atreus, Nomina apud Græcos in ὺς deſinentia, tonum habent acutum in vltima, quemadmodũ teſtatur Theod. in. 3. & Stephanus alicubi: Iam vero author eſt Diomedes in. 2. artis Gramma. lib. Græca nomina græcis quoq; accentibus pronuncianda, ſi eædem maneant literæ. Porro quæ Greci in ὺς nos in eus finimus.

Dicere ſolebant, Cum veritas Græcæ rationis iubeat circũflecti.

Acuto ſono finiant, Cum tamẽ diſſyllabum verbum nullũ finiri poſſit acuto tono, concedentibus regulis, quando illud conſtat, in diſſyllabis ſemper tonum eſſe in priori ſyllaba.

Quantum & quale, Senſus eſt, quãtum & quale ſi interrogamus per ea erit vltima acuta, at ſi com paramus, vltima graui tono eſt claudenda.

Quod, Diſcrimen in aduerbiis, vt in penè, fermè, ferè, ne ſi vltimæ graui enuncientur tono, putentur eſſe genitiui à fera feræ, & pœna pœnæ

Conditionem, legitimum locũ accentuum.

Quod idem, Vt ſcilicet vno accentu efferatur præpoſitio cũ ſuo caſuali.

Poſitione, Syllaba eſt longa poſitione, quando poſt vocalem breuem ſequuntur immediate duæ conſonantes: quod ſi hæ fuerint mutæ cum liquida, reddunt vocalem præpoſitam communem, vt vel corripi, vel extẽdi poſſit. Cuius difficilior, Scilicet legis accentuum.

διαλέκτους, διάλεκτος authore Corintho de linguarum varietate, eſt proprietas quædam peculiarẽ alicuius linguæ particularis characterem ſeruans. Harum præcipuas quatuor recenſet Plutarchus in Homerum ſcribens, Atticam, AEolicam, Doricam, Ionicã. Cæterum ſi quiſpiã omnes exactius quærere velit, deprehẽdet in vna græce linguæ differentias fermè viginti quatuor.

Omnium voce, Accentiuncula, quoniam etiã ſi flexa fuerit, acuta eſſe merito dicitur, quando flexus ſonus cõponitur ex acuto & graui. Neutra, id eſt, neq; flexa neque acuta ſyllaba.

Nec vltima vnquã, Scilicet ĩ polyſyllabis vel diſſyllabis.

Prior, Scilicet ſyllaba eſt acuta, vt deus. Neutra, id eſt, neque flexa neque acuta.

Claudet, Diſſyllabam ſcilicet, vel polyſyllabam. Per ſonos, Scilicet corruptos pronunciationis.

Vocem, Scilicet diſſyllabam vel polyſyllabam.

ἰωτακισμὸς, Authore Diomede, eſt cũ i pleniore ſono profertur. addit Martianus Capella Metaciſmum, cum verborũ continuatio m literæ aſſiduitate colliditur, vt ſi dicas, mãmã ipſam amo: tum Martianus paulo diuerſius à Diomede finit.

λαβδακισμὸς, Cum ſcilicet l plurimum diſſonet, cuius ſit exemplum, Sol, luna lucẽt, alba leui la ctea: Iotaciſmum vt ſi enũcies, Iuno Ioui iure iraſcitur. Poſtremo Polyſigma vocat, vbi s litera crebrius geminatur vt: Soſia in ſolario ſoleas farciebat ſuas. quæ ſi vera ſunt, non video quid non poterit vitii loco numerari, quod tamen Fabius negat.

ἰχνοθέται, Graciliores literarum enunciationes, quibus vſu venit, vt hæſitemus, nec queamus celeriter verba continuare, quemadmodum tradit ex Ariſtotele Ludouicus Cælius antiquarũ lectionum lib. 7. Porro ἰχνὸς gracilis & tenuis dicitur, & θέω promo, effero. πλατϕασμὸς, Piguiores & am

pliores literarum pronunciationes. quod vſu venit illis, qui præter naturam virilem vocem affectant. Nam πλατύς latus & amplus.

κοιλοστομίαν, à κοῖλος, quod cauũ ſonat, & velut receſſum, & στόμα, τοῦ, quod os oris.

Receſſu, id eſt, in faucibus ipſis.

Nationes reprehendimus, Vt Erethriẽſes, apud græcos ſcriptores malè audiunt, quod aſperius crebriusq; r literam enunciãt. Sic hodie ab Italis ridẽtur Germani, in pronunciatione u cõſonantis.

ὀρθοέπειαν, id eſt, rectam enunciationem, ab ὀρθὸς quod rectũ ſignificat, & ἔπος, dictio, verbum.

Amaræ corticis, Verg. in Sileno.

Tum Phaetontiades muſto circundat amaræ Corticis. Vbi Vergilius corticẽ amaram ĩ fœmineno genere dixit. Et in. 2. Georgic. Nã qua ſe medio trudunt de cortice gẽmæ. Vnde recentiores Grãmatici dubii generis ſtatuũt hoc vocabulum.

In geſtu, Palæmon rhetor, cuius meminit Suidas, cum in ſpectaculo eſſet, & videret tragœdiã à quodam inſulſo agi, qui inclamãs cælum, oculos & manus in terram declinauit, rurſus aduocatur° terram, oculos & manus porrexit: hoc, inquam, Palæmon intolerabiliter ſpectauit. Succlamauit ergo, hic etiam manu ſoloeciſmum facit. diſſentiebat enim ſermo à geſtu corporis.

Cauillationem, id eſt, argutiam obiicientium.

Nunquam in ſolo verbo, Scilicet quod nõ regeratur ad aliquid aliud.

In Alexandriã, Nã adiectæ ſunt hic præpoſitiones de & in, præter rationem: quando author eſt Diomedes, nominibus propriis locorum minorum, vt vrbium & vicorũ, ex ſuperfluo apponi præpoſitiones. Rurſum propria locorum maiorum, vt regionũ, præpoſitionem ipſam deſiderãt, hæc Diomedes lib. 1. de Aduerbiis

Detractione, Vt ambulo viam, AEgypto venio, Intelligitur de vel ex.

Ne hoc fecit, Vt intelligatur deeſſe particula quidem: vt ſit, ne hoc quidem fecit. Autem nõ habui, pro, non autem habui.

Igitur, Scilicet hæc particula.

Apud alios ſit, Quod igitur ponatur in principio orationis.

πλεοναζομὲν, id eſt, abundantiã.

ἔλλειψιν, Defectum.

ἀναστροφὴν, à στρέφω, verto, & ἀνὰ, per: vt, Tranſtra per & remos.

ὑπερβατὸν, id eſt, ordinis tranſgreſſionem. Cuius exemplum eſt apud Verg. in. 1. AEneid. Treis notus abreptas in ſaxa latentia torquet. Saxa vocant Itali. Sic enĩ Donatus ordinat, Tres abreptas naues notus torquet in ſaxa, quæ vocant Itali aras. Hæc ſpecies, & à Diomede tropis cõnumeratur, qui lõgiſſimè abſunt à ſoloeciſmi ſuſpitione.

Plurima huic, Plura habet accidentia. In eo, Scilicet verbo.

Per genera, Vt. ſ. actiuũ pro paſſiuo ponitur.

Modos, Quos Diomedes inclinationes animi appellat.

Eorum, Scilicet dictorum.

Sex, Scilicet Indicatiuus, Imperatiuus, Hortatiuus, Optatiuus, Cõiunctiuus, & Infinitiuus: Adiiciunt enim illi, velut indicat Diomedes, Promiſſiuum, & Subiunctiuum: deducunt enim à coniunctiuo ſubiunctiuum, qua de re vide Diomedem lib. 1.

Præterea, Scilicet ſit Soloeciſm°.

Quod, ſcilicet legere ſcripſere.

Aſperitatis, Quæ ſcilicet eſt in ſcripſerunt.

Mollitum, Mollius factum.

Apud Græcos, Scilicet obſeruatio dualis numeri in præterito perfecto actiuo.

In verbi tota ratione, id eſt coniugatione. Ferè dicit rationem totam dualis numeri, in verbo ſeruari apud Græcos non omnino verum: Nam prima perſona dualis numeri in omnibus penè actiuis deſideratur.

Rariſſimus eius vſus, Nam vt author eſt Diome. lib. 1. apud vetuſtiſſimos Græcos omnino nõ in vſu fuit numeri ratio, ſed poſtea à curioſis quibuſdam inuenta eſt, ita tamen, vt frequentius ferè vſurparint antiquiſſimi, & probatiſſimi ſcriptores pluralem numerum pro duobus, q̃ dualem, id quod teſtantur verſus Homerici à Diomede citati.

E contrario, Scilicet de pluribus dicitur.

Dixere, Scilicet cauſas ſuas, id eſt, dixerũt patronis oratoribus.

Scripſere, Paulo diuerſius hodie apud Ciceronem legitur ad hunc modum, Nec vero reprehenderim ſcripſere, ſcripſerunt eſſe verius ſentio. Ex quibus conſtat, Fabium non tam verba q̃ ſententias Ciceronis citaſſe, legendúmque in Fabio pro etiam eſſe.

Verius, id eſt, magis rationi conſonum.

Patrium, Scilicet nomen, vt Romanus, Thebanus.

Peculiolum, Eſt autem peculiũ, authore iuriſconſulto, propriè, quod ſerui aut filii familias habent in ſolo, aut ſupellectile, aut etiam quod per militiam lucrifecerunt, cuius vſufructum vel patres vel domini habeant.

An id improprium, Scilicet genus loquendi.

Significatione, Scilicet apta ad propoſitum.

Deerat, Scilicet ad perfectionem ſermonis. Quanq̃ mihi haud diſplicet legere hoc loco aberrat, vt videlicet magnum peculiolũ qui dicat, non compoſitione peccet, ſed à propria verborum ſignificatione aberret.

In ſenſu, id eſt, ſignificatione impropria.

Vt in vocabulo, id eſt, quemadmodum in nomine.

Tradere, Ad perfectã doctrinã.

Externa, Peregrina vel Græca.

Eiuſdem generis, id eſt, eiuſdem orationis partes.

Hic aut, Pro an. Quia aliud, id eſt non.

Alterum, id eſt ne.

Hoc, amplius, Scilicet quod maius eſt.

Loci, Scilicet ſunt ambo.

Eo tamen intus, Scilicet si dicatur.

Cõprehensionis, Cõpositionis.

Tragœdia Thyestes, Per disconuenientiam generis.

Ludi Floralia, id est, ludi instituti in honorem deæ Floræ, quam veterum superstitio segetum florulentiæ præfecerat. In his ludis iuuenes ac puellæ nudi choreas ducebãt, velut indicat alicubi Macrobius in Satunalibus.

Ac Megalesia, Ludi vero Megalesia erant, quos postea Megalenses vocabant, celebratos in honorem magnorum deorum, Iouis, Iunonis, & magnæ matris Cybeles, deriuato vocabulo à μέγας μεγάλη, quod magnũ Græcis significat.

Schemata, id est, figuræ.

Aliquam, Propter quam scilicet sic dicatur

Per imprudentiam, Ex insperato, improuiso.

Quib' mares, Vt Murena, Cotta.

Et neutralia, Vt Glycerium.

In ordinem, Scilicet in præceptiones incideret.

Inhonoratam, Non illustratam nostris præceptionibus &c.

Peregrina, Alterius linguæ.

Thuscis, Populus Italiæ, vbi modo Florentia est.

Vectium Oratorem, Cuius etiã meminit Marcus Cicero ĩ Bruto.

Pollio Asinius patauinitatem, id est, vitium quoddam patrii sermonis. Patauium vocatur hodie Padua sub Venetorum ditione. Fuit hic Pollio æmulus Liuii & Sallustii in historiis scribẽdis, cuius æmulationis vitia multa sunt in Noctibus Gellii, cui plerique ascribunt immodicas illas verborum periodos & circũlocutiones. Petoritũ genus est vehiculi apud Gellium, libro decimoquinto, capite decimo, vt plura de hoc vocabulo perstringuntur. Circo, Maximo Romæ, vbi Circenses ludi agebãtur. Dimittebatur enĩ cretata mappa ei, qui vicerat curru. indicat hoc Martialis, inquiens, Cretatam prætor cum vellet mittete mappam, Prætori mappam surripit Hermogenes.

Alia, Peregrina.

Et confessis, Manifestis, vbi nostra desunt, maximè in exprimendis magistratibus & dignitatibus Romanorum.

Mutuantur, id est, mutuo assumunt.

Externa, id est, Peregrina, vel Græca.

Ex latina ratione, Ex forma dispositionis Latinæ.

Parum coueniat, id est, deceat maiestatem linguæ Romanæ.

Alienis egere, id est, aliena forma declinandi.

Pronunciarũt, vetustissimi Latini.

Quia, Scilicet media syllaba producta pronunciari.

Prima positio, id est, nominatiuus.

Palemo, Pro Palemon.

Nec in a quidem, atque in s, id est in as, í qua terminatione apud Græcos declinationis sunt primæ.

Temerè, Facilè. Cœlium M. Oratorem. Pelia, Pro Pelias.

Euthia, Pro Euthias.

Ciceronem, In libro de inuentione.

Olympo, Non hoc mirum est. quando nec Græcus quidem sermo patitur antepenultimã acui, vltima saltem longa. Propterea nisi fallit codex deprauatus, Fabius noster hoc loco memoria Græcæ rationis lapsus est, qua Olympo & tyranno plane eodem accentu efferũtur: nisi forte quispiam malit à Fabio spectari Atticam accentus rationem, qua tertia à fine acui potest, etiã vltima longa. Quod si verum est, aspexit Fabius ad nomina hæc Attice scripta, hoc est per ω in fine nominatiui, quemadmodum dicitur eadem proprietate μενέλεως & in datiuo μενέλεω. Sic genitiuus Achillis & Vlyssis. pro Achilleos & Vlysseos, Græci enim ἀχιλλεύς, έως declinant, & ὀδυσσεύς, έως, & inde veteres Latini, vt videtur innuere Fabius, nominatiuũ Achillus, Vlyssus formarunt, latina terminatione, vnde fiunt Latini genitiui Vlyssi & Achilli, vsurpati à Vergilio. Quanquam Grammatici Latini apud Vergilium in his genitiuis annotent Apocopen, id est, abcisionem vltimæ literæ, vt pro Achillis, Achilli dicamus.

Græcas declinationes, Sic Diomedes post latinas ponit quatuor Græcas.

Latinam rationem, Scilicet inter declinationes.

Calypsonem, Latina scilicet ratiõe, in accusatiuo. Cæsar vtitur, Scilicet in lib. de Analogia. Sed authoritatem, Scilicet Cæsaris.

In cæteris, Scilicet nominibus Græcis.

Vtroque modo, id est, vtraque ratione declinandi. Græcam figuram, Scilicet declinandi. Repugnantibus, Scilicet præpositionibus. Alioqui, Cum scilicet nõ repugnãt. Vt incompositus, Ex in & con.

Subabsurdum, id est aliquantulum absurdum, vel absurdum.

Ex tribus, Scilicet partibus orationis diuersis. Non cõcesserim, Facere compositum. Cicero, Scilicet in Oratore perfecto.

Quasi luere, id est, placare deum per caprum mactatum: Luere, litare, sacrificare ex sue scilicet, oue & tauro, quod Homer. cum alibi tum Odyss. 11. ἑκατόμβω appellat: quanquam enim ἑκατόμβη sacrum primum dictum sit, à centũ bubus immolandis, vsus tamen accepit temporis progressu pro solitaurilibus.

Incompositus, Nam, in, diminuit significatum eius vocis cui præponitur. Per autem contraria ratione auget: quæ componendi forma, Fabio vt videtur, non placet: quãquam apud authores vna aut altera vox hoc modo composita deprehenditur.

Repandirostrum, Recuruum rostrum.

Incuruiceruicum pecus, Scilicet quod habeat ceruicem incuruã.

Bicliniũ, Locus est habẽs duos lectos, ex bis latino, quod duo so

nat,& κλίνη græco, quod lectum significat.

Cótra.i.ex peregrino & noſtro.

Epitogium,Amictus quo ſupra togam vtimur.

Anticato,Ex,ἀντὶ præpoſitione græca,&Cato latina.Porro Iulius Cæſar libros duos aduerſus Catonem Vticenſem conſcriptos,Anticatones prætitulauit, quemadmodum autor eſt Suetonius.

Epirhediũ, Vehiculi genus eſt, in modum rhedæ, aut ſuperior pars ipſius rhedæ, ab ἐπὶ quod ſupra ſignificat, & à rheda Gallico vocabulo.

Aufugit,Pro abfugit.

E republica, Pro,ex repub.

Succedit, Minus feliciter cadit, id quod minus ſuccedit.

Mirati,Ad ſtuporem vſque laudamus κυρταύχενα incuruiceruicum,à κυρτὸς quod curuum ſignificat,& αὐχὴν quod ceruicem ſignificat, vnde κυρταύχενα, id eſt, incuruiceruicum.

Natura,Impoſitione.

Andendum tamen aliquid, In nouandis vocibus,& maximè illis permittit tum Cicero,tum Fabius, qui Græcos authores tranſferendos ſuſcipiunt, cum vocabula iuxta Horatium græco fonte cadant.

ὀνοματοποιία, Nominum nouorum effictio, ad imitationem ſoni,quem ſignificare debent,vt eſt clangor tubarum.

λίγξε βιός, id eſt, inſonuit neruus, à λίγγω quod ſono ſignificat:Iliad.lib.4.vterque eſt locus.

Caput VI.

VA,Propria.

S Scribentibus, Scribere eſt ad ingenii gloriam ſtylũ exercere.

Ratione,Regula.

Analogia,id eſt, proportio,ſimilis ſimilium nominum declinatio.

Etymologia,Ratio vocis.

Religio,id eſt, timor quidã qui antiquis debetur,ſiue reuerentia.

Quorum alterum, Rationem habet,alterum non.

Imo de ſtirpe,Pro de ima ſtirpe.

Aeriæ quo congeſſ. Pro aerii palumbes,Verg.in Bucol. Forma, Scilicet íſculpta. Analogia præcipuè,Scilicet exigit acre iudiciũ.

Rationem,Regulam.

Modo fatendi,id eſt,indicandi.

Naturam,Originationem, etymologiã. Simili poſitione, Terminatione. Ennium Pictoréq; Fabium,Vtrunque antiquiſſimũ annalium ſcriptorem.

Illud,Caput. Poſitum, id eſt, abſolutum,& per ſe impoſitum.

Hoc,id eſt,pater.

Cogat Ceres dici Cereris, id eſt, tam varii ſunt genitiui nominũ deſinentiũ in es, Ceres quod Cereris facit, reliqua nomina in es finita coget terminari in ris ſyllabam in genitiuo.

Poſitionis.i. thematis eiuſdem.

Flexus, in diuerſas declinatiões.

Quid quo modo i. quo vnumquodque nomen caderet,& inflecteretur.

Audiuiſſe,id eſt,Pro audiiſſe & ſciſſe.

Frugi,id eſt,commodus.

Neſciebamus, Scilicet:eſt enim Ironia.

Odioſum, Durum, moleſtum, inconſuetum.

πολύφρων,Curioſum dicitur,quic quid non pertinet ad rẽ & opus.

ὀρθοέπειαν, Rectam rationem loquendi.

Multum literatus,Ironia eſt his vocabulis iam abrogatis.

Adiiciat,Viæ tritæ ſcilicet,duc, dic,fac.

Vt cum ebur,Senſus eſt,inſanire mihi videntur,qui in nominatiuo ebor & robor dicere volunt, propterea quod hæc nomina in obliquorum penultima o literã habent.

Et guttur, Propterea ſcilicet, quod nominatiuus in ur, an per o,an u declinandum eſſet, cõſuetudo certè obtinuit, vt iecur iecoris,femur femoris dicatur.

Antonius Gnifo, Nobilis Grãmaticus ætate Ciceronis,cuius ludum literariũ, vt teſtatur Macrobius,etiã Marcus Tullius,poſt forenſes labores,frequẽtare conſueuerat,nimirũ quo puerilium ſtudiorum memoriam velut refricaret.

Marmur,Per u ſcilicet, etſi conſuetudo marmor obtinuit.

Poſitionis,Nominatiui.

Vlterius,Reliqua tẽpora à præterito formata.

Nec præteritum refert, Senſus eſt,poſſet quiſpiam nobis obiicere,quod hæc vel nomina,vel verba inclinari queant in ea, quibus dicuntur carere,& ſi forte inuſita ta ſint.Huic obiectioni Fabius tacite reſpondet,nihil intereſſe, habeat ne verbum nulla omnino inclinata,aut prædura, id eſt admodum inuſitata. Neq; vero tantillum ad rem pertinet,quod Raphael hoc loco argutatur de mutãda lectione.Genitiuo,ſingulari.

Senatus ſenati, ſic & Terentius, nihil ornati, nihil tumulti, pro ornatus.

Latine, Quemadmodum Latiniſſimi ſcripſere, & locuti ſunt. Grammatice loqui,Iuxta regulas præſcriptas ab ipſis Grammaticis. Nimium.i.plus ſatis.

Etymologia, ἔτυμος enim Græcis verus dicitur, & λόγος ſermo vel locutio,inde ἐτυμολογία dicta eſt.

Neceſſarium, id eſt, admodum ad rem pertinentem.Marcus Cœlius Orator, Cuius meminit Cicero in Bruto.

Interpretatione,id eſt,alteratione mentis,quoniam creditum ei non fuiſſet.

Sedes, Eſt vnde ad propoſitam quæſtionem argumenta trahuntur,quibus propoſitum noſtrum probemus,& alterius refutemus. Videtur autem locus à definitione generalior eſſe,& ſub ſe continere locum Etymologiæ velut ſpeciem,& partem quandam.

Triquetram,id eſt, triangularẽ: huiuſmodi enim figura Siciliam circunſcribi coſmographi ſunt authores,& in primis Plin.libro.3. Triquetram,quod cõſuetudo obtinuit:Triquedram,quod ratio & originatio ſuadet, vt ſit à græco ἕδρασμα, quod ſedem & locũ ſi-

gnificat,nonnunq̃ & finem.

Bruti,Scilicet appellẽtur: Titus Liuius,Iunium primum conſulem Romanum Brutum appellatum ſcribit, quod metu Tarquinii Superbi ex ſtultitiæ ſimulatione inſidias & ſuſpiciones cauerit. nimirum à brutis & ratione carentibus animalibus ſumpto vocabulo.

Publicolæ, Dicti ſunt à Valerio conſule,qui vt author eſt idẽ Liuius,primus populo Romano faſces ſubmiſit:vnde dictus eſt Publicola,quod populum veluti coleret, & eius voluntati inſeruiret.

Pithici,vnde dicti ſint,equidem non memini legere me apud idoneos ſcriptores, opinor tamen à perſuadendi facultate nomen ductum,ſiquidem perſuaſionis dea, quam Latini veteres Suadam vocarunt,à Græcis πειθὼ nuncupatur:Alii legunt Pici.

Latium,Dicta eſt pars quædam Italiæ, ꝙ Saturnus cum tyrannidem filii Iouis fugiſſet, illic latuerit,cuius rei meminit & Lactantius.

Italia,Si credimus Marco Varroni ab armentorum & boum copia,quæ in ea eſt, nominata fuit: Nam veteres boues ἰτάλους vocabant:At Vergil. Maro, verſibus indicat dictã ab Italo duce quopiam eius regionis.prior etymologia eſt apud Gellium.

Beneuentum, Oppidum eſt Sãnitium,quod authore Plin.lib.3. ante Maleuentum dicebatur, ſed poſtquam à Romanis captum eſſet,auſpicatiore vocabulo Beneuẽtum dictum fuit.

Capitolium,Dictum eſt,quod illic à fundaméti foſſoribus caput humanum ſit effoſum,author eſt Liuius lib.1.ab vrbe.

Argiletum, Appellatum ſcribit Feſtus Pompeius poſt Varronẽ, quòd illic à Mercurio occiſus ſit Argus: Alii ab argilla terræ genere originationem ſumunt. Eſt autem locus ſub Palatino monte.

Ad veritatem,id eſt,ad fontem. Prauis ingeniis, Si ſint ingenio prauo præditi.

Nam & hoc,id eſt,iudicare.

Indubitata,Scilicet ſunt, quam habeant etymologiam.

Iam ſit,id eſt,vera etymologia.

Lepus,Marcus Varro apud Gellium lib.1.Noctium Attic. refutat hanc lepòris rationem,à præceptore ſuo Lælio traditam, aſſerit enim vocabulum eſſe priſcum Græcum quod recentiori Græcorum linga λαγὼς, id eſt lepus dicatur.

Luſus,id eſt,Schola.

Etiam ne hominem, Quaſi dicas huminem, quam Etymologiam Lactan. in lib. de Opificio comprobat: & quanquam rideatur à Fabio, habuit tamen ſuum fundamentum etiam in Hebræorum lingua:ſiquidem Hebræi duplici vocabulo hominem appellant. AENOS dicũt hominem, ea ratione, quia ex pulcherrima huius mundi ſtructura, non ceſſat deum conditiorem admirari, laudare,& amare,id quod veri hominis proprium eſt.Alterum eſt, ADAM quod authore diuo Hieronymo,hominem ſonat è terra ſurgentem.

ἀιθὲς,Cœlibes iuuenes dici, nimirum à deorum vita ſumpto vocabulo:nam θὲος Græcis deũ ſignificat,& ἀὶ ſemper, quod horũ caſtimonia perpetua ſit. Quanq̃ gentilium ſuperſtitio etiam cælũ adulteriis oppleuit, vt tradit Plinius lib.2.

In inuentione, Subtilium etymologiarum. Agrum, Græce enim dicitur ἀγρὸς.

Tanti fuit,In tantum placuit.

Habitu,id eſt,proceritate.

Etiam deriuata,Scilicet ſubiecerunt etymologiæ.

Arte,Etymologica.

Aſſertores, Authores, vendicatores. Intermiſſa, Scilicet aliquot temporibus.

Manifeſta, Apparentia nimiũ, & immodicum ſtudium antiquitatis præ ſe ferentia.

Affectatione,Immodico ſtudio alicuius rei.

Toper,Cito.

Antigerio,Valde.

Exantlare,Exhaurire, perferre: à Græcis ἐξαντλάω quod exhaurio ſignificat.

Proſapia,Generis ſeries.

Saliorum,Sacerdotũ.XII. quos Numa Pompilius, ſecundus rex Romanorum Marti Gradiuo legit, qui ſacra quædam carmina, picta tunica induti, per vrbem ſaltantes canerent:vnde nomen habent,Liuius libro primo.

Cõſecratis,Iam dicatis in vſum ſacrum.

Perſpicuitatis,id eſt,facilitatis ĩtelligendi.

Quàm ſit vitioſa, id eſt valde, per admirationem. Vt nouorũ, Ex nouis vocabulis maximè vetera, iã vſurpatiora à doctiſſimis.

Noua, Vſu noſtri ſeculi approbatiora. Quid perſuaſerint,Quæ vocabula reliquerint nobis imitanda. Lurchabundum, Eum qui raptim & impetu vorat:Lurchonẽ enim vocamus guloſum.

Hos lodices,Cum ſit fœminini generis.

Pollioni,Oratori,cuius meminit Cicero in Bruto,qui Salluſtiũ inſectatus eſt,authore Gellio.

Atqui,id eſt,licet.

Cœlio,Oratore,cuius meminit Cicero in Bruto.

Colos,Pro color. Alii habẽt collos, vt ſit accuſatiuus pluralis à collum.

Caluus perſuaſerit, Caluus poeta Elegiograph, vel potius Orator.

Conſuetudo, Scilicet ſequendorum vſus vocabulorum.

Iudicium, Virtus quædam ingenii, qua decernimus quid ſequendum,quid refellendum.

Velli, Scilicet pilos ſub alis, & pudendis.

In gradus,Gradatim ſcindere.

Perpotare, Quod totũ eſt molliciei.

Reprehenſione, Scilicet luxus & molliciei.

Inſederit,Perſuaſum ſit.

Theatra,Omnes ſpectatores, cõtinens pro contento.

Circi,id eſt,ludorum Circenſiũ ſpectatores.

Caput VII.

INfra Grammatici.i. minus est quàm quod Grammaticus tradere debeat.

Malus,Nam cum prior syllaba longam lineam suprascriptam habet,arborem significat:cum autẽ breuem apicem, & curuum vt sursum spectet,cõtinet, significat nõ bonum.

Palus priore syllaba producitur, dum perticam & vallum significat:palus paludis , locum pallustrẽ,corripitur. Nota,id est,apice longo,vel breui.

Pluris ne quis,Scilicet putet genitiuum singularem esse.

Adiectione literæ,Datiui omnium declinationum Græcarum vltimam vocalem iota habent , vel simpliciter expressam sua syllaba, velut vsu in quinta inflexione,vt βῆμα,βήμαι:vel adscriptam vltimæ syllabæ,minori tamen nota, quemadmodũ contingit in quatuor declinationibus prioribus, q̃q̃ hodie non ascribitur vltimæ iota, sed subscribitur punctuli in modum,ita, ληιστῇ. Nam deriuatur à ληίζομαι,quod prædor significat Latine.

ληιστῇ,id est,latroni.

Coniũctio, Scilicet aduersatiua.

Comitem,id est,comitatum, societatem.

Si vero qum per q, Si esset coniunctio cõtinuatiua, vel conditionalis.

Et quotidie.Scilicet censuerunt scribendum.

Verũ hæc,Scilicet discrimina.

Obtinuit,Inter b & p postpositas literas vocalibus & consonantibus,maximè mutis præpositas, nihil fermè discriminis seruari potest:propterea quod etsi diuersæ.s.sunt mutæ,genere tamẽ eiusdem ferè potestatis:vnde fit vt altera in alteram transeat. Immunis, Compositum enim est immunis,ab in quod priuat,& munus,significatque eum,qui ab aliquo vacationem habet.

Temeti, Prisca Latina lĩgua temetum vinum dictum est.

Nam K quidem.Vt Kartago,& Kalẽdæ.Hæc enim atq; alia quædam per solam k in veterib° Romanorum monumentis tradit scribi Valerius Probus de literarum significatione.

Nam illa vetustissima,Haud dubium est,quin hic locus miseris modis sit deprauatus Attamẽ cũ sensum Fabii adhuc velut è ruinis colligere licet , nõ est animus quicq̃ immutare . Porro sensus hic habet,quod apud grecos quoque priscis temporibus pauciores literæ fuerint,quando apud nos vna & eadem litera o iam longa iam breuis est:ita quoq; apud veteres Græcos fuerit vnum tãtum o,quod iam extenderetur, & contraheretur. quod id quoque in e vsuuenisse apud Græcos testatur Theodorus Gaza libro tertio,adiectam scilicet significans.

Pauciores literæ. Nam tantum sexdecim fuerunt literæ .qua de re vide Plinium li.7. & Priscianũ libro primo.

Quoque,Scilicet adiecta, significat vltimas syllabas.

Vesperus,Stella quæ vesperi primuum apparet.Sic Marcus Varro exponit.

Ad Accium,Poetam tragicum, cuius meminit,Gellius libro.17. cap. vltimo.

Græci ει, Vsurpant hoc contractiõe facta ει breuibus syllabis in longam ει,id quod vsu venit in datiuis nominum contractorum primæ declinationis.

Lucilius,Scilicet in versibus grãmaticarum rerum.

Quod quidẽ,Scilicet discrimen seruare in scripto.

Pictai,Diues pictai vestis & auri, Verg.9. In iisdem,Nominibus.

Inscriptione , Cuiusmodi sunt figuræ numismatum.

Quia subiecta sibi vocalis, Ratio plane nihil valet, quãdo prius illud u non est vocalis, sed consonantis loco ponitur : quoties seipsam præcedit , vnde coniectura est in seruus & ceruus, eam vocẽ à Fabio sentiri,quã adderent scripta per f,quod ad sonum u consonantis nonnihil flatus adiicit.

Nam &,Pronunciamus Caius per g,quia g sonat, & per c scribitur:cuius rei rationẽ reddit Diomed.lib.2. quod apud vetustissimos latinos non fuerit vsus g literæ, sed c tantum,quæ tertium locum in serie literarum ita occupet quemadmodum apud Græcos quoque γ.

Enotamus, id est, scribimus ad discrimẽ aliorum.

Generis,id est,rationis,quæ mutata sunt consuetudine.

Quod,Quantum.

Depositum,Sibi commissum.

Hæc enim , Scilicet analogia, etymologia,orthographia.

Nec ipse,Scilicet puto.

Caput VIII.

ECtio, Cognitio rectè loquendi.

Suspendere Spiritum,interquiescere.

Flexu,id est,temperata voce.

Lentius,id est,tardius.

Intelligat.i intelligere oportet.

Poetæ canere se testantur , Diuus Seuer.Boethius lib.de Musica.7.cap.12. sic ait, Omnis vox aut συνεχὴς, id est, continua, aut διαστηματικὴ, quæ dicitur cum interuallo suspensa.Continua ea dicitur, qua loquentes , vel prosam orationem legentes,verba percurrimus:festinat enim tunc vox,cũ non hærere in acutis & grauibus sonis potest, sed quàm velocissimè verba percurrere expediendis sensibus,exprimendisque sermonibus . διαστηματικὴ autem est ea, quam canendo suspendimus , in qua non sermonibus sed modulis inseruimus.estque vox ipsa tardior, & per modulandas varietates quoddam faciens interuallum,non taciturnitatis, sed suspẽsæ ac tardæ potius cãtilinæ . His, vt quidam autumant,additur tertia differentia, quæ medias voces possit includere,quam Victruuius lib.de Arch.5.cap.4. medianã nuncupat , cum scilicet Heroum poemata legimus , atque continuo cursu vt prosam: neque suspẽsam segniorisque modo vocis, vt canticum.

Pſalmate, ψάλλω authore Suida, proprie ſummis digitis chordas muſicorum inſtrumentorum attingo, quo gracilior & tenuior, & magis tinnula reddatur vox: iam vero fœminarum vox natura eſt acuta, & gracilius tinnit digitorũ grauitate. Itaque factitiũ illud gracilioris lectionis genus, hoc loco à Fabio damnari videtur. Quanquam nõ diſplicet quod Raphael plaſmate legẽdum mauult, quod ſit medicamentum efficax ad vocem emolliendam: id quod Perſius indicare videtur, vbi dicit, Liquido cum plaſmate guttur Mobile colluerit.

Prætextatum, Cum nondum virilem togam ſumpſiſſet.

Proſopopœias, Affictiones, aut fictas perſonarum inductiones.

Flexum, Mutationem quãdam vocis.

Interim, Id eſt, dum nondũ virtutes eorum poteſt intelligere.

Spiritum, Id eſt, audaciam, magnam fiduciam.

Rerũ, Scilicet quæ narrantur ibi apud Horatium & Vergilium.

Tragœdi, vt Sophocles, Euripides.

Lyrici, Vt Pindarus, & apud nos Horatius in Odis.

Elegia, Quæ à deploratione mortuorum nomen habet.

Commata, Cæſuræ, ſectiones, inciſiones.

Commata Sotadeorum, A prælectione: ſunt autẽ Trochaica crebris cæſuris diſtincta, eo ingenio, vt eodem metro ſeruato, retro legi queant, quorum author Sotades fuit, id quod Martialis indicat his verbis, Nec legis retro Sotadem cinædum.

In primis, Scilicet conferent Latini priſci ſcriptores.

Plus ĩgenio quàm arte, Horatius quoque in Latinis veteribus artẽ deſiderat, & caſtigandi laborem, his verſibus, Aut ignoratæ premit artis crimine turpi, Et data Romanis venia eſt ĩdigna poetis.

Atticiſmus, Id eſt, gratiſſima Attici ſermonis puritas, quæ quemadmodum & Gellius teſtatur, cæteris Græcorum linguis, & purita te, & breuitate ſucculẽta præſtitit.

OEconomia, Id eſt, diſpẽſatio & diſtributio argumenti proprii.

Poeticis voluptatib⁹, Id eſt, amœnis poetarum verſibus.

Reddi, Exhiberi, expromi.

Metaplaſmos, Transformationes, vt dixi de barbariſmo & ſolœciſmo.

Neceſſitati, Qua.ſ. coguntur ſic loqui poetæ.

Artificialium, Artificii poetici.

Circa gloſſemata, Ariſtoteles in Poeticis lib. ſic inquit, Omnis vox aut propria eſt, qua videlicet ſinguli vtuntur: aut eſt gloſſa, qua cæteri, hoc eſt, vt poſtea ipſe exponit, Heroicorum verſuum ſcriptores. Ex quibus Ariſtotelis verbis, atque etiam ex his quæ ex Euſtathio citat etymologicus: colligere licet, gloſſemata & gloſſas apud Fabium priſcas & poeticas voces rectè intelligi, quas idem Fabius iam ante, linguam ſecretiorẽ interpretatus eſt, & hic voces minus vſitatas appellat. Sic apud Diomedem intelligendũ eſt gloſſematicum dicendi genus. Qui itaque apud veteres has voces interpretabantur, in Græcorum cõmentariis gloſſographi dicũtur.

Tropos, Mutationes ſermonis vulgaris per alium venuſtiorem.

Schemata, id eſt habitus.

Inſtigat, Inſtillat.

Certẽ, id eſt, ſaltẽ, ſæpius ſic accipitur apud authores.

Didymo, Græco ſcriptore Grãmatico, cuius meminit Suidas, qui & πολύγραφος dictus eſt.

Vnde, Ex qua rei cauſa.

Deprehenduntur, id eſt, opprimuntur.

Neſcire, ſcilicet quæ nõ eſt opus ſcire.

Caput VIII.

Ethodicen, id eſt, compendioſam præceptionem. ſiquidem ὁδὸς Græcis viam ſignificat, & μέθοδος viam breuiuſculam, & magis compẽdioſam. quæ à publica, qua incedere vetuit Pythagoras, per agrum declinat, vnde abbreuiationes, artiũ præceptiones hoc vocabulo ab Ariſtotele intelliguntur.

Succedunt, Affines & cognatæ ſunt.

Modum, Scilicet argumenti.

Stylo, id eſt, ſcriptione.

Sententiæ quoque, Sentẽtia eſt oratio generalem pronunciationem habens, hortans ad aliquã rem, vel deterrens: vt in illo Homerico, Non oportet per totã noctem dormire principem virum. Hortans vero, vt in illo Theognidis Græci antiquiſſimi poetæ, Oportet eum qui pauperiem fugere ſtatuerit, vel latiſſimum pontum penetrare, & ſcopulos non horrere præcipites. Sic Priſcianus tranſtulit, ſcribẽs de exercitatione Rhetoricorum.

Et Chriæ, Vſus, quem Græci χρείαν vocant, eſt commemoratio alicui⁹ orationis, vel facti, vel vtriuſque ſimul, celerem habens demonſtrationẽ, quæ vtilitatis alicuius cauſa plerunque profertur, vnde & nomen habet.

ἠθολογία, Quam Hermogenes authore Priſciano ἠθοποιΐαν vocat, dicitur imitatio ſermonis ad mores & ſuppoſitas perſonas accommodata, Priſcianus allocutionẽ interpretatur, non admodum ſignificanter, nam ἦθος mos & conſuetudo dicitur, & λόγος oratio.

Paraphraſi, Vberiore expoſitione circa eandem ſententiam verbis venuſtioribus.

Cuicunq; dicendo, cuiuſcunque exercitationis genere.

Voce, id eſt, pronunciatione, vt Demoſthenes quo pacto Orator factus eſſet maximus, interrogatus, reſpondit, ſe plus olei quàm vini conſumpſiſſe.

Crates, Philoſoph⁹ Thebanus, qui auri grande pondus mari immerſit, ne ipſe ab eo ſubmergeretur.

χρειώδεις, id eſt, vſuales.

Ratio, Cauſa ſubiunctiua aliquoties.

Narratiũculas, id eſt poetarum fabulas, quæ fictæ vero ſimili diſpoſitione imaginem veritatis exhibeant.

Maioris operis, Curæ, vt operationem, laudem, refutationem, locum communem, comparationem, descriptionem, positionem, & legislationé, quæ omnia apud Græcos ante rhetorices ingressum tractantur.

Spiritus, Audaciæ & fidutiæ.

Grammaticis, Id est, Grammaticorum præceptionibus.

Caput IX.

ἐγκυκλοπαιδείαν, id est, erudi
É tionem circularem, id est, omnibus numeris perfectissimam: siquidem constat ex Geometrarum disputatione, omnium figurarum circulū esse perfectissimū, vtpote omnibus aliis magis capacem, & neq; initium neq; finem aliquem ostendentē: vnde & apud AEgyptios, veluti testatur Horus in lib. de sacris AEgyptiorum notis, æternitatis est symbolum: tum etiam Geometræ omniū figurarum rationē in circuli natura inclusam docēt: Propterea nexꝰ ille capacissimus omniū disciplinarū, cuius vel exitum vel ingressum vix deprehendas, veteres Græci ἐγκυκλοπαιδείαν, id est, circularē eruditionē vocarunt: κύκλος enim circulus, & ἐγκύκλιος, curcularis, παίδεια, eruditio.

Iisdem annis, Vbi Grammaticā curamus.

Inducta linea, id est, per lineam inductam, scilicet rectam: Alii tamen legunt, data.

Inducta, scilicet duobus circulis.

Triangula, Carolꝰ Bouillus lib. cōmentariorū Geometricorū. v. hoc Euclidis πρώτεμα latius his verbis exponit, sic inquit, Datæ lineæ longitudinem super puncta ipsius extrema duobus circulis descriptis, eorum vtraque sectionis puncta datæ lineæ terminis per rectas complentur, fient super datam lineam trigoni ἰσόπλευροι, id est, trianguli æquilateri.

Spatiis, Intelligit proportiones illas sonorum, διὰ πασάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν, atque alias, de quibus est apud Boethium Seuerinum, & Victruuium lib. 4.

Consilia, Scilicet sententia sua dicenda.

Spatiis, Interuallis.

Ceratinæ, Intelligit argutias illas dialecticas, quas vulgo syllogismos cornutos vocant, nimirū à captione, quā Epistolarū lib. 5. Senec. ad Lucilium iocās scribit: Quod non perdidisti habes, cornua non perdidisti, cornua ergo habes: Meminit & Gellius ī Noctib. κέρας autē Græcis cornu significat, vnde κεράτινος cornutus: Porro Crocodilitas non dissimiles captiones accipiemus, quæ ex fabula huiusmodi nomen habēt. Mulier quædā AEgyptia, in Nili ripis ludibundum puerum à Crocodilo ablatū sensit, rogat ea Crocodilum, vt reddere filium dignetur: Crocodilus respondit, se redditurum si verum diceret: Illa autem dixit, non mihi reddes: quæ conditio sanè inexplicabilis erat: propterea quod huius orationis veritas, ex volūtate Crocodili pēderet. Indicat hoc Lucianus, cum alibi, tum in Vmbrarum venditione, tribuitq; argutas has nugas Chrysippo Stoico, velut parenti: Sed & Politianus ī Miscel. ca. 54. copiosē & doctē hunc locum exposuit.

Antidotum, Quasi contra datū. Antidotus enī Græcis sonat medicamentum ex variis miscellis confectum, quod potissimum cō tra venena datur. Siquidem ἀντὶ Græca præpositio contra significat, & δόσις, do.

Morbis, Scilicet qui sunt sine vulnere. Vulneribus, Quæ scilicet sunt cum carnis læsione.

Effectibus, Potētiis herbarum, aut gemmarum. Quorū medicamentorum, & effectuum. Earū, Herbarum scilicet, aut gēmarū.

Inimitabilē, Quem nemo arte possit imitari.

Addunt, Scilicet illæ artes.

Disertus, Nā disertus & eloquēs apud Ciceronē & Fabiū nostrum differunt: vt disertus sit mediocriter eloquēs: Eloquens autē absolutus orator. Sic Antonius apud Ciceronem de Oratore primo, inquit, sese dissertos vidisse multos, at eloquentem neminem.

Conueniet, Quadrabit, aut consensus erit doctissimorum.

Arduo, id est, sublimi, & in magna difficultate posito.

Animꝰ, Fidutia perficiēdi: oportet iniquū petere, vt æquum feratur. Vide Erasmum in Chiliad.

Atq;, Translationem facit per atq; quēadmodū M. Tullius. Cic. per At. vtrunque elegantissime.

Vel iudicio veterum, Qui videlicet sic statuerunt nexum esse disciplinarum, neq; aliam sine alia rite haberi posse: id quod ex Platone testatur M. Tullius lib. 3. de Oratore.

Sic Orpheus, sic Linus, Qui carmina sua ad lyram canebant, ab Aristotele non modo inter illos laudatos σόφους referuntur, verumetiam theologi appellantur. Et Terentius artem poeticam alioqui musicam vocat in Prologo Hecyræ. Nam Orpheus, vt Suidas scribit, AEagri & Calliopes Musæ filius, fuit Lini huius discipulus, qui creationem mundi versibus amœne prosequutus, dicit primū AEthera à deo prodiisse, deinde Chaos, tertio loco Noctem, in quibus trinitatis mysterium inesse non solum Suidas tradidit, verum etiam nostro seculo latissime comprobauit Reuchilinus, de verbo mirifico tertio, tum & in Cabalistica disputatione, id quod etiam Picus indicat.

Linus, Iuxta alios Mercurii & Vraniæ filiꝰ fuit, iuxta alios Amphimari & Vraniæ proles traditur: Postremo quidam Apollinis filium scribunt: qua de re vetsus poetæ est,

Lino formosus Apollo.

Timagenes, Cuius meminit, & vitam perscribit Suidas.

Errantem, id est cursum suum peragentem.

Labores, Itinera.

His motibus dederunt, Illi octo cursus, in quibus cadē vis est modorū, septē efficiūt distinctos interuallis sonos, qui numerus rerū

omnium ferè nodus est, quod docti homines neruis imitati atque cantibus, aperuerũt sibi reditum in hũc locum: sicut alii, qui præstantibus ingeniis in vita humana, diuina studia coluerunt. Hoc sonitu oppletæ aures hominum obsurduerunt, nec est vllus sensus hebetior in vobis: Sicut vbi Nilus ad illa quæ καταράκτα, nominãtur, præcipitatur ex altissimis montibus, ea gens quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiẽdi caret: Hic vero tantus est totius mundi incitatissima cõuersione sonitus, vt eum aures hominum capere non possint, Sicut intueri solem aduersum, nequitis, eiusque radiis acies vestra sensusque vincitur. Hæc Aphricanus ad Scipionem iuniorem loquitur in somnio Scipionis.

Nostri operis, id est, rhetorici officii.

Mundum, octo sphæras, orbes cælestes.

Ratiõe eius, id est, musices proportionibus.

Quam, Scilicet rationem musices expressam orbibus cælestibus

Lyra, Septem suis chordis.

Concordia, id est, consensu.

Dissimilium, Sonorum cælestiũ orbium.

ἁρμονίαν, id est, concentum quadrantem.

In Timæo, Quem scripsit de anima.

Quid de Philosophis, Hinc Plato ipse in Academiæ suæ vestibulo præscripsit, Nemo huc introeat μαθημάτων imperitus, vt testatur Gellius lib. 1. cap. 9.

Duces maximos, Sic Achilles à Chirone institutus fidibus.

Frustra, id est, sine causa.

πολιτικὸν, Ciuitate dignum.

Sectæ, Stoicæ disciplinæ.

Principes, Vt sunt Zeno, Chrysippus, Cleantes.

Conspirant, Consentiunt, cõtuntur.

Aristoxenus, Musicꝰ nobilissimꝰ quem Boethius Seuerinus sæpius in suis scriptis de Musica citat.

Sophron, Fabularũ mimicarum scriptor, vt traditur à Laertio.

Eupolis, Comicus Græcus, ĩ sup posititio puero.

Impendiorum, Sumptuum.

Maricas, Persona comica,

Psaltis, Præceptoribus Musices.

In prouerbium, Nam qui inciuiles & indocti sunt, prouerbialiter apud Græcos iam ἄμουσοι, iam ἀχάριτες dicuntur, id est, procul à Musarum sacris, & Gratiarũ: Indicauit hoc in prouerbio Erasmus.

Numeros, Nõnulli corpus hoc loco, atque eius numeros intelligunt, modulatos & velut compre hẽsos motus & gestus futuri oratoris: Hoc vt non negamus quadrare, ita videtur commodius ad instrumenta musica referendũ: maximè cum Fabius postea peculiarem disputationẽ de motu corporis introducat, & Musici non sic soleant in disciplinam diuidere.

Diuidit, Gellius lib. 16. cap. 18. canonicæ disciplinæ rationem ex Varrone diuidit in tres partes: Rhythmon. s. quæ sit longior mensura vocis: & μέλος, quod altitudinem & tenorem vocis examinet: & μέτρον, per quod syllabarum longarum, breuium, & mediocrium iunctura & modus concinẽs cum geometriæ principiis aurium mensura examinatur.

Vtriusque enim rei, Et corporis & vocis. Rationem, Essentiam.

Calore, Altitudine vocis.

Ac sonis, id est, distinctis.

Collocatione verborum, Suaue sonantium, & sublimiũ suo loco.

Flexus, Voculatiõis mutationẽ.

Canticis, id est, Lyricis carminibus, vt sunt Pindari.

Inoffensa, Decens, non collisa.

Aut non, Scilicet necessario.

Sonus, Voculatio.

Sicut in Musice, Adhibetur varie.

Flexæ, Mediocris mutatio vocis.

εὐρυθμία, id est, felix gesticulatio & modulatio corporis.

Nec aliũde, quàm à musices cognitione.

Sepositus, Peculiariter seiũctus.

Quid tam proprium musices? Scilicet q̃ habere curam vocis.

Præsumenda, Scilicet Oratori.

Hæc pars, Cura vocis.

Musicus, Seruus, sic enim à Cicerone appellatur.

Tonarion, A tenore vel tono, quem voci Gracchi adhiberet, abũ de hoc est scriptum in Cicerone de Oratore, & Gellio.

Intendi, Vel etiam remitti crassiore voce.

Illos certè, Non putabit sine musica esse. Ad Lyram, Vt est Pindarus.

Hæc, Argumenta de laude musices.

A Chirone, Qui Achillis nutritius fuit.

Committendum, Errandum, designandum, semper in malam partem.

Effœminata, Emollita, fracta, disiecta, eneruata.

Impudicis modis, lasciuis modulis.

Minima, Immo maxima. Excidit, Exculpsit, extirpauit, extinxit.

Psalteria, Psalterium quemaddum testatur Diuus Hieronymultis locis, instrumentum fuit, fidibus decem instructum, vnde & regius Propheta Psalteriũ decachordum celebrat: solebat autẽ qui pulsabat hoc instrumentum vnà quoq; incinere, id quod Græcis ψάλλειν dicitur. à quo Psaltes & Psaltria fœmina quæ hoc instrumenti genere exercitata est. Hebræi Nablon vocant.

Sambucas, Spadicas rectè legi hoc loco cum vetusti codices, tũ vero maximè Iulius Pollux persuadet: Is enim lib. 10. cap. 4. Spadicas inter instrumẽta κρουόμενα, id est, quæ manu pulsantur, connumerat.

Nam Pythagoram, Qui primus omniũ Musicam apud Græcos reperit.

In Spondeum, Qui vocis longitudine, grauitatem quandam præ se fert, siquidem Spõdeus modulus, ex mora longis sonis conficitur: quemadmodum & apud

Poetas pes habens longas duas ſyllabas Spondeus dicitur.

Et Chryſippus, in lib. de Educa tione.

Ficta materia, Argumentum.

Ponitur, Loco thematis.

Phrygium melos, Genus enim eſt melodiæ, quod vt author eſt Lucianus, vehementiam quandã & furorem in animis audientiũ concitat: vocatur enim ab ipſo ὄντονον & βιαῖον, hoc eſt, intenſum & violentum.

INDE, Ex Geometria.

Cum ſit diuiſa, Hinc eſt, quod huius profeſſionis princeps Euclides, æquali cura etiam numerorum rationem Libro Geometriæ. vi. tractat: quando antiquitas, vt Fabius hoc cap. manifeſtiſſimè indicat, Geometriæ appellatione, & Arithmeticen, & Aſtronomiam ſit complexa.

Notitia, Quam hodie vocant Arithmeticen.

Circa ſummas, Circa ſupputationes.

Sed ſi digitorum, Rationem digitorum inuenies in commentariis Hieromymi ex Beda theologo tranſcriptam.

Saltem, Solum.

Trepidat, Hæſitat, dubitat.

A comparatione, Numero.

Linearis ratio, id eſt, cognitio linearis magnitudinum quam pollicetur Geometria.

Terminis, Scilicet agrorum.

Ordo, Scilicet probationũ, definitionum. Propoſitarum, Silicet Oratori.

Concluſio, Comprobatio.

Syllogiſmis, Ratiocinationibus, collectionibus.

Ratione, Scilicet certa.

Fit hoc, Scilicet vt falſa ſint veriſimilia. Pſeudographias, Deſcriptiones falſas.

Maiora, Quàm ſcilicet quæ in numero concurrunt.

Extremæ lineæ, Circũferentiæ.

Planis, Scilicet figuris.

Paribus oris, id eſt, æqualibus lateribus.

Quadrata, Plus ſpatii continebunt.

Rurſus quadrata triangulis, Nã in quadratis æquilateribus dimetiẽdis, latus in ſeſe ducendũ erit, ſiue latus per latus multiplicandum: In hoc autẽ quadrato, decem pedes latus conſtituunt, eos ſi multiplicaueris per decem, deprehendes aream incluſam centum eſſe pedum, nam decies decẽ centum reddunt.

Circuitus, Circunferentia.

Campi, Spatii. Colligere, Supputatione aſſequi. In quanque partem, id eſt, vnumquodque latus ſupputatum. Extremitatis, Circunferẽtiæ. Areæ, Spatia incluſa. Lineis, Scilicet æqualibus.

Amplius, Spatiũ cõprehẽdunt.

Per oram, Circunferentiam.

Intra, In ipſa area.

Fronte. i. lateribus duobus lõgitudinis. Ex illo, Scilicet ſpatio.

Amplectuntur, Lineæ circunductæ.

Deducẽt, Detrahẽt partẽ ſpatii.

Eodẽ circum, &c. AEquali circunferentia.

Vtrinque, Ex vtraque parte longitudinis.

Sigulis, Pedib⁹. i. vno tãtũ pede.

Quadratos, Scilicet pedes.

Ducetur, Per ſupputationem.

Cẽtum, In quadrato æqualiter.

Quadrati, AEquilateri.

Amplitudini, Incluſæ lineis.

Amplitudo, Menſura.

Loci, Spatii.

Planis, Scilicet locis vſu venit.

Soli, Id eſt, loci.

Nicias, Princeps Athenienſiũ, cuius meminit Thucydides. i. vii.

Linearibus illis, Id eſt, linearibus ſupputationibus.

De pronunciatione, Actione.

Geſtus, Decentis motus.

Caput XI.

Iquid, Scilicet operæ.

Comœdo, Hiſtrioni.

Eatenus, Scilicet fiat.

In hoc, id eſt, ſpe futuri Oratoris.

Frangi, Emolliri.

Vocis, id eſt repræſentandæ.

Vernilitate, Licentia, ſcurrilitate, laſciuia. Affectum, Diſpoſitionem animi.

Vtrunque, Scilicet geſtũ & motum.

Modum, id eſt, menſuram, præſcriptionem.

Nimius, id eſt, immodicus.

Excuſationibus, Statione, immutatione.

In his, Scilicet rebus præſtandis, vt non ſit nimia vultus vel manus immutatio.

Prima, id eſt, optima.

Ne ars, Scilicet affectata.

Oris, Enunciationis.

Frequẽs mutatio, Nam monet id Suetonius, ſe adoleſcẽtulo, prĩcipem quendam Grammaticum alternis diebus declamare ſolitũ, alternis diſputare, tum & ſeſe audiſſe memoria patrum ſuorum, quoſdam è Grammaticis ſtatim ludo tranſiiſſe in forum, atque in numerum præſtãtiſſimorum patronorum receptos.

Qua, id eſt, cuius pronũciatiõe.

Demoſthenes laborauit, Adeo etiam, vt altera pro altera aliquoties ſcribatur, vt κλίβανον, vel κρίβανον, vtrunque clibanum vel furnum ſignificat.

Laboramus, In eo quod ægrè præſtamus.

In faucibus, Receſſu oris.

Puro, Simplici, id eſt inaffectato.

κατασκευασμάτιον, id eſt, fictitiũ.

Intercidant, id eſt, pronũciatiõe pereant. Vt par ſibi ſermo ſit, id eſt, vbiq; ſui ſimilis. Geſtus, Modulatio corporis.

Expreſſa ſint verba, Quod fiet, ſi accuratius primam puerorum balbutiem emendauerimus, quã inolitam videmus pertinaciſſimè durare in omnem vitam.

Oris inanitate, hiatu.

Recta facies. Erecta ſtatura.

Diſtendat, Diducat.

Rictus, Rima oris, ſcilicet ſubducendis ſuperciliis.

Pluribus generibus, id eſt, multis modis vocis intendendæ.

In his rebus, Scilicet diducẽdis, aut ſubducendis ſuperciliis.

Momentum, Ingens pondus.

Flexus, Immutatio vocis & concentus.

Debet etiam docere comœdus,

Cuius rei exempla ſunt copioſa apud Terentiũ in Andria: Narrationis, in ſcena omniũ prima: Suaſionis, ſcena tertia actus tertii, & ſecunda quinti actus: Commiſerationis, ſcena vltima primi actus.

Palæſtricis vacauerint, Luctãdi exercitationibus.

In oleo, Quo ſcilicet ſe vngebãt decertaturi. Ad hoc, Scilicet propoſitum. Pars in vino, Nam non niſi ebrii luctabantur. Mentem, Id eſt, ſubtilitatem mentis.

Non indignandum, id eſt, non dedignentur diſcere.

Chironomia, id eſt, lex manuũ, nam νόμος Græcis legem ſignificat, & χεὶρ, manum.

Heroicis, Priſcis, accepimus à Xenophonte in libro de Legibus Lacedæmoniorum: Porro ſaltationem hanc opinor eſſe, quam Iulius Pollux lib. 4. ca. 13. ὑπόδησιν vocat, additque Laconicam eſſe, nimirum ſic appellatam, à decẽti & apta glomerandorum pedum duplicatione.

Craſſi, Scilicet argumento ſunt.

Retinebitur, Scilicet vſus palæſtricus.

Exercitatione puerili, Scilicet, ſaltandi, luctandi, digladiandi.

Caput XII.

NEgant, Scilicet omnia poſſe tradi & percipi.

Dies, Quo ſcilicet hæc omnia poſſent tradi, & diſtribui, qui dies inquã ſit partitus in horas.

Agilis, Sequax.

Citharœdi, Qui canunt ad citharam.

Flexibus, Permutationibus.

Temporum, Scilicet gradienda.

Deprehenſi, Oppreſſi rerum dicendarum numero. Electio verborum, Enunciationem notat.

Stylus, Exercitatio ſcribendi.

Obtundi, Enecari, hebetari frequenti iteratione.

Et vt ſemel finiã, Scilicet ea abſurda quæ ſequantur.

Rationibus domeſticis, Curis familiaribus.

Nouitiis ſeruis, Barbaris, recens emptis. Obdurauerũt, Callum obduxerunt.

παιδομαθεῖς, A pueris eruditos, à παῖς, δός, quod puerum ſignificat, & μαθέω diſco, erudior.

Tempus, Infantiæ.

Continui, Aſſidui.

Grauant, Scilicet proprio pondere.

Mentiuntur, id eſt, æſtimãt pueri per meditationem. Fatigatio, Quæ ab alio ſcilicet inducitur. Sẽſus, Scilicet addiſcentis. Cogitatio, Qua nos ipſi vrgemur ad diſciplinas ſuſcipiẽdas, cum ſcilicet adultiores facti.

Succiſiua, id eſt, extraordinaria.

His artibus, Mathematicis diſciplinis. Moduletur, Modulos muſicos componat. Notis. Signis muſicorum.

Sed ſaltatorem, Qua de re vide Gellium lib. primo. cap. quinto.

Suppeditabit, id eſt, ſuppetet.

Emicuit, Excelluit.

Athenæ, Excultrices omnium diſciplinarum.

Prætexímus, Obtendimus.

Pythagoreorum, diſciplinarũ, quæ numeris conſtabant. Operis, Rhetorici opificii. Vſum, Aduocandi & patrocinãdi. Sordidum, Sordidis hominibus dignum. His diſciplinis, Liberalibus.

Quid ſtudia referãt, id eſt, quãtum opum. Aduocationum, Patrociniorum.

Spectaculis, Inanibus rebus ſpectandis.

Ineruditis, Inciuilibus.

Voluptatibus, id eſt, eas potiſſimum quas ex guſtu & tactu concipit, de quibus vide Gellium lib. 19. cap. 2.

IN LIBRI SECVNDI

Caput I.

RATIO, Rectus modus inſtituẽdi.

Alienas, Rhetorum partes.

Declamare, Fictas cauſas exercendi gratia agere.

Idque, Scilicet facere, dicunt ſui officii eſſe.

Materias, Cauſas.

Iudiciales, in quibus iudicis ſententia expetitur.

Cætera, id eſt, materias laudatiuas & vituperatiuas.

Nomine, Cauſa.

Gratia quoque his, Quod ſcilicet rem deſertam non dedignati ſunt excipere.

Proſopopœias perſonarum fictiones.

Irrumpunt, id eſt, inſiliunt.

Opera, Officia ſuadendi & diſſuadendi. Debita, Deſtinata.

Subſidat, Subhæreat.

Rhetoricen, Narrando, ſuadendo, diſſuadẽdo, pronũciando &c.

Prouecta, Progreſſa.

Literaturam vocauerunt, Vnde etiam Grammaticos veteres Literatos vulgo appellarũt, vt ex Cornelio Nepote citat Sueto. Tranquillus in lib. De claris Grammaticis, quo loco & hæc addit: Veteres, inquit, Grammatici & Rhetoricam docebant, ac multorum de vtraque re commentarii ferun tur: ſecũdum quã cõſuetudinẽ poſteriores quoque exiſtimo, quanquam iam diſcretis profeſſionibus, nihilominus vel retinuiſſe, vel inſtituiſſe & ipſos quædam genera inſtitutionum ad eloquentiam præparandam, vt problemata, periphraſes, elocutiones, ethologias, atque alia hoc genus, ne ſcilicet ſicci omnino, atque aridi pueri rhetoribus traderẽtur, quæ quidem omitti iam video deſidia quorundam & infantia: nõ enim faſtidio putem: hæc Sueto.

Paupertate, Quæ ſcilicet literis debet contineri.

Conſiſtere, Permanere.

Primi illi, Vt ſunt Crates Mallotes &c.

Vis eloquendi, Nam Græcis ἑρμηνεύω, eloquor dicitur.

Detrectet, Non abneget.

Opere, Officio.

Effecerit, Profecerit, promouerit.

Rudimenta, Præexercitamenta.

Vt [theſes] dicerent, Theſis eſt deliberatio aliqua, rationis vſu probata de negocio aliquo, quod in conſilium venerit, vt, Num ducenda ſit vxor. An bellum

ſuſcipiendum? An muri renouã di? atq; id genus alia, de quibus ſolebant contendere.

Cætera præexercitaméta, Quod ſcilicet idem teſtatur Suetonius in lib De claris rhetoribus.

Alia genera, Cauſarum.

Qua in parte, Narratione.

Plurimum, Artificii rhetorici.

Certaminibus, Forenſibus contentionibus.

Non communes loci, Communis locus eſt oratio, qua bona vel mala, quæ alicui inſunt amplificantur: vt contra tyránum locus communis eſt, Quiſquis reip. leges violauerit, capite plectendus eſto: hac enim oratiõe omnes qui legibus non obtemperant, cõmode vti licet: vnde & nomen habet loci cõmunis, quod ex æquo multis quadret. Hæc Aphthonius.

Directi, Comparati.

Compoſitos, Fuiſſe.

Quæſtiones, Scilicet propoſitæ.

Generaliter, Generalibus argumentis. Mediis, In intimis penetralibus.

Hæc arma, id eſt, loci cõmunes.

Quæ, Præexercitamenta.

Fundentur, Artificioſe.

Aliqui, Malo iudicio præditi.

Labor, Scilicet puero.

Quod, Quam ratione docendi.

Labor, Præexercitãdo diſcipulos.

Caput II.

Ires, Profectus.

V Conſequi, Aſſequi intelligẽtia.

Conſpici, Dignoſci.

Mores, Rationem viuendi.

Quod, Officium præceptoris.

Eius rei, Officii.

Adulti, Matura ætate prouecti.

Ferociores, Intractabiliores.

Grauitas, Seueritas morum.

Licentia, Immodica libertate.

Præſtare abſtinentiam, Vitiorũ ſcilicet.

Comitas, Affabilitas.

Soluta, Licentioſa.

Inde, Ex auſteritate triſti.

Hinc ex comitate diſſoluta.

Caſtigabit, Verbis ſeueris.

Nec diſſimulanter, Nõ tacebit ea ſcilicet, quæ ſunt emendenda.

Simplex, Facilis, apertꝰ, minimè inuidus. Aſſiduus, Continuus.

Immodicus, Non decet tã feſtinare prælegendo, q̃ commeare.

In laudãdis dictionibus, Declamationibus. Malignus, Inuidus.

Res altera, Malignitas laudãdi.

Altera. i. immodica laudatio, negligentia. Minimè contumeliosus, faſtidioſus. Referant, Imitatione exprimant. Suppeditet, Subminiſtretur.

Tamẽ viua illa vox, Sic Plinius lib. ii. in quadam epiſtola ad Nepotem ſuum ſcribit: Dices, habeo hic quos legam, non minus diſertos etiam: legendi ſemper erit occaſio, audiendi non ſemper: multo magis, vt vulgo dicitur, viua vox afficit: Nam licet acriora ſint quæ legas, altius tamen in animo ſedent, quæ pronunciatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis affigit. Et Diuus Hieronymus in epiſtola ad Paulinum: Habet, inquit, neſcio quid latentis energiæ viua vox: & in aures diſcipuli, de auditoris ore transfuſa, fortius ſonant.

Imitemur, Effingamus eos.

In laudãdo, Diſcipulos & præceptorem.

Humanitas vocatur, Scilicet ĩmerito.

Theatralis, Theatro digna.

Seuere, Grauiter.

Hoſtis, Peſtis.

Effuderint. Quicquid quoquo modo ediderint.

Diſcernẽt, Diſcipuli iudicio præceptoris. Facultas, Facilitas.

Succincti, Parati.

Clauſulam, Periodum.

Excurrunt, De ſedibus ſuis.

Exultatione, Geſticulatione.

Id mutuum eſt, Muli mutuo ſcabunt.

Hinc, Ex hac conſuetudine.

Tumor, Faſtus.

Illo tumultu, Applauſu.

Dicet, Præceptor vel diſcipulus.

Moribus, Formandis.

Vltimis, Extremis, maximis.

Schola, Cœtus ſcholaſticus.

In hac parte, Qua optimi quiq; præceptores eligend ſunt.

Perſuaſio, Fides opinio.

Caput III.

Doneos, Maturos.

I Tanq̃, Quaſi.

Mediocritas, Simplicitas.

Ad ſuſcipiendas, Suſtinendas.

Superba, Faſtidiens.

Qua in re, id eſt, quæſtione.

Imbui, Statim infici, impleri.

Eluendis, Exuendis, eximẽdis.

Onus, Scilicet docendi.

Prius, Scilicet tempore.

Error, Falſa opinio.

Exiſtimant, Scilicet parentes.

Stomacho. i. vtcunque valente mediocri iudicio eruditionis, quod in corpore ſtomachus, hoc in animo ingenium eſt.

Securitas, Ignauia.

Præceptores, Mediocres.

Prius, Citra iudicium.

Frequentior, Quàm. ſ. prior.

Deſcendere, Seſe demittere.

Idque, Quod ſcilicet non deſcẽdit ad minora. Interim, Partim.

Inferioribus, Rudimentis.

Neque poſſunt, Nõ poſſunt ſeſe demittere ad inferiora.

Nolint, ſeſe demittere.

Non habeo. Cenſeo, refero.

Poſſe autem, Scilicet inferiora præſtare.

Contendo, Rationibus certis comprobare conor.

Ratio, Certus modus inſtituendi &c.

Planiſſima, Manifeſtiſſima.

Eminet, Prælucet niſi, abſurda quæ ſequantur.

Phidias, Statuariꝰ nobiliſſimus cuius meminit Pli. lib. 35. cap. 5.

Iouem, Statuam Iouis olympii.

Loqui, Quod eſt Grammatici.

Prudentem, Accuratum, rerum vſu doctum.

Menſuram, Mediocritatem.

Minuat, Contrahat.

Facinora, Nugis expoſita.

Perſpicuitas, Facilitas intelligendi.

Eriguntur, Surrigunt ſeſe.

Tumidos, Præceptores inflatos.

Corruptos, Infelici iudicio præditos, vel malum dicendi genus habentes.

Genere peccantes, Vtentes.

Tinnulos, Plus satis tenues, & acutos in dicẽdo. Cacozeliæ, Infelicis imitationis genere dicẽdi.

Diuertũt, Diuerticula quærunt.

Quod, Scilicet dictum à me.

Id, Scilicet, vt verba meæ sententiæ sint contraria.

Vitiosa, Scilicet dicta, vel scripta.

Ad Phœnicis Homerici, Nam hic Phœnix apud Homerum, sic ad Achillẽ verba facit, propterea inquit, tuus pater me tibi adhibuit præceptorem, vt te docerem hæc omnia, videlicet vt & sermone eloquens, & rebus agendis ciuilis euaderes.

Facere, Rectos mores præstare.

Caput IIII.

Inc, Posthac.

H Excepta, Scilicet ea narratione.

Fabulam, Argumentum.

Robustior, Firmior, efficacior.

Inornatas, Non vestitas verborum copia.

Lasciuiat, Immodicè vagetur.

Descriptionibus, Locorum, & temporum, & personæ quæ fecerit, & cui personæ sit facta.

Accersitis, Nimium affectatis.

Vtrunque, Indicare scilicet, atq; lasciuire. Indoles, Indicium & specimen futuræ rei.

Iucundioris, Mollioris, lasciuioris.

Corpus, Scilicet pueri.

Astringat, Gracilius reddat.

Macie, Macilentum habitum.

Expressus, Declinatus.

Sicca, Breuia.

Ingenium, Ingenii vbertas.

Iudicio, id est, per iudicium.

Præsumitur, Antesumitur & paratur, vt sese vltra homines non audeat exundare.

Materiam, Scilicet orationis: Alludit ad materiam lignorum, qua fabri domos ædificant.

Fusam, Amplam.

Decoquent, Absument, translatio à rusticis, defruta & sapã coquentibus sumpta.

Ratio, Quæ indies magis ac magis excrescit in pueris.

Limabit, Translatio à fabris ferrariis sumpta.

Deterretur, Consumetur.

Sit, Scilicet materia.

Cælatura, Insculptura.

Rumpat, Frangat.

Apud Ciceronem, Lib. secundo de Oratore.

Terram spectantes, Nihil egregium conantes, propter pusillanimitatem.

Macies, Immodica tenuitas, & macor ille iudicio carentis.

Vitio, Immodicæ vbertatis.

Virtutibus, Rerum & veborum copia.

Lacu, Torculari.

Austera, Acrioris saporis.

Proficient, meliora fient.

Cicatricẽ, Vulneris obductum.

Iocundus, Comis, affabilis.

Leuantur, Mitigantur

Sunt aspera, Translatio à Chirurgis sumpta.

Quædam, Scilicet vitia.

Interponendo aliquid, Vbi deficiunt.

Dictare, Prælegere.

Materias, Argumenta.

Imitetur, Scilicet verbis suis.

Expertus sum, Scilicet in meis discipulis. Deintegro, Denuo.

Enim, Scilicet expertus sum.

Quatinus, id est, quãto gaudent discipuli. Alia ætas, Adulta scilic.

Lætius, Pinguius.

Ingenio, Ingenii inuentione.

Retro, retrogrado ordine narrare.

Expositionem, Narrationem.

Discurrere, Narrationem.

Cogantur, Scilicet pueri.

Ad gremium, id est, in conspectum & ad iudicium nõ possunt aliquid perfectum perficere.

Memoriam, Ratiocinando.

Extemporalis, quæ ex improuiso & ex tempore.

Expectata, Natura aliquantulum.

Iactatione, quæ pertinet ad arrogantiam & iactantiam circulatorum & circunforaneorum.

Locus, De paranda scilicet facilitate sermonis. Transibitur, Præteribitur.

Naturam, quasi sibi iam à natura esset.

Quærimus perfectum, Scilicet Oratorem.

Cito, Prompte, expedite, facile.

ἀνάσκευὴ, id est, destructio propositæ alicuius rei in narratione, hac autẽ ratione euertendæ sunt: quæ neque admodum manifesta, neque omnino, vt nunc loquuntur, impossibilia videantur, scilicet quæ mediam quandam conditionem habeant. Conuenit autem hoc exercitationis genere, primum authorem rei narratæ criminari, ac per hoc ei fidem abrogare: deinde rei ipsius expositionem adiungere, quam particulatim infirmare decet, primum quòd sit obscura, vnde conficta videri queat: quòd non verisimilis vnde sic fieri non potuerit neque decuerit: si, vt aduersarius voluit, contigisset, multa inde sequi contendimus. Quod exercitationis genus omnem rhetoricæ artis vĩ in sese cõtinere tradit Aphthonius, vnde hæc transtulimus. Iam vero narratæ rei confirmatio, κατασκευὴ dicitur, quæ contrariis rationibus est tractanda.

AEgeria, Nympha.

Græcis historicis, Vnde & nugator homo dictus est Herodotus, & fabulator Diodorus. vide Plin.

Inde, Post hæc genera exercitationis.

Formatur, instituitur. Inde, Ex hoc opere.

Modum, mensuram quandam.

Laudare claros viros, Tertia pars rhetorices continetur genere demonstratiuo. Hi, Loci communes.

Generali tractatu, In quo non nominantur personæ. Adulter cæcus &c. In quos declamamus.

Pro luxuria, id est, in defensionẽ insanæ prodigalitatis.

Defenditur, Scilicet in scholis.

Theses, Positiones.

Comparatione, Collatione.

Militaris viri, Equitis.

Posterior, Scilicet locus, iuris periti an militaris viri laus maior.

In cauſa, Quã Cicero dixit pro Murena contra Seruium Sulpitiũ Iurisconſultũ. Illæ, Theſes.

Deliberatiuũ genus, Quod potiſſimũ locũ habet in ſenatu &c.

Coniecturam, Iuris periti hodie præſumptionem appellant.

Armata Venus, Lactãtius libro inſtitutionum primo, capite vigeſimo de Venere calua, ac armata, ſic loquitur: Vrbe à Gallis occupata, obſeſſi in capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormẽta feciſſent, ædem Veneri caluæ conſecrarunt, à Lacedæmoniis fortaſſe didicerant, deos ſibi ex euentu fingere, qui cum Meſſenios obſiderent, & illi furtim deceptis obſeſſoribus egreſſi, ad diripiendam Lacedæmoniam cucurriſſent, à Spartanis mulieribus fugati ſunt. Cognitis autẽ hoſtium inſidiis, Lacedæmonii ſequebantur: his armatæ mulieres obuiam longius exiuerunt, quæ cum viros ſuos cernerent parare ſe ad pugnam, quos qui putarent Meſſenios eſſe, corpora ſua nudarunt. At illi vxoribus cognitis, & aſpectu in libidinem concitati, ſicut erant armati, permiſti ſunt vtiq; promiſcue: nec enim vacabat diſcernere. Propter huius facti memoriam ædem Veneri arma ac ſimulachrum poſuerunt. In hãc Venerem Politianus epigramma Græcum reliquit longe venuſtiſſimum, quod extat in epiſtolarum volumine, ni fallor, quarto.

Cupido puer, Reddit Propertius harum omnium rationem his verſibus, Quicunque ille fuit, puerum quipinxit amorẽ, Quorum hoc vltimum eſt,

Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.

Emblemata, Proprie ea dicuntur, quæ varii coloris in ſternendis pauimentis interſeruntur, veluti teſſellæ. etiam colores diuerſi veſtibus intertexti, emblemata dicuntur, Græca origine, quaſi tu dicas iniectamenta, à præpoſitione ἐν quæ ſignificat, & βάλλω, quod iacio.

Quærere, Scilicet omnino.

Exequi, Præſtare ratione.

Voluntatem, Scilicet eorum, qui ſibi hæc finxerunt.

Genus, Scilicet exercitationis

In officiis, Ciuilibus.

Actis, Actionibus forenſibus.

Extẽporales, Nõ præmeditatæ, non ante præmiſſæ.

Altercationibus, Partis aduerſæ.

Rogare, Examinare.

Tractantur, Vſu veniunt.

His oratoribus, Pauperioribus.

Repoſiti, Bis cocti.

Supellex, Parata rerum copia.

Pudorem, Scilicet moueant.

Ambitioſos, Honoris cupidos.

Propriè, Verſantis in ipſa cauſa.

Inſertum, Ipſi cauſæ.

Applicitũ, Quoquo modo, vel vi adductum. Vel, Scilicet mouet pudorem. Arceſſunt, Attrahunt.

Deſideratur, id eſt, vehementer quæritur ad cauſam.

Legum laus, Lex autem eſt, inquit Aphthonius, inuentũ quoddam & donum deorum, aut decretum ciuitatis. Hanc commendabis tot ferè rationibus, quòd ſit legitimè lata, quòd ſit iuſta, vtilis, quòd poſſit obtineri rectè, totidem modis contrariis vituperanda eſt lex eadem.

Iure ciuitatum, Ius eſt, inquit Vlpianus ex Celſo iuriſconſu. ars boni & æqui. Huius ſtudii duæ ſunt poſitiones, publicum, & priuatum. Publicum eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ pertinet. Priuatum eſt, quod ad ſingulorũ vtilitatem. Sunt enim quædã publice vtilia, quædam priuatim. Et publicum ius in ſacris ſacerdotibus conſiſtit. quod hic ſacrum vocat Fabius ius, nõ habebat legum rogandarum morem.

Vel hæc, Loca, ex quibus argumenta trahuntur cauſæ noſtræ.

Euagari, A propoſito, quod erat de exercitamentis primis apud rhetorem.

Operibus, Officiis rhetorices.

Suffecturas vires, id eſt, pares.

Suaſoriis, Actionibus.

Controuerſiis, Iudicialibus litibus.

Exercitatio, Legis vituperandæ & laudandæ. Conſuetudinem, Propter ſcilicet longam.

Iure, Scilicet municipali.

Decretis, Propriis.

Apud Græcos, Maximè Athenienſes.

Iudicem, A quo examinaretur de legitima latione legis.

Vtroque, Et Græco & Romano.

Certa, Certis finibus circunſcripta.

Laudem, Scilicet iuris.

Genera, Species triginta ſex.

Eam, Legem.

Quæri, Dubitari in legum latione.

Omnibus, Scilicet iuribus.

Clodii, Scilicet iure dubitabatur, aut dubitari poteſt.

Rogationes, Scilicet iure.

Quod, Scilicet ius rogationis.

Varium, Variis modis tractatur.

Trino nundino, Triduo quo nundinæ celebrantur. Erat mos Romanis nundinis leges ferre, vt ruſticæ tribus per occaſionem nundinarum & ipſæ ad rogationem adeſſent.

Idoneo, Quo legem ferre non licebat.

Interceſſiones, Contra impedimenta, & contradictionem aliorum tribunorum & magiſtratuum.

Legitimis, id eſt, requiſitis ad legem, vel legum ceremoniis.

Manentium, Conſuetudine approbatarum.

Sed hæc, Reprehendere leges.

Vitium, Silicet legis.

In rebus, Scilicet quæritur.

Partes, Scilicet reprehendendi.

Vtilitas, Legis.

Natura, Naturali ratione.

Tempore, Ratione temporis.

Obtineri, Recipi à conſuetudine.

Reprehendi in hoc, Scilicet exercitationis genere.

Vtriuſque, Totas aliquando, nunc partem legis ſolere reprehendi.

Fallit, Me latet. Perpetuũ, Vt perpetuo durẽt. Honorib', Alicui ſ. deferẽdis, vt lex manilia fuit

Hæc à Manilio rogata,qua decernitur imperiũ ipſi Cn. Pompeio Magno.

Imperiis,Decernendis.

Ciceronis oró, Pro lege Manil.

Conſtant,Leges Honorariæ.

Qualitate,A Eſtimatione.

His,Exercendi rationibus.

Facultatem,Copiam.

Aſſumpta,Scilicet mutuo.

Ratione,Modo.

Argumentatione, Comprobationibus argumentorum.

Materias, Cõficta cauſarũ argumẽta. Dicere,Tractare ĩ ſcholis.

Phalereum,Tempore Demetrii Phalerei, ex cuius oratione Cicero dixit Athenas redoluiſſe.

Alio libro,Forte ĩ eo li i.qui eſt De cauſis corruptæ eloquẽtiæ,qui non extat. Hoc, Quòd videlicet declamandi ratio ſit inſtituta à Demetrio.

Nituntur,Firmãtur. Cicero,In epiſtola quadã ad Ticiniũ. Plotius fuit,De hoc Plotio Gallo,Cicero apud Suet. de claris rhetoribus ſic dicit:Equidẽ memoria teneo pueris nobis,primum latine docere cœpiſſe P.Plotiũ quendã, ad quẽ cũ fieret cõcurſus,ꝙ ſtudioſiſſimus quiſq; apud eũ exerceretur,dolebã mihi idẽ nõ licere.cõtinebar,aũt doctiſſimorũ hoĩm authoritate,qui exiſtimabãt Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe.

Caput V.

Nterim,Dũ eo peruenimus.

I Quãtũ,Scilicet commodis.

Suſceptos,in diſciplinam,ad ſcholas.

Quod,Genus rudimenti.

Sentiẽtibus,Iudicãtibus nobis.

Lõga,Lnueterata.Robuſti, Eruditiores.Laborẽ,Tꝺiũ prælegẽdi

Noſtrum, Maiorũ ſuorum,qui non fueramus vſi prælectione.

In poſterum,Poſteris meis.

Legentibus, Orationes Demoſthenis vel Ciceronis.

Præire,Iter oſtendere.

Prælectio,A præceptore.

Pueri,Auſcultantes.

Vim,Naturam.

Officium,Dignitatem.

Virtutes, Elegantiorum rerum & verborum. Eius,Rhetoris.

Valdius,Magis.alii validius.

Laborem,Tædium.

Gremium,Inſtar nutricum.

Deſeruiant,Indulgeant.

Libri,Eius.

Quadrata,Quadratũ Latini ſcriptores illud dicere ſolẽt, quod habiliſſimũ atq; proximè ad perfectionẽ tẽdit, quẽadmodũ corpus quadratũ apud Geometras, ſecundã perfectionẽ habet ab orbicuları . Sic apud Græcos Simonides Lyricus poeta,vt citat Plato,virũ bonũ τετράγωνον, id eſt, quadrangulũ vocat.Et Cornelius lib.Medicinæ.ii.corpus quadratũ in homine dicit eſſe habiliſſimũ,quod videlicet neq; nimis obeſum turgeat,neq; valde gracile viribus & robore deficiat, ſed quod medio ſeſe modo habeat, ſitq; pectoroſũ. & neruoſũ,& hoc quoq; modo canes quadrati apud Columellã dicũtur.Cuiuſq; &c.Græciſmus eſt.

Lectorem,Orationis.

Pronunciationi,Actioni.

Tũ,Scilicet ſic lectore cõſtituto.

Cauſa,Vel iudiciali, deliberatiua,vel demonſtratiua.

Ocioſum, Quod non peculiarẽ rationem & vſum habeat.

Pati, Ferre ſcilicet in oratione quæ ſic prælegitur.

Inuentione,Argumentorum.

Elocutiõe,In verbis lectis vel nõ lectis. Fides,Veriſimilitas ĩ hoc narrãdo. Deĩceps,Scilicet admonere debet præceptor. Crebra, Denſa.

Argumentatio, Explicatio argumentorum. Inſpiret,Intonet,penetret in animos audientium.

Aſperitas,Acerbitas.

Maledictis,Tortis,ĩ aduerſariũ.

Iocis,Interſperſis.

Affectibus,Mouendis.

Loquendi,Aceruo verborum.

Vbi,In qua orationis parte.

Virtus,Imitatio,quæ Græcis dicitur μείωσις.

Specioſe,Cum decoro.

Figura,Forma loquendi.

Lenis,Mediocris.

Quadrata,In quadrum redacta.

Prauitate iudicãdi, Infirmitate.

Humilia,Inefficacia.

Rectus,Purus.

Deflexa,Detorta.

Partium,Honor.

Leuatisque,Criſpis.

Capiuntur,Delectantur.

Acu,Calamiſtro.

Securitas,Negligentia.

Perfluẽt,Perueniẽtvſq; ad aures

Diſplicebit , Scilicet omnibus quæ dixerim.

Caput VI.

Iſtoriæ maioris eſt author,

H Dubiũ non eſt,quin hoc ad Salluſtiũ referendũ ſit, cuius authoritas, & ĩ hiſtoria grauitas, lõge plus Liuio celebratur , & ab Auguſtino , & à diuo Hieronymo: tũ & diſtichon quoddã circũfertur,quod Romæ etiam ante Martialis ſecula in laudẽ eius decãtatũ eſt,Hic erat,vt perhibẽt doctorum corda virorum,Romana Criſpus primus in hiſtoria.

Obtineri , Scilicet à præcipiẽtibus & diſcentibus . Author maior,Sublimior.

Incipiẽtibus, Scilicet artẽ rhetoricam tractare.

Minores,Infirmiores.

Videbatur,Scilicet pueris.

Floridius,Picturatius.

Gen⁹ authorũ,Vtẽ Plini⁹ Iunior

Primarum ætatũ, Quæ per naturam florent,& ſucco quodã naturali turgent.

Optimos,Scriptores,Ciceronẽ, Demoſthenem,Herodotum.

Candidiſſimũ, Vt Herodotũ.i. nitidiſſimũ,expolitũ,venuſtum.

Expoſitum,Intellectui peruiũ.

Perfectus, Aliquãtũ eruditione.

Quẽadmodũ Liuius præcipit, Plinius legẽdũ erit dubio procul, quando cõſtat ex Iuniore Plinio lib. Epiſtol. iii. maiorem Pliniũ ſex volumina cõſcripſiſſe, in quibus inquit Plinius Iunior , Oratorem ab incunabulis & inſtituit & perficit. Vide Fabiũ lib.x. ca.i. qui Liuium legit.

Simillimus , Ita quoque debet ſequi lectionem.

Horridi,Ob antiquitatem.

Vim,Vehementiam.

Elocutione. Verborum delectu.
Huic, priori vitio. Tũ. Eorum ſeculo.
Laſciuiæ. Nimiæ vbertatis, & quaſi licentiæ.
Laſciuiæ floſculis. Notat dicẽdi genus nimio translationũ & allegoriarũ, tum & inciſionũ vſu fractũ, & plane variegatione quadam picturatum, atque effœminatũ.
Deliciantur, Demulceantur.
Firmis iudiciis, robuſtis ígeniis
Periculũ, Aleam corruptionis.
Solida, Conſtans.
Deterſo, Amoto.
Cult⁹, Immodic⁹ verborũ ornat⁹
Aſſumatur, Decerpatur.
Et nouos, Suaſerim legendos.
Virtus, Eloquendi.
Genus, Rationem,
Eligere, Scilicet ex recentioribus etiam vetuſtioribus.
Tutius, Sine periculo,
Erratur, Tutius cum priſcis.

Caput VII.

Aterias, Argumenta.
M Dicendũ, Declamandum.
Diuiſione, In capita declamationis cõficiẽda diſcipulo.
Dirigere, Ordinare,
Implebãt, Materias propoſitas.
Lineas, Primã quãdã effigiẽ declamationis diuiſionibus oſtendiſſent: translatione à pictoribus ſumpta, qui docturi diſcipulos, ſolent ducere rudes lineas, quibus diſcipuli tandem ſe exerceant.
Declamationes, Diſcipulorum.
Tractabant, Examinabant,
Locos, Declamationis, qui difficiliores eſſe videbantur.
Excolebant, Exornabant.
Vtrunque, Inſtitutum,
Tantum, Id eſt, ſolum.
Lapſos, Digreſſos à recto iuſtóq; itinere.
Emendationem, Quæ ſequeretur declamationes.
Auribus, Nã etiã ſtylo, ſcriptura
Diuiſioné, Ordiationé materiæ in ſua capita, quam magiſter præſcribit.
Perferunt, Traiiciunt.
Reprehendentem. ſ. ea quæ ſunt omiſſa.
Viuaciores, Generoſiores,
Moribus, Corruptis,
Repugnant, Obiurgationi,
Recta. ſ. í declamatióe diſcipuli,
Vtraq; ratio, Vtrũq; propoſitũ,
Præformata, Prius expoſita.
Vires, Facultatem ingenii, exercitationis,
Exẽplũ, Præeuntis præceptoris,
Veſtigia, Rationes,
Viribus, Propria ígenii facultate
Adminiculo, Porrigẽtis manũ,
Permitti, Credi,
Sibi. i. ſuis ipſorum viribus,
Ne mala, Scilicet inducti.
Alienum laboré, Præceptoris,
Præcedentes, Præſilientes,
Expertas, Comprobatas.

Caput VIII.

Vtandum, Delendum.
M AEtatibus. Primis, quas omnes ſeptẽ Hippocrates in ſeptẽ ſingulos diſtribuit annos.
Studere, Perficere.
Profectus, Silicet ſtudiorum,
In hoc opere, Scribendi,
Ea cura, Ediſcendi,
Cõplectẽdo, Cũ cõplectuntur.
Huius generis, Ediſcẽdi ſcilicet.
Intra ſe, In animo.
Sentientes, Aliud agentes,
Cõpoſitione, Structura.
Figuris. ſ. ſentẽtiarũ & verborũ,
Quæſitis, Affectatis,
Sermone, Confabulatione.
Cauſis, Agendis.
Conciliant, Parant.
Fructum, Dulcedinem,
Elimauerint, Emendauerint, & ad formã quãdam perduxerint,

Caput IX.

Mmerito, Sine ratione,
I Notare, Obſeruare,
Quo, Ad quãm artẽ, profeſſionem.
Quod. ſ. tantam varietatem eſſe ingeniorum.
Compoſuerint, Adornauerint.
Deinde, Poſt hanc rationem.
Doctrina, Ratione inſtituendi.
Propria, Inſignita ingenii bona.
In idem. Diſciplinarum genus.
Palæſtræ, Luctandi artis.
Gymnaſium, Exercitium.
Pueris, Studioſis paleſtricæ.
Certamini, Generi certationis.
Sagaciter, Accurate.
Limato, Exacto,
Ita. ſ. tradunt illum.
Singulis, Diſciplinis,
Prouehatur, Iuuetur,
Eminet. In quo quiſque per naturam polleat.
Adiuta, Promota.
In diuerſa, In naturæ ſuæ contraria.
Aptus. ſ. per naturam.
Quod. ſ. iam à me dictum.
Libera, Abſque periculo.
In parte, Id eſt, ex.
Receptas, Vſu comprobatas.
His. ſ. ingeniorũ proprietatibus.
Hiſtoriæ. ſ. olim ſcribendæ.
Compoſitus, aptus.
Hæc diſcrimina, Ingeniorum,
Palæſtricus, Doctor palæſtræ.
Quod, Genus,
Sacrorum, Rerũ cõprobatarum.
Deſtinabitur, Dicabitur.
Foro, Contẽtionibus forẽſibus.
Partem. ſ. diſciplinæ.
Operis, Rhetorici opificii.
Natura. ſ. felix per ſe.
Corruptus, infelici ingenio.
Tumidus, Turgidus faſtu.
Inciderit, In ſcholam noſtram.
Detrahere, Fœcunditatem
Timore, ingenii.
Adiicere. ſ. aliquid ad bona naturæ.
Naturã pugno, Immutãdã cẽſeo
Sed. ſ. opinor.
Ceſſat, Abeſt, tardum eſt.
Præcipiti, Feſtinabundo.
Natura, Ingenio.
Sanè ſit, Scilicet me permittẽte.
Ducantur. ſ. præceptione.
Melius, Felicius.
Contigerit. Diſcipulo,
Liberalior, Felicior & dignior.
Libero, Homini generoſo.
Neceſſe eſt, Euenire in tãta ingeniorum varietate.
Ea, Scilicet diuerſa.
Cura, Diligẽtia & præceptoris, & diſcipuli.
Eminebit, Per naturam.
Exemplo, Scilicet palæſtræ.
Pãcratiaſtẽ. Luctatorẽ atq; pugilẽ. Vt eſt παλιστικὴ, id eſt, percutiendi ars, ex qua hodie nata eſt ars gladiatoria. Tunc & diſci iactitãdi exercitatio in vſu erat. Et qui

his oĩbus certatim generibus, πὲν παθλος dicebatur:qui autẽ pugillatoria viciſſet Pãcratiaſtes nomi nabatur. id quod colligi poteſt ex lib.i.Rhetoric.Ariſtotelis.

Calce.Scilicet protendere.

Nexus. Brachiorũ & crurũ implicationes.

Certaminis.Pancratii.

Erit.ſ.diſcipulus.

Poſſit.ſ.efficere.

Maximè.ſ.per naturam.

Alterum.Cauendum eſt.

Trans.ſ.aliquem.

Docebitur.In palæſtra.

Ab eo.Diſciplinæ genere.

Vtetur.Palæſtræ præceptor.

Partibus.Certaminum.

Illum.Diſcipulum.

Quorum.Luctæ & pugnæ.

Quãto.Quaſi dicat,maximè infinitis partibus.

Satis.Feliciſſimo oratori.

Preſſe.Acute & breuiter.

Subtiliter.Tenuiter.

Aſpere.Inæqualiter.

Phonaſco. Exercitatori voculationis.i.ſuauioris pronũciationis: Sic enim Suidas exponit, φωναϲκεῖν,felicioré & ſuauioré pronunciationẽ exercẽdo reddere : origine ſumpta à φωνὴ, vox, & ἀσκέω, exerceo.

Acutis.Eleuatis.

Mediis.Temperatis.

Grauibus.Depreſſis.

Imo,Principio.

Ad ſummum.Finem.

Neruis.Omnibus eius partibus.

Caput X.

On minus.Tardius,ſegnius

N Cœtus.Conſeſſus.

Chariſſimi. Præceptori & diſcipulo.

Studio.Accurato.

Dociles.Faciles ad docendum.

Neutrum. Neq; doctrina præceptoris,nec docilitas diſcipuli.

Confertur.Conficitur.

Præmollitus.Aratro proſciſſus, & imbre conſperſus.

Fouerit.Contexerit.

Caput XI

Ponſiones. Quæ frequentiſ-

S ſimæ ſunt in cauſis , & ſunt certi quidam cõtractus de re aliqua quæ fieri debet,vel nõ fieri,firmanturq; ſponſa ex promiſſa aliqua pœna,ſi vel fiat, vel non fiat.Sic apud Pliniũ lib.33. Cleopatra AEgypti regina ſponſionẽ fecit cum Antonio , ſi non cẽties ſeſtertiũ,hoc eſt,cẽties mille ſeſtertiorũ vnica cœna abſumeret.

Operibus.Exercitationibus primis.

Declamãdi. In ficta cauſa orãdi.

πανήγυρις.Collectio populi,conuẽtus.Panægyrici dicũtur orationes,quæ hominibus in hoc aduocatis,in laudem vel principis, vel reipublicæ,vel etiã alterius rei magna olei iactura primum ſcribuntur,deinde ad populum recitãtur. In quo genere extat Panægyricus Helenes titulo Gorgiæ Rhetoris, & Traiani principis, à Plinio iuniore habitus:Verũ omniũ maximè in hoc argumẽti genere excellit Iſocrates, velut teſtatur Cicero in Bruto.

Veritati.i. imitatur omnino formam veri officii oratoris.

Pleriſq;.Græcis ſcriptoribus.

Virtus.Gratia.

Iucunditas.Exornatio perpetuæ proſæ.

Meditatione.Exercitatione.

Eo.Propterea.

Docẽtium ſ.peruerſæ.i.vitiata eſt culpa docentium male.

Licentia.Immodica laſciuia.

Materiæ. Argumẽta quæ tractabantur in declamatione.

Veritati. Vſui,quẽ nomine veritatis hic accipit.

Magos.Incãtationes magicas.

Tragicis.ſ.perſonis & nouercis.

Sponſiones.Interpacta.

Hæc.Argumenta.

Themata.Fabuloſas poſitiones.

Expatientur. In amœniores locos fabularum.

Materia.ſ.laſciua.

In corpus.Pingueſcant.

Erit optimũ.Vt.ſ.ſic in corpº eãt.

Stulta.Plus ſatis ridicula.

Cedẽdũ. Huic opinioni, quod.ſ. pertractare permittemus pueros.

Adipes. Pinguedinem, ſaginam orationis.

Deprehendetur.Obſeruabitur.

Præparare.ſ.exordio.

Ocioſa.In nullũ vſum cõparata.

Nominibus.ſ.adiectiuis, vt iudicis,teſtis

Actus.Ductus,in quibus plus ſudoris ſit exhauriendum.

Quæ.ſ.ignorata ſit à nobis.

Per alia,Genera exercitationum primarum.

Inclinari.ſ.eam à veris cauſis forenſibus.

Panægyricos,Vt Gorgiæ,Iſocratis,atque aliorum.

In hoc,Vt oſtenderemus noſtrã artem.

ἐπιδεικτὸν,Oſtentatiuum.

Nitoris,Cultus immodici.

Sine arte.ſ.pronũciatiõe ipſorũ, ſi ſic dicerent vt nos fabulamur.

Imitatio,Naturæ.

Decore,Perſona quædam hiſtrionica.

Finxerimus,Propter vſum forẽſem omnino.

Sumimus. Tanquã certa ad precationem.

Requirant, Tanquam omiſſum à nobis.

Caput XII.

Inc,Poſt hæc,deinceps.

H Pars artis , Quæ.ſ. verſatur in præceptis.

Priora.ſ. arte à nobis præſcripta.

Quoſdã,Malo iudicio præditos.

Limine , In ipſo operis ingreſſu & veſtibulo.

Natura ſua, Ingenii ſui felicitate

Noema,Sententia.

Theodoreus , Id eſt imitator in dicendo Theodori Gadaræi , qui inſignis eloquentiæ doctor fuit, quemadmodum indicat Fabius lib.3.cap.1. inter ſcriptores artis Rhetoricæ.

Apollodoreus, Imitator diſcipli næ Apollodori Byzãtii,de quo & ipſo eſt eodem loco apud Fabiũ.

Parmularius,Id eſt,profiteor artem faciendarũ parmularum: Sũt autẽ parmulæ breuiora ſcuta,quibus ictus aduerſarii excipimus.

Porro hi,Scilicet artem contemplerunt.

Exclamauerunt, Declamationibus extulerunt.

Igitur,ſ. illi negligentiæ patroni.

Nec.ſ.dicunt.
Probatione, Argumentis ordine poſitis.
Rebus fictis, Quæ ſcilicet cadũt in declamationem.
Cuius rei.i. quarũ ſententiarum.
Periculo, Quaſi ex tẽpore, cum iam dicendo vires ingenii pericli temur,& oſtẽtemus nõ ſine periculo,ſi res infeliciter cadat.
Cogitando,Excogitando quæ dicere velit.
Magnum, Scilicet declamationis decorum.
Vltro,Non ex arte.
Nonnulli,Contẽptores artium.
Deſtinant,Concipiunt.
Nota,Vulgatiora quàm fuerant priora.
Rationis,Inſtituti ſui.
Cauſas,Totas.
Locos,Aliquos.
Corpori,Toti cauſæ.
Vnde, Ex quo exercitationis vitio fit.
Commentariis,Collectaneis.
Congerunt,Conuertunt.
Elidunt,Eiaculantur.
Nam &,Scilicet ita elidunt.
Barbari,Sæpe etiam ſtultus fuit opportuna locutus.

Caput XIII.

Equi,Ex priore opinione.
S Ineruditi, Artibus non inſtructi.
Opinionẽ, Quôd ineruditi ſint ingenioſiores.
Rixam,Cum duo, treſve manũ vna conſerunt.
Indocti, Nulla eloquentiæ arte inſigniti.
Luctator,Qui luctandi prouinciam ſumit.
Incumbit,Inclinat ſeſe.
Inuaſit,Apprehendit.
Ab his,Vulgaribus.
Hic,Luctator imperitus.
Illum,Gladiatorem exiſtentem.
Mollis,Delicatus.
Diuiſio,Diſtributio rerum, verborum & argumentorum.
Rudia,Nondum artificis manu tractata.
Politis,Arte elaboratis.
Compoſitis,Ordinatis.
Maledicus, Homo gaudens conuiciis.
Libero, Magna cũ libertate animi dicente.
Effuſus, Immodicus in verborũ & rerũ copia, vt Apuleius in Aſino aureo.
Litigatoris,Clientis.
Libentiſſimè,audiunt.
γελωδιός,artifex riſus.
Elocutione.i.delectu verborum.
Perdite, Supra modũ res verbis attollere conatur,adeo vt dum nimium intẽdit,aliquoties cauſam ipſam rumpat & perdat.
Nimium,immodicum.
Raro,Euenit vt grande aliquid inueniat.
Et.ſ.dum grãde aliquid inuenit.
Vitia.ſ.quæ inde ſequuntur.
Penſat,Rependit,æquat.
Copiam,Rerum.ſ.& verborum.
Omnia,Quæcunque in mẽtem veniunt.
Electio,Rerum & verborum.
Accedit,Adiungendum.
Docendi,Plane exponendi.
Recedunt,Imperiti.
Argumentorũ,Probationum.
Frigus,Segnitiæ,tarditatis.
Corrupta iudicia,Vt iudices corruptæ iudicantes cenſent.
Quærunt,Petunt,ſpectant.
Eminent, Effulgent in oratione ineruditorum.
Vt libet,Hominibus.
Detrahere, Copiæ verborum & rerum.
Limam,Artificium.
Detrahit,Doctrina.
Minus,In homine inerudito.
Hi,Ineruditi.
Emugiunt,Eboant.
Anhelitu,Frequenti.
Collidere,Complodere.
Circulum.i. cõcionem populi & vulgi.
Pullatũ, Pullis veſtibus vtẽtem.
Actum, Geſtũ quẽdam propriũ.
Colori,Habitui.
Obſeruatione, Continuo in eodem tenore conſiſtent.
Ratione,Arte.
Tulit,Inſtigauit.
Tumultuentur,Dicendo.
Quando,Id eſt,quia.
Deprecati ſumus, Precibus amo uimus.
Finem,Dictis noſtris.
Deſinere,Ab orando.
Talia,Præcepta artis.
Ocium.ſ. quod ſumus aſſecuti à foro & ſcholis.

Caput XIIII.

Xigat,in arte.ſ.tractãda,tra-
E denda,vel diſcenda.
Præceptorum, Regularũ.
Vt quaſi,Tanquam.
Conſcriptas,Conſtitutas.
Quale,Eſſe debet præcipitur.
Deinde,Scilicet præcipitur.
Propoſitio,Argumentorum.
Excurſio,Digreſſio,quæ ἔκφρασις Græce dicitur.
Tum,Præcipitur in hac arte.
Cæteraq;, Vt ſunt argumẽtatio, confirmatio,concluſio, refutatio.
Quæ.ſ.ſic ex ordine tradita.
Quidã, Qui.ſ.nullius ſunt conſilii,hoc eſt,iudicii.
Iuſſis,Tanquam legislatione.
Præſcripta,Artis ſcilicet.
Cauſis. ſ.nouis, quotidie emergentibus.
Conſilium,Iudicium rectum,vt aduertat quid quoq; loco quadret.
Rerum,Agendarum.
Dirigat,Ordinet in hoſtem.
Frontem,Principium aciei.
Promoueat,Vt prominent aduerſus hoſtes.
Pro cornib⁹,Ante cornua peditũ
Ratio,Ars modus.
Licebit.ſ.per occaſionem.
Mutabitur,Hæc ratio.
Aſperitate,Denſitate.
Mutabit,Hanc rationem,fortaſſe rectiſſimam.
Hoſtium genus,Ab armatura diuerſum.
Cuneis,Obliquæ ordinatis militibus, Auxiliis,Subſidiis.
Legione, Lectiſſimo militũ numero, inde enim legionẽ dictam eſſe,primum trium militum milium numero, author eſt Varro, lib.de vita pop.Rom.iii.
Vtiq; prooemiũ.ſ. ſic præcipitur.
Breue an lõgius.ſ. ſit cõmodius.
Figura,Vt per Apoſtrophẽ,Proſopopœiam &c.
Continua,Perpetua.
Recta,Suo ordine facta.

Cauſæ, Quotidie emergẽtes nouæ.

Itaque, Docebunt nos cauſæ.

Sancta, Decreta ſunt.

Plebiſcita, Plebiſcita apud Aul. Gell. ex Capitone lib. x. cap. xx. leges ſunt quas plebes, nõ etiã populus accipit. rogante Trib. plebis: Rogatio autẽ oís iuris, oímq; legum quaſi fons & origo eſt, quòd videlicet nihil proferatur, niſi per rogationẽ. i. interrogationem.

Quis modus. ſ. ſit.

Excogitauit, Per obſeruationes.

Vtile eſt. Vt. ſ. artes præſcribãtur.

Authoritatibus, Præceptiõibus.

Actum, Actionem.

Deceat, Seſe & cauſam.

Statuis, Expreſſis ære.

Habitus, Facici lineamenta.

Diſcobolos Mironis, Diſci iactator: expreſſit enim ſtatuarius hominẽ in diſci iactu miro artificio intẽtũ etiã ſupravires, de qua re eſt apud Pli. lib. 34. cap 8. Porro exercitii genus erat apud veteres maximè Græcos diſci iactus: ide erat diſcus lapis grauis & rotũdus, ſed paulo planior: nã βάλλω iacio ſignificat, inde δισκοβολῶ: Meminit huius Iulius Pollux, & Lucianus in quodam Dialogo.

Status, Inceſſus.

Corporis, Ita formati, vt eſt à natura inſtitutũ. Sit. ſ. in picturis.

Et. ſ. ſint. Rigẽs, Nõ flexum.

Flexus, Membrorum corporis.

Mot', Qui expreſſus pictura, & ſtatuaria. Vultu, Exprimendo.

Species, Varietates.

Curſu, Expreſſa ſunt, vt currere videãtur. Incũbũt, Inclinãt ſeſe.

Diſtortũ, A naturali mẽbrorum ordine alienum.

Artis, Cuius eſt exprimere etiã nixus, vt Plinius habet.

Difficultas, Exprimendi illud quod volumus.

Delectationem, In oratione.

A recto, Naturali inſtitutione.

Speciem, Habitum corporis.

Antigoni, Regis Lacedæmoniorum. Operiẽda, Tegenda.

Cithnius. Nam oriũdus erat ex oppido Cithno, quod in Arcadia Plinius collocat & Stephanus.

Coloten Teium. Ex Teio inſula oriũdũ, nobilẽ pictorẽ, cuius Pli. meminit lib. 35. cap. 8.

Iphigeniæ, Puellæ, filiæ Agamẽnonis.

Chalcantem, Sacerdotem.

Cõſumptis, Omnibus expreſſis.

Vultum, Planè triſtem.

Huic, Operi Timantis.

Parum, Non pro dignitate.

Genus, Præceptionum.

Quicque, Vnumquodque.

Interim, Dum eo perueniamus.

Technicorũ, Eorũ qui omnino artẽ ſequũtur, à τέχνη, quod Græcis artẽ ſonat: vnde τεχνικός artificioſus, quo vocabulo etiam Cicero in Bruto vſus eſt.

His, Præceptionibus.

Per Funes ingredientium, Funãbulorũ. Stratũ, Factũ, paratũ.

Torrẽtibus, Impetuoſis fluminibus. Cõpédio, Cõmoditate.

Opus, Rhetoricæ.

Tradita, Apud Rhetores.

Caput XV.

Ed non omnia. Non poſſumus omnia latine facere.

Ne illos, Græcos omnia ſequũtur. Noſtra, Latina, Romana, vt eſt Dictator, Conſul.

Hæc interpretatio, Oratoria oratrix.

Eſſentia, Qua videlicet reddidit οὐσίαν græcã, cuius interpretationis mẽtionẽ & Fabius faciet lib. 3. vbi decẽ ſumma genera rerũ ab Ariſtotele tradita pertractantur. Porro Boethius Seuerinus fugiẽs duritiã Plautinæ interpretationis, ſubſtãtiã dicere maluit, quod hodie Philoſophorũ ſcholæ potiſſimũ ſequuntur, etiamſi Capnion libro de verbo mirifico tertio eius hãc interpretationẽ vt impropriã reiicit & refutat. Propria eſt trãslatio Rhetorices in oratoriam.

Sic, Eadem ratione vocis.

Talis eſt, Tam generaliter ſignificat omnes bene dicendi partes.

Intellectum, Acceptionem.

Appoſitum, Nomẽ adiectiuum epitheton.

Piratica, Qua vtuntur piratæ. i. prædones maris: ab eo. ſ. qui hanc latrocinandi artem inuenerit Piratæ dicti.

Rei ſubſtantiã, Rem quæ ſignificatur nomine ſubſtantiæ.

Rhetoricæ, Vt ſcilicet poſſimus cõmode vertere, quemadmodum grammaticen in literaturam.

Indecora, inepta, dura.

Cum M. Tullius. Intelligit hoc loco Fabius libros Ciceronis de inuẽtione, quos dubio procul ipſe author Rhetoricorũ ſcripſit, aut de arte Rhetorica, quẽadmodũ in emẽdatioribus codicibus & hodie legitur. Ridiculũ autẽ eſt, quod quidam ex hoc loco conati ſunt aſtruere, libros rhetoricorũ ad Herenniũ ſcriptos, Ciceronis eſſe, cũ multis argumentis cõſtet, etiã ex præfatione operis ſumptis, alterius mediocris cuiuſpiam fuiſſe.

Cauillationis, Falſæ reprehẽſionis. Diſciplinã. In rationẽ quãdam diſciplinæ præſcribi.

Summa, Summum officium.

Sequẽtia, De artifice & opere.

Caput XVI.

Valitate, Id eſt, Bona ne ſit, an mala, ars ne, an exercitatio.

Verborum, Scilicet quibus definiatur.

Dici, Putãt, vt eſt Gorgias apud Platonem.

Volunt, Vt eſt M. Cicero, & Socrates apud Platonem.

Laude, Ab honeſtate.

Vſum, Exercitium.

Sciẽtia, Quæ ſẽper eſt certiſſima

Virtute, Quæ ſemper eſt honeſta.

Artem, Præceptis concluſam.

Appoſite, Accommodate

Frequentiſſimus finis, Definitio fermè ab omnibus poſita.

πῶ δώαμμ. A δώαμαι poſſum.

Opinio, Ratio hæc definiendi.

Iſocrate, Cuius domus officina dicẽdi ĩ vniuerſa græcia dicebatur

πειθὸς, Perſuaſionis: πειθὼ apud Græcos perſuaſio dicitur.

δημιουργὸμ, Artificem, opificem.

Declaratione, Expoſitiõe huius Græcæ definitionis.

M. Cethegũ, Antiquiſſimũ apud Romanos Oratorẽ, vt Gel. lib. 2. Cicero ĩ Bruto, & Cato maior au-

thores sunt. In libro, Nã inscriptus est Gorgias, siue de rhetorica.

Id fere, Quod.s. Isocrates dixit.

Illius, Gorgiæ. Sic autẽ apud Platonẽ Gorgias loquitur. Opus rhetorices est persuadere posse dictione, & in foro iudices, & senatu cõsultores, & concione auditores, & in alio cœtu quisquis fuerit ciuilis. Quibus Socrates sic respõdet: Nũc mihi, inquit, videris proximè cuiusmodi ars sit rhetorice declarasse: Nã quantũ ipse intelligo persuasionis opificem eam dicis.

Suadæ, Deæ persuasionis.

Medullã, Florẽ, in his versibus.

Dictus ollis popularibus olim.
Quicum viuebãt homines, atq; æuum agitabant.
Flos delibutus populis, Suadæque medulla.

Hos enim versus Ennianos de M. Cethego citat Cicero in Bruto, & Gellius lib. 12. cap. 2.

Pluribus locis scripsit. Porro declaratiõis huius vberiorẽ rationẽ tractauit Angelus Politianus doctissimè capite quodam Miscellaneorum.

Rhetoricis, De inuẽtione: Nam in præfatione voluminũ De oratore puero sibi eos libros rudes & impolitos excidisse ingenue fatetur. Verũ in his ipsis libris verba Ciceronis de Rhetorice sic se habent: Officium eius facultatis videtur, dicere apposite ad persuadẽdum: finis persuadere dictione.

Authoritas, De qua Cicero in libro de oratore.

Dictat. s. nobis persuasionem in animo.

Cicatrices, Vestigia vulnerum.

Populi, Aspectantis.

Elapsum, Aufugisse.

Phrynen, Scortum nobile.

Hyperidis, Discipuli Isocratis nobilissimi oratoris, cuius Cicero in Bruto meminit.

Periculo, Imminẽtis dãnatiõis.

Finis, Definitio.

Idẽ, Quod.s. esset vis persuadẽdi.

Dicendo, Dictione.

Coactus, Disputationis tenore & progressu.

Theodectes, Discipulus Isocratis rhetor nobilis, de quo plura Gell. & qui quoq; certauit ad Mausoleũ

Est creditum, Traditur.

Interim, Partim.

Corruptores. s. boni, vel vitiatores, stupratores.

Absunt, Vt meretrix, adulator, corruptor.

Apollodorus, Byzãtius scriptor ratis Rhetoricæ.

Oratorem, Oratoris artem.

Fortunæ, Euentui incerto.

Dicit, Lib. 1. ad Theodecten.

Inueniendi, Perspicit.

Persuasibilia, Quæ mortem persuadere possunt.

Supra diximus, Quod videlicet aliis cõuenit quàm Oratoribus.

Quæ, Inuẽtio rerũ persuasibiliũ.

Hermogene, Quẽ pene M. Tul. Cic. expressit in lib. de Inuẽtione.

Addita his, Supra dictis.

Circa res omnes, Quorum opinionem Crassus apud Ciceronẽ in lib. de Oratore imitatur.

Ciuiles, Vt est apud Platonem Gorgias.

Subiecisse, Subiecta esse.

Persuasibile, Ad persuasionem aptum.

Idem, Rhetoricen versari circa res omnes.

Non orator vt adulator, Infinitum est nomẽ, vt nõ homo apud Dialecticos.

Pulcherrimæ, Rhetorum, Oratorum.

Persuadendi, Idem faciendi.

Docendi, Scientiam faciendi.

Solicitius, Curiosius.

Videndi, Perspiciendi.

Cõtumeliosus, Quæ cadunt in deliberatiuum & iudiciale genera causarum. Demum, Solum.

Excludi, Omitti.

Certè, Sine cõtrouersia dictũ sit.

Laudatiuã totã, Totum demonstratiuum genus causarum.

Cautius definiuit, Rhetoricen.

Hoc, Definitionem eius.

Iudicatrix, Collatrix.

Secundum, Iuxta.

Itemque. s. cautius definiuit.

Quibus, Definitionibus.

Ille, Finis.

Videndi, Perspiciendi, iudicãdi. Sibi, Rhetoricæ.

Persuasione Assensu.

Habitu, Gestu.

Mille alia, Dicta sũt de rhetorica

Eisdem, Superiorũ definitionũ verbis. Materia, Subiectio.

Scientiam, Certis demonstrationibus constantem.

Artẽ, Coaceruationẽ præceptionum & regularum quarundam.

Vsum, Experientiã, practicam.

τειβὴ, Quasi attritio, cõtritio &c.

Athenæus, Nobilis scriptor græcus, cuius opera adhuc extant, ad cuius imitationẽ Gel. & Macrob. scripserũt, sed is lõge felicius: Nõ multũ ab hoc fine Athenæi abest T. Castricii sentẽtia, qui apud Gel. Noct. Att. lib. 1. cap. 6. de Rhetore sic verba facit: Aliter, inquit, cẽsor loqui debet, aliter Rhetori cõcessum est sentẽtiis vti falsis, audacibus, subdolis, captiosis, si modo verisimiles sint, & possint ad mouẽdos animos hoĩm qualicũq; astu irrepere: propterea turpe esse ait Rhetori, si quid in mala causa destitutum atque impugnatum relinquat, sed hunc vna cum aliis satis refutat Fab. noster.

Hoc totum, Volumẽ Platonis.

Volumina, Vt Phædrum, atque de legibus, in quibus etiam de arte Rhetorica differit.

Euoluunt, Perlegunt.

Peritiam, Experiẽtiam, ἐμπειρία, Græce dicitur.

Alio loco, In eodem, paulo post libro. In hoc libro, Cuiusmodi est liber, de quo Fabius hic agit, q̃q̃ hodie iuxta Thrasilli Platonici ordinationẽ inscriptionis verbũ aliud est, etiã si à Fabiano titulo nõ admodũ diuersum: nã ἀναπρέπτικος præscribitur. i. euersiuus: nimirũ quod in eo lib. falsa rhetorum sentẽtia ineuitabilibus argumentis euertatur, reiiciatur, refutetur, &c.

Cauillatricẽ iustitiæ. Nã quẽadmodum partim ex Gellio, partim ex Basilii Magni epistolis ad Libaniũ rhetorẽ cõstat: pleriq; erãt eo seculo rhetores, vt Protagoras nominatim à Gellio citatus, qui profitebantur ciusmodi artem, quæ

cauſam inferiorem re ipſa, verborum lenociniis redderet ſuperiorem: & viciſſim ſuperiorem verbis adeo deprimeret, vt inferiorem faceret. Quatuor partes ciuilitatis ponũtur Platoni in Gorgia, duæ corpus, reliquæ animum ſpectantes, iuſtitia. ſ. & ſciẽtia, medicina, & exercitatio: quæ in omni Republica bene morata eſſe debent, authore eodem.

Simulacrum, Imaginem falſam.

Ciuilitatis, Ciuili facie.

Corporis. ſ. probe curandi.

Animo, Curãdo aſſignat Plato.

Mangonum, Artificum: ſunt autem Mangones qui emebant, & reuẽdebant tam homines, quàm equos.

ἐλεγκτικὸς, Redargutorios, reprehenſiuos.

Cõpoſiti, Dialogi, Platonici.

δογματικοὶ, Doctrinales, decretorii, à δοκέω δόξω in futuro, quod videre opinarique ſignificat. Inde δόγμα decretum, doctrina.

Exercebatur, In vſu erat.

Talem, Quartam partem adulationis.

τρόπον, Hoc modo, ad hunc modum quo vos adminiſtratis.

Diſputatio, Socratis.

ἀναγκαῖον, Neceſſarium rhetoricum hominem iuſtum eſſe, iuſtum autem. ſ. hominem, neceſſe eſt velle iuſta facere.

Ad quod, Dictum Socraticum.

Polus, Gorgiæ diſcipulus.

Calore, Temeritate.

Incõſideratior, Audacior.

Illa, Supradicta.

Simulacro, Particulæ ciuilitatis.

Tum, Poſtea Polo fatigato excipit ſermonem.

Producitur, Vi argumentationis adducitur.

τὸν μέλλοντα, Debentem recte rhethoricum fore iuſtum, ergo oportet eſſe ſcientem iuſtorum.

Appareat, Manifeſtum ſit.

Phædro, In Dialogo quem ſcripſit de pulchritudine honeſtatis, nimirum φαιδὸς per ſe pulchrũ ſignificat.

Aliter, Si non putaſſet æque rhetoricam bonam.

Quæ, Scilicet illa ſcribere.

Inuectus, Diſputatione ſua.

Nam & Socrates, Accuſauit Miletus Socratẽ apud iudices, quod iura violaret, per hoc quod deos ex inſtituto maiorum in ciuitate ſuſceptos, non exiſtimaret: ſed aliud nouum quoddam dæmonium introduceret, quemadmodum Plato indicat, & cũ illi pœna mors decerneretur: orationẽ, quam ei Lyſias ſcripſerat, laudauit quidem, quòd bona & præclara eſſet, verum ſibi eam non conuenire. Percontanti igitur Lyſiæ, cur ſi bona eſſet, ei non conueniret: reſpondit. Et indumenta ſpecioſa eſſe poſſent, neq; tamen mihi conuenire. Porro quemadmodum pleriſq; locis teſtatur Plato, erat omnino hæc popularib⁹ magis argumẽtis inſtructa, quàm veris, & philoſopho dignis.

Lyſias, Orator ſuauiſſimus, ſecũdum poſt Platonem obtinens locum.

Litigatoribus, Litigãtibus apud Iudices.

Fraus, Dolus.

Quo pacto, Iſocrates & Lyſias aliis orationes conſcripſere, vide M. Tul. Cic. in Bruto.

Ideo, Scilicet factum eſſe.

Superioribus, Infamantibus officia Rhetorum.

Simile veri, Credibile.

Conſcientia, De iuſta. ſ. cauſa.

Inſtrumenta, Præcepta artis rhetoricæ.

Nequitiam, Oratorum, victoriam tantum petentium, & non conſcientiam.

Viderint, Perquirant.

Opinionis. ſ. prauæ.

Ciuilitatem, Sciẽtiam rerum ciuilium.

Cicero, Primo Rhetoricorum, cuius hæc ſunt verba, Quare haud oratoriam facultatem in eo genere ponemus, vt eam ciuilis ſcientiæ partem eſſe dicamus.

Philoſophiæ, Partem. ſ. eſſe dixerunt.

Virtutes, Ornatus, elegantias.

Chryſippi, Sophiſtæ.

Ductus, Tractus.

Cleanthe, Philoſopho Stoico, quem præceptorem Chryſippus habuit.

Plures, Finitiones.

Quæſtiones, Quæ tractantur in Rheto.

Oporteat, Deceat, rectum ſit.

Alligat, Aſtringit.

Exitum, Dubium fortunæ euentum.

Coercent. ſ. Rhetoricam.

Perſequi. ſ. ſcripto.

Ad quod, Ad quem finem, finitionem.

Caput XVII.

Randi viribus, Sic exercendi ingenii gratia, Picus Mirandula iuſto penè volumine barbariem defendens, eloquentiam inſectatur, idq; potiſſimum efficit eloquentiæ viribus: vnde huic potiſſimum ab Hermolao Barbaro, & abunde reſponſum eſt Apologia.

Quidam, Maligno iudicio præditi Rhetores.

Orationis, Eloquentiæ.

Fraude, Dolo.

Pro Falſis, In defenſionem cauſas falſas habentibus.

Comici veteres, Græci, quorum eſt princeps Ariſtophanes, qui à quibuſdã Socratis accuſatoribus ingenti pecunia perſuaſus, in calumniam Socratis totam ſcripſit comœdiam, cui titulus, Nebulæ, in qua Socrates nubes, atque id genus alia deos facit, & profitetur.

Meliorẽ facere quis poſſit, Quã profeſſionẽ & Protagoræ tribuit Aulus Gell. lib. 5. cap. 3. ſicut & Laertius.

Græcorum, Vt Periclis, qui eloquentiæ viribus fretus, tyrannidẽ in Athenienſes, alióqui liberos exercuerit: & de Romanis, Gracchi duo.

Gracchi, Sic Cicero in perſona Quinti Scæuolæ ad Craſſum loquitur libro. 1. de Oratore: Sempronius, inquit, Gracchus, homo prudẽs & grauis, haudquaquã eloquens, & ſæpe alias, & Cenſor ſaluti Reipub. fuit: At eius filii Tiberius & Caius oĩbus vel naturæ, vel

doctrinæ præsidiis ad dicendũ parati,cum ciuitatẽ patrio consilio, vel auitis armis florẽtissimã accepissent,ista præclara vt tu ais ciuitatũ gubernatrice eloquẽtia rẽpublicã dissipauerũt.vnde alibi Cicero optat eãdem fuisse in administrãda repub.mentem ipsorũ,quãta fuit vis in vtroq; dicendi.

C.Elaminius,Flaminius Cõsul, homo temerarius, cõtra auspicia profectus,signis militaribus,quæ tolli non poterant effossis, & ab equo quem cõscenderat, in caput deuolutus,insidiis ab Hannibale circũuentus,& seipsum & pulcherrimum perdidit exercitum, apud Thrasimenum lacum, author est Liuius,lib.22.

Similia, Meliorem causam peiorem facere,& ediuerso.

Adiiciunt,Aduersarii.

Status,Conditionis.

Eõque,Propterea adiiciunt.

Expulsam, Legibus Lycurgi eorum principis, velut testatur Xenophõ in lib.quem scripsit de republica Lacedæmoniorum.

Vbi,In quibus Athenis.

Affectus,Iudicem ad misericordiam,iram,inuidiam, atque id genus alia concitare,quod,vt scribit Aristoteles Rhetoricorum lib.1. in iudice affectus mouere ad causam nõ pertinet, & multo minus ad actorẽ, cuius officium saltem sit,fidẽ facere,aliquid factum esse, vel nõ factum:futurum,aut nõ futurum : sed reus ipse misericordiane dignior,an supplicio sit, id totum arbitrio iudicis relinquendum statuit. Quare laudat vehementer eas resp.in quibus legibus cauetur iudicem affectibus peruertere,tractatque hanc quæstionem doctissimẽ prudentissimẽq;:vnde pleraq; excerpsit in lectiones suas Ludouicus Cælius,lib.3.cap.14.

Quæ quidem,Id est,quæ ratio.

Si procedit, Quod videlicet abutentium vitio dãnãdæ sint artes.

Dux,Scilicet fuit Gracchi Tribuni plebis,qui cumplebem legibus agrariis cõtra Senatores cõmouisset,à Senatu interfectus est. Porro seditiosum Saturnini Tribunatũ coercuit C. Rabirius authoribus patribus,velut testatur Suetonius in Cæsare,& M.Cic.in Bruto.

Glauciæ magistratus.Post natos hoies improbissimus extitit C. Seruilius Glaucia: is Prætor eodẽ die,quo Saturninus Tribunus plebis,publice est interfectus,cũ plebem contra patres armaret.

Valetudinis,Aduersæ.

Procumbunt,Procidunt.

Excudatur,Fabricetur.

Militi,Pugnaturo.

Deformem,Pudendam.

Diremisset,Resecuisset.

Pyrrhi pacẽ,Pyrrhus rex Epirotarũ, rei militaris expertissimus, cum traiecto exercitu in Italiã magnis cladibus Romanos iam affecisset, iniquis & duris cõditionibus Romanis pacem proposuit, quã illi cum parũ abfuisset quin accepissent, Appius Cæcus tum lecto grauiter decumbens, sese in Curiam deportari iussit,ac ibi dicendi viribus pactam Pyrrhi pacem dissuasit atque diremit.

Solem,lunámq;,Subindicat hoc loco Fabius noster quorũdã Platonicorum sententiam,qui etiam animalia quædam statuebãt immortalia, vt solem & lunam,& reliquas stellas. Verum hanc sententiam, quãquam forsan parum intellectã,Aristoteles pariter & theologi refutant, decernentes omnia animalia esse mortalia,nec stellis, aut mundo etiam ipsi aliquid animæ inesse. Sed hæc altioris sunt disputationis.

Aspernamur,Hac ratione.

Contra agrarias, Leges agrariæ erant, quibus decernebatur agros ex hoste captos populo viritim per triũuiros distribui debere.Hæ leges subinde à Tribunis plebis promulgabãtur : sed M.Cicero in cõtrariũ tanta grauitate orare solebat,vt etiã eis ipsis actionibus populi fauorem emeritus fuerit.

Popularis,Grata populo.

Catilinæ,Cõiurãtis cõtra rẽpub.

Toga,Orando in foro.

Supplicationes, Gratiarũ actiones diuis faciendas.

Honor, Supplicationum faciendarum pro aliquo.

Oratoribus dignitas. Nam post imperatoriam dignitatem,vt indicat Cicero in Bruto,orator summam dignitatem obtinebat. Vnde Cicero ibidem, de Seruio Sulpitio Iurisconsultorum optimo, detrectante officium oratoris, sic scribit: Maluit enim in secũda arte,hoc est iuris ciuilis prudentia, esse primus: quàm in prima, hoc est,oratoria facultate secundus.

Commota,Persuasa.

Astringerent, Obnoxios facerent.

Claritas,Fulgor:hoc idem de varietate diuina Lactantius libro 1. Inst. & August.lib.4. de doctrina Christiana.

Quæruntur,In dubio sunt.

Summam,Finem.

Persuadendi,Qualicunque opere intelligendi.

Fulgurare, Oratione : Sic enim Aristophanes Comicus de Pericle dicit : Fulgurabat,ac tonabat, & dicendo vniuersam commouit Græciam : Cuius rei mentionem facit erudite Plinius iunior Epistolarum lib.1.ferme in fine.

Socios,Cõmunes possessores.

Quod, Promere posse loquendo,quod in animo habeas.

Quandam,Etiam non perfectã.

Moliri,Extruere,conari.

Texere,Continuare.

Excludere,Incubando.

Quãtulum adiuuat, Parum admodum.

Parte,Negociorum.

Amicos,Ab incursu aduersariorum.

Intellectu, Opinione omnium hominum.

Pericli,Principi Athenienſium.

Caput XVIII.

Inis.f.disputationis.

F Voluptati,Ingenio meo.

Dicat,Primo libro Rhetoricorum.

Studiis,Affectibus propriis.

Stoici,vt Chrysippus.

Peripatetici, Vt Aristoteles, & Democritus,& Phalereus.

Tractandam,Disputatione excutiendam.

Exercere, Periclitari.

Polycratem, Rhetorem.

Busirim, Tyrannum AEgypti, qui homines ad aram mactare cō sueuerat.

Clytemnæstram, Adulterā, vxorem Agamēnonis, quæ in mariti necem cum AEgysthо conspirauerat, quam & perfecit, vt testatur Homerus cum alibi, tum Odyss. lib. 1.

Socratem, Integerrimæ ac laudatissimæ vitæ virum.

Quod, Rhetorices obseruationem.

Antonius, Vt seruiatur personæ decoro.

Dissimulator, Negauit se artem didicisse.

Opinionem, Quod non sit ars Rhetorica.

Deprecētur, Precibus mala auertere conentur.

Cauillationes, Falsas reprehensiones.

Tisiam & Coraca, Primos præceptores artis bene dicendi.

Orationem, Artificiosam.

Laboramus, Solicite perquirimus.

Præceptorem Phœnicem, Adhibitum Achilli illustrando.

Oratores, vt Nestorem Pyliorū principem, cui medium, & temperatum genus dicendi attribuit Homerus, si statur iudicio Ciceronis, & Fabii in. x.

In tribus ducibus, Menelao, cui tenue attribuitur filum orationis & Vlysси, cuius orationem hybernis niuibus, copia. s. facit similem Poeta, Iliados. iii. etiamsi in primo ex Nestoris ore melle dulcior fluit oratio.

Iuuenes Græcos: quod in. xiiii. Iliad. Homerus habet, vbi in funere Periclis statuitur eloquētiæ præmium iuuenibus.

Achillis. Apud Homerū lib. 16.

Consummauerit, Perfecerit.

Initia, Omnium artium semina, quæ natura indita esse probat fusius Plato multis rationibus in Ménone.

Salubrium, Rerum naturalium.

Contrariorum, Insalubrium.

Experimentis, Id est, vsu, vnde Plinius: Sunt eius generis medici qui ab experimentis, quibus totā artem tribuebant ἐμπειρικὸς nominarunt, id est, experimētorum professores.

Deligauit, Id est, Ligatura demulsit, curauit.

Febris, A febrire prisca voce, id est, feruere.

Rationem, Quare. s. faceret.

Fabrica, Architectura.

Modo, Arte.

Loquitur, Quomodocūq;, tum incultis illis seculis.

Quo, Responso.

Didicerit, Scilicet dicere.

Ad cuius rei, Argumenti.

Demadem, Oratorem nobilem apud Athenienses, cuius pater nauta fuit, à quo ipse Demades non scholis Rhetorum, sed remis est adhibitus, author Suidas.

Hypocriten, Actorem fabularū, siquidem Græcis ὑποκρίνομαι significat simulo, & eam personam repræsēto, à qua ipse sum alienus: nam actores ipsi fabularū aliquoties Iro pauperiores, repræsentāt personam Agamēnonis, aut regis, quo factum est, vt qui quoquo modo aliud præ se ferāt q̄. debēt, hypocritæ dicantur.

Falso, Non vere.

Hos, Demadem, & AEschinem.

Pater eius, Lysanias nomine, vt Suidas testatur.

Genus, Exercitationem.

Potissimum, Dicendi genus est, quod non admodum ad superiora respondere videatur: quod, vt ait M. Cicero, Vsus & exercitatio omnium magistrorum præcepta superat.

Argumenta, Contra Rhetoricen, quæ aliud in se nihil habent, nisi subtilitatē & argutiam quandam cauillandi.

Aristoteles, Reliquit enim librū singularem de arte rhetorica, quē amici cuiusdam nomine, Laertio authore, inscripsit Gryllum.

Ei, Rhetoricæ.

Ciuilitatis, Ciuilis scientiæ, nimirum eam partē politices, quæ affectus & hominum mores tractare & formare pollicetur intelligit.

Multa, Argumenta.

Critolaus, Philosophus, Peripateticus cuius Laertius meminit.

Agnon, Scriptor, cuius Suidas meminit.

Fidem, Ipse se indignum fide, & suspectum reddidit.

Epicuro, Contra Rhetoricā sentiente.

Hi, Rhodius, Epicurus, Agnon.

Locis, Sedibus dialecticis argumentorum.

In infinitum, Ne non sit finis huius disputationis.

Ex materia, Subiecta.

Aiunt, Aduersarii nostri.

Quæ, Opinio.

Veris, Quæ tantum facere debebunt tantum vera.

Sibi ipsi, Scilicet verum quod falsum est.

Falsis, Verorum causa.

Inclusus, Circunseptus inter oppidum Casilinum & Calicolum montem, vt narrat historiam Liuius lib. 3. tertiæ Decad.

Sarmentis, Romanis.

Montes, In Caliculum, supra quem præsidium Romanorum erat, & hoc stratagemate Hannibal cepit.

Habuit, Quod. s. mulier esset.

Falsam, Fallitur.

Offudisse, Imposuisse, & falsum pro vero obtulisse.

In causa Cluentii, Aulus Cluentius veneficii reus fuit.

Recessisse, Caua esse.

Finem, Bene dicere esse Rhetoricæ artis.

Euentum, In alea fortunæ.

Notum, Prouerbium, Erasmus in Prouerbiis, & hoc inter adagia recenset, putatque Hemistichium esse ex veteri quopiam poeta, sed ignoto, est certe mensura dimidiati Heroici: dum clauum rectum tenea, modo officio meo fungar.

Petit, Spectat potissimum.

Vim, Immodicam pœnam.

Rationem, Iuxta præscripta artis.

Actu, Diligenti actione.

Effectum, Persuasionis.

Artes, Expertos.

Nescire, Quando.s.cõsecuta suũ finem sit.

Quorum, Scilicet falsum dicere, & affectus mouere.

Ratione, Id est, cum salutare est illis apud quos fit, sic Orator causam pietatis agẽs, in auditoribus mouerit affectus.s.odium peccatorum, & amorem virtutis, profecto in omni laude dignus, nedum nõ turpis erit.

Concessum, A Platone in libro de mendacio.

Aliquãdo, Cum salutare est his quorum gratia mendacium dicimus, sic enim sentit Plato, & hãc opinionẽ etiam Origenes in Homiliis editis in Epistolã Pauli ad Galatas sequitur. Et Hieronymus hac parte Origenẽ sectatus, etiam in Petro & Paulo mẽdacium, hoc est, simulationem & dissimulationem interpretatur eo loco Pauli, vbi legalium ciborum gratia ipse Paulus sese restitisse in faciem Petro dicit. Quãquam Augustinus ex huius quæstionis occasione cõtẽtionem penè cum Hieronymo suscepit, etiamsi impatientissimi Hieronymi clauo repercuss', post ea destitit, velut indicant epistolæ super hac re ab vtroq; scriptæ.

A Equitatem, Sententiæ proferendæ.

Fallendi, Salubri mendacio.

Mihi, Oraturo.

Concilium, Cœtus Senatorum.

Inuidia, Apud Iudices.

Præsumpta, Vel bona de malo, vel mala de bono.

Eloquentiæ, Arti ipsi.

Mobiles, Instabiles prosunt, siue falsa, siue vera.

Ex eo, Loco scilicet.

Dicenda, In oratione.

Per hoc, Non erit Rhetorica.

Vtraq;, Hæc argumenta.

Propositis, Argumentis.

Illa, Rhetorica.

Componuntur, Contendunt, committuntur.

Ars, Digladiandi.s.armorũ erit scientia.

Componitur, Committitur.

Naualibus, Naumachiis.

Imperatoria, Erit ars: nam duobus apud iudicem contendentibus oratione, cum alter persuadet, opus & finem suum consequitur, etiamsi aduersarius ad hunc finẽ non pertingat: non ergo est sibi contraria, cum per eam alter persuadeat, alter non: nam hic defectus non est artis ipsius, sed eius qui non plene didicisset, aut arte abuteretur. quæretur ab vtroque credibile saltem: quoniam contraria, Philosophis authoribus, quæ sunt eodem genere posita, maximè distant, & æqualiter sub genere collocantur: flauum autem & album non sunt contraria, quòd non maximè distent.

Frequẽtissimà, Defendenda sit.

Opinione, Quæ iam falsa, iam vera est, & iudices nesciãt an sint certa.

Ignem, Vt Heraclitus.

Aquam, Vt Thales.

Quatuor elementa, Vt Empedocles.

Nec sciunt, An sint vera quæ dicunt.

Insecabilia, Atomos, vt Democritus, & Anaxagoras.

Res, Naturales.

Distantias, Interualla, vt Astrologi.

Terræ, Vt Cosmographi.

Probationum, Argumẽtorum.

Sed, Obiectio.

Verisimilia, Quoniam eiusdem facultatis est ferè quæ sunt vera, & quæ verisimilia, authore Aristotele. 2. Ethicorum.

Cleãthes, Philosophus Stoicus, locus à definitione.

Nihil non, Omnia.

Inspectione, Contemplatione.

Ab ea, Dialectica, vt testatur Aristoteles in libris Rhetoricorum, vbi vtrique eandem materiam assignat, nempe res omnes, & nihil determinatum, imo addit quòd Rhetoricæ cum Dialectica conuertatur, & recurrat, quod & Zeno indicauit cum dixit: Dialecticen & Rhetoricen vtranque esse manum, sed Rhetoricen velut extensam, Dialecticam autem velut clausam, vt citat Cic. in Bruto.

Caput XIX.

Estimatione, Iudicio.

A Astrologia, Ratio tractans motus & interualla syderũ.

Actum, Corporis.

Rei, Syderum cœli, quæ artium ratio, θεωρητική, contemplatiua, à θεωρέω diuino, contemplor.

Agendo, Consistunt.

πρακτική, Actiua, effectiua, à πράττω, ago.

Effectu, Cõsistunt elaboratione.

Quod, Opus.

Finem, Artis.

Poeticen, Factiuam.

Qualis, Cuiusmodi, cuius generis.

Ita, Quod.s.actiua sit scientia.

Cæteris, Effectiuis ac factiuis.

Res, Rhetorica.

Impeditus, Orando.

Medicus, Desinit esse.

Secretis, Domesticis, priuatis, quæ ad solem non referuntur.

Pura, Syncera propter conscientiam.

Actiuæ, Vitæ effectiuæ.

Opus, Conscribendarum historiarum.

Ex tribus, Contemplatiua, actiua, effectiua.

Hoc, Administratiua.

Rei, Artis actiuæ.

Caput XX.

Væri, Dubitari vulgo.

Q Conferat, Momentum adferat.

Quod, Scilicet disputare, inquirere.

Vtroque, Et naturæ felicitate, & doctrinæ cura.

Referre, Interesse.

Hoc loco, Quo modo interpretamur hanc quæstionem.

Vtrilibet, Vel naturæ, vel doctrinæ præceptioni.

Alteram, Si cõsideres naturam.

Per se, Sine doctrina.

Valebit, Efficiet.

Doctrina, Præceptione.

Natura, Felici.

Ex pari, A Equaliter, id est, si simul æstimentur per se priuata cultore.

Praxiteles, Nobilis statuarius, cuius meminit Plin. lib. 34. c. 8.

Rude,Inelaboratum.

Parium marmor,Aduectum ex Paro insula, de quo marmore vide Plinium lib.36.

Expoliſſet,Exculpſiſſet.

Plus,Scilicet ingenii.

Natura,Hominis.

Fingitur,Excolitur.

Materia,Subiecta.

Precium,AEſtimatio.

Summa,Inſculpta materiæ.

Caput XXI.

MEdiis,Quibus quiſpiã abuti poteſt: Sola enim virtute ipſa abuti non poſſumus, aliis omnibus rebus ſecus: Ariſtoteles libro tertio Politicorum, & primo Rhetoricorum.

Virtus,Qua nemo abuti poteſt.

Compluribus, Vt Phalereo Demetrio.

Illud,Genus facultatis.

Ratione,Certo modo artis.

Sine literis, Sine cæteris artibus liberalibus,citra quas non conſtat ars dicendi.

Fames,Paupertas rerum.

κακοτεχνίαν,Malam artem.

Multos, Id quod Cicero in Grachis vſuueniſſe demonſtrat, quorum eloquentia in id fuerat comparata,vt Rempub.maiorum cõſiliis,magis felicibus quàm eruditis ſtabilitã,euerterẽt. Adde etiam quod flagitioſiſſimus quiſq; olim eo bono magis magiſq; polluit,vt teſtantur hiſtoriæ Rom.

Sine fruſtratione, Iactu non fallente.

His ergo, Inutilẽ operam anxie in res non ita magni momẽti collocantibus.

Diſſimillimas veritati,Cum longè ſecus ex Rhetorum præceptis agere conueniat:quibus enim modis aſſequemur,vt veras cauſas atque ob id ſerias cum dignitate tractemus, niſi antea circa declamationes veluti tyrocinia exercuerimus.

Inſtituere conamur,Ab ipſis incunabulis.

Bono viro conuenit, Inter dicacitatem,& eam quam Salluſtiuslo quentiam,& eloquentiam Fabius vel maximè intereſſe exiſtimat, quòd prior illa in Catilinas, aut ſi qui ſunt magis peſtilentes, cadat. Altera vero,quæ virtutis nomine cenſetur,non niſi in bonum virũ.

Philoſophi,Quibus peculiare eſt res introſpicere,& verbis de iis nõ quibuslibet, ſed ex præſcripto loqui:cum oratori interim liberum ſit ſuis vti pigmentis, rémq; tam digito obiter oſtendiſſe?

Conſonare ſibi,Vix eſt quod grauis viri,qui idem ſapiens videri velit,dignitati æque repugnat,ac dictorum factorúmque inconſtantia,adeo vt inuenias qui experiundorum animorum cauſa non alia cẽſura vtantur, quàm ſi perpetuus ſit quidam bene conſultorum cõſenſus. Nihil interim prohibet declinare de via,atque ſentẽtiam palam mutare,ſi id rei honeſtas, antea parum cognita ſuadeat.

Quædam ſemina, Nam Cicero omnium virtutum animis humanis ineſſe ſemina.i.ſcintillas quaſdam dixit,quæ ad maturam frugẽ tum demum venirẽt,cum ſtudio, perpetuáq; exercitatione ex altiſſimis tenebris producerentur.

Honeſtorũ & turpium peritus, Ob id in primo de Oratore Cicero philoſophiam moralem adeo neceſſariã cenſuit Oratori, vt cum ſine hac affectus moueri non poſſint,tum virtutum laudes, vitiorumque vituperium, in quod ſæpe Orator,ita poſcente argumento,diuertit, nullo modo tractari poſſit.

Caput XXII.

MAteriam Rhetorices,Seorſim quidã verba materiam ſtatuerunt,alii rem, atq; in vtrãque partem eſt acriter ſatis certatum antiquitus. Nos vero verba ipſaſq; res materiam artis Rhetoricæ nominamus. Hæc M. Tul. Cicero de Inuẽtione,vel Rhetoricorum,vel Cõmentariorum in Hermagoram.

Arguméta perſuaſibilia.i.res quæ poſſint oratiõe perſuaderi,vel probationes,quæ poſſunt perſuaderi.

Operis,Rhetorici.

Fiunt,Perſuaſibilia.

Materia,A rebus,circa quas verſantur ciuiles quæſtiones, quæ in cœtu populi tractantur,& in republica ciuitatis aguntur.

Qualitate.i.re ipſa.

Modo,Menſura,& numero minore,quoniam & priuatæ quæſtiones cadunt in materiam Rhetorices.

Vitam,Rationem viuendi.

Omnium virtutum, Vniuſcuiuſque per ſe.

Earum,Virtutum.

Partibus,Vitæ gubernandis.

Fine,Definitionibus.

Parte,Scilicet vitæ.

Ethice,Morali philoſophia.

Negocia, Occupatum in negociis ciuilibus.

Quodã loco,Primo de Oratore.

Alibi,De Oratore.

Non propriam,Nam aliæ diſciplinæ quoque res tractant.

Circuncurrentem, Ambientem omnes alias artes.

Materiã, Quam etiam cum aliis artibus cõmunem haberet. Nam ſi ſingulæ diſciplinæ ſingulas res habẽt ſubiectas, & Rhetorice oẽs res ſubiectas ambit, certiſſimũ eſt, quod hanc materiã cum aliis diſciplinis communem habet.

χαλκοξὺν, AErariam. Intelligit fabros caldariorum, ſartaginũ, ahenorum,cantharorũ,vaſorũ.

Vaſa,Sic excuſſa.

Palæſtrica,Luctandi arte.

Non obſtat,Noſtræ ſententiæ.

Nam cum Philoſophum, Cum ſimpliciter Philoſophiã dicimus, intelligenda eſt ea quæ vel ciuitatum,vel mores priuatorũ, vel domus adminiſtrandæ curam pollicetur, quod ea pars omnium maximè ad huius vitæ vtilitatem pertineat. Sic Socrates à Cicerone fõs philoſophiæ dicitur: nimirũ quòd relicta illa quæ naturæ arcana ſcrutatur, primus omnium Græcorũ diſciplinam docuerit, alioqui iam ante apud Iudæos,gentem omniũ antiquiſſimam, tres philoſophiæ partes celebratæ erant, quemadmodum probat Euſebius de præparatione euangelica.

Obſtat,Non eſt aduerſarium noſtræ ſententiæ.

Materia.ſ.cum philoſophia.
Primo,In præfatione primi lib.
Illi,Philoſophi.
Noſtra,Rhetorica.
Cum ſit dialectices, Etiam authore Ariſt.ad Alexandrum.
Conciſa,Breui,acuta.
Eadem,Materia.
Perpetuæ, Solutæ, proſæ orationis.
Illud,Quod ſequitur.
Reſpondere,Huic obiectioni.
Hoc inuenio,In præfatione lib. primi de Oratore.
Magnarum,Quæ in controuerſiam veniunt.
Non inſcium,Aliquo modo cõſcium.
Cauſas, Lites quæ poſſint contingere.
Melius.ſ.dicet fabervel muſicus.
Confirmationem, Comprobationem.
Hoſtienſi,Oppidi Hoſtiæ,quod oſtium & ianuam in morẽ faciat.
Liuores,Non naturales colores in corpore ad flauedinẽ tendẽtes.
Cruditatis,Non cocti cibi.
Menſuras, Terminos agrorum.
Quod quidem.ſ.verum eſſe.
Præfatione,Inter præfandum.
Polus, Diſcipulus Gorgiæ, qui idem dicit.
Hermagoras, Qui ſex libros ſcripſit de arte Rhetorica, & docuit ſub Auguſto Cæſare Romæ quæſtiones qualiſcunque cõtrouerſiæ.
Inſtrumenta,Rhetorices.
Opus,Oratio.
Vox,Spiritus longus;& patientia laterum,ſunt inſtrumenta oratoris.
Celator,Artis profeſſor.

IN LIBRI TERTII Caput I.

QVAESITVM, Quæſtionibus agitatum.
Tulerunt, Permiſerunt.
Materiámque,Subiectum,quod Græci ὑπόθεσιν dicunt.
Dicere,Oratorem.
Hinc,Poſthac,deinceps.
Vnde,Ex quo initio.
Quibus,Scilicet partibus.
Exequar,Pertractem.
Intra quem modũ, Intra quod præſcriptum,id eſt,metam.
Conſtiterũt,Gradum fixerunt.
In cæteris, Scilicet artibus, vbi non tractamus nuda præcepta.
In id, Vt iactaremus ingenium.
Materia,Argumentum fœcundius.
Hoc ipſo, Hæc ipſa miſcella & mixtura.
Studiis,Rhetoricis.
Ea,Præcepta.
Ieiuna,Tenuis,minus plena.
Delicatas, Deliciis aſſuetas, teneras.
Qua, Cauſa, ob quam cauſam, ne ſcilicet raderet aures delicatas: tacita eſt alluſio ad verſum Perſii qui eſt,
Auriculas teneras mordaci radere vero.
Abſynthia tetra &c. Supra modum amara: ſiquidem vt eſt author Dioſcorid.lib.naturalis medicinæ.3.tam eſt acerbum abſynthium,vt apud Græcos inde cognominetur. diſcutit vẽtris ac ſto machi dolores, qua potiſſimum ratione pueris tormina vẽtris patientibus ſolet miſceri.Sed & Plinius lib.27. cap.7. huius herbæ naturam ac medicinas plures ex Dioſcor.ferme adverba exſcripſit: Hermolaus certè à Græcis poetis quibuſdam ἀπίνθιον dici aſſerit, tanquam dicas impotabile,lib.3. corollarii.
Et quæ ſequuntur,Vt puerorum ætas improuida ludificetur,labrorum tenus interea oportet amarũ abſynthii laticem deuorare.
Philoſophiæ,Naturalis.
Lucretius,Epicureus.
Rationem,Inſecutus.
Vtitur,Scilicet lib.4.de rerũ natura ſtatim in principio.
Medentes,Medici.
Tetra,Amara.
Aſpirant,Attingunt, oblinunt.
Oras,Extremitates,terminos.
Mellis,Suauitatis,iucunditatis.
Abſynthii,Amaritudinis, faſtidii.
Ex eo,Propterea.
Gratiam ineat, Ne plus odii ferat,ne minus placeat.
Quoſdam,Scriptores.
Contra,Scilicet opinionem noſtram.
Eodem,Ad eundem finem.
Diuerſas tamen vias, Rationes artis diuerſas, translatione ſumpta à viarum ductoribus
Illi,Sequentes ſcilicet diſcipuli.
Nec mutaueris facile, Quiſpiã mutare poſſit.
Perſuaſiones,Opiniones
Ad ea,Præcepta.
Mox,Deinde.
Sui,Ex ſuo ingenio natum, depromptum.
Recta,Rectè inuenta.
Poetæ,Vt Homerus, Empedocles Philoſophus atque etiã Rhetor,quem philoſophiam carmine illuſtraſſe conſtat.
Artium,Præceptionum, quanquam Ariſtoteles his priores aliquas ſcribit in libro Redargutionum, qui tamen hi fuerint, non exprimit, niſi forte Empedoclem quiſpiam intelligere velit.
Vt traditur,A Suida.
Poſt eos, Opinor intelligi Phœnicẽ illum Homericum,qui apud Poetam Achillem docet & rerum actorem, & verborum Oratorem eſſe,in.ix.Iliad. tum & Menelaũ, argutum & ſubtile dicendi genus adſcribit Homerus:& Neſtorem, cui dulce & mediocre:tũ & Vlyſſem, cui fœcundum & amplum magnificũque tribuitur ab eodẽ Home.lib.Iliad.iii.
Gorgias Leontinus,Hic Gorgias authore Suida primus præceptis Rhetoricis adiunxit translationes, Allegorias, Apoſtrophos, & id genus alia,vel ſententiarum, vel verborum lumina, de quibus Fabius ipſe in. viii.ac.ix. perſcribit. Porro huius nomine librum de Rhetorica reliquit Plato. De ætate autem eius in idem cõſentiũt, M.Tullius in Catone maiore, & diuus Hieronymus in Epiſtola ad Nepotianum de Clericorum officiis.
Thraſymachꝰ Chalcedoniꝰ, Sic

ſcribendum eſt, ſic enim Stephanus Chalcedonem Bithyniæ vrbem deſcribit.

Prodic⁹ Chius, Ex inſula Chio, diſcipulus Protagoræ, ob corruptam inſtitutionem Athenis ciutam bibere coactus eſt, author Suidas.

Protagoras & Euathlus, De hoc Protagora & Euathlo Gellius copioſe agit libro 5.cap.3.& 10.cui loco magna ex Fabio lux inferri poteſt.contenditur enim iſtic ſuper mercede pacta, verũ quæ fuerit non exprimitur: ſed & Apuleius Floridorum lib.2. florulentius idem tradit.

Illorum, Coracis, & Tiſiæ.

AEmulus, Studiorum æmulator, ſocius.

Abderites Protagoras, Ex Abdera Thraciæ vrbe.

Edidit, Euathlus ipſe.

Eleus, Ex Elide oppido adiacente Olympiæ AEgypiæ: primum enim authore Stephano ab Elis nomen gentile Elidios, poſtea eliſo d Eliios, & per contractionem ἐλεῖος, ſed nos latini frequenter a diphthongon in e longum vertimus.

Eleates Alcidamas, Ex Elea vrbe Italiæ oriundus.

Antiphon, Rhamnuſius.

Primus, Scilicet Alcidamas diſcipulus Gorgiæ.

Orationem, Oratoriam.

Creditus, ſcilicet a Thucydide, qui audiſſe ſe ſcribit.

Pro ſe, In cauſa capitis.

Etiam, Scilicet eodem ſeculo fuerunt, floruerunt.

Diximus, In præcedenti libro.

Theodorus, Eodem ſeculo floruit.

Ipſi, Scilicet Rhetores floruerunt.

λογοδαιδάλους, Artifices ſermonis, ingenioſos: ſiquidem δαιδάλος ingenioſum & vafrum ſignificat aliquem, Plato in Phædro & Protagora.

Locos, Communes.

Diſputationes, Quaſdam, compoſitas in ſingularum virtutum laudes, & vitiorum vituperationes, quas iuuenes diſcipuli apud eos diſcebant. cuius rei meminit & Ariſtotel. in calce libri redargutionum Sophiſticarum, idque non ſine vituperio.

In Bruto, In libro quem ſcripſit ad Brutũ de Claris Oratoribus.

Ornatum oratorium, Elegantiã Oratori peculiarem.

Equidem, Ego quidem, quod ad me attinet.

Fama, Quæ ſcilicet etiam apud comicũ Eupolim, tribuit ei ſuadẽdi deam, quam Græci πειθὼ vocant, dicitque eum ita auditorum animos demulſiſſe, vt etiã dictorũ aculeos relinqueret: tum & Ariſtophanes de hoc ait, Fulgurabat, inquit dicendo, tonabat, atq; vniuerſam cõmouit Græciam. Memi nit eius quoque famæ Plin.in Epiſtolis lib.1.

Eſſe, Scilicet ſcriptores.

His, Rhetoribus iam dictis.

Eius, Iſocratis, nã vt Suidas ait, ac Plutarchus, alii Gorgiam, alii Thyſiam, alii Hermogenem quẽdam, alii Prodicum, alii Theramenem tradunt.

Ariſtoteli, Aſſerenti Gorgiam.

Hinc, Poſt Iſocratem.

Viæ, Rationes diſcendi.

Præſtãtiſſimi diſcipuli, Vt Theodectes, Theopompus, Hyperides, & quidã alii, quos Cicero in Bruto recenſet, & Suidas in collectaneis. Porro quod de Iſocratis æta te hic aſſerit Fabius, & confirmat M.Tul.in Catone maiore, tum & Hieronymus cõſentit: illud ipſũ variatur apud Suidam, qui mortuum ſcribit anno quarto & nonageſimo.

Præcipere, Docere.

Scholis, Diſſertationibus, diſputationibus: Græci proprie ſcholas vocant non ipſum diſcendi locum, ſed magis diſputatiões, prælectiones, atque id genus alia. quæ res Platonis dialolos legenti ſtatim eſt obuia.

Traditur, A Laertio ĩ vita Ariſt.

Philocteta, Comico.ſ.

Eſt, Extat.

Dictũ eſt, In ſuperiori lib.quod ſ.inter doctos ambiguum ſit, cuius authoris id ſit opus, Ariſtotelis ne, an Theodectis.

Rhetorice, Nam teſtatur Laertius librum vnicum ſcriptũ ab eo, cui titulus, Oratoria præcepta.

Stoicorum, Vt Chryſippus ac Diogenes.

Peripateticorũ principes, Vt Demetrius Phalereus, cuius liber de interpretatione Oratoria in hunc diem extat.

AEmulus, Concertator, comes ſtudiorum.

Athenæus, Ille antiquior.ſ.nam & recentior quidam extat Athenæus nomine, qui ſub M. Antonio imperatore dipnoſophiſtas.i. ſapientium hominum conuiuia doctiſſimè ſcripſit, ad cuius imitationem cõpoſuit Saturnalia Macrobius, vt pleriq; exiſtimant.

Apollonius Molon. Quẽ Cicero ipſe in inſula Rhodo audiuit, vt ipſe ſæpe teſtatur.

Cælius, Nam hunc æmulũ Hermagoræ Suidas facit.

Dionyſi⁹, Scripſit præcepta, quæ hodie Græce extant.

Pergamenus, Ex Pergamenis Phrygiæ vrbe.

Apolloniæ, Quæ ciuitas eſt colonia Corinthiorum, quanquam Stephanus hoc nomine viginti quinque recenſet vrbes.

Gadarenus, Ita cenſet legendum Stephanus: qui à Gadara, non Gadaræus, ſed Gadarenus venire dicit.i.oriundus ex Gadara ciuitate Palæſtinæ.

Viderunt.ſ.viuentẽ: nam vt Suidas author eſt, potiſſimũ ſub Cæſare Auguſto Romæ dicendo floruit, ac diutiſſimè vixit, quare nõ incredibile eſt Fabii ſeculo, quod fuit Domitiano imperãte, aliquos ſuperſtites fuiſſe qui Hermagorã viderint.

Cognoſcas, δεικτικῶς ponitur, quando videlicet ſecunda perſona pro tertia quauis accipitur.

Valgium, Eualgium, vtrunque apud authores, alterum tamẽ frequentius inuenitur, Valgius ſcilicet apud Macrobium.

Atticus, Attici meminit Suidas cum Rhetorem eum dicit.

Ipſius, Apollodoro inſcriptos.
Epiſtola, Apollodori.
Agnoſcit, Scilicet Apollodori eſſe: ſiquidé agnoſcimus ante cognita, cognoſcimus autẽ qualiacunque.
Cenſorinus, Sic cognominatus à ſeueritate cenſuræ geſtæ.
Inchoauit, Inchoatum opus de arte reliquit, quem exilé vocat libellum M. Tul. in Bruto.
Imperfectum, Ad finé non perductum.
Res, Neceſſitas, vſus.
Dedit, Appoſuit.
Diceret, In præfatione librorum de Oratore.
Materia, Argumento Rhetorices.
Pater Gallio, Ad differentiam fi lii Gallionis.
Priores, A Etate. functũ vita fuiſſe Pliniũ, ex hoc Fabii loco conii cere poſſumus.
Eorum, Hodie viuentium ſcriptorum.
Inuidia, Alludit ad Ouidii dictum:
Maius ab extincto nomẽ in ora venit.
Atque ad Horatium ſimul, cuius hi ſunt verſus in hanc ſententiam lib. Epiſt. 2.
Diram qui contudit hydram,
Notaque fatali portenta labore ſubegit,
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.
Vrit enim fulgore ſuo qui prægrauat artes
Infra ſe poſitas, extinctus amabitur idem.
Imbutus, Affectus, Alludit ad verſum Horatii, qui de ſe ait lib. 1. Epiſtolarum:
Nullius addictus iurare in verba magiſtri,
Quo me cũque rapit tempeſtas deferor hoſpes.
Electuris, Lectoribus.
Promeruiſſe, Quod promeruerim.

Caput II.

SErmonẽ, Loquendi facultatem.
Protinus, Gentis hominibus ſermonem inditum fuiſſe.
Huic, Principio & ſemini indito a deo.
Vtilitas, Sperata. ſ. ex eloquẽtia.
Studium, Amorem.
Summam, Perfectionem huic dedit principio.
Exercitatio, Vſus, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Vſus enim, vt ille dixit, poteſt omnia.
Video, Deflexio eſt à corpore ad animum.
Diſcrimen, Capitis, aut fortunarum.
Prior, Quàm ſit accuſandi cauſa
Niſi quis dicit, Quod ſcilicet ab ſurdiſſimum eſſet.
Obſeruatio, Diligens cura artis.
Eorum, Vtilium & inutiliũ inuentorum.
Dedit, In præfatione Rhetoricorum.
Vagæ, Huc & illuc errantes ſine mãſionibus, Id quod & de Aboriginibus narrat Salluſtius in Catilina, & hodie in multis gentibus Scythicis experientia cognoſcere licet.

Caput III.

LEgationibus, Muneribus legatorum.
Plurimi maximiq;, vt Ariſtoteles, Cicero, Hermagoras.
Sermo, Cõfabulatio philoſophorum eſt. Oratio vero oratorum in Senatu vel iudicio ad iudicem.
Vltra, Supra rem & verbum.
Quomodo, Stulte ne, an prudenter.
Diſpoſitionem, Quæ videlicet indicat, quo quid loco dicendum ſit.
Loco, Ordine.
Ea, Memoria.
Hoc, Scilicet ſic diſpoſita, verbis ornata, fixa memoriæ.
Actio, Decorus geſtus, vultus & motus corporis.
Modo, Saltem.
Actioni, Quod videlicet natura contingat.
Inuenire, Quæ ſcilicet ad propoſitum facerent.
Iudicare, Dignoſcere inter leuia & grauia, inter ſtulta & prudẽtia.
Communia, Parum ad rem facientia.
In Rhetoricis, Rectè Aldus pro Rhetoricis topica legit: Nam in Ciceronis Rhetoricis de Iudicio ne verbum quidem fit vllũ. Quod autem hic Fabius citat, legitur in Topicis ferme in principio his verbis. Omnis ratio diligens diſſerendi duas habet partes, vnã inueniendi, alteram iudicandi: Inueniendi ratio prior.
Diuiſiſſet, His verbis. Vis oratoris in rebus eſt & verbis: ſed & res & verba inuenienda ſunt, & collocanda proprie. in rebus inuenire: in verbis eloqui dicitur: collocare eſt commune. tum ad inueniendum refertur vox, motus, vultus, atque omnis ratio eloquendi comes eſt eorum omnium, atque cuſtos memoria.
Indicaſſe, non dignouiſſe.
Topicis, Sedibus argumentorũ.
Oratoriis, Quibus partes oratoris Cicero perſequitur.
Omniũ inuẽtorũ, Diſpoſitorũ.
Poſtea, Poſt topica & rhetorica.
Non minus, Quàm ſuperioribus.
Dion, Rhetor vel Philoſophus, cui Chryſoſtomo ab aurea eloquẽtia nomen fuit: qui circiter Fabii ſeculum, vt certum eſt, floruit, maximè gratus iamiam ſenex Traiano Cæſari. Nec ratio repugnat, quin hic ſit Dion, cuius Fabius meminit, quum Domitiano quẽ celebrat Fabius ſuo ſeculo florentem ſucceſſiſſet Nerua, Neruæ autem Traianus, neque multi inter hos ſupputentur anni.
Modo, Saltem.
Oeconomia, Nam Græcis οἶκος, Latinis domum & familiam ſignificat, νέμω autem diſpenſo & diſtribuo ſonat: vnde οἰκόνομος dicitur paterfamilias, ſiue diſpenſator domus: & res vel ars οἰκονομία, cuius eſt ſummũ opus, quæq; ſuo loco, & tempore, & ordine facere prudẽter: quam diſciplinã Ariſtoteles duobus voluminibus proſecutus eſt, quibus titulus, Oeconomica. Et itẽ Xenophon in lib. qui Oeconomicꝰ dicitur. Porro quod

Fabius abusionẽ dicit, Græcis est species tropi, κατάχρησις appellata, quoties ad significandam rem proprio carentem nomine alio abutimur, vt cum pro magno nebulone furciferum dicimus, & cum in quo pisces non sunt piscinam: quod in codicibus Aldinis hoc loco adiicitur, Nam abusiue, annotatum ab aliquo superioris seculi docto homine suspicor, ac postea ab Aldo, forsan plus æquo curioso, contextui intersertum: nimirum quod cum Fabianis verbis planè pugnet, quodq; in cæteris omnibus codicibus desideretur. Postremo non videtur aduerbium Abusiue dignum purissima Fabii eloquentia.

Homini, Huic neq; quadranti, nec apto.

Elementa, Principia quibus accrescit Rhetorica.

Humor, Vt putat Thales Milesius.

Ignis, Vt putat Heraclitus.

Materia, Vt putat Aristo. Plato.

Insecabilia, Insectilia, quas Græci ἄτομος appellant, vt putat Democritus, & Anaxagoras.

Partes sunt, Dicendæ.

Materiæ, Scilicet partes.

Quidam, De quorũ numero est Arist. 1. Rhet. cap. 3.

Causarum, Cadentium in officium Oratoris.

Aristotelem secuti, In Rhetoricis ad Alexandrum.

Concionalem, δημηγορικὸν, hoc est, genus causarum quod in concionibus deliberantium versatur, quanquam idem Aristoteles Rhetoricæ. 1. ad Theodectem cap. 3. ex trium eruditorum generibus ἐκκλησιαστοῦ, hoc est, concionalis, δικαστοῦ, id est iudicis, & ῥητ῀, id est spectatoris, tria genera Rhetorices quoque statuit, Deliberatiuum, Demonstratiuum, & Iudiciale, nihil planè in verbis dissidens. Quam diuisionem ex Platonis Gorgia ingratus discipulus furatus est, vbi Gorgias sic ad Socratem. Officium Rhetorices est, posse persuadere, & in iudicio Iudices, & in consilio Consultores, & in cõcione cõcionales auditores.

Tunc, Aristotelis seculo.

Caput IIII.

Axímo nostrorum tempo M rum. Intelligo hunc Plinium Maiorem, qui, vt inquit Gell. suæ ætatis tempore ingenii, dignitatisque gratia summã tenuit authoritatem: quique vt iunior Plinius meminit in quadã epistola, reliquit. xxxvi. libros studiosorum in sex volumina, propter amplitudinẽ diuisos, in his Oratorem ab incunabulis, & instituit & perfecit.

Causis, De iniuriis illatis.

Consilium, Amicis.

Mitigamus, Lenimus concitatũ animum.

Concitamus, In iram scilicet.

Præcipimus, Docemus.

Obiurgamus, Amice.

Maledicimus, Cõtumelioſe.

Renunciamus, Literis. i. abstinemus nos a literis, desistimus à disciplinis.

Rem tam late fusam, Causas forenses, & alias.

Hoc, Hanc causam.

Laudes, Encomia clarorum virorum.

Dicere, Ad sepulchrum.

ἐπιταφίους, Orationes funebres, sic Arist. Rhet. 1. Periclem summum Græcorum principem introducit ἐπιτάφιον dicentem: Et apud Mausoleum. i. Mausoli regis Cariæ sepulchrum, Epitaphiis dicẽdis certarũt nobilissimi Rhetores, Theodectes, Theopompus, ac Iunior Isocrates: Nam quòd Gellius Maiorem suspicatur quoque in certamen descẽdisse, error est ex amphibologia ortus, vt liquere potest Suidam legenti diligenter. ὠδὴ, ad vel iuxta præpositio, & τάφος sepulchrum, à τάφω quod sepelio sonat. τάψω ῖ futuro.

Frequentissima, Plurimum in vsum venientia.

Defendunt, Hanc partitionem triplicem causarum.

Tria faciunt etiam, vt Aristo. in Rhet. cap. 3. & Plato.

Delectationem, Quam. s. Aristo. theatricam. i. spectatoriã vocat.

Ratio, Causa triplicis partitionis.

Manifestum, Iudiciale.

Sententiæ, Arbitrio.

Anaximẽes, Rhetor Græcus, patria Lampsacenus, discipulus fuit Diogenis, cui cognomentum Canis, & Zoili Grammatici, eius qui Homeri poemata venenato infecit veru, postea Alexandri principis Macedonum præceptor in re rhetorica extitit, de quo plura alia Suidas in Collectaneis.

Apud Græcos quosdam, Atque adeo apud Platonẽ ipsum, qui in Gorgia, postquam tria hæc genera vulgata expressisset, adiecit etiam officiũ esse Oratoris in alio quouis cœtu ciuili, dicendo persuadere posse.

Eorum, Iudicum,

Lite, Controuersia.

Species, Harum partium.

Quod, Scilicet postremum, etiã peculiari vocabulo.

ζητητικὸν, Exquisitum.

Protagoram, Sophistam nobilẽ.

Precandi, Rogandi.

Quod, Precari.

εὐχωλὴν. Precationem.

Sophistæ, In Dialogo Sophistes, vel de Ente.

παρομιλητικὴν, Cõfabulatoriã: à παρὸς præpositione, quod hoc loco coniunctionem & societatem significat, & ὁμιλέω, quod in circulis differere sonat.

Permittamus, Indulgeamus.

Nobis, Latinis.

Cuius, Partis παρομιλητικῆς.

Genere, Causarum.

Quæstione, Contineri putant.

Dictare, Ingerere, præscribere, instillare homini cordato.

Dixi, In prĩcipio huius capitis.

ἐγκωμιαστικὸν. ἐγκώμιον authore Hammonio de differẽtiis dictionum, proprie laudationem hominis, aut animalis, aut etiã rei inanimatæ significat: Sic extat ἐγκώμιον Helenes à Gorgia scriptum, sed & ἐγκώμιον caluitii lusum à Sinesio: postremo & muscam Encomio celebrauit Lucianus. Porro hymnus, laudem in aliquẽ deum compositam significat.

ἐπιδεικτικὸν, Demonſtratiuum, ſiue oſtentatiuum.

Quàm oſtẽtationis, Quãquam enim δείκω, δείξω in futuro, monſtro ſignificat, ἐπιδείκω tamẽ proprie oſtentare, & velut iactare ſignificat. quam etymologiam probaſſe videntur, qui res ridiculas & nugaciſſimas nugas ad ingenii oſtẽtationem laudibus vexerunt, velut Phauorinus quartanam Febrim celebrauit, atque etiã Therſitem, Picus Mirandula Barbariẽ, Glauco iniuſtitiam apud Platonem.

Intra hoc, Spatium laudandi & vituperandi.

Panægyricos, Sermones laudatorios.

ἐπιδεικτικὸς, Oſtentatorios.

Oſtentatione, Ingenii atque virium.

Cæteræ ſpecies, Cauſarũ, ſiquæ ſunt.

Intendere, Aliquid imputare.

Communia, Omnium. ſ. cauſarum.

Conciliare, Fauorem parare.

Iudicis, Auditoris.

Docere, Rem factam, aut non factam.

Imminere, Quæ cõtra nos ſunt.

Materiam, Cauſas.

Quæſtiones, Inquiſitiones.

Omnia, Genera cauſarum.

Conſiliis, Dandis.

Aliquid, Vtile aut honeſtum.

Caput V.

Aturalibus, Ingenii dotiN bus.

Arte, Ratione quadã præceptionum.

Arti ſubiicimus, Dicimus partẽ artificii.

Doceat, Clara cõprobatione auditorem ſcire faciat.

Delectet, Cum gratia & voluptate audientium dicat.

Opus, Rhetoricæ.

Res, Quas narrando doceamus & inſpergendo.

Quædam, Materiæ, cauſæ.

Probationem, Quæ eſt pars docendi artificialis.

Partitio, Diuiſio eorũ, quæ præſtare debeat Orator.

Conſtet, Certum ſit.

Quæſtiones, Cõtrouerſias Oratori tractandas.

Iure, Ambiguo, aut aliter ab aliis interpoſito, cum verba ipſa videntur cum legum latoris voluntate pugnare, aut cum verbũ aliquod in lege poſitum, habeat plures ſignificationes, cui negocio diſcutiendo Cicero Iuriſcõſultos præeſſe dicit lib. 1. Rhet.

De re, Facta, aut nõ facta, iure vel iniuria facta.

Illud, Quæſtionum genus, quod verſatur in ſcripto.

Rationale, Quod. ſ. rationibus ſit probandum vel improbandũ.

Idem, Quod nos iam dicimus.

Verbis, Legum.

Conuenit, conſenſus eſt.

Similibus, Appendiciis circunſtantiis.

Cicero, In Topicis ferme in fine, ex quibus hæc Fabius mutuatus eſt.

Ciuiles, Ad ſtatum ciuitatis pertinentes.

Philoſopho, Qui cõtemptis ſingularibus, in ſciẽtiam non cadentibus, authore Ariſtotele, vniuerſalia maximè ſpectant.

Genus, Infinitarum quæſtionũ.

Prius, Genus quæſtionis infinitæ ſcientia diſtinctum.

Generum. ſ. & modorum.

Quale, Ad iuſtum pertinet.

Quid, Ad diffinitionem.

Sequens, Actio quæſtionis infinitæ.

Adipiſcamur, Scilicet rem, quæ præponitur in quæſtione.

Perſonarum, Quibus res adhibebuntur.

Amplior, Vniuerſalior.

Quod, Scilicet à me dictum.

Aliquid. ſ. certi.

Inde. ſ. vt infinita fiant finita.

Simplex, Nullò reſpiciens.

Prima enim quæſtio, An ſit adminiſtranda reſpub.

Altera, An tum adminiſtrãda, cum tyrannus aliquis ſummæ rerum præeſt, quo tempore difficillimum eſt bonum præſtare magiſtratum.

Hic Hermagoras, Ex Collectaneis Suidæ colligitur quidẽ, duos Hermagoras fuiſſe, priorem Philoſophum, qui nihilominus πρὸς σοφιστέας, aduerſum Academicos ſcripſerit. hic titulus an ad Rhetorem referri queat, nondum apud me ſtatui, cum σοφιστέας vocabulũ vt plurimum in malam partem apud Græcos accipiatur pro falſa ſpecie ſapiẽtiæ. Hoc autem quendam nominat celebriorem, cuius ſex libros Rhetorices citat.

Refertur, Hæc ſimplex.

Hic, In hac quæſtione.

Subeſt, Scilicet verbis.

Tyrannus, Qui ſibi, non populo gerit imperium.

Subeſt, Præeſt.

Qualitatis, Quod ſcilicet is qui præeſt ſit tyrannus.

Dixeris, Eiuſmodi quæſtionem.

Generale, Quod in genere & in vniuerſum aliquid complectantur.

Vtique, Maximẽ.

Prior, Natura.

Qualitatis, Vtilitatis vel inutilitatis, iuſtitiæ vel iniuſtitiæ.

Iure, Quæſtio fit.

Coniecturæ, Quas Iuriſconſulti præſumptiones vocant.

Coniecturis, In quibus non certis argumentis vtimur, ſed quaſi indiciis, præſumptionibus.

Sceleris, Perpetrati.

Certum, Conſtabit.

In vniuerſum, Generaliter.

Theſis, Quas Cicero propoſita vocat.

Aliter, Alia ratione expreſſas.

Cauſa, Quæſtio.

Oreſtes, Matricida.

Negocium, Seculares circunſtãtias quaſdam.

Quidam, Scriptores, vt Cicero.

Omnibus, Exemplis.

Occurri, Contradici.

Illis, Quæſtionibus potiſſimum tractatis à Cicerone.

Finis, Felicitas, ſummum bonum.

Perſonam, Certam.

Perueniri, Ab Oratore.

Speciem, Specialẽ quæſtionem.

Illam, Quam ego iam refuto.

Quædã, Generales quæſtiones.

Quam,Si ille prior ſcilicet.
Contendit,Nititur probare.
Genus,Infinitum.
Improbat, In præfatione de oratore.
Status,Capita cauſarum.
Summæ,Eædem.
Illud,Quæſtio in rebus.
Hoc,Quæſtio ad aliquid.
Negocium,Tractatus.
Cauſarum,Rationũ,quibus aliquis motus fuerit.
πρόσωπον,Circunſtantiam,appẽdicem perſonarum.
Cicero his verbis, In Topicis & Rhetoricis vtitur.

Caput VI.

Liquo ſtatu, Quaſi cardine
A aliquo.
Omnibus,Generibus commune.
Ducatur,Eliciatur.
Id,Diſputare de ſtatu.
Materias,Cauſas.
Res,Progreſſus,veritas.
Quidam, Vt Cicero libro primo Rhetoricorum.
Appareat,Eluceat,eliciatur.
κεφάλαιον γενικώτατον, Generaliſſimum caput.
Intereſt diſcentium,Non debet turbare diſcentes.
Nomen,Scilicet στάσις.
Non primum, Multo malim legere nonnulli.
Ab Eucrate, Naucrate legẽdum eſt.conſtat & ex Gellio, & Suidæ collectaneis,inſigné inter Iſocratis diſcipulos fuiſſe: Verum quod ipſe ſciam, nulla vſquam mentio Eucratis alicuius fit.
Clazomenio, Putant primum traditum.
Euagari,Expatiari orando.
Conſiſtat,Quaſi pedem figat.
Status eſt,Quod ſummum orator intendit,ac iudex diſcernit.
Cauſarum, Duarum.
Parũ elocutos, Puto parum expreſſiſſe quod ſentiant.
Status, In quo tota cauſa occupatur.
Quæſtionis eſt.ſ.ſtatus.
Ex his duobus,Quid & quis fecerit.
Vtraque pars, Quis & quid fecerit.
Conflictione,Naſcitur.
Intelligitur,Quid ſit ſtatus.
Inde, Ex definitione ſtatus,qui eſt conflictio duorum.
Conflictionum,Cauſarum.
Ducendum,Eliciendum.
Aliæ,Quæſtiones.
Harum,Quæſtionum conferentium ad ſummam cauſæ.
Interim,Aliquando,partim.
Simplex, In qua vnius tantum eſt ſtatus quæſtio.
Inde, Ex quo Orator præcipuè ſpectandum putat.
Quæſtionum.ſ.ſtatus eorũdem.
Poſthumo, Reo de repetundis pecuniis.
Actionem,Repetundarum.
Competere,Ex Iulia lege.
Pecuniam,Regiam, publicam.
Potentius, Nullã pecuniam peruenisſe ad Poſthumum.
Milonis,Qui Clodiũ occiderat.
Inſidiator,In via Appia ſcilicet.
Liquere,Oſtenſum eſt.

Caput VII.

Eprecationem, Refutatio-
D nem.
Cicero,In Topicis.
Congreſſa,Commiſſa.
Vnde,Ex quibus Ciceronis verbis ſtatuẽtis ſtatum in depulſione criminis.
Rei,Opinioni.
A depulſione, Abiectione criminis.
Sumi,Duci.
Ab eo,Actore.
Propoſitionem,Intentioné,obiectionem ſuam.
Negat,A ſe probare, hominem occiſum eſſe à reo.
Dicit,Reſpondendo.
Idẽ, Probatio quod iure fecerit.
Eius,Rei.
Intentio,Status ipſius.
Accedo,Aſſentior,quod videlicet ſtatus oriatur ab accuſatore.
Vero propius,Eſt veriſimilius.
Reſpondente, Ex vi reſpõſionis.
Varium, Iam verum, iam non verum.
In cõiecturalibus cauſis, In quibus crimen obiectũ reo actor ipſe coniecturis probare cogitur.
Syllogiſmo, Scilicet coget vt aduerſarium:cuius ſyllogiſmi propoſitio maior legem, vt vocant,habeat: Minor autem aſſumptio adhibeat crimen aduerſarii,ſicq; inferatur legem latam eſſe de crimine: & ſi credimus Ariſtoteli Rhetoricorum primo,leges in vniuerſum feruntur,quibus particularia ſubſumere licet.Verbi gratia: Si is quem adulterium commiſiſſe accuſamus,dicat actorem legem nõ habere, coget actorẽ eiuſmodi vti ſyllogiſmo:Ius eſt in adulterio necare deprehenſum:tu es in adulterio deprehẽſus, ergo iure lege necandus eras: & ex conſequenti licet tecum iure agere.
Faciat ſtatum,Det anſam ſtatui.
Eundem,Statum.
Inficialem,Negatiuum.
A reo,Propter reum.
Syllogiſmo,Collectione argumẽtorum.
Illis,Scriptoribus,qui ex depulſione ſtatum ducunt.
Status,Factos ab ipſo accuſatore
Is,Qui negat.
Coniectura,Ad comprobãdum.
Legem,Accuſandi.
Nihilominus, Nihil priori impediente.
Permittat, Adulterum deprehẽſum occidere.
Qui artem ludicram exercuerit, Extat hodie edictum prætoris Pãdectarum lib.2. titulo De iis qui infamia notantur, quod referente Iuliano Iuriſcõſulto,ſic ſtatuit: Qui artis ludicræ,pronũciandiue cauſa in ſcenam prodierit, infamia notatur: Porro ſcenam Labeo Iuriſconſultus ibidem interpretatur,locum,vel publicum,vel priuatum,in vrbe, aut vico, quo homines ad ſpectaculum confluant. Iam qui ſe in hortis tantum exercẽdo Prætori oſtẽderat,haud quaquam hac interpretatione tenetur, id quod eodẽ titulo Caius Iuriſcõſultus apertius indicat his verbis, Qui autem operas ſuas locatvt prodiret artis ludicræ cauſa, neque prodiit, non notatur: quia non eſt res adeo turpis, vt etiam conſilium puniri debeat.

Theatrali lege, Qua negabatur locus in quatuordecim primis ordinibus ei,qui vel ludicram artem exercuisset,vel censum equestrem nō haberet,id est,quadringenta sestertia.

Ludicram, Vt qui prodierit in scenam.

Ostenderat, Periculum suæ artis fecerat.

Intentio,Obiectio.

Quæstio,Scilicet oritur.

Depulsio, Respōsio accusatoris.

Frequētius illud,Vt scilicet intentio sit actoris, depulsio rei, & ex depulsione nascatur status.

Emineat,Emergat,exoriatur status verè. Subiecta res,Materia, causa.

Diuersi status,Particulares.

Id,In quo res maximè verteretur.

Magis,Mihi pugna erit cū eo.

Eius rei,Status.

Disputationem, De appellatiõe status. Numerus,Statuum.

Conuenit,Consentitur.

Trãslatio, Probationis nomen.

Genera,Nouem elemẽta, summa genera in quibus status versantur.Coniecturis aliquot in suspicionem venio,locum hunc ab oscitante aliquo scriptore confusum,quod exẽpla adducta in elemento ipsius situs,parum cũ Aristotelis mente cohæreãt,qui certè calefacere exemplum ponit elementi facere, & irasci quoq;, cum nulla ratione ad sententiam quadret, & commodius referatur ad passionis genus:Est autem,authorib⁹ Philosophis,Ira passio,& qui irascitur patitur. Neque dubito quin docti,qui vel per transennã Aristotelẽ inspexerint,nobis sint suffragaturi.

Tẽpus quod χρόνου, Hãmonius Græcus author,differẽtiã facit inter χρόνον & καιρόν, χρόνον dicit simpliciter significare tempus infinitum,sed καιρὸν, partem aliquã tẽporis alicui negocio opportunè vel tempestiuè adhibitã, id quod Fabii verba penè exponunt.

Addicta, Dum fuerat tradita in seruitutem creditori ad tẽpus: nã ad dicere est,se tradere creditori in ser uitutem ad tempus,donec soluat.qua de re est titulus in Pandectis,de addictione in certum diẽ.

Operis,Superius dicti.

In pestilentia comessator,Dubiũ non est,quin in declamationibus hoc celebre fuerit argumentum, nimirum eum accusari, qui grauissimo reip.tempore,hoc est,pestilenti,comessationibus, compotationibusque indulserit, nec magni penderit publicum ciuitatis malum.

Strenue,Dedita opera.

Debeantur,A republica scilicet.

Tot,tyrannos sustulit,Athenienses cum aliquoties infeliciter cum Lacedæmoniis pugnassent, tãdẽ victi sunt.at Lacedæmonii victis ne per occasionẽ rebellionem pararent.xxx.præposuere viros, qui reip. summæ præessent. hos.xxx. sustulit Thrasybulus,vnde declamandi materia olim fuit in schola , tot ne præmia deberentur Thrasybulo,quot tyrannos occidisset. Porro hæc materia in elemento numeri versatur.

τόπους,Modum,rationem.

Hinc, Ex hoc elemento proficiscitur.

Adulter loris cæsus,Cum tamẽ lege Iulia alius vlciscendi modus præscribatur, nempe occidendi deprehensum in adulterio. Porro quod hic de adulterio loris cæso adducitur,opinor ex historia sũptum esse,quæ refert Crispũ Sallustium deprehensum in adulterio loris bene cæsum à Tito Annio Milone,& sic dimissum.

ἀφορμὰς ἔργων, Occasiones operũ.

Hi, Qui nouẽ elemẽta statuũt.

Detrahunt, Superiori numero elementorum.

Quidam,Vt Hermagoras.

Dicta Græcorum curiosa, Tam ociosi.

Græci fuere illi prisci,vt Cicero, Græcum ocium, pro summo in Bruto dicat.

Locos,Quæstionum.

Vtraque re,Et statibus & locis.

Coniecturã à coniectu,Est enim coniectura, incertæ rei indicium ab aliquo manifesto signo, aut suspicione,aut ex vultu eius,de quo agitur:vt deprehensus est quispiã corpus recens in solitudine sepelire,hic cædis reus fit, à sepeliendo,& ex sepultura quæ manifesta est, inuestigamus incertum, hoc est,qui author cædis fuerit: Hermogenes Rhetoricorũ libro primo capite tertio, author.

Caput VIII.

Vthores,Græcos.

A Colligeret,Comprobaret.

Vtrorumque,Vtrolibet.

Coniectura, Diligens rei per signa.

Archidemus,Scriptor Græcus, cuius tamẽ Suidas nō meminit.

Et hæ quæstiones, In definitionem cadunt, quare sub finitiuo statu sunt comprehendendæ.

Inficialem,Negatiuum, quãdo reus negat factum.

Coniectura, Quia coniecturis probare oportet quod reus inficiatur,id est,negat.

Alii in partem,Dederunt.

Nomine,Inficiali.

In rem, Scilicet diuiserũt statum.

Reliqui status, Scilicet oriuntur,finitiuus,qualitatis.

Idem,Hoc de statibus.

Illud,Genus positũ in externis.

Hoc, Positum in opinionibus nostris.

πρὸς ἔννοιαν, Cognitionem, mẽtis conceptum.

Idemque,Aliter dictũ ab Apollodoro.

ἄπορον, Dubium præscriptum.

Quo dubium,Dictum.

Præsumptum,De coniecturis.

Item,Dicit de statibus.

πρὸς οὐσίαν, De essentia rei, & accidentibus.

Prius genus,Quæstionis.

Sequens,Genus accusantium.

Reliqua,Reliquos status habet.

Ad aliquid, Scriptum vel non scriptum.

De eadem,Essentia.

De alio,Accusante.

Possidonius,Rhetor,cuius Cicero frequenter meminit.

Coniecturam,Exhibet.

Quod,Genus.

κατ' ἀίσθησιν, Constitutionem.

κατ' ἔννοίαν, Iuxta notionem, sententiã animi: notio vero est, quãdiu species in animo concepta manet.

Definitio, Cum verbis exprimitur.

Partes, Species.

Legales, E legibus exorientes status.

Mentis, Cogitationis, opinionis nostræ. Summo ferè, altissimo, vt honestum esse.

Succedẽtibus, Posterioribus generibus.

Interdum, Tractatur quæstio.

Melius, Est dictum de statu substantiæ.

Pars, Species.

Succedentium, Partium, particularium magis subiectarum & subalternarum. Aut, Tractatur.

De re nominata, Nomine expressa.

Vbi, In quo genere quæstionis.

His, Statibus.

Et, Quia.

Quinetiam, Scilicet quia.

Scripti & voluntatis. s. quæritur.

Ambiguitatẽ, Scilicet quia est.

Ambiguitas autem hoc loco dubitatio est, quæ ex vario verborũ accentu, aut distinctione diuersa syllabarum oritur: verbi gratia, Duo erant cuidã filii, alter Leon, alter Pantaleon dictus, pater moriens, sic testamento scripsit, Habeat mea Pantaleon. Ex his verbis vterque filius contendit paterna bona ad se attinere. alter legit, habeat mea πάντα, id est, omnia Leon: alter coniugẽdum censet. κ' ἑητὸν, id est, iuxta dictum & sententiam, siue mentem.

Testamenta, Decreta.

Abdicationes, Certo tenore verborum comprehẽsæ, id est, exhæredatiões. Nomina, quæ verbis conceptis continentur.

μετάληψιν, Is status est, quoties crimen ipsi confitemur quidem, sed à nobis transferimus, vel in ipsum actorem, vel in quam aliã causam: ita vt factũ quidẽ ipsum concedamus, culpam autem in alium reiiciamus: quãquam hac de re paulo aliter Hermogenes, qui eã putat μετάληψιν esse, quando crimen ipsum scilicet in totũ à nobis reiicimus, quasi ad nos nihil pertineat, nimirum quod iusta ex causa negetur ansa aduersario nos accusandi: vel si quispiã cædis damnatus, casu aliquo carnificis nisum frustratus, dicat nõ bis supplicium de vno crimine sumendum. id quod partim ex Hermogene colligimus, qui iuridicialem statum sic vocat: partim ex ipso Fabio, cuius verba paulo supra hæc fuerunt: Iuridicialis est, qui δικαιολογικὸς græce dicitur: δίκαιος iustus, δίκη iudicium, λόγος dictio, sermo.

συλλογισμὸν, Est enim Hermogene authore syllogismꝰ apud Rhetores, applicatio alicuius facti, nõ scripti particularis ad scriptum ipsum, hoc est, legem vel testamẽtum, ita vt ex hac coagmentatione existat forma syllogismi dialectici, verbi gratia. Negatur alicui facultas per syllogismum hoc modo: Meretricis filiꝰ ne dicat apud iudices, hic est meretricis filius, negabitur ergo ei locus orandi.

προτρεπτικὸν a προτρέπω exhortor. σωπλικὸν, Expletiuum statum, & perfectiuum.

ὑπαλλακτικὸν, Subiunctiuum, ἀλλάττω nanque muto sonat, quia in translatione actor vel iudex mutatur.

Mutatione, Definitione, in qua mutatis vocabulis vnà per diffinitum & per diffinitionem explicatur.

Comparatiuo genere, Causarũ, in quibus comparamus crimini, cuius res agitur, aliquod egregiũ factum: quod plus in se habuerit commodi, quàm crimen obiectũ detrimenti.

μετάσασις, Antiquũ enim erat. & iam ante vulgatum μετάληψις.

In alio statu, Id est, de.

Ab Hermagora, Similiter & ab Hermogene, qui mihi Hermagoræ rationem velut referre videtur, eius hæc sunt verba eo loco, vbi de iuridicialibus statibus agitur: Fit autem, inquit, contraria accusatio, quando reus cõfitetur se crimen commisisse, & peccasse, verum culpam transfert in aliquod aliud, vt in actiorem, qui eo nomine merito pœnas dare debeat. quod si, inquit, in aliud trãsfert culpam, tum rursus fit diuisio, aut enim in aliquod culpabile merito transfert crimen confessum, & facit μετάσασιν: aut si hoc non possit, precatur, & contendit sibi veniam dari, causa extrinsecus adducta.

Tantisper, Dũ vindicatur apud iudices ab aliquo in libertatem: Asserere enim apud veteres Iurisconsul. significat, homines quoquo modo pro seruis æstimatos in libertatem vi iuris restituere.

Omnia, Ista quæsita scilicet.

Referri, Relationem aliquam mutuam fieri.

Statuum, Causarum.

ἀξίαν Dignitatem, æstimationẽ, precium.

Hoc, Scriptore.

Tribus, rationibus, Coniecturæ, finitionis, qualitatis.

Ratio, Statuum.

In illis, Rationalibus statibus.

In his, Quæstionibus legalibus.

Hos, Legales status.

Illas, Quæstiones.

Proprietatem, Finitionem.

Hanc qualitatem, Secundũ accidens.

Quæ, Species qualitatis.

Laudatiuo, Pars causarum.

Eadem, Quæ in negociali.

Destinatis, In animo cõceptis.

Negocialis, Scilicet est pars.

Iudicium, Censura.

Regestæ, Repositæ.

Deduxerat, Conscripserat.

Scholæ, Disputationes.

Tradentis, Eius qui Ciceronis præceptor fuit.

Hoc loco, De negotiali statu.

Nos ad Hermagoram, Scilicet redeamus.

Hic, Theõ Rhetoricæ traditor.

Semina, Fontes.

Citra nomẽ, Sine nominis trãslatione.

Reperiuntur, Apud Aristotelẽ iii. Rhetoricorũ ad Theodecten.

Has, Sequentes.
Voluntati, Legum latoris.
Quam, Quæstionem legalem.
Ipse, Hermagoras.
κατὰ, id est. iuxta verbum, siue dictum sub exceptione.
Quorum, Nominum.
Prius, Dictum.
Ei, Hermagoræ.
Omnibus, Scriptoribus Græcis artis Rhetoricæ.
Exceptionis, Voluntatis.
Legum, Contrariarum.
Albutius, Rhetor Latinus.
Eadem, Diuisione, qua vsus est Hermagoras.
Detrahit, Ab aceruo legalium quæstionum.
Excesserunt modum, Veniam petit, quòd tam varias variorum sententias congesserit, id quod certè opus fuerat: est enim modus in rebus, sunt certi denique fines, vt Horatius inquit.
Et fortasse tutissimum erat, Palinodiam modestè incinit, quod post. XX. annos nunc demum secus incipiat sentire. Hoc Hieronymus, Augustinus, item Origenes fecerunt, & Cicero quoque facit in præfatione libri de Oratore, vbi dicit sibi quædam rudia excidisse.
Rhetoricã rem, Scilicet ad Herennium conscriptam, vt Hieronymus vult, & approbat, id quod fecisse pro tempore præceptor existimatur. Hoc quoque faciunt doctissimi quique homines nostri seculi.
Hippocrates, Cous fuit ex Asclepiadum genere.
Catulum, Ciuem Romanum, alii Catullum, Aldus legit Lucullum, alii Lucilium.
Particulas, Præceptionum priorum.
Dedicisse, Priora,
Satisfactum volo, Dicit propter suos discipulos sui temporis.
Persuaserim, Vera scilicet esse ea.
Hi, Quatuor.
Quartum, Legalem.
Diximus, In duobus prioribus Rhetoricæ libris.
Quæstionum, Ciuilium.
Cecidisse, Non rectam iuris formam seruasse.
Quæstiones, Quæ sequũtur.
Actiones, Iura persequẽdi quod alicui debetur.
Quæstio, Principalis status.
Maior summa, Scilicet fidei cõmissio vel hæreditatis, quibus nõ poterant hæreditatem vel legata relinquere: si relinquebãt, eorum fidei committebant, qui capere ex testamento poterant hæreditatem: & ideo fidei commissa appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tãtum pudore eorum qui rogabantur, continebantur. Verba autem fidei commissorũ hæc maximè in vsu habentur, Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo, quæ perinde firma singula sunt, ac si in vnum congesta forent.
Controuersia facti, Id est, coniecturalis status.
Cognitor enim fieri, Tria genera sunt eorum, qui nobis in causa nostra apud iudicem adesse possunt: patronus, qui propriè erit Orator: Aduocatus, hoc est Iurisconsultus, qui ius ipsum suggerit. Et cognitor, qui omnẽ rei causam cognitam habet: & propterea tuetur vt suam, absente vero reo.
Iudicio, Controuersia.
Interdicere, Mihi vsu huius rei.
Petere, Vt tibi crederem.
Interdictum, Mihi.
Omnia, Exempla iam dicta de translationibus.
Legitimis, Veris statibus.
Perscriptionem, Iure ciuili constitutum fuerat, vt qui bona fide ab eo qui dominus nõ erat, cum crediderit eum dominum esse, rẽ emerit vel ex donatione, aliáve causa quauis acceperit, is eã rem, si mobilis erat, anno vbique vno: si immobilis, biennio tantum in Italico solo vsu capiebat, ne rerũ dominia in incerto essent. Verũ Iustiniano imperatori legum instauratori, melior, vt ipse ait, sẽtentia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudarentur: Ideoq; cauit, vt res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionem, id est, inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis vsucapiantur. Prius illud de mobilibus vsucapionẽ: posterius vero præscriptionem vocant.
Leges, Quibus agitur. Actio nihil aliud est, q̃ ius persequendi in iudicio quod sibi debetur.
Species, Legalis status.
Leges, Habent.
Status, Principale caput causæ.
De qua, Causa.
Sed, Scilicet ea quæstio habet caput litis.
Apertius erit, Exemplis.
Non est tale, Non est huiusmodi exemplum, vt statim ex intentiõe & depulsione oriatur status.
Causam, Principalem.
Ad id, Pertinet.
Pronunciat, In vera causa.
Quæstio, Principalis.
Vt puto statum habet, Quæstio & status hinc oriuntur.
Ergo, status hic.
Agis, Persequeris ius tuum.
Ignominiosus, Infamis.
Quæstiones Scilicet oriuntur.
Illi, Superiori exemplo nõ ego.
Simile, Hæc conflictatio.
Propositiones, Obiectiones plenæ.
Sed, Hæc res statum facit.
In hunc, Modum.
Hæc, Morte hostis mœrere.
Cætera, Omnia exempla litiũ.
Status, Sic se habent.
Tensa, Scilicet est, quæ & breuissima: Nam geometræ lineã definiunt, extensionem esse à puncto ad punctum, aut fluxum puncti in longum. Porro rectam lineam esse dicunt extensionem à pũcto ad punctum.
Apertior via, Breuissimam hãc viarum rationem, quantum licet sectamur: sed si montes interponantur, aut paludes, aut flumen, aliquoties compendio neglecto commoditatem inspicimus: ad hunc modum Fabius tametsi breuissimo præcepto statuum doctrinam absoluere queat, mauult tamen commodiorem rationem,

& rudiorem viam sequi.
Licebat, Lege. XII. tabularum.
Libertas testamentorũ, Omnia per testamentum facere & hæredibus alienare. Sed lege Falcidia cautum est, ne supra dodrantem, id est tres partes bonorum legan do exhauriantur. Porro iurisconsulti hæreditatem vniuersam per assem intelligunt: Vide titulum de lege Falcidia libro Pandectarũ primo.
Deserui, Desertor imperatoris factus sum.
Non stetit per me, Non fuit culpa mea factum.
A quibus, Scriptoribus.
Ea prima quæstio, An res sit.
Hoc, Quod sit res.
Rationali parte, Admixto statu rationali. Illæ, Quæstiones scilicet versantur. Disputationẽ, Legum. XII. tabularum.
Philosophorum, Philosophum Sextum Cæcilium Iurisconsultũ apud A. Gelliũ lib. 10. ca. 1. differẽtem vide, & consule si videbitur.
Quatuor, Coniectura, Finitio, Qualitas, Legalis.
Proposita, formæque, Themata & exemplaria causarum quædã.
Tum vocabã, In duobus libris prioribus emissis per incuriam.
Simplicius, Magis peruium intellectui.
Contemplatione, Respectu.
Legalium, Quæstionum.
Nitimur, Fulcimur,
Voluntate, AEqua interpretatione, quam limitationem hodie Iurisperiti vocant.
Comparam⁹, Vtra sit nobis accommodata & conueniens.
Efficacior, Potentior.
Diuersum, Vario sensu aduersarii.
Simplicia, Quod tantum vnum statum præ se ferunt.
Faciem, Speciem.
Scripti, Verborum.
Voluntatis, Rerum.
Syllogismus, Nascitur hinc.
Legis, Contrarietatis legũ: quæ ἀνὶ νομία Græcis dicitur.
Iisdem, Statibus.
ἀμφιβολία, Ambiguitas.
Generi, Statuum legalium.
Rerum, Voluntatis.
Scripti, Verborum.
Hæc omnia, Specialia.
Rationem, Naturam, modum.
Varietatem, Varium sensum.
Ratione referenda, Quam obiter adhibemus causæ nostræ.
Qua mente, Aliquid factum sit.
Singulos, Legalibus, & rationalibus.
Illud, Caput principale.
Quo statu sit vtendum, In qua parte causæ pes sit figendus.
Colore, Figura, habitu.
Vitium, Argumẽtorũ roboris.
Pro Milone, Qui in Appia via Clodium occidt.
Componeret, in defensionẽ Milonis.
In coniunctis, Causis.
Conuenit, Inter scriptores.
Generis, Naturæ.
Re, Vel hæreditate.
Legibus, Ex formula legum.
Ciuis tantum, Sit in vrbe.
Liceat, Per legem.
Adoptionum, Vt adoptẽtur ab aliis in locum filiorum.
Familiam, Naturalem.
Sustulit, Procreauit, genuit.
Instituto, Per testamentum.
Abdicato, Filio.
Lex, Ab aduersariis.
Fit, Abiicitur.
Prior status, Quæstio.
Altera, Quæstio
Habet, Statum.
Ante legitimum, Cum nullus nothus secutus sit.
Sed natus, Filius.
Voluntate, Sententia.
Nato, Tanquam non ante legitimum nato.
Argumento, Quod sequitur.
Tantum ciuis, Qui non ante legitimus est natus.
Post filius, Scilicet ne erit ante legitimos natus, quia nullus secutus est.
Legis, Ob contrarietatẽ scilicet.
Voluntas, Legis.
Duo status, Scripti, voluntatis atque etiam syllogismi.
Duplex, Lex ipsa.
Volenti, Filio adoptato.
Redire liceat, Vt demus tibi quod maximè tibi liceat redire.
Idem, Status oritur.
Duobus, Nato, atq; abdicato.
Eorum, Duorum.
Alter, Nothus.
Repellitur, Ab hæreditate per adoptatum scilicet abdicatus, ne quid de bõis paternis capiat: hic quia pater adhuc dicitur abdicati, certum est abdicatum inter liberos esse, cum pater & filius mutuam relationem habeant.
Intestati, Præsentis.
Legem, Scilicet sibi.
Status, Oritur hic.
Quia pater, Adhuc dicitur.
Colligit, Comprobat.
Petitione, Hæreditatis.
Filium, Scilicet legitimum.
Legitimi filii.
Legitimi, Ex legibus profecti.
Tres illi status, Scilicet cadunt in controuersiam.

Caput IX.

Arte, Iudicialium causarũ
P id remotum esse.
A negociali, Parte, seu statu.
Quod ab ostentatione, Est autẽ hoc nomen ἐπιδεικτικὸν, vt Fabius ipse indicat supra in capite quodam.
Quæ, Genera causarum.
Negociis, Ciuilibus.
Munus, Laudandi & vituperandi.
Momentum, Censura.
Iudicium, AEstimãtionem.
Quo, More Romano.
Quæstio, Celsi, cuius supra capite quodam meminit.
Fortuna, Nam talis quoque est, qualis est in fortunis.
Suis, Dispensandis, hic enim vel seruilis animus auaritia vincitur, vel generosus liberalis & magnificus apparet.
Si eũ qui ex Thetide. i. Achillẽ.
Sacri certaminis, Menander à Philemone nequaquam pari scriptore, in certaminibus comœdiarum ambitu numeroque & factionibus sæpenumero vincebatur: quẽ cum forte obuiũ habuisset, quæso inquit, Philemo, bona venia dic mihi, cũ me vincis, non

erubescis?Euripidem quoq; Marcus Varro ait,cum quinque & septuaginta Tragœdias scripserit, in quinque solis viciſſe:cum eum vincerent aliquot Poetæ ignauissimi,Gell.lib.16.cap.4. Propterea videlicet, quòd quemadmodũ ait Pindarus in Olympiis : Gratia,quæ omnia dulcia facit mortalibus, sæpe falsa ostendit : dies autem posteri testes sunt sapientissimi.&,

Maius ab exequiis nomen in ora venit,vt Ouidius dicit.

Cum reginæ Lydiæ habitum, Herculem gigantem mõstorum, ac leonum victorem , vsque adeo in Lydia emolliuit amor Omphales reginæ , vt etiam non veretetur habitum suũ, hoc est leonis à se interfecti exuuium , cum reginæ monilibus commutare , tremerêque haud aliter , ac timidus canis ad scuticas dominæ,sta tôque tempore certum fili modũ à se ductum,amicæ persoluere. Pẽsa enim certa pondera sunt, quæ statato tempore ancillis conficienda attribuere solebant veteres matresfamilias,qui mos & hodie apud pleraſque durat . Historiam scribit Ouidius pulcherrimè in epistola Deianiræ ad Herculem.

Pietas, principis nostri , Nam authore Suetonio impotentia tyrannidis prouectus Domitianus, in capite edictorum sic dictauit, Dominus deusq; noster,id quod & Martialis indicat hoc versu de Domitiano scribens,

Edictum domini deique nostri.

Intestatorũ, Qui emortui sunt nullo facto testamento.

Decreta,Senatusconsulta.

Inter quæ, Scilicet mortuis decreta.

Monumenta,Lucubrationes.

Menander,Poeta comicus.

Vt in paride, Nam cum Hecuba Paridis mater somniasset se flammam parere , quæ Troiam succenderet,adhibiti coniectores interpretati sunt,Paridem filium recens natum, Troiani regni , & sui ipsius excidium fore,quod ob raptam Helenam Menelai vxorẽ postea vsu venit,velut narrãt Poetæ Homerus & Vergil.

Et Thersitæ , Quem Homerus ad portentum vsque deformem facit,capite acuminato,eoque raris capillis consperso, tum oculis strabis, humeris contractioribus ad caput,altero pede claudũ , postremo graculorum instar bonis sententiis obstrepẽtem. Vnde ob contemptum ab Vlysse verberibus coercetur. Nirea,Homerus in nauium catalogo omniũ principum,qui ad Troiam venerint, formosissimum scribit, sed tamẽ imbellem.

Plistinem impudicum , Hunc Plistinem tradunt adulterino cõcubitu sustulisse Agamemnonem & Menelaum , cum alias Atreus legitimus pater dicatur.porro forma egregia Plistines adiutus,obrepsit vxori Atrei.

Vt Melio,Spurius Melius eques Romanus frumentum populo sua impensa largitus est , & ob id factum conciliata sibi plebe , regnum affectans à Caio Seruilio Hala magistro equitum occisus est,ac domus solo æquata,author est Liuius.

Marco quoque Manlio, Qui Capitolium à Gallis defenderat , cũ obstrictos ære alieno liberaret nexos,crimine affectati regni damnatus , de saxo Tarpeio deiectus est:in cuius notam senatusconsultum factum est , ne cui de gente Manlia Marco cognomẽ esset.

Perses, Persen hunc vel regem Persarum, à quo Persæ nominati sunt intelligo,vel quempiam nomine Persen , qui author fuerit Persis eius legis,qua sciebant matres & sorores in cõnubium adducere,id quod Catullus Epigrãmate quodam insectatur . Porro quòd Ludouicus Cœlius hũc locum correctiorem ferè in totum mutare conatur,nõ placet , etiãsi doctissima sint quæ ad locũ hunc congerit,lib.10.cap.18.

Lacedæmonii , De differentia gentium vide stultitiam Erasmi.

Rapto viuere, Xenophon in libro quem scripsit de Repub. Lacedæmoniorum, inter alia cõplura & mire potentiam eorum cõmendantia,recenset legum,fortitudinis, & patientiæ velut speciẽ fuisse:vnde & Horatius sic ait,in Odis:Me non tam patiens Lacedæmon.Et Lycurgus Lacedæmoniorũ princeps , masculis pueris victus rationem tenuissimã præscripsit:& concessit, vt si quæ insuper desiderarent ad famem restinguendam,furarentur & raperent,modo non deprehenderentur:nam deprehensis pœna statuta erat. nimirum vt hac ratione bellicosiores, & in hostem ferociores euaderent. Laudantur autem vrbes,Sic Ausonius Treueros , & Mosellæ fluuium, Romam,Mediolanum, Viennã Galliæ vrbem.

Veteribus Romanis , Vnde sũmouit senatu Cato Censor eum, qui decem argenti pondo domi haberet,vt refert Florus .Et Fabritius,vt est apud Gellium, ingens auri pondus à Samnitibus oblatum recipere noluit,malens in fictilium vasorum vsu ipse viuens aurea habentibus imperare.

Frugalitas apud Sybaritas , Populos Calabriæ,qui ob luxum nimium & vestium & ciborum, de se prouerbia dedere : Nam Sybaritica mensa prouerbialiter pro lautissima viuendi ratione dicitur : Tum & Martialis Sybariticos libellos vocat amatorios , & obscœnos.Vide Erasmũ. Factorum laus generalis , Apud Laertium philosophus quispiam, opinor Carneades , fragilitatem humanæ conditionis differẽs, mortem adeo plausibilem auditoribus fecit,vt plerique domum regressi,vitæ tædio mortem suis sibique consciuerint.

Quorundam à medicis ciborũ, Vt Cato & Chrysippus Brassicæ laudes peculiari volumine persecuti sunt, velut testatur Plinius lib.20.

In vituperãdo Catone, Author Suetonius à Iulio Cæsare duos libros quos cõtra Catonẽ scriptos reliquit,Anticatones inscripsisse.

Caput X.

Oneſti quæſtionem, Opinio eſt Stoicorũ præcipuè philoſophorum, qui omne vtile honeſtum ſtatuunt: quorũ ſententiam Marcus Tullius fuſiſſimè tractat, libro tertio Officiorum, & etiam in Paradoxis.

Hæc eſt ratio veriſſima, Quòd ſcilicet nõ ſint vtilia niſi honeſta.

Communis magis intellectus, Iuxta vulgi ſenſum.

Loquendũ, Eſt apud imperitos.

Eas, Deliberationes.

Iugumq; Caudinum, At vero Titus Veturius, & Spurius Poſthumius, quia cum male pugnatum apud Caudium eſſet, legionibus noſtris ſub iugum miſſis, pacem cum Samnitibus fecerãt, dediti ſunt his: iniuſſu enim populi ſenatusque fecerant. Eodem tempore T. Mutius & Q. AEmilius, qui tũ Tribuni plebis erant, quòd eorum authoritate pax erat facta, dediti ſunt, vt pax Samnitũ repudiaretur. Atque huius deditionis ipſe Poſthumius qui dedebatur, ſuaſor & author fuit. Quod idem multis annis poſt C. Mancinus, qui vt Numãtinis, quibus cum ſine ſenatus authoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationẽ ſuaſit eam, quam Lucius Furius & Sextus Attilius ex ſenatuſconſulto ferebant: qua accepta, eſt hoſtibus deditus. Hæc Cicero libro tertio Officiorum. Hic vtilius certe fuiſſet, præclaros illos viros in rep. adſeruare. Verum quia honeſtas diſſuaſit, dediti ſũt hoſtibus.

Legales Tractatus, Controuerſiæ legales, an liceat, an ſit permiſſum legibus.

Interim, Dum eò peruenimus.

Det Haleneſum, Inſulã: Cuius titulus eſt hodie ĩ codicibus Græcis περὶ ἁλωνήσου. Eſt autem Haleneſon inſula, quæ cum ante Athenienſis ditionis eſſet, capta à piratis, & hinc à Philippo Macedonũ rege recepta, diu in ambiguo erat vtrius eſſet, Athenienſis ne populi, an Philippi. Quare cum Athenienſes ipſi repetundarum agerent, Philippus reddere eam quidem Atheniẽſibus recuſauit: quòd videlicet ipſe eis non extorſiſſet, ſed à latronibus redemiſſet, verum doni & muneris titulo ſe daturum hanc velut gratiã Athenienſium populo: id quod ignominioſum videbatur Atheniẽſibus. res bello agi cœpta eſt, idque ex conſilio Demoſthenis.

Apud Ciceronem in Philippicis, Nona Antoniana, De ſtatua erigenda. Panegyricis, Orãtionibus laudatoriis.

Libera, Arbitrio dicentis expoſita.

Iſocrates fecerit, Nam à laudibus eloquentiæ exorditur.

Gorgias, Eodem modo fecit.

Olympico, Laude Olympicorũ ludorum.

Conuentus, Scilicet vniuerſæ Græciæ, vt quinto quoque anno eſſent celebres. Criſpus Salluſtius, Nam Catilinam auſpicatur à collatione animi ad corpus, & vtriuſque virtutum. Et Iugurthinum bellum incipit à refutatione opinionis, quæ fragilitatẽ humanæ naturæ querebatur.

Concitanda, Commouenda eſt aduerſus hoſtem.

Conciliationem, Ad amicitiam reſtaurandam.

Fas habetur, Permiſſum eſt.

Studio, Gratiæ.

Mores, Eius qui conſulit.

Operibus, AEdificiis.

Voluit, Cicero ex ſententia Ariſtotelis.

Mores, Leges, conſtituta.

Rerum, Facultatum & morum.

Re, Ipſo argumento.

An Iſthmos intercidi, Iſthmos græcis terræ anguſtiam inter duo maria ſitam ſignificat: cuiuſmodi eſt in Achaia, vbi Corinthus oppidum: Tum & in Thracia. Porro deſtinauit Iuli' Cæſar Achaiæ Iſthmum perfodere, vt maria confluerent, idémque exiccare paludes Ponticas: author Suetonius: ſed morte præuentus non perfecit. Portum autem Hoſtiæ extruxit ingentibus impendiis Claudius Cæſar, vt in eius vita refert Suetonius.

Alexander terras, Alexãder Magnus cum ex authoritate Democriti philoſophi accepiſſet plures eſſe mundos, ıtatuit Oceano pernauigato eos vincendos inquirere: Vnde declamationum argumenta antiquitas duxit, Innuit hoc Iuuenalis,

Vnus Pelleo iuueni non ſufficit orbis.

Plurima, Diuerſæ ſpecies.

Sententiæ rogantur, Quæruntur conſilia.

Stipendium, Apud Liuiũ lib. 5.

Simplex, Vnũ ſtatũ tantũ facit.

Accedunt cauſæ, Aliquoties ad materias.

Deliberat Cæſar. Vide Cæſarem in commentariis.

Gallis bellum minantibus, Gallorũ rex Brenno in Hetruriæ finibus Cluſianos adort' magna affecit clade. A Romanis ergo miſſi ſunt legati ad pacem faciendam inter Cluſinos & Gallos, exorta rixa regẽ ipſum trucidarunt: Vnde Galli commoti Romanis indixerunt bellum. Hinc deliberatio quam proponit Fabius.

Milites, Deterriti ferocia Germanorum.

Hæ, Materiæ.

Quæſtio, Simplex.

Fas, Ius gentium.

Locus, Occaſio.

Hũc caſum, Hanc cõſternationem militum.

Non fecerunt Saguntini, Sagũtum Hiſpaniæ oppidum munitiſſimum, cum diu fruſtra oppugnationem Hannibalis ſuſtinuiſſent, vt quiduis potius quàm fidẽ populo Romano datam deditione facta frangerent, ad extrema adacti, ſeſe vna cũ domiciliis concremabant.

In rate Opitergina, Opitergiũ oppidum eſt Italiæ, non procul à Venetiis, velut indicat Plinius libro. 19. cap. 19. Eius ciues pugna nauali ab hoſtibus circunuenti, potius quàm ſe hoſti trucidãdos relinquerent, mutuis cædibus ſeſe confecerunt.

Dubiis, Quorum cuẽtus eſt incertus.

Qua parte, Vtilitatis.

Partes, Suadendi & diſſuadẽdi.

Hymni deorum, Vnde ludi Apollinares in honorem Apollinis inſtituti ſunt, & Megalenſes ludi in honorem magnæ deûm matris Cybeles.

Serui armentur, Nam cum multis cladibus exhauſta eſſet Romana ciuitas, ita vt iuuentus libera ad exercitus reparandos non ſuppeteret, conſilium factum eſt, & ſenatusconſultum, quo permittebatur ſeruos contra hoſtem, quando lege ſtatuebatur capitalis pœna ſeruo militanti.

Cæſar vicerit, Pompeianos, & ex ſequenti fidem non ſeruatam auxiliarium vlciſcitur.

Quod eſt veri ſimili⁹, Poſterius ſcilicet Cæſarem vincere.

Vtriſq; differentia, Hoc eſt, pluribus & ſingulis conſultantibus.

Senatus, Cõcio omniũ ciuium.

Catoni, Maximæ ſeueritatis viro, & ab omni ambitione alieno.

An Caio Mario, Nouarum rerũ ſtudioſiſſimo, & ex altera parte ciuilis belli authori: arma enim cõtra Syllanam factionem cepit, velut refert Lucius Florus.

Scipio prior, Vehementis & ferocis ingenii vir.

Fabius deliberet, Lẽtiſſimi quin & manſuetiſſimi ingenii homo, qui quemadmodum ait Ennius apud Ciceronem de ſenectute,

Vnus cunctãdo, Romanis reſtituit rem. nam Hannibalem iuueniliter exultantem ſua patientia fregit.

Vanitas, Pro qua grauitas.

Aliquanto vero magis, Scilicet permouendus eſt animus eius.

Propter id, id eſt, hoc argumentum. Malorũ, Scilicet ex vitiis.

Bonorum, Ex virtutibus.

Liberare, Occaſionem reſponſionis.

Cæſari, ſed citra vtilitatem eius recta ſunt, quæ propoſuit honeſtè perſuaderi Cæſari.

Suadere, Scilicet ſeſe, ſed tãquam eius perſona qui conſilium petit digna.

Color, Scilicet quidã honeſtatis.

Indignatione, Quod videlicet indigniſſimum ei videretur, reipublicæ adminiſtrandæ gubernacula paucis quibuſdam præpotentibus, & nouis hominibus in manus dari, per quorum factionem nobilitas non admodum diues, & plebis paupertas opprimeretur.

Sic Atreus, Qui proprios liberos occidit.

Ambitus, Studium honoris cõ ſeruandi, etiam per ſcelus.

Quæ dicuntur, Per conſilium.

Summiſſiorem, Menſurã quandam minorem.

Ratio ipſa, Argumentatio.

Proſopopœiæ, Id eſt, quãdo introducimus in oratione deliberatiua conſilium, ad imitationem alicuius perſonæ compoſitum, vocabulum. certè ipſum fictionem ſonat: πρόσωπον perſonam ſignificat, & πλέω fingo.

Aliter Cæſar, aliter Cicero, Cæſari enim tribuit Salluſtius orationem mitem, & ſupra modũ indulgentem, dum videlicet vel ſic in Catilinaria coniuratione negat animaduertendum in coniurationis authores, idque facit callide nimirum, quo ad clementiã audaciſſimi cuiuſque fauorem cõciliet, ſicque aditum ad imperiũ occupandum præparet: Rurſum Cicero, dum gloriam veram ex patriæ libertate omnibus viribus ſectatur, mauult mortem ſubire, quàm nõ vel ingenii artibus rẽpublicam tueri: At Cato ſeueriſſimè animaduertendum in coniuratos, velut patriæ honeſtas ſuadet, cenſet.

Duplicis eſt operæ, Alterius ſuadendi, alterius ſeruandi decorem.

Vocem dabat, Quibus accommodabat orationem ſuam.

Indoctis, Hominibus, nã ſi indoctus eſſet cui ſcribebat, indoctã quoque & eo dignam orationem meditabatur.

Controuerſias, Contentiones iudiciales.

Poni, Proponi in declamando.

Priami verba, Quibus exorat animum Achillis ferocem, vt Hectoris filii occiſi corpus reddat honorifice ſepeliendum. Eſt autem locus apud Homerum vltimo lib.

Syllæ dictaturam, Cum eam ſeruare licuiſſet, vnde & Iulius Cæſar, dixit, Syllam literas neſciuiſſe, quod dictaturam depoſuiſſet; cuius occaſione potuiſſet imperium inuadere.

Subſtituimus, Introduximus pro nobis loquentes.

Pro Cœlio, Cœlius adoleſcens hac cauſa ſuſpectus erat iudicibus quibuſdam, quod Clodiæ venenum paraſſe diceretur: Verum Cicero hanc cauſam Cœlii ſic tuetur, vt ſubſtitutis perſonis Appii Cæci, quem non pudeat de libidine verba facere, & Clodii fratris iunioris ipſius Clodiæ, qui quòd vna cum ſorore concubuerit, facile promere queat, quæ ſe conſcio ſoror libidinoſa commiſerit, atq; hac arte eludit iudicium Cicero, quodque Cœlius ſpreuerit Clodiæ blãditias, in ius ab aliis adulteris vocetur.

De pœna Theodoti, Qui cum præceptor eſſet Ptolomei regis AEgypti, author fuit diſcipulo pupillo, vt Pompeium Magnum illuc ad littus appellentem in fuga iuberet interfici, & caput eius ad Caium Cæſarem hoſtem deferri: Cæſar autem viſo Pompeii capite, illachrymauit eum virum interfectum, cuius vita victoriam ſuam clariorem reddidiſſet: quare deliberat, an ſupplicio afficiat Theodotum eius cædis authorẽ, vide Florum.

Permiſſa autem eſt, Et vtilitatis ratio, quæ propria eſt ſuaſoriæ materiæ.

Quæritur & de honeſto, Vt nõnihil etiam demonſtratiui generis accedat.

Abrupta, Nihil auditorẽ præparantia.

Concitatam, Vehementem, hoc eſt, affectibus plenam.

Non quiritet, id eſt, non queſtionibus perturbet, quæ omniũ maximè declamationes deſiderant.

Torrens, Impetuosa oratio.

Nam & Philippicas, Constant Philippicæ deliberatiuo genere. suadet enim Demosthenes Athenien sibus bellum sucipere contra Philippum.

Breuitas quoque, Quæ semper generale quiddam habet. Porro hoc demum generale est, quod in singularibus similiter contingere est deprehensum.

Conciones, Habitæ ad populũ, siue milites.

Sententiæ, In senatu habitæ.

Caput XI.

Væ est quæstio, Quasi dicat nulla plane.

Aristoteles. Lib. 3. Rhetor. Hoc quoq; Hanc rationem, partem causæ iudicialis, quæ proponit breuiter, postea vel natranda, vel explicanda. Idem, Aristot.

Caput XII.

Pecuniis repet. Pecuniarum repetundarum nomine, intelligimus ea omnia quæ diuitiis constãt, velut vestes, vasa aurea, & argentea, æs signatum. Porro actio repetundarum frequenter cadere solebat in Magistratus Romanos, qui in prouincias à senatu emissi, prouincialium opes pro sua libidine arrodebant: adeo vt sæpenumero intolerandis iniuriis adacti prouinciales, ipsis proconsulibus actiones repetundarum pecuniarum intẽderent, in quibus alius ob aliam rem ereptam, crimen diuersum intendebat, vt cognoscere licet ex actionibus in Verrem.

Quoniam Prætor, Constitutis diebus per sortem indicat seorsum, & diuerso tempore de diuersis criminibus. Olim enim dies iudiciorum per sortem partibus condicebatur, authore Sexto Pópeio.

Centumuiri, Trigintaquinque tribus Romæ erant & ex singulis tribubus terni ad priuata iudicia cognoscenda legebantur, qui iudices Centumuiri dicti sunt, etiamsi numerus centenariũ excedat, sed appellatio sic seruata est, quoniam facilior.

Sicut diuinationes, Cum de cõstituendo accusatore quæritur, iudiciumque super ea re redditur, cuinam potissimum ex duobus pluribusve accusatio subscriptioue in reum permittatur. ea res atque iudicium, Diuinatio appellatur, quoniam iudicem diuinare quodammodo oportebat, quam sententiam sese ferre par sit. Aul. Gel. lib. 2. cap. 4.

Caput XIII.

Si ferè omnes exemplo, Intentio omnis, Orestẽ Clytemnæstram matrem occidisse: Depulsio, occidi, sed iure: Ratio, quia patrem Agamemnonem interfecit: Firmamentum, sed non oportuit matrẽ indẽnatam occidere filium. Nascitur iudicatio ex firmamenti & rationis controuersia, an Orestis interfuerit patrem vlcisci, & matrem nullo iudicio damnatã occidere. Est autem firmamentũ, quod ad deiiciendam rei rationem ab accusatore refertur, sine quo accusatio non consistit: Inde ex firmamenti & rationis conflictu nascitur quæstio, quæ & iudicatio dicitur, & hoc in statu coniecturali non inuenitur, quoniam in ea non est ratio: Præiudicium dicitur res, quæ cum statuta fuerit, exemplũ affert iudicaturis quod sequãtur: Porro iudicium est res, quæ causam litémq; determinat, sic Asconius.

Cõuicium, Obiurgatio est, qua audientes velut ad vitium vocamus, vnde iuris cõsultus quispiã in Pãdectis, nisi me fallit memoria, quasi conuocium dictum putat, vt sit exprobratio quædã multis audientibus.

Amplificatio, Ea est cum verbis aut sentẽtiis plus quàm res poscere videtur, dicimus.

IN PRAEFATIONEM LIB. IIII.

Sanctissimus censor, Grauissimus æstimator morum. Augustus, videlicet Domitianus.

Eloquentia quoque eminentissimum, Opinor hãc laudem maximè pertinere ad prima tempora susceptæ imperii Domitiani. Quandoquidem Suetonio Tranquillo authore, in his modestissimum gessit imperium: adeo vt si perseueraret ĩ instituto, inter laudatissimos referri potuisset. porro vt in cæteris, ita & in eloquentia vtriusque linguæ insignis describitur à Suetonio, vt qui etiam cõmentaria historiarum reliquerit.

Musas inuocent, Vt Homerus in Iliade sua ingressurus descriptionem principum, qui ad Troiam expugnãdam venerant: Et Vergilius ad exemplum Homeri idem hoc in ducibus obseruat.

Caput I.

Vod principium, Etymologia videlicet.

Id fieri, Vt scilicet præparemus auditorem, vt sit nobis accõmodatior.

Apersonis, Iudicis, actoris, rei.

Suspitio, Immodica.

Sordium, Auaritiæ.

Videamur, Exordiendo.

Patronus dabit, Vt beneuolentiam captet ab eorum personis: quod tamen perraro fieri debet. Negat esse Procœmia, In quibus scilicet beneuolentiam captemus ab aduersæ partis patrono, siue etiam à iudice.

Rectum, Seuerum.

Illud, Inuidiam, odiũ, contemptum inducere. Feciſſe aliquid, Contra inimicos iniusti. Tali causæ, Vbi scilicet iudex erat suarum rerum.

Pro regina Berenice, Regis Ptolomæi vxore: Vnde apud Stephanum, ciuitatis nomen in Cilicia Berenice est factum, cũ antè Hæsiperis diceretur.

Concilio, Dum multi iudices præsunt.

Nunquam suaserim, Adhiberi metũ corrupti iudicii per minas.

Quid vero. s. dicemus.

Ex Partibus, Quibus constat.

Pro Cœlio. Nam miratur Cicero, quòd præter consuetudinem festo die ad causam cognoscẽdam

ſederunt iudices.

Pro Deiotaro. Nam in oratione eius principio queritur Cicero, ſibi intra anguſtiam priuatorum parietum dicendum pro rege, vbi eloquentiæ lucem explicare non queat: dixit enim apud Iulium Cæſarem &c.

Habitus, Hoc eſt, noui iudicii, no noua forma: erat enim conſeſſus iudicum ſeptus magna armatorũ manu, ex factiõe Clodiana: quare timorem ſibi dicturo incuti fingit Cicero.

Opinio. Ne mali aliquid ſuſpicentur iudices de Cicerone, quòd cum antè ſemper defenderit, nũc primum accuſare Verrem incipiat. multis modis hãc hominum opinionem à ſe reiicit, indicans vrgentiſſimis cauſis ad hoc ſe inſtituti perductum.

Rogantis, Demoſthenis.

Accuſator, AEſchines.

Fidutia, Oratoris.

Penè omnia, Omnibus exordiis.

Abominari, Specie aduerſariorum.

Vanitate, Leui mendacio.

Pro Cluentio, Qui reus agebatur corrupti iudicii per pecuniã, vt hac ratione Albutius aduerſarius damnaretur.

Iudicii Iuniani, Habiti à Iunio, quo iam damnatus erat A. Cluẽtius: verũ res poſtea prouocationibus extrahebatur.

Rationem veneficii, Nam præterq̃ quòd exiſtimabatur iudicem pecunia corrupiſſe, & venia paraſſe, rumor erat venenum ab A. Cluẽtio paratum aduerſantibus inimicis.

Eleuanda, Leuiora facienda.

Remittendam, Diminuendam.

Pro Ligario, Quo Cicero obiecta crimina confitetur Cæſari, apud quem dicebat.

Expectatione, Iudicii ſuſcepti etiam feſto die.

Genera cauſarum, Quæ genera recipiantur in tribus primis generibus cauſarum: Nam vt in iudiciali, ſic & in deliberatiuo materia occurret honeſti, humilis, dubii, admirabilis atque obſcuri.

Plurimi fecerunt, In quorũ numero & Cicero eſt libro de Inuẽtione. 1.

παράδοξον &c. Probatum, improbatum, in vtranque partem æſtimatum, præter opinionem, minimè veriſimile.

Remediis, Arte quadam, qua iudicem conciliamus.

Et eo quidam, Vt Cicero libro primo Rhetoricorum.

Inſinuationẽ, Vt ſit inſinuatio oratio, quadam diſſimulatione & circuitione obſcure ſubiens animum auditoris: ſic in rhetoticis.

Surrepat animis, Iudicum.

Res ſit improba, Quã petamus.

Probetur, Commendetur cauſa.

Et quidam, In quorum numero eſt Hermogenes Græcus, Tomo ſecundo.

Cauſa laboramus, Parũ honeſta.

Propria ratiõe, Et cauſæ habitu.

Se quoq; moueri dicit, Nam facilitatem & imprudentiam Rabirii litigatoris damnat & ipſe, qua opes ſuas regi Alexandrino Ptolemæo profugo crediderat: vnde de pecuniis repetundis reus factus ſit Poſthumus.

Apud fatigatos, Detrimentum quod poſſit inde euenire eſt, quòd animi iudicum actione aduerſarii ſint occupati.

Alterum, Fatigationem.

Sociorum, Siculorum.

Schema, Figura ſententiæ, dicitur occupatio & præſumptio.

Quæ ſunt, Scilicet ſpecies.

Veras, Rectas.

Facillimè poſſunt, Ratiões Proœmiorum.

Ibi, Iudicio.

E re, Cauſa.

Fidem, Authoritatem.

Decebit, Decorabit.

Compoſitionis, Breuioris.

Vocis, Leuioris.

Vultus, Honeſtioris.

Indubitabili, Certiſſimo.

Accuratos, Omnino plenos.

Recepti, A iudicibus.

Conciliatis animis, Iudicum.

Feretur, Tolerabitur.

Locos communes, Cõtra vitia, & pro virtutibus.

Diducta, Diſtincta variis membris.

Sed hæc, Sunt tractanda.

Deſtitui, Turpiter ſe dare.

Nuſquam turpius, Eſſe poſſunt quàm in proœmio.

Cicatricoſa, Cicatricibus affecta.

Ne in caput, In iuſtam orationis ſummam.

Vtilitas, Auerſi ſermonis.

Demoſthenes, Vnica forma dicẽdi, in oratione pro Cteſiphõte.

Inſtitit, Fortius mouit.

Hoc tantum indicaſſet, Simplici modo.

Quod idem, Langueſcere orationem.

Vt modo, In eodem capite.

Præterea, Vitioſum eſt proœmium.

Hæc, Scilicet de proœmio obſeruabuntur.

Ariſtoteles, Libro tertio Rhetoricorum.

Apud bonos Iudices, Quod videlicet hi non affectibus, ſed qualitate cauſæ ad pronunciandum impellantur. Iam hoc præcipuè molimur proœmio, vt Iudices, quiſque in ſuæ cauſæ vtilitatẽ conciliet. Verum apud Lacedæmonios cautum erat, ne quis proœmiis vteretur.

Prodicus, Rhetor Græcus.

Frigida eſt affectatio, Vt progreſſio efficiat aliquam ſententiam.

Caput II.

Icens, Ager is eſt in Italia, ſic appellat⁹, quaſi minus celebratus & inglorius, vt eſt apud Ciceronẽ de Amicitia.

Loci, Quam ſcriptores τοποθεσίαν, loci deſcriptionem vocant: quemadmodum perſonæ narrationem προσωποποιΐαν, & temporis χρονοθεσίαν, cauſarum αἰτιοθεσίαν, aut etiam αἰτιολογίαν.

Vt idem, Cicero in Verrem.

Ciceronis de diſcurſu, In oratione pro Roſcio.

Chryſogonus, Inimicus Roſcii.

ὑποτύπωσις, Subformatio.

Vel de re cõſtat, Cũ narrationis virtute res ita depingitur oculis, vt non tam audiri, q̃ ſpectari pu-

tetur, quod maximè fit propriis verbis, naturali rerum seruato ordine: porro τύπῳ Græcis imaginem sonat: ὑπὸ sub, quòd sit velut subiectæ rei imago. Pubertas, Quando corpus pilis vestitur, tũc pubertas incipit.

Diuersæ partis expositio, Aduersarii pars tenetur explicare fusius, q̃ actor proposuit sub compẽdio, si commodum fuerit.

Rabirio Posthumo, Reo repetundarum.

Anteacta vita, Modestè & pacificè.

Aliisque, De causis.

Tragœdiis, Euripidis in Aiace.

De laude, Gloria bellica propter arma ipsius Patrocli, quo certamine actus Aiax per mœrorem in insaniã redactus est, vnde postea sibi ipsi mortem conscisse narratur.

Eiusmodi narrationes, Parum plenas.

Veneficio, Cuius reus agebatur.

Ventum, A rege Ptolemæo.

Curationem, Administrationẽ pecuniæ.

Vel augendi, Gratia.

Paulo ante, In principio huius capitis.

Soluendos, Recreandos.

Proserpina, Quæsita à matre Cybele. Comparatum, Inuentum.

Conciliator, Magis fauens.

Sed hoc, Hunc ordinem.

Nisi forte, Quod absurdum est dicere.

Pro Milone scriptam, Nam nõ pauit eam causam: sed armatorũ, qui iudicium sepserant strepitu deterritus, in media causa obmutuit: & quod voce non poterat, domum regressus calamo Miloni præstitit.

Præpositis. Disputatis.

Distulisse, Protulisse.

Præiudicatione, Quæ prima est quæstio post Prooemium.

Quæ est secunda, Quæstio.

Gratiam, Clodii.

Quod fiet, Qui ordo orationis.

Cauendi, Excipiendi.

Flagitiis, Grauibus sceleribus.

Criminibus, Accusationibus.

M. Cœlius, Adolescẽs perditus.

Petulantiæ, Procacitatis.

Deinde, Nonne?

Ipsius, Sceleris.

Actione, Oratione: accusabatur enim ab amicis Clodiæ nobilis matronæ, tanq̃ pro ære quod debebat ipsi mulieri, venenum parasset.

In quibus, Ludis.

Certa quædam, Argumenta.

Ideóque in scholis suo loco, cõtra suam partem.

Meditatio, Præexercitatio.

Vtrinque, Seorsim.

Scholasticis, Declamationibus.

Zelotypum, Maritum: Zelotypus maritus dicitur, qui cũ vxoris pudicitiæ non credat, eã quibus potest rationibus ita deformat, ne corporis elegantia alios in sui amorem alliciat pelliciatque: nomẽ sumptum est ab æmulatione formæ: ζῆλος æmulatio dicitur, & τύπος forma.

Malæ tractationis, Quod se male tractet, vel enormis læsionis.

Aristotelis, Lib. 3. Rhetoricorũ.

Per medium, Mediocrem modum narrandi imitari.

Esse verisimilem, Nam nisi vera esset ista narratio, haudquaquam posset tota pro nobis esse.

Non tamen exquisitis, Parũ obuiis authoribus.

Quæ quidem virtus, Perspicuitatis.

Nescias præstare &c. Dubitare quis poterat, vtrum minus velint propriè loqui, an minus possint: adimit autem Fabius hoc sermone istis nouatoribus & facultatẽ & voluntatem puræ orationis, & ad hunc modum exponit Fabii verba Erasmus in commentariis De verborum & rerum copia.

Rerum, Dicendarum.

Funis, Quo nauis è puppi alligatur retinaculo alicui ipsius portus. sic enim exponit hunc locũ Sipontinus pontifex, quẽadmodum vides epistola. 1. lib. 1. quo legere mauult auram: neque desunt qui diuersam lectionem secuti, oram legunt, vt sit sensus, soluere oram, à littore discedere: Ego tanto codicum consensui, qui oram habent, non repugnare audeo.

Ξύρωμεν, Conciſam, à πίμνω scindo & σιῶ, id est, con.

ταυτολογίας, Id est, superfluas locutiones, per iterationes intelligo quas Grãmatici vocant, ἐπαναλήψεις & ἐπαναλογίας, id est, reparationes & iterationes eiusdem sententiæ, idque per eadem verba.

Apud Ciceronem, In oratione pro Aulo Cecinna.

At partitio, quod secundo loco criminandum.

Quod Cicero, Pro Quinto Ligario, reo læsæ maiestatis apud imperatorem Iulium Cæsarem.

Mimis, Fabulis.

Præparationes faciundæ.

Latuerint, Irrepserint in animos iudicum.

Simplicitatis imitatio, Vt enim homines simplices in mendacii suspicionẽ haud temerè veniunt, ita quoque hæc morum simplicitatem imitata aliquoties plus fidei meretur q̃ arte contorta. vnde etiam prouerbio dicitur, Veritatis esse simplicem orationem: & pueris ætate simplicissima in prouerbio attribuitur veritas.

Festinato, Festinanter.

Hæ sunt, Videlicet rationes.

Magnificentiam, Rerum & verborum.

μεγαλοπρέπειαν, Magnidecentiam. per Aristotelem in moralibus, μεγαλοπρέπεια virtus est eorum, quos magna decet, vt illustrium virorum & principum: id quod vocabulum indicat, quandoquidem & Græcis μέγας μεγάλου magnus dicitur, & πρέπον decorum. Constat autem magnis sumptibus faciendis in vtilitatem publicam: hinc transfertur ad orationem, quæ nihil habeat humile, nihil vulgare, siue res, siue verba spectes.

Submittendum, Diminuendum.

ὑπέρθεσιν, Velut lucẽ quendã orationis, partim in partitionib⁹, partim in de Oratore, partim in To-

picis,qui hanc virtutem ea parte conſiderant, qua reddit ſermonē efficacem,& velut plus operantē, ab opere ἐνέργειαν vocant, ἔργον enim Græcis opus ſignificat, & ſic vtitur vocabulo hoc diu' Hieronymus in epiſtola quadam ad Paulinam ſic inquiens: Habet neſcio quid latentis energiæ viua vox,& in aurem ab ore præcepto ris diffuſa fortius ſonat: tametſi vulgares codices ferē omnes ἐνάργειαν habent. Porro qui lucem quam rebus adfert ſpectant, ἐνάργειαν vocant,quod ἀργὸς lucidum & clarum Græcis ſignificet:Et ſecundum hunc modum accipiendum eſt hoc loco apud Fabium, quando ipſe veluti ſpeciem ſubiicit, quando ipſe euidentiam vertit,& perſpicuitati velut ſpeciem ſubiicit.

Moratam cum dignitate, Mores & ſenſum hominum communem præ ſe ferentem,& exprimētem.

Prætereūdam narrationem, Vt Cicero in.2.de Oratore inclinat in hanc partem.

Actione,Ratione,genere, natura, penè quando aduerſarii actio non id intendit, quod commiſimus: aut plus intendit q̄ ſit admiſſum, grauioris nomine accuſat,vt ſi quis furem ſacrilegii accuſet.

Ingenuum ſtuprauit,Ad legem Iuliam de ſtupris & adulteriis,ſtatuitur ſtuprum committi in muliere ingenua, vel libera, vel vidua,etiam in virgine & puero.

IN LIBRI QVINTI

Caput II.

De præiudiciis, Præiudicium, inquit Aſconius Pedianus, dicitur res quæ cum ſtatuta fuerit,affert iudicaturis exemplum quod ſequantur.

De reſciſſis,Annihilatis,videlicet per cognitionem iudicum,cuiuſmodi iuriſconſulti inofficioſum vocant, de quibus rebus eſt apud Valerium Maximum libro 7.cap.7.&.8. Tū & in Pandectis.

Qualia ī Oppianicū, Hic enim Oppianicus de veneficio Aulo Cluētio parato accuſatur,ad quod conuincēdum adhibet Cicero iudicium,quo libertus Fabritii dānatur,quaſi venenum is exhibiturus fuiſſet.

In reis deportatis, Relegatis, quemadmodum fieri ſolebat in quadam capitis diminutione, cum ciuitas quidē amittitur, ſed libertas retinetur: quod accidit ei,cui aqua & igni interdictū fuerit,qui vel in inſulam deportatus eſt.ſic Iuſtinian.libro.1.inſtit.de cap.diminut.

In duas haſtas, Hinc eſt quod Valerius Maximus iudicium cētumuiralium ſæpe iudicium haſtæ vocat:ipſe certē quanquam apud idoneos ſcriptores de hac antiquitate nihil compertū deprehendi, coniecturis tamē aliquot adducor Centumuiros iudices in duas partes diſtributos,vt cauſas à priore parte iudicatas,poſterior denuo accuratius recognoſceret diſcuteretque. Itaque ſi in cauſa aliqua altera pars pronunciauit, potuit ex ſententia hoc firmamē tum adferri,quo minus recognitio poſterioris partis iam facile in aduerſum pronūciare auſa fuerit.

Aduerſus conſulta, Decretū enī ſenatus conſcriptum erat,cædem Clodii contra rempublicam eſſe, quod iudicium ad cauſam Milonis pertinet.

Signatum, Nā ſi argentū omne legatum eſt, & ſignatum argentū eſt quoque argentum, ſequitur & hoc legatum: ſiquidem ſignatum argentum ſpecies eſt argenti.

Quæ materfamilias,Huiuſmodi enim vxor apud iuris conſultos tātum dicitur materfamilias. Altera, Scilicet quæ tantū vxor erat.

Probatis, Scilicet moribus in manum & poteſtatem cum vniuerſa dote venit.

Altera, Quæ ſimpliciter vxor eſt,& ſuum habet peculium,ſibique non marito lucratur.

Abſolutum Catilinā,Hic enim cum minorem Africam Prætor expilaſſet, à prouincialibus reus repetundarum factione optimatium abſolutus eſt: niſi quis malit referre ad mitem plane ſententiam, quam de huius coniuratione dicit Cæſar apud Salluſtiū in Catilina.

Caput III, & IIII.

Ars,Actionis.

Aliis,Stupidis.

Publicum teſtimoniū, Vt adulterio polluiſſe ſacra,quæ matronis adire tantum conceſſum erat,viris autem capitale.atq; Clodius vt indicat Cicero, muliebri habitu indutus, nocte ingreſſus, & ab aliquibus matronis agnitus,ſacrum omne perturbauit.

Cauſa,Præſumptione.

Quis,Torſit.

Iniquam,Duram.

Metum,Religionem.

Caput VII.

Irca teſtimonia, Circa ea quæ per tabulas aut per teſtes formantur.

Significatio,Emphaſis.

Voluntate,Coactus.

Quo ipſo,facto.

Contra quem, Et per hoc ſuſpectum ſe reddit, quaſi ex odio det teſtimonium magis q̄ veritate.

Præſentibus,Teſtibus.

Actionum,Accuſationum.

Nixa,Firmata.

Inuadere,Accuſare.

Eleuata, Infirmata,quemadmodum in oratione pro Lucio Flacco eleuatur teſtimonium Græcæ nationis: ſic enim Cicero ait,Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorū: Tribuo illis literas, do multarum artiū diſciplinas, non adimo ſermonis lepōrem, ingeniorum acumen, dicendi copiam:deinde ſi qua ſibi alia aſſumunt,non repugno:teſtimoniorū religionem & fidem nunq̄ iſta natio coluit, totiusq; huiuſce rei quæ ſit vis,quæ authoritas,quod pōdus,ignorāt. Vnde eſt illud,Da mihi mutuū teſtimoniū: Nō Gallorū,non Hiſpanorū putatur,totū iſtud Græcorum eſt,vt etiā qui Græce neſciūt, hoc quibus verbis

à Græcis ſolcat dici,ſciant. Porro hæc ipſa oratio,indicat oẽs homines hic à Fabio notatos, quibus refelli poſſunt teſtes.

Argumentum, Oſtendentium.

Illa,Scilicet diuerſa.

Confitentium,Quaſi inuiti.

Satis eſt, Scilicet eis cõtra quos dicturi ſunt.

Pedetentim, Prouerbium à tentanda glacie tractum concreti primum fluuii.

Interrogando,In iudicio.

Inceſſere, Inuadere reprehenſione.

His temporibus,Vtpote Demoſthenis. Poſt finitas, Scilicet in mediis actionibus.

Prudẽs,Qui vſu rerum eſt edoctus.

Ex medio,Sũptis è vulgari conſuetudine.

Frigus,Ineptitudo.

Artes,Fraudes.

Subſellia,In eo loco,vbi aduerſa pars eſt.

Noceat, Aduerſetur parti.

Teſtatio,Literarum.

Teſtes,Præſentes.

Illa,Teſtationis.

Quæſitum,Dubitatum,pugnatum eſt.

Religionem,Iuriſiurandi.

Ingenia, Quibus argumẽta inueniantur.

Hinc,Dicitur.

In his, Argumentis.

In illis,Teſtibus.

Vtrinque,Ab vtraque parte litigantium.

Quæſtio,Controuerſia.

Ipſis,Teſtibus.

Ominibus,Præſagiis.

Duplicem,Verborum.

Stoicos,Qui deum omnia prouidere putant.

Coniectorum, Interpretum ſomniorum.

Mathematicorum, Aſtrologorum.

Amœnioribus,In affectibus tractandis. Traduntur, Videlicet ab Homero libro nono Odyſſeæ.

Caput VIII.

G Raminis, Herbæ. Plinius 12.cap.16.Loton arborem facit,quæ celte alio nomine dicatur,cuius baccæ fabarum magnitudine tam ſunt dulces, vt genti etiam ab earum vſu nomen ſit inductum: ſiquidem Lotophagi dicantur. & hoc certè ab arbore Homerum intellexiſſe apparet: alioqui & genus herbæ eſt,de quo forſan memoria lapſus Fabius hic ſentit: niſi quod quibuſdam placere video, vt germĩe legatur. Mihi ſi detur libera ſuſpicandi facultas, à ſemidocto aliquo & temerario caſtigatore putauerim arborem in germen commutatam, nimirum qui de herba loto aliqua legerit,de arbore autẽ nihil.

Nec vlla res probari, Vnde cum alii loci emergunt à genere ad ſpeciem,à maiore ad minus:ex pari vero fingunt locos à ſimilibus, à definitione,ab interpretatione, à ſpecie ad genus, ac à minore ad maius.

Quadruplex ratio, Quæ ſcilicet argumentando apparet.Fiunt autem argumentationes rhetoricæ, vt plurimum conditionalibus, quarum formæ quatuor ſunt vſitatiſſimæ:De quibus hic Fabius, & copioſius M. Cicero in Topicis, & Boethius ex Theophraſto in libro de hypotheticis ſyllogiſmis,tum Georgius Trapezontius,& Martianus Capella,vterque in ſua Dialectica.

Caput IX.

ενθύμια, Ariſtoteles Rhetoricorum pri.ca.3. & Hermagoras. ἐνδόξα, Veriſimilia. Idcirco ingreditur qui mouetur, Quia locus arguendi affirmatiue à ſpecie quidem ad genus valet, à genere vero ad ſpeciem non eſt niſi negatiua conſequens: rectè enim ſequitur,qui non moueatur eum nec ingredi.

T

Virginem Athalantam, Filiam regis Colchorum,venãdi ſtudioſam, à Meleagro amatore in hoc apri capite donatam, etſi Suidas Acaſti cuiuſdam filiam facit, quã Peleus adamarit:ſed de alia ſentit opinor:prioris mentionem facit vetuſtiſſimus poeta Græcus Muſæus.

Deferuntur,Litigatoribus.

Areopagitæ,Iudices Athenienſes, qui in Areopago loco Marti ſacro,vnde & nomen habent, cognoſcebant cauſas tantum capitis. Author Iulius Pollux.

Spurii Melii,Spurius Melius,vt narrat Liuius lib.4.populum Romanum annonæ penuria laborãtem,frumento diſtributo ita ſibi conciliauit,vt ſpem regni conciperet.Verum cũ innotuiſſet. gladios ac tela in eius domum comportata,cum iudicium hinc indictum refugeret, à Seruilio Hala magiſtro equitum cæſus eſt.

Marcique Manlii, Mãlius cum æs alienum,quo populus demerſus erat, ſua largitiõe diſſoluiſſet, in ſuſpicionem regni affectati venit, ex Capitolii arce præcipitatus ſupplicium dedit. Liuius in quinto.

Caput IX.

E Nthymemata, Conceptus animi. Epicheremata, Inchoata argumenta. Apodixes,Demonſtrationes.

Interpretamur, Ex ratione Græcæ vocis, quæ deriuatur à verbo ἐνθυμέομαι, quod cogito,& in animo comminiſcor ſignificat.

Sententiam, Vt credo hunc authorem huius cædis, quia heri cum occiſo rixabatur.

Contrarium,Quia ex contrariis rationem trahit. Imperfectum, Qui tantum duabus propoſitionibus exponatur.

Quod ſane, Totidem partibus concludere ſyllogiſmum.

Vulgus aggreſſionẽ,Quia ἐπιχειρέω aggredior ſignificat, & veluti operi manus admoueo: ab ἐπὶ, quod ad ſignificat,& χεὶρ manus, vt intelligas hoc vocabulo quandã argumenti quaſi præparationẽ & deſtinationem, etiamdũ ſuis partibus non explicatam.

γραμμικὰ, Lineares demõſtrat.

Quæq; earum, Vt quid ſequatur ad quãq; rẽ.verbi gratia, ſequitur ad inuidiã nocendi cupiditas,vnde argumentum trahitur pro reo cõtra actorem inuidum. ſic in iuuene luxurioſo facile hæret cõtra

adulterii vel ſtupri, amicitia in ſenibus, veneficium in nouerca.

An credibile ſit, Et Horatius in arte poetica quid cuiq; ætati hominum vel gratum vel aduerſum ſit, verſib⁹ aliquot perſcribit: Porro meo iudicio non eſt compendioſius iter ad hanc doctrinã, vt feliciſſimè diſcere liceat, q̃ ex Comœdiis & Tragœdiis.

Alioqui indubitata, Si ſemper vſuuenirent. Aut Scarũ ducas, Quoniam authore Plin. lib. 9. ca. 54. & Oppiano de natura piſciũ, in Rhodio mari agit.

Ea porro ſunt genus, Triplicem intellectum apud Porphireũ philoſophum habet vocabulum Genus, primus eſt, quoniã oẽs eiuſdẽ familiæ electos vniuerſim generis appellatione comprehendimus: alter nõ admodum à priori diſcrepat, ſiquidem familiæ originẽ, ac velut caput hoc modo genus dicimus: hæ duæ acceptiões hoc loco à Fabio deſignãtur: porro tertius Dialecticorũ eſt, apud quos eſt genus, quod de pluribus ſpeciebus ſubiectis dicitur, vt animal de homine & equo.

Similes maiorib⁹, Hinc eſt quod Euripides dicit, niſi generis fundamẽtum rectè iactum fuerit neceſſe eſt infelices eſſe, qui inde naſcuntur. & profecto Plutarchus in commentario de liberis educãdis plurimum intereſſe cẽſet, quibus quiſq; parentibus naſcatur, etiam quod ad ingeniũ & mores attinet: Quare Diogenes cũ petulãtẽ adoleſcentẽ conſpiceret, Vere, inquit, pater ebrius te proſeminauit.

Contraria, Deformitas & imbecillitas.

Conſilia autem, Cõſilia hic accipe, quaſdam animi inductiones, & quaſi voluntates, vt cum dicimus: neſcio quo conſilio hoc factum ſit, & Græci ſignificantius hoc oſtẽdũt, apud quos cõſilium à volũtate nomen habet, ſiquidẽ βούλομαι volo, & βουλή, ῆς, cõſiliũ.

Caput XI.

C Vius manu Pyrrhus, Nam cum victor Argos ingreſſus eſſet Pyrrhus, & paupercu-lum quẽdam obuium equo proſternere pararet, anicula quædã, periclitantis filii caſu mota, rupta è tecto tegula, eáque in Pyrrhi caput deiecta hoſtem occidit. Plutarchus in vita Pyrrhi.

Scipio, Malo tamen hoc loco eũ intelligere, qui primus omnium ſuorum aliis detrectantibus, contempto mortis periculo, hoſtilẽ murum tranſcendit, cuius memi nit Lucius Florus lib. 58.

Illæ quoq; fabulæ, Gellius certè lib. 2 cap. circiter penultimo, magna cum laude fabulas illas, quibus inter ſe muta animantia confabulantur, AEſopo tribuit. At quia Quintilianus noſter hoc loco tractationẽ quidem earum in ſoluto & ſimplicis orationis vel ſermonis genere AEſopo permittit, ſed originẽ plane refert ad Heſiodum, hac nimirum vſus coniectura, quòd in Heſiodi Georgicis ſubinde eædem fabulæ narrãtur, atque etiam ad allegoriã trahuntur. iam cõſtat multis ſeculis Heſiodum AEſopo antiquiorem, adeo vt apud Plutarchum hiſtoriæ ſcriptor Ephorus vel Homero vetuſtiorem faciat: nec admodum à Fabii iudicio diſſentit Caliſtratus Græc⁹ ſcriptor, in imaginum deſcriptionibus.

αἰσωποποίηθον, Suſpicor plane librariorum incuria verbum omiſſum, neq; enim Græci hoc fabularum genus ſimpliciter αἰσωπεῖον nominãt, ſed ab authore ſic cognominãt, vt teſtatur idẽ Caliſtratus in deſcriptione imaginũ. atq; haud ſcio an non ex eadem ſcripturæ conſideratione coniectura ſumi poſſit, hic legendum αἰσωπείαν nomine poſſeſſiuo. porro αἰσωποδίηθον ſonat ab AEſopo factum vel ſcriptum. παροιμίαν, Hinc enim Græcis prouerbium habet nomen, quod cuiuis iuxta viam, vel obuium ſit, à παρὰ quod iuxta, & οἶμος via.

Non noſtrum, Ad hunc modũ & legit & exponit Eraſmus in tertia Adagiorum editione, indicãs ex epiſtola Ciceronis ad Atticum hunc vſum eſſe prouerbii, ſi quis prouinciam ad ſe non pertinentem, aut parum viribus aptã recuſet, neque enim munus huius eſt geſtare clitellas, ſed aſinorum, & mulorum.

Vt aquam frigidam, Haud ſcio an non rectius legatur frigidam, vt ſimpliciter intelligas hoc morbi gen⁹, quod frigore cõcutit vniuerſa membra, genus plane oppoſitum febri: nam vt à feruendo febris dicitur, quam immodice calor vexat, ita contrarius morbus à frigore immodico, à Fabio frigida dici poteſt videri: Græci certè vtrunque genus ſuo vocabulo efferunt: etenim febrem calidã abigne πυρετὸν vocant: frigidam vero à maris & aquæ rigore ἀπύραλον dicunt, & ad hũc modum his vocabulis vſus Lucianus. Porro veteres Latini frigidas febres ex legibus. XII. tabularum querqueras nũcuparũt. Nihil autẽ vetat quo minus ad maiorem curioſitatem eorum, quos hic damnat Fabius, frigidam aquam legamus, vt quæ noxia videatur pota febrientibus.

Homeri verſu. Homerus hac de re. 2. Iliados ſcribit, & certè Ariſtoteles Rhetoricorũ. 1. hos Homeri verſus agnoſcit.

Caput XII.

B Agoam, Celebrat præter alios Bagoam Lucianus locis aliquot, vt qui Alexãdro Magno fuerit in deliciis.

Megabyſum, Et hic inter effœminatos Darii regis concubitores refertur, certè Plinius recenſet quendam ſacerdotem hoc nomine, lib. 35. cap. 10.

Doriphoron, Celebratum puerum, cuius vtilitatem etiam pictura & ſtatuis honoratã tradit Plinius. lib. 56. cap. 8.

Caput XIIII.

N Ihil autem aliud melius eſt mũdo, Apparet plane, hoc quod Rodolphus Agricola, homo vt doctiſſimus, ſic & diligẽtiſſimus lib. Dialecticorũ primo affirmat, Fabium ipſum tãetſi artificem diſſerẽdi ſummum, quod ad tractãda argumenta pertineat,

paululum negligẽtem, obiter magis aliorum q̃ ſuam referre ſententiã,id quod vel hic locus indicare poterit, nã cũ ĩ propoſita ratio cinatione medium terminum & in propoſitione & aſſumptione prædicari faciat, idq; ita vt aſſumptio ſit negatiua,iuxta Ariſt. ſententiã in Analiticis, nihil inferri poterat aliud q̃ negatiuũ,hic autẽ affirmatiue cõcluditur,mundum animal eſſe: & per hoc haud dubiũ quin improba ſit ratiocinatio.Huc pertinet quod hodie Dialecticorũ vulgꝰ tradit, coclusionẽ ſemper deteriori præmiſſorũ inhærere : nã ſi altera horum fuerit negatiua,& concluſio negabit:& ſi particulariter proponatur in altera,concluſio quoq; eandem rationẽ imitabitur : quãobrẽ tãetſi inuitus ſic mutandã eſſe ſentio lectionẽ,vt aut ſine vel præter rem legatur,id quod ratio ſubiũcta ſatis aperte demõſtrare videtur.Cæterũ hæc propoſitio aut confeſſa eſt:vt, qui beatã vitam viuere volet, philoſophetur oportet, hoc enim conceditur, aut proxima probanda,vt mors nihil ad nos.

Cætera ſequi, Niſi confirmata prima parte non poſſunt.

Eſt & aſſũptio,Ariſtoteles priorũ reſolutoriorũ cap.22.&.4.probat manifeſtiſſimẽ, rectè argumẽtandi forma ſeruata in omni figura ex falſis quidem datis colligi poſſe verũ, at ex veris nõ niſi verũ, quare ſubolet mihi certè mẽdũ eſſe in verbis Fabii:& in priore parte legẽdũ, falſa intentio, & poſtea vera connexio, in hũc modum,ſed vt ipſa eſſe falſa,ſi illa vera ſunt,nunq̃ eſt falſa connexio.

τοπικὼ, Sic maximè diuidunt Dialecticam Stoici, quẽadmodũ in ſua Dialectica indicat Martianus Capella,videlicet vt ratio inueniendi & eliciendi argumenta ex locis quos vocant appelletur τοπικὴ:verum ea ſcientia,qua iam inuenta argumenta & è ſedibus ſuis educta in modum ac figurã rectè ordinãtur,nuncupatur Græce κριτικὴ,hoc eſt iudicatoria,ἀπὸ τοῦ κρίνω quod iudico eſt,vnde κριτὴς.

IN SEXTI LIBRI PRAEFATIONEM

Vlnere orbitatis, Alludit Fabius ad Etymologiam orbitatis,ſiquidẽ oculi ob rotunditatẽ orbes dicuntur, vnde quia liberos noſtros non minus q̃ oculos ipſos amamus,qui liberis ſpolian tur,per αὐτόφρασιν orbi dicuntur, quaſi oculis capti. Porro Fabius noſter hic per lumen oculum intelligit.

Quod nefas erat,Subindicat Fabi' per hoc quod dicit nefas erat, didicit enĩ homo cordatiſſimus Platone præceptore, non fas eſſe ex hoc corporis carcere emigrare, anteq̃ is qui antè animam indidit,hoc eſt deus ipſe iubeat : quæ diuina plane ſententia tractatur copioſè apud Platonem in De republica,& Ciceronem in ſomnio Scipionis. quod ex dicto Platonis libro traductum eſt.

Igniculos ingenii, Hic vocat quaſdam futuræ eruditionis velut ſcintillas,vnde maxima erudi tionis flamma poſtea ſit profectura : breuiter vocat ſic Cicero animi noſtri propenſionem vel ad virtutes,vel ſcientias,idq; Platonicorum more.qui animis noſtris ſcientiarum omnium atque virtutum ſeminaria innata ſtatuunt,quam quæſtionẽ tractat Plato in Mẽnone.

Illius, Matris ſcilicet nomine, quæ ante filiũ erepta doloris ſenſu caret, vt vel hinc appareat ſupra felix legendum eſſe.

Floſculos,Indicia & ſpem futuræ eruditionis,

Manes,Per vmbram & animã filii mei,& vxoris.

Fulminis, Quo poſtea proſtratus proiectuſq; eſt. Feſtinatã maturitatẽ, Sic in primo libro præcox illud ingeniorum genus, idẽ Fabius,non temere vnq̃ ad frugẽ peruenire aſſerit.& Accius tragœdiarũ ſcriptor apud Gellium ſic ait,Quod in pomis eſt, itidẽ eſſe aiũt in ingeniis: quæ dura & acerba naſcuntur,poſt fiunt mitia,atque iucunda:Sed quæ gignuntur vieta,& mollia, atq; in principio ſunt viuida,non matura mox fiunt,ſed putrida:relinquendũ igitur ingeniis, quod dies atq; ætas mitificet.Tum Cato apud pliniũ lib.7.hoc idem teſtatur : Senilem iuuentam præmaturæ mortis ſignum.ad Helium ſcribẽs .& Plinius ipſe, magna hominũ admonitione ſcribit, qui ſpectatiſſimè floreant celerrimè marceſcere,libro.21.cap.1.

Errorem, Id eſt, Moribundã & euanidam opinionẽ: agere enim animam, eſt luctari animã cum corpuſculo.

Tuos ne ego ô ſpes inanes,Imitatio eſt Ciceronis in oratiõe pro Milone in epilogo.

Fugientẽ ſpiritum, Alludit hic Fabius ad Hippocratis,& quorũdam aliorum veterum ſententiam, qui animam aliud nihil eſſe putarunt, q̃ ſpiritum & flatum per omnes corporis partes diffuſum.

Adoptione,id eſt,per hoc quod cõſul adoptauit nuper in filium.

Atticæ eloquentiæ,inter omnia eloquentiæ genera, nullum magis celebrant ſcriptores q̃ Atticũ: propterea quòd inter Aſianum, quod nimia copia redundat, & Laconicum nimia breuitate accisum, medium ſit,vtrinq; temperatum : id quod indicat Cicero, cum alibi, tum in Oratore perfecto:quem librum qui legerit accurate,haudquaquã dubitabit,quin hoc loco Atticæ eloquẽtiæ legẽdum ſit. Sed & Terentius in Eunucho cum per ironiã omnibus numeris perfectam eloquentiam in milite glorioſo oſtendere vellet,ait in perſona Gnathonis:Di xin' in hoc Atticam eſſe eloquentiam?

Candidatum,In Romana rep. qui ambiebant magiſtratum, digni eo honore candidati vocabãtur, quoniam candidis veſtibus erant amicti,nimirum ad integritatem morum atque innocentiã oſtendẽdam,per quam magiſtra-

tu digni videri possent: hinc per translationem candidatum eloquentiæ dixit Fabius, pro eo, qui non multum absit ab huius gloriæ palma.

Superstes, Adscribēdum est hoc loco ante superstes, parens amisi, vel simile aliquid, alioqui nullus colligi potest sensus, vt sit ordo: Te omni spe Atticæ eloquentiæ candidatum parens amisi, superstes tātum pœnis siue ad pœnas, has si non cupido lucis, certè patientia vindicet à reliqua mea ætate.

Ad crimen fortunæ, Hunc locū Plinius velut exponēs lib. 2, ca. 7. sic ait: Toto quippe mundo, & locis omnibus, omnibusque horis hominum vocibus fortuna sola inuocatur, & vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuitiis colitur, volubilisque à plerisque vero & cæca est existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorúmque fautrix. huic omnia expēsa, huic oīa feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola vtranque paginam facit. Et Iuuenalis saty. 19.

Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te. Nos facimus Fortuna deam, cælóque locamus.

Sua culpa dolet diu, Quod videlicet ex animo amet, atq; excutit tristitiam, & viri est oīa mala extrinsecus obuenientia pectoris robore fortiter perferre: tū Stoicis authoribus nihil malum censendum, quod non nostro vitio contingit.

Fortunæ, Quæ ingenium malis oppressit.

Alioqui, Præter calamitatē qua obrutus fueram.

Propter hoc, quod videlicet tot malis ingenium nostrum debilitatum fuerit.

Boni autem consulere, In bonā partem accipere.

Caput I.

Equebatur, In numeratione
S partium orationis.

Rebus, Resumendis, repetendis.

αἰακεφαλαίωσις, Siquidem κεφαλὴ Græcis caput significat, & cuiusq; rei sententiam. Hinc verbū κεφαλέω, quod significat in capita & summas colligo, nā αἰὰ rursum & retro significat. Intellige ergo etiam Græci nominis ratione, per causæ totius summas & capita.

Decurrendum, In peroratione, vel peroranti, non etiam immorandum singulis repetendis.

Impotentem, Id est, potentem, qui abutatur sua potentia.

Inuisum qui oīm inuidiæ subiacet, & per hoc ostēdit infamiæ fore iudicibus absolutionē Vatinii.

Iudiciorum, Quibus hactenus absolutus esset Verres.

Singula, Scilicet dicta sparsim in oratione. Turba, Hoc est, cū acerbatim & indigestè oculis iudicis quæque causæ capita subiicit.

Liberius in peroratione, ἐπίλογος Græcis sonat collectionem cū delectu: Siquidem deriuatur à verbo ἐπιλέγω, quod significat eligo. Manet ergo ex vocabuli quoque ratione, ex toto orationis corpore, summas tantūmodo & capita rerum, & velut ordines in perorationem colligere, quæ si animo concipiat iudex, nihil periculi sit etiam si alia forsan exciderint.

Anfractus, Posset legi pro anfractus tractatus: simplicius enim esset, & Fabio magis dignum.

Demosthenes, in oratione qua pro se in Midiam dixit.

Ser. Sulpitius, Orator & Iurisperitus, cui M. Cicero de claris Oratoribus iuris ciuilis scientiæ palmam tribuit: quiq;, vt idem testatur, in secunda arte, hoc est Iurisperitorum literis maluit esse primus, q̄ in prima arte, hoc est eloquētia, secūdus. Quare obiter, & præter professum eloquentiā tractauit.

Ex personis, Cum Orator assumit sibi personam litigatorum.

Proportione, Mutuo quodam respectu inter duo. vt quemadmodum sese habent quinque ad decē sic decem ad viginti.

Impetu, Principio & initio affectus.

Descēdit, Cui aliquid detrahitur in progressu.

Caput II.

Abulam supra Iouem, Du
T plex hinc accipi poterit intellectus, quòd scilicet & in ipsum Iouem, tanq̄ facti pestem subpinxerint, vel quòd depictam tabulam supra Iouis statuam in Capitolio appenderint. Neque enim quisquam cōmissurus videtur, vt mēdacii & sceleris sui deos velut probatores inducere audeat, maximè cum Homerus grauiter plane scribat, deos ipsos ad nullum malum constanter auxiliatores.

L. Murenam, Cum videlicet & ipse Catilina Consulatū peteret, quò magistratus prætextu per cōiurationem suam rempublicam opprimeret. Itaq; ad depellēdam eam à republica pestem, consultū fuerat, L. Murenā per fas ac nefas magistratum arripere, atque hanc esse huius loci summam colligitur partim ex oratiōe pro L. Murena, partim pro L. Flacco.

Has tragœdias mouere, Mouere tragœdias quasi prouerbialiter vsurpatur à scriptoribus, pro eo quod est affectuum vim omnē, & ingentem rerum tumultū ostēdere: sumpta tralatione à miserabili tragicorum exitu, qui nunquā sine mortis cōploratione terminatur: vnde & grauia & ampla verba ei argumento conueniunt, id quod indicat Horatius in Art.

Telephus & Peleus, cū pauper & exul vterque,

Proiicit ampullas & sesquipedalia verba.

Si curat cor spectantis tetigisse querela.

Fuit quondam, Anteq̄ resp. sub imperium vnius veniisset.

Imperitia, Inelegantia.

Rigor, Inhabilitas.

Deformitas, Dedecus.

Afferūt, Peroratio in fratris recusantis frigidissimè magno omnium risu.

Hæc, Tolerabilia hactenus vitia recensemus.

Inde est enim illud, Peruulgatũ.
Qualitate, AEstimatione.
Nauarchis, Principibus nautarũ.
Cruciatis ciuib. In medio foro.
Philodamo, Ciue Syracusano.
μεμικὸς, Partiales perorationes.

Caput III.

Vm, Habitum, affectum.
E Supradictis, Operibus affectuum mouendorum.
Multi, Qui sibi nomen Oratoris occuparunt.
Atque hoc est, Posse in quem velit animum rapere iudicem.
Proprium opus est, Peculiaris labor.
Quia sensum oculorum, Premit amor amantes, quoniam vt scribit Plato in Symposio, Amor ois excæcat, vt quod amat, quod verũ sit cernere nequeat. Hinc quoque fit, vt sui ipsius cognitio omnium maxĩè homini sit difficilis, quandoquidem ita comparatum est à natura, vt quisque sui ipsius amore teneatur: ex quo fonte omniũ vitiorum riuulos scaturire idem Plato testatur.
Morer, Conuenientes cuique pro sua conditione, fortuna, sexu, ætate, officio. Hæc enim sunt quæ mores alios faciunt, secundũ quendam intellectum, si generaliter accipias mores.
Fluere, Sua sponte obuenire.
Vitium, Scomma.
Rei, Propter quam alicui inuidemus.
Somnia quædam vigilantium, Alludit opinor Fabius noster ad senarium Iambicum veteris cuiuspiam Poetæ Græci, quem Basilius Magnus in quadam epistola ad Nazianzenum sic ferè refert αἱ γὰρ ἐλπίδες τῶν γρηγορόντων ὀνύωνια, id est: etenim spes vigilantiũ sunt somnia.
ὀνέργεαν, Vocabulum hoc dupliciter apud authores scribitur, nã qui viam orationis & efficaciam mouendi, quam habet, spectãt, ab opere, ὀνέσθαν vocãt, eo quod Græcis ἔργον opus dicatur: Porro qui lucẽ, quam rebus addit, attendũt, â claritate nominãt ὠάργεαν, quia Græcis ἀργὸς clarus dicitur. posterius probasse videtur Marcus Cicero, qui illustrationem ac euidentiam vertit.
Equus ille Pallãtis, Certum est hunc locum librariorum negligẽtia mutilium circunferri: Nam Vergiliana quæ notat Fabius AEneid. 11. sic habent.
Et bellator equus positis insignibus AEtan, It lachrymis, guttisque humectat grandibus ora.

Caput IIII.

E risu, Virtute mouendorũ
D affectuum.
Noluisse, Risum mouere.
Cõtigisse, Per naturæ felicitatẽ.
Salsum, Mordax.
Hoc, Quod sequitur.
Vt Cic. dicit, Cic. 2. de Oratore.
Sunt enim longe venustiora, Quin & facilius est tela abiecta ab aduersario in ipsum retorquere, quàm noua ex propcio ingenio depromere.
Dicaces, Festiui.
Materias in hoc idoneas, Vt est materia Erasmi in laude Stultitiæ & Senecæ in morte Claudii.
Festæ, Scilicet cognominatæ.
Conuersatione, Ciuilitate.
Atticorum, Qui hac virtute oẽs excelluerunt.
Ciceronis vtar, Ciceronis verba in. 2. de Oratore.
Imprudentibus, Nobis inuitis.
Insulsius, Quàm & vultu, & gestu risum mouere. Lene, Molle.
Obiici potest, Ab aduersario obscœnitas. Iudicio liberali, Iudicio instituto ad hoc, vt in libertatẽ & seruitutẽ assereretur reus: Liberale iudicium apud veteres erat, quo contendebatur, liber ne quispiam, an seruus esset.
Cepasio, Oratori cui aderat.
Putaret se, Cepasius patronus Fabritii.
Cicero, In hoc genere facetiarum.
Actu, Ductu orationis.
Aliis quibusdam, In Bruto.
Narrat, In persona Cæsaris.
Caii Planci, Quem defendebat Crassus.
Duobus lectoribus, Qui recitarant duas Crassi orationes.
Maledictum, Dicterium conuicioſum.
Exciderunt, Per incogitantiam.
Ipsum, Dictum.
Eodem genere, Ambiguitatis.
Bouillas, Prædium.
Occlusum, Quod videlicet oĩa sua audacia perfringeret.
Magistros, Scilicet auctionis, qui bona eius sub hasta vendiderint: Nam vt colligitur ex vno & altero loco epistolarum Ciceronis ad Atticum, qui præerant hastæ, sub qua bona veniebant, Magistri appellabantur. Quo referũt quidam & Ciceronis locum, qui est in epistolis li. 7. Familiar. Sed heus tu, manum de tabula, magister adest citius q̃ putaramus: significat enim Dictatorem Cæsarem adfore, qui proscriptorum ciuium bona sub hasta diuẽdat. Et ne quenquam sua fraudemus laude, primus quod equidem sciam, hunc locum Fabii illustrauit Ludouicus Cœl. in lection. Antiq.
Calumniantibus foret, Adeo, vt Vatinius Ciceronis æmulus, in sua oratione scurram consularem vocitarit, nimirum ob immodicam risus affectationẽ. Certè historiam hanc sic Macrobius recenset lib. 2. Satur. quo loco huius facultatis in re latina principes duos facit, alterum comicum Plautum, alterum Mar. Tulliũ. Porro hic amor immodicus in tam Rusticam Theocriti musam ita apponere solet, vt sæpe non pulchra, pulchra tamen videantur. Sic apud Flaccum, Balbinum amatorem amasiæ suæ Agnæ delectat Polypus, morbus omnium fœdissimus: Et in recentioribus Bucolicis quispiam amicam suã altero oculo mutilam, vel ipsius Dianæ formæ præfert.
Sed ĩest proprius, Id est, festiuus & tetricus, vnde & Mar. canit: Nec grata est facies cui Gelatinus abest. Porro authore Suida gelatinus eã apud Græcos sonat lineã, quæ sub ipso mento velut canalis apparet in hominibus gratiosis dum rident. nimirum vocabulo facto ἀπὸ τ῀ γελάω, id est, rideo.

Facetum Vergilio, Quia vt res ipſa indicat, Vergiliana illa grauitas procul eſt ab omni riſu. aut ergo facertum hoc loco aliud quiddam à riſu ſignificat, aut Horatius iocando inſigniter lapſus eſt.

Vt in illa pixide, Qua videlicet Marcus Cœlius per Licinium familiarem, Clodiæ impudicæ mulieri venenum porrexiſſe accuſabatur, quam rem rumor in obſcœnã fabulam vertit, quaſi Cœlius ſtuprum obtuliſſe Clodiæ videretur. quã rem Cicero in oratione pro Marco Cœlio verecunde his verbis ſignificat: Hic etiã, inquit, miramur ſi illam commentitiã pixidem obſcœniſſima ſit fabula cõſecuta, nihil eſt, quod in ciuſmodi mulierem cadere videatur: Audita, & peruulgata, & percelebrata ſermonibus res eſt. Percipitis animis Iudices iamdudum quid velim, vel potius quid nolim dicere, quod etiam ſi eſt factum, à Cœlio certè nõ eſt factũ. Quid enim attinebat: eſt enim ab aliquo fortaſſe adoleſcente non multo inſulſo quàm non verecundo. Sinautẽ eſt fictum, non illud quidem modeſtum, ſed tamen non eſt infacetum mendacium: quod profecto nunquam hominum ſermo atq; opinio comprobaſſet, niſi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrare aptè viderentur.

Petis, Stans & pilam captas & magiſtratum, quem mirum q̃ facile illis Cæſar concedebat.

Verecundia, Ipſius vel dicterii, vel authoris.

M. Veſtinius, Legẽdũ ſentio Feſtiuius, cum ei renũciatũ eſſet, aliquando deſinet pluere.

In Orcheſtra, Nã in ea theatri parte, qua ſe ad ſpectaculũ edendũ exercebant actores & gladiatores, tum & aliorum exercitiorũ, quæ ad corpus attinebãt locus erat, vt indicat poſt Iſocratẽ Victruuius lib. 6. Porro pila non niſi in campo ludimus.

Domitia, Vxore, quemadmodũ Caius Cæſar meminit.

Curionem, Oratorẽ nullius penè memoriæ, vt ſcribit Cicero de claris Oratoribus.

Victoriato, Numulo, cui ſculptura inerat victoriæ Romanæ, cuius adhuc ænea aliquot nomiſmata circũferũtur. Porro æſtimationem eius ſi cum noſtri ſeculi moneta conferre deſideras, excute quæ ſuper hac re ſcripſit Guliel. Budæus in lib. de Aſſe & eius partibus.

Impotẽter, Cum immodica potentia.

Decipiendi, Aduerſarium.

Inopinatum, Dicterium.

Caſſellio, Dedit occaſionem.

Inferam, In hortum.

Vetus, Amicus quiſpiam.

Illum, Qui vetus teſtamentum habet.

Facultas, Quia & Fabius in calce præfationis in hunc. 6. lib. pro hæreditate facultatem patrimonii dixit.

Coloris genere, In Comœdiis veterum Græcorum ſpirare adhuc teſtatur Fab. lib. 1.

Quem ſequar. i. Pompeius parũ mihi videtur par eſſe repellendis Cæſaris copiis, vt non admodum tutum ſit eius partis eſſe: id quod ad Pompeii cõtumeliam dictum videri poteſt. Vnde idem Cicero apud Macrob. cum ad Pompeii partes ſe tandem contuliſſet, interrogatus quando veniſſet: reſpõdit, ſero: & cauſam ſubdens, nihil enim hic, inquit, apparati eſt.

Cicero Coreliæ, In Epiſtolis familiaribus.

Monebant me, In Domitio Marſo.

Illic, In examinatione teſtium.

Nationes totæ inceſſantur, A quo tamen non temperauit ſibi M. Cicero, nam in oratione pro Lucio Flacco, Cares omnes laceſſit, tum & Phrygas, adde Græciã vniuerſam, niſi quod rei aſperitatem interiectis interim laudibus Atheniẽſium atq; Lacedæmoniorum lenit, & inuidiam minuit.

Helmio Mancipi, Mãcipes dicebantur Romæ, qui aliquid è republica, vel emebant, vel conducebant quidem, vt notat Feſtus, ſub lata manu ſignificabant populo, ſe publicũ aliquid conduxiſſe aut emiſſe.

In Scuto Cimbrico, Coſmographi certo pronũciãt, eos eſſe Cimbros populos, quos vulgus hodie Dacos appellat. Siquidẽ Ptolom. atq; alii, Dacos nõ lõgè à ripis Hiſtri ponunt, vbi hodie putãtur habitare VValachi.

In Delphino ſediſſe, Herodotus hiſtoriarum lib. 1. hanc fabulam hiſtoriæ loco ſic ferè narrat: fuiſſe hunc Arionem nobiliſſimum citharœdum, qui à rege Corinthi Periandro in Siciliam miſſus, vt principes viros arte ſua exhilararet, cum naue regrediens opulentus, nautis ipſis ſpem lucri ingentis dediſſet, atq; illi hominem in mare præcipitare ſtatuerent, precibus obtinuit, vt antequam in mare deſiliret, liceret ſibi nouiſſimè citharam pulſare: vbi impetrauit, in nauis prora genibus nixis belliſſimè ad citharam cecinit, adeo vt Delphinus cantilenæ ſuauitate demulſus naui allueret, quod vbi vidit Arion in piſcis dorſum deſilit, ſicque ê maris periculo eſt euectus.

Cicero, De Oratore. 2. vnde hæc ſublegit Fabius, facetiarum vocabulo cauillationẽ intelligit, quæ ſit in perpetua oratione vndequaque velut diffuſa.

Dictorum, Dicta hic vocat Fab. quæ eadem à Macrobio dicteria appellantur, nimirũ quæ in aduerſarium & acute iaciuntur.

Atellanæ more, Eſt autẽ Atellana, quemadmodũ indicat Diomedes in tertio, genus fabulæ mimicæ, magna obſcuritate humanæ vitæ cõſuetudinẽ vtcunq; imitans: ſic dictũ ab Atella Oſcorum ciuitate, vbi primũ frequentari cœpit hoc comœdiæ genus.

Ferè ambiguitate, Ariſtoteles in Elenchis ſophiſticis duo genera facit ambigui ſermonis: alterum quidẽ appellatur ὁμωνυμία, æquiuocatio, cum videlicet varius eſt vocis eiuſdem vſus: Latini recentiores æquiuocationem dicunt: ex quo vt plurimum riſus conci-

liatur, de eo hic Fabius maximè ſentit. Alterũ genus eſt, quod idẽ philoſophus ait ex diuerſa ſermonis & multiplici ſtructura, diſiunctioneque alium atque alium ſenſum accipere, ἀμφιβολίαν Græci vocant, Latini generaliori vocabulo Ambiguitatem.

In metalepſin quoq; cadit, Ea figura fit, ait Eraſmus, cũ gradatim itur ad hoc quod oſtenditur: Sic Vergil. 1. AEneid. de ventis,

Sed pater oĩpotẽs ſpelũcis abdidit artis. Nam per atras oſtẽdit nigras eſſe: per nigras vero tenebroſas, & per hoc in præceps profundas. Ad eum modũ & hic ex muneris paruitate ſtatim intelligis Auguſti parcitatẽ, quæ tamen magis eſt cõſpicua, ſi cõtrariorũ amplitudo comparetur. Porro mos erat principibus Romanis, populi animos liberalitate ſibi cõciliare, quæ res cœpit à vini cõgiariis propinandis: ſed poſtea vocabulũ & ad alia liberalitatis genera deflexum eſt, indicat hæc omnia Suetonius in Cæſaribus.

Heminariã eſſe dixit, Sipõtinus põtifex in cõmẽtariis latinæ linguæ, hoc loco heminã legit. Porro hemina vocabulũ à Græcis ortũ, dimidiatum ſextarium ſonat: ſed vtraq; lectio probabilis eſt.

Sed ſatagere, Satagere anxie multa agere, id quod Græci πολυπραγμονεῖν dicũt. i. multa ſimul facere: verũ ita, vt nullũ pro dignitate cõficias. Sic Terẽti⁹ amatorẽ adoleſcẽtẽ rerum ſuarũ ſatagere dicit, hoc eſt, plus habere quod agat, quodque ſit ſollicitus. Et euãgelio trãslato Martha ſatagit circa frequẽs miniſteriũ. Hãc vero verborum diuerſa ſignificãtiũ ſimilitudinẽ Græci παρονομασίαν vocãt: Cicero de Oratore. 3. agnominationẽ interpretatur, & in eam figurã hãc dictorũ ſpeciẽ reuocat, in ſecũdo eiuſdẽ operis volumine.

Fiunt & detracta, Vt ſi dicas per iocũ: Hic ciuitatẽ nõ honorat, ſed onerat. Et binis cõiunctis verbis, Verbi gratia, ſi quẽpiã ſtulteſapiẽtẽ græca cõpoſitiõe μωρόσοφον dixeris, à σόφος, quod ſapientẽ ſignificat, & μωρὸς ſtultũ: quo vocabulo vſus eſt Eraſmus in declamatione Stultitiæ. Huc pertinẽt quæ per contrarietatẽ dicimus, ſanctã iactãtiam, diuitem paupertatem, prudentem ſimplicitatem.

Létulũ Spintherẽ, Siquidẽ qui lõgi ſunt, & per hoc tardi, proprio vocabulo Létuli dicũtur. Sed aurũ lentũ dicim⁹, quod in lõgas laminas deduci poſſit. Itaq; ad ſimilitudinẽ Létulũ olim vocatũ, ſimplices Romani Spintherem dixerũt. Porro Spinther ſtimulũ ſignificat oblõgũ capitatum, quo mulieres veſtes lineas affigunt: Græcis autẽ σπινθὴρ flãmã ſignificat.

Scipionẽ Serapionẽ, Indicat Feſtus Põpeius, Næuii carmẽ citãs, deformes & immũdas olim Scraptas dici ſolitas: Nimirũ vocabulo factitio, à ſono quẽ id hominũ genus ſcreãdo edit. Hinc coniicio & Scipionẽ per iocum Scapionẽ appellatum: Nã quòd codices Serapionem habẽt, neque in re, neq; in voce Scipioni conuenit.

Aſinus albus, Albus nimirum, quod inſignis eſſet, & præter cæteros notabilis. Aſinus vero, quod ĩ obuium quẽq; præter delectum dicteria iaceret, haud aliter ac aſini citra diſcrimẽ quẽuis adrudiunt.

Quã vllus ſpado, Spado autẽ libidinoſus eſſe nõ poſſit, nimirum quòd libidinis inſtrumento caret.

Deſinat putere, Locũ corruptũ nemo dubitat, ſed qui reſtituere conetur, itidẽ eſt nemo: Nos certè citra præiudicium aliorum legendum cenſemus. Cum ei renunciatum eſſet aliquando deſinere pluere. Nã renunciare alicui, pro eo quod repulſam pati apud Latinos ſcriptores frequens eſt. Porro pluere vſurpari pro eo quod aduerſam fortunam ſentire, teſtari poteſt Horatius, cum huc velut alludens in Odis canit,

Sperat infeſtis, metuit ſecundis,
Alterũ certum bene præparatũ
Pect⁹ informes hyemes inducit
Iuppiter idem.

Et alter hoc velut exponẽs ſic ſcribit, Fidere Batte decet, meli⁹ eras forſan habebis, Spes eſt in viuis, non eſt ſpes vlla ſepultis.

Et quandoq; pluit deus, & quandoque ſerenat.

Auguſtus de Pantomimis, Pantomimi apud ſcriptores Latinos ſunt, qui geſtibus corporis in omnem partem flexis, nullã ſententiã nõ imitãtur, id quod vocis ratio indicat: ſiquidem πᾶν omne ſonat Græcis, & μιμέω imitor.

Ad fornicẽ Fabii, Ad arcum erectum in honorem Fabii. Conſtat ex Plin. naturalis hiſtoriæ lib. 18. atq; item Macrobii Saturnalibus, cõplura Romanorum noĩa à legu minibus mutuo eſſe aſſumpta: ſic à fabis dicti Fabii, à piſis Piſones, à cicere Cicerones, à lente Lentuli. Suſpicor ergo dicterium, de quo hic Fabius agit, per iocum reuocaſſe Létulorum humilitatem ad ipſius familiæ originem, nimirũ quæ debeatur minutiſſimo leguminis generi lenti, a quo non degenerarent Lentuli. Porro qualecũque hoc fuit dicterium, per intolerandam alicuius librarii ſupinitatem omiſſum eſt, De theatro, Quo actus fabularum inter ſe diſtinguebãtur in veterum comicis & tragicis ſpectaculis: tegebãt enim hoc velum vmbraculo ſuo actores tãtiſper, dum perſonas inter ſe cõmutarent, nimirum pro actus ſequentis ratione.

Malo te ciuica donare, Qua donabatur ab imperatore, ei qui ciuem ĩ acie, aut etiam ex oppugnatione vrbium liberaſſet, quemadmodum de militaribus hiſce coronis ſcribit in Noctibus Gellius.

Hippocentaurum, Poetæ finxerunt in Theſſalia monſtra fuiſſe olim, quorum pectus, man⁹, & caput humanam faciem imitarentur, cætera pars eſſet equina. Iam feſtiuiter Iuba ſe hippocẽtaurum negat, quãdoquidem equum, cui inſideat, ſua voluntate ab aſpergendo luto arcere nõ poſſit, quare hanc moleſtiam ſibi vitio vertendam non eſſe.

Primipilaris, Romani, vt teſtatur T. Liuius, cohortes ſuas in cẽturias diſtribuere ſolebant, præfectis ſingulis centuriis, quos a cen-

turia Cẽturiones: ab armatura vero graui quã gerebãt, Primipilos: quòd ex his qui pila gererent primi essent. Porro authore Vegetio, pilũ hastile est graue, quinq; pedes & semis lõgũ. Hinc dignitas ipsa Primipilatus nũcupabatur, & homo primipilaris, qui primipili authoritatem habuisset.

Versus cõmode positi, Sic & M. Cicero in præfatiõe sua in Catone maiore ad Titum Pomponiũ Atticum scripta, gratiam ex versibus duobus & semis illius antiquissimi Ennii quærit.

Nisi qua Vlysses, Fuit enim Laertes, quẽadmodum Odysseæ primo scribit Homerus, pater Vlyssis, tamẽ eum Telemach⁹ Vlyssis filius appellat auum: Et Ouidius Vlyssem patronymico vocabulo Laertiaden nominat. Porro signi ficat Cicero Acciũ aduersariũ nõ nisi dolis euadere potuisse, & non aliter q̃ Vlysses effugerit ẽ manibus Cyclopis, primũ per dolũ inimici oculo eruto, deinde hac occasione naue conscensa: qua de re iucũdissimè fabulatur Homerus Odysseæ lib. 9.

Notis versibus. Vel nouis versibus legendũ, quos ipsi scilicet pro tempore fingemus, quemadmodum, authore Dionysio Halicarnassensi, ipsi Socrati in orationibus plus quinquaginta exciderũt. Nec defuerunt qui aliquot apud Ciceronẽ obseruarint. Et Liuius historias suas ab hemistichio heroico incepit: Id quod ipse Fabius obseruauit in nono. Vel totum illud: seu fictis notis versibus, tanquam suppositiuum à glossemata rio quopiam adscriptum tradendum: Quia præter notos versus fingere aliud nihil est, quàm quod supra dixit, eos ponere verbis ex parte mutatis: Deinde nullũ adiicit exẽplum, per quod huic membro locus esse possit, tamẽ quod sequitur de prouerbio aptissimè cohæret, proximè cum eo quod præcessit, cuius hæreditas est, quod iã vocant sapientiam.

Tollat te qui nõ nouit, Hæc Fabii verba alioqui obscura interpretatur velut Horatius in epistolis, agẽs de scurra Plano, qui spõte sua sæpe cadẽs, tanq̃ crure fracto misere rãdis vocibus prætereũtes implorabat, vt humo tolleretur: peregrinus autẽ quisquã ac doli ignarus, si quando alleuaturus accessisset, à scurra ludibrio habebatur. Verum vbi iam eius simulatio plerisq; innotuisset, isq; vere aliquãdo fracto crure tolli quæreretur, nemo subuenit, omnibus Planũ solitos agere ludos arbitrantibus.

Cum Sphingẽ domi. Porro constat, siue ex historia, siue ex fabula apud Thebas mõstrũ quodpiam latitasse, quod prætereũtibus ænigmata dissoluẽda proponeret, atque inter cætera proposuit, quod nam animal esset mane quadrupes, meridie bipes, vesperi tripes. Hoc cum nemo coniicere posset, tandem Oedipus superuenit, asse rẽs hominem significari, qui mane. i. infantia, manibus loco pedũ vteretur: meridie vero bipes & erectus incederet: vesperi autem, hoc est, in senectute scipioni innixus fieret tripes.

Auctionẽ proposuisset, Publicã licitationẽ rerum suarũ, hoc est, cum certatim emptores rem pluris ac pluris licitantur.

An in tabulis, Ex ambiguitate forsan risum quæsiuit, cui locum dat etymologia, siquidem chirographus ex vocabuli ratione est scriptura cuiusuis manu facta, à χείρ, quod manum sonat, & γράφω: etiamsi vsus eius est pro scriptura, quam quis propriis digitis exarauit, quod genus Iurisconsulti ςωγράφον dicunt: Ausonio certè Theodosius Augustus scribens ωὐτόγραφον vocat.

Nam sicut ista rebus, Hic locus à nemine, quod sciã, hactenus restitutus, vtcunq; poterit corrigi, si in hunc modũ legatur: nam sic dicere, vt ista rebus & personis cõueniãt, quod in vtrisq; oportet, perfectæ eloquẽtiæ. Aut si propius ruinam lectionis mutari volueris, sic ordina: nã sic vt ista rebus & personis cõueniãt, quod in vtrisq; oportet dicere, perfectæ eloquẽtiæ est. ἀπόφθεγμα λυὸν. Siquidẽ ἀποφθέγγομαι loquor, sono, pronuncio: hinc sapienter, breuiter, scitêq; vel dicta, vel responsa Græci vocant ἀποφθέγματα.

Neq; grauem mortem, Qui credit animã immortalẽ, imo iuxta Platonis disputationem in Phedone, nouit hanc vitam aliud esse nihil, quàm perpetuam quãdam miseriam, in qua videlicet anima corporis vículo velut carcere quopiam detineatur. Porro mortem demum transitum esse, & veram illam & cœlestem animæ genuinam vitam, quam & in hoc mundo nos pro virili meditari iubet: Idem est quod Plato, cum Philosophiã dicit aliud esse nihil, quàm mortis meditationem.

Omnium horarũ, Sic Tiberius Augustus apud Suetonium, duos profitetur se in familia habere omnium horarũ homines, cum quibus iucundissimè consuetudinem habeat. Porro cuiusmodi esse debeat seriis iocisq; accõmodatus, scribit felicissime Gell. lib. 12. cap. 4. Et in eundem vsum multa congerit Erasmus, qui prouerbiũ ex hoc dicterio fecit.

Transi ad Cæsarem, Alludit dicteriũ hoc ad sententiã verissimã, qua aliena nobis semper magis placere, quàm nostra dicitur: quã feliciter extulit, qui dixit,

Vicinûmq; pecus grandius vber habet.

Vsq; adeo nostri nosmet pœnitet: Atq; huius argumẽti sentẽtiã conscripsit Flaccus in Odis, Qui fit Mecœnas.

Caput VI.

VTne à sententiis, Quia per iudicii facultatẽ dignoscimus quæ sententia sit grauis, quæ vulgaris & languida: in verbis autem per eandem virtutẽ discemus propria ab impropriis. Consilium vero est ratio quædã, quæ quid sit humile, sordidum, quod magnificum, quod proprie significat: in qua re totius eloquẽtiæ, imo eruditionis fundamentum consistit. Porro si arte iuuari posset hæc res, certè maximè ad

rem pertinuerit feliciter ſtatim primis ab annis inſtitutũ eſſe, ac deinde non niſi in optimis quibuſque ſcriptoribus verſari, maximè vero, ſi quid ipſe iudicare valeo, in Fabio, Plutarcho: quibus ſi quem adiicere voles ex recentioribus, erit is citra controuerſiam Eraſmus.

Guſtus aut odor, Quia quemadmodum guſtꝰ & odor ſenſus ſunt corporis, rebuſque corporeis ſentiendis à natura ſortiti, ſic quidã eſt rationis & ingenii ſenſus, per quem ſunt res ſoli intellectui obnoxiæ.

Diſtare cõſilium, Certè ex ſuperioris ſeculi hominibus, maximè Hermolaus Barbarus proximè ad hanc virtutem acceſſiſſe videtur, quæ profecto tanta eſt, vt citra eã fruſtra diſcendi laborem ſis ſubiturus.

IN LIBRI SEPTIMI Caput I.

OMMISSAS deuinxerit, Cõmittere hoc loco vocabulum propriũ architectorũ eſt, duo vel ſaxa vel ligna inter ſe coaptata conſtringẽtiũ, idq; vel interfuſa calce in ipſam ruinã, vel ferro impacto in vtrunq;, vel bitumine, vel quouis alio ferrumine. Hinc cõmiſſura dicitur ipſa cõiunctio, atque ea pars, qua ſic duo inter ſe committuntur: hæc ex Vitruuio.

Caput II.

TQue AEſchines, Quoniã AEſchines hoc nomine reum fecit, quod contra legem in Senatu ſententiã dixiſſet.

Demoſthenes quoque, Demoſthenes virtutes corona aurea honorandas cenſuit, eo quòd ad extruendos ciuitatis muros pecuniã ẽ domeſticis facultatibus erogaſſet, id quod contra leges libertatis habetur, videlicet ne quis per eam occaſionem ad tyrannidem aſpiraret. Tum & aliæ fuerant leges, quarum præuaricatione reus premebatur, atque imprimis quòd ſi corona aurea authoritate Senatus cui decernatur, id publicandum in curia: ſi vero plebiſcito, in concione populi quorum neutrum ſeruatum queritur AEſchines.

Pauperis educatoris, Quod videlicet nõ immerito duceret filiam pauperis educatoris, ſi paterverus non ſolueret alimenta. Porro leges ciuiles non cõſentiunt in nuptias, niſi voluntas parentum acceſſerit.

Nec probationum, Suſpicor, nec probationum loco, maioris lucis gratia à quopiam ſtudioſo olim annotatum, videlicet vt ſciretur, quo loco à Fabio conceſſum hoc de argumentis diſponendis. neq; enim mos eſt Fabio, ad plenum adeo & ſollicite repetere quo quid loco dictum ſit.

Procuratorem habendi ſit ius, Procurator is eſt, qui aliena negocia mãdato domini adminiſtrat: cõſtituitur autem coram, vel per nuncium, vel per Epiſtolam. Item veteranis procuratores dari poſſunt, militibus nõ poſſunt: ſic Iuriſcõſultus lib. 3. Pãdect. de Proc.

Ex aſſe hæres, Nam Iuriſconſulti totam hæreditatem aſſis nomine intelligunt, quam deinceps in ſuas partes diuidunt, qua de re in Pandectis habes titulo de Inſtit. hære. lib. 28. & lib. 6. de petitione hæred. Porro ad hæc pleniſſimè intelligenda plurimum adimenti attulerit, lib. 1. Guil. Budæus de Aſſe & eius partibus.

Viro forti, Aldus hoc loco paulo curioſior, pro virum, quod eſt in antiquis exẽplis, ſubiecit Viriatum propriũ tyranni nomen, malo ego antiquiorem lectionẽ, cum propter codicum cõſenſum, tum vero maximè, quod ſubiungitur, mulier occidit, vxor occidit: quoniam dubium non eſt, quin vxor ad virum tyrannum referatur.

Aut præuaricatione, Quãquam Iuriſcõſulti diſcrimen faciunt inter præuaricationẽ, calumniam, & tergiuerſationem, vt videlicet præuaricatio ſit, cum accuſator ſegniter agit dedita opera, & potentiſſima quæque in accuſando omittit, quo videlicet effugiat ſupplicium reus. & calũnia, falſorum criminum obiectio. Tergiuerſatio vero cum ab actore cauſa in totum negligitur, & omnia hæc dolo malo. Tamen hoc loco præuaricationem accipit Fabius generaliter, vt & tergiuerſationem includat, alioqui nõ procedet Fabii argumentatio, videlicet non omnibus propoſitis, quibus fiat vt quis reus abſoluatur.

Vtra pars, Cum duo videlicet æqualẽ cauſam habent: hæc quæſtio locum tantum habet in iudiciis quæ exercẽtur partibus, quaſi eiuſdem cauſæ ſociis, id quod vſu venit in cauſis familiæ herciſcundæ, id eſt, hæreditatis diuidundæ, communis diuidundi, & finium regundorum.

Petitionum, Prouocationum.

Narrare, Proponere.

Poſſeſſorem, Qui cõmunem hæreditatem habet in ſua manu.

Propoſitio, Actionis, quæ intenditur.

Colores, Velut quoſdam habitus dictionis.

Locis ſpecioſis, Quæſtionibus copioſis & magnam vtilitatem & vbertatem dicendi præbentibus, quales ſunt communes quæſtiones, & vulgo frequentiſſimè.

Ea, Scilicet quæ ſunt cõmunia.

In oculos, Aperta quæ ſunt, remotiora, aut occultiora, aut ſimile quippiam deeſt.

Fauorabiles perſonas, Quæ fauorem iudicis poſſunt demereri.

Quæ omnia, Iam hic excuſſa pro ruſtico.

Sententiæ, Quibus clauduntur periodi.

Præcipites, Argutæ, hoc eſt, quæ tametſi prima fronte argutiam & acumen habere videntur, attamen ſi ſemel atque iterum excuſſeris, vanæ apparent, & velut concidunt.

Vel obſcure, Vt videlicet obſcuritas admirationẽ faciat, vt nunc noſtro ſeculo ꝰgregariis Oratoribus.

Tumultu & clamore, Tumultũ hic & clamorem intelligo audientium acclamationem, atque item

applauſum,ſiue id in ſchola declamantibus contingat, ſiue in foro orantibus:qui mos Quint.ſeculo atque item huius diſcipuli Plinii Iunioris,vſque adeo inualuit, vt Plinius de hac re præceptum dãs in epiſtolis,dicat, Scito eum peſſimè dicere,cui quàm maximè fuerit applauſum,quod videlicet quæ erudita ſint,à paucis,hoc eſt, eruditis iudicari queant, vulgus autẽ nõ tam iudiciũ, quo caret, quàm affectuum ſequitur impetum.

Hæc, Videlicet quæ ſupra dicta ſunt pro ruſtico.

Expugnata,Euicta.

Sequẽtibus,Scilicet argumẽtis.

Literis,Græcis.

Incipiat.Quẽadmodum præſcriptum,vt iure gentium petat.

Propoſitio,Rhetorica.

Tam æquæ, Tam manãti ex naturali lege.

Confeſſis,In eis de quibus conuenit inter partes.

Hoc tantum, Derelictum patrẽ.

An volũtate ſit ſtandum , Quia leges ſcire,vt Iuriſconſulti dicunt, nõ eſtverba,ſed proprietatẽ & mẽtem iuris tenere & amplecti:ratio enim eſt anima legis.

Satis,Accurate leges communes ad particularia tranſire.

Exceptione, Quod tamen abſurdum eſt.

Actum,Contra legem.

Cogitauit,Sic meditatus cauſam & progreſſum, & iudicii curſum.

Ad diſertum , Perſonam diſerti fratris aſſumat.

Vt ait Cicero , In oratione pro Lucio Murena,quo loco M.Tul. anxias has,& ſuperſtitioſas Iuriſcõſultorum meditationes,in Seruii Sulpitii inuidiam docet. Porro Tibicinem latinum hic vocat, quod comœdia latina pro Græcorum choristibiis iam dextris,iam ſiniſtris diſtinguitur. Alludit ergo Cicero per tranſitum ab actore ad reum,vel à reo ad actorẽ partium ad dextras & ſiniſtras tibias comœdiarum Latinarũ.Qui plura ſuper hac re deſiderat,legat quæ erudite congeſſit in veſtibulo Terent.comœdiæ AElius Donatus.

Vt iſta,Poſſe aliquẽ non abfuiſſe,& tamen hæredem eſſe.

Occurrit,Pro perſona ruſtici.

De cauſa,Silẽtio tuo,abſentia.

Coloris,Introducti cõſilii,veriſimilis argumenti cauſa.

Excutit,Explicat.

Reum,Peregrinum.

Accuſatum de peregrinis ſacris, In vrbem adductis.Erat enim capitale,& apud gentiles contra magiſtratuum authoritatem noua & peregrina ſacra,aut nouum etiam colendorum ſacrorum ritum inducere.Quæ res Græcis,& maximè Platoni deſcribitur. Hæc lex cicutam bibere coegit Socratẽ,noui cuiuſpiã,& vnius numinis cultorem,ligneorum autem & ſaxeorum irriſorem.

Vendidit lenoni,Et per hoc filii pudicitiam proſtituit.

Lex,Scilicet filio exhæredando, quod patri proditionis reo non adfuerit.

Verecundum,Religio eſt dicere timeo.Hoc propterea non adfuiſſe parenti.

Ad exules,Quia ſcilicet ſunt infames, nec iure agere poſſunt , vt in titulo De his qui infamia notantur.

Vtraque parte,Et per hoc modeſtia commendatur,qui nolit aperta fraude agere cum fratre.

Ne periculi,Et ſic deferatur cauſa patris.

Deficiat,Meditanti oratori.

Tẽdamus eo, Ingenium noſtrũ explicemus.

Id commodum,Suæ cauſæ.

Vltra illud,Quod prima fronte occurrit.

Sublatione, Annihilatione, exautoratione.

Perinde , AEquali conditione , Quia alioqui duo præmia poſtulaſſet ruſticus,alterum quo pater, alterũ quo frater reſtitueretur.

Reliqua,Quærenda pro ruſtico.

Nunc vtiq;,Diuiditur maximè.

Semiſſem,Dimidiũ hæreditatis.

Vniuerſa,Partis bona.

Inſtrumentum eſt,Ducitur ex altero ſtatu,vel etiam dat occaſionẽ alteri ſtatui: videlicet an non iure pater totam hæreditatem reſtitutori filio reliquiſſet.

Caput III.

ANatomorum, Vt videlicet tradũt Epicurei:& probare conatur multis verſibus Lucretius de rerũ natura primo.Porro atomos intelligũt Epicurei tenuiſſima corpuſcula, & vt vox indicat,inſectilia,quæ per radios ſolis volitare conſpiciuntur.

Ratio,Cauſa.

Adeptũ, Quæ prima eſt ſpecies alterius generis.

Cætera eiuſdẽ generis, Vt amor immodica lætitia.

Cauſæ,Earum quæ facta ſunt.

Qua de re,Contentione iuris libro tertio dictum, vbi de ſtatibus agit.

Mediterraneus,Inter maria concluſus.

Pro Milone , Ciceronem , dum probare cõtendit haudquaquam eſſe veriſimile,ſi Milo animum occidẽdi Clodiũ habuiſſet , quod negocium in via Appia frequentiſſima tentare voluiſſet.

Ad cõiecturam, Dum quæritur, an aliquid factum ſit.

Contrà licuit , Quàm iniuriam feci.

Quæratur,Sit in dubio.

Valet,Locus.

Et Miloni , Habebat enim Clodiorum familia conditoria ſua in via Appia,in qua cæſus eſt Clodius.Teſtatur hoc Cicero in oratione pro Milone.

AEſtimationem rerum, Qualitatem.

Specioſæ,Vxoris.

Damnatam,Vt eam poſtea duceret,vt ex ea lucrum & quæſtum faceret.

Caſus accidẽtalis , Cauſa quæ ex euentu cognoſcitur : alias ad affectum miſericordiæ deſtinatam : de quibus rebus copioſè eſt de naturali auſcultatione apud Ariſtotelem lib.2.

Seruus,Exiuit.

Penula,Veſte ambulatoria.

Quæritur, Ambigitur.

Incurrent , Subiacebunt cuique loco.

Caput IIII.

Initio igitur, Aristoteles & Peripatetici definitionem, hoc est, oratione quæ breuiter essentiam rei explicet, ὅρον. i. terminum appellare solent, nimirum translatione sumpta à finibus agrorum. Nam quemadmodum in agris fines circunscribunt certũ loci spatium, ita finitio ambit naturam, & vim eius cui adhibetur: Hinc & Latini vim appellarunt. Hic duplex finiendi modus existit ex duplici ratione diuidendi. Siquidem apud Seuerinum Boethium, libro de diuisionibus, omnis sectio generis fit, vel in species, quam Diuisionem vocant: vt sit animal mortale & immortale. Nã iuxta Platonicos corpora cœlestia animalia sunt, sed immortalia. Et ex hac diuidendi ratione, prior modus in vniuersum finiẽdi oritur: vt si dicas, animal est corpus animatum, sensu præditum: vt sit distributio per partes totiʾ, quam Partitionem vocãt: vt si diuidas animal in caput, pectus, brachia, ventrem, crura: & ex hac partitione oritur definitio, quam Fabius per partes nuncupat, velut si finias animal, quod cõstat ex partibus supra recitatis in partitione. De quibus rebus breuiter quidem est apud Georgium Trapezontium: quam fusissimè perscribit Boethius ex Theophrasto.

ἐτυμολογία, Vocis ratione, dum ex vocis origine argumentum ducimʾ: vt si quis dicat, Philosopho iure honorem exhiberi, quando nulli tam debeatur quam sapientiæ studioso. Cicero in Topicis verisimiloquium vocat.

Subiecta, Tãquam partes ex quibus constent.

An addictus, Addicti dicuntur, qui cum soluendo non sunt, à magistratibus addicũtur creditori in seruitutẽ, tantisper videlicet, dum seruiendo æs alienũ rependerint. Hi ergo tametsi interim seruiunt, nõ tamen sunt serui: quoniã serui si manumittantur, postea dominorum libertini fiunt: sed addicti etiam seruitutis onere liberati, deinceps pro libertis nõ habẽtur.

Quæ ad aliquid sunt, Nam genus aliquod non dicitur, nisi respectu speciei subiectæ. Rursum species eodem modo ad genus refertur, quẽadmodum filius & pater se respiciunt, vt alter ab altero distare non possit.

In manum, Potestatem mariti cum omnibus bonis suis.

Accipimus, Apud Aristotel. in Politicis.

In quibusdam vtique, Vt si probatur non adesse propria, tũ quoque necesse est non esse ea quibus adesse hæc propria non poterant: vt si dicas, male & turpiter viuit, ergo bonus non est, nam vitia turpis locum nõ habet in bono viro.

Remotione, Omnium membrorum.

Efficitur totum, Ex enunciatione partium, quæ omnes negãtur, vt Cicero hunc locum in Topicis vocat à partium enumeratione.

Interrogat, Ebutium aduocatũ.

Non sit eiusmodi, Vt aduersarium attingat.

Exordiri, Exordiri proprie significat texturam filorum incipere: hinc exordium textile illud primum filũ proprie significat: vnde per translationem de quouis initio dicitur. non ergo rectè speraueris ex sordido exordio vnquam tibi fore togam auro gemmisq; intextam. atque haud scio, an non hoc exẽplum prouerbii loco olim iactatum sit vulgo, quo significetur eius rei haud quaquam prosperum fore exitum, cuius initiũ fuerit parum faustum.

Togam prætextam, Auro gemmisque contextam.

Et contra colligitur, Initium ex fine.

Inductionem, Quod videlicet ex simili cõcessio inducatur aliud non diuersum, sed cõcedendum.

Mulieri permittitur, Iure.

Caput VII.

Cripti & volũtatis. Cum videlicet id quod scriptũ est, videtur aliud præ se ferre, quàm is voluit, qui hoc scriptũ reliquit. Qua in re cum alii, tum maximè Cicero putat potius acquiescendum voluntati hominũ, ad quam debere & testamenta & leges etiam velut amussim quandam exigi.

Fur quadruplum soluat. Variatũ videmus apud authores de furum pœna. Constat tamen principio Athenienses, eo tempore quo vtebantur legibus Draconis, capitis supplicium cõstituisse furi: at demum tacito illiteratoque consensu hæc lex cum aliis plerisque impendio acerbioribus est antiquata, & recepta de furibus lenior ali quãto pœna ex Solonis legibus. Romani vero inter furem noctur num, & diurnum plurimum interesse iudicabant, atque eum qui ferro se defendisset, & qui nõ defendisset, ob id de pœna aliter atque aliter est Romæ obseruatum.

Liberi parentes alant, Vicem ali quam beneficiorum referant. Si enim videmus hoc pietatis genere se mutuo afficere Ciconias, vt parentes egere non sinant, quanto magis hominem hoc decuerit. Antiquitus vero qui pietatem, clementiamq; vellẽt inuolucro quodam significare, hi Ciconiam pingebant: inde factum tradit Plutarchus, vt in regum sceptris exculpe retur Ciconia: quæ admoneret summo imperio oportere esse clementiam quandam adiunctam.

Peregrinus si murum ascenderit. Certa pœna, eaque capitis constituta in legibus ciuilibus est ei, qui muros publicos tanquam sacros violet. Violant autem non tam qui deiiciunt, quàm qui ascẽdunt, maximè si contemptus accedat: id quod testatum relinquũt nobis veteres historiæ, dum Romulus à fratre ideo supplicium iubet sumi, quod per iocum is sulcũ transmitteret, qui erat muro aratro designatus.

In quo nota L. Crassi, Totũ hoc eleganter & prolixe tractat Cicero lib. 1. de Oratore.

Caput VIII.

Iterum altero abrogetur, Iureconsulti leges veteres semper abrogari nouis di-

cunt, vt quia temporum cõditio, aut hominum aliud ſuadet, quàm prior lex continebat. Si noua inſuper ſit de eadem re lex lata, dubium non eſt, quin noua tollatur vetus. Permiſerunt autem ſibi veteres Iuriſperiti, vt ſiquando ratio temporum id pateretur, nouis legibus veteres tollerẽt. At hodie putant piaculum quicquam dici aut ferri, quod veteribus illis vllo pacto ſit contrarium.

Magiſtratus ab arce nõ diſcedat, In mandatis aut commiſſis, Cicero legẽ dat in Officiis, vt id quod mandetur, eo modo geratur, quo eſt commiſſum. Quãuis interim ſi maioris vtilitatis ſpes fiat certior, nihil prohibere dicit, quin à mandato diſcedamus.

Caput IX.

A Ratrum accipere pignore, Legibus Romanis cautũ erat, id tolleretur pignore, vnde ad debitorẽ plus rediret incommodi, quàm ad creditorem cõmodi, quale erat aratrum, quod non volebant adimi pignoris loco, quòd magna hominum pars ex eo viuat, & ſublatum creditorẽ non magnopere iuuet, debitorem vero redigeret ad extremam paupertatem. Sunt tamen & alia nõnulla etiam legibus Pãdectarum conſtituta, quæ non liceat pignori capere.

Lanas vehere Tarento, Tarentini, quẽadmodum Sybaritæ molliciei nomine apud veteres male audierunt, vnde & nomen quidam putant ſortitos à mollicie: Legem hi habebant, ne lanam, qua domi vtebantur ad vſum delicatiſſimarum veſtium, alibi venderẽt: quod nimirum exemplum eſt ſingularis & affectati luxus, dum veluti ſoli his, quæ advoluptatẽ ſunt inuẽta, cupiũt perfrui citra riuales.

Qui patrẽ occiderit, Culeo inſuebantur qui cõuicti eſſent parricidii, adiunctis ſimia, ſerpente, gallo gallinaceo, velut teſtatur Valerius Maximus.

Ex domo in ius educere. Summa clementia conſtitutũ fuit antiquitus, ne ex ædibus quis ſuis. i. eo loco quem haberet pro refugio erumnarum, & itidem erumnarũ omnium domicilio, quis extraheretur in ius: Et inde opinor eſt, quod in Antonianis Cicero tanto odio ſubinde repetit, quod Antonius dixerat ſe fabros miſſurũ vt diſturbarent domum ſuam.

Caput X.

Q Vædam cognatio, Vicinitas, & tanquam dicas amicitia quædam.

In finitione, In deſcriptione.

Voluntas nominis, Quid ſignificetur per nomen quod finitur.

Eſt pugna, Ex diuerſo cõtrariantur.

Tradi enim omnia, Relinquuntur acutis in arte aliqua plura coniectanda, quæ doceri ſatis nõ poſſunt, vt in Rhetoricis teſtatur Cicero multo maximã partem non poſſe doceri, nimirum quæ eſt in uentionis, & de riſu mouẽdo: ſed his vt quiſque natura fuerit præditus meliore, ita magis pollebit.

Adumbrare didicit, Deliniare & effingere, adũbrabimus enim ea, quæ lineis quodammodo & ſuſpẽſa manu deſignamus, id quod pictores facere ſolẽt, aggreſſuri quid maioris artificii.

Quædam ſunt non docẽtium, Relinquuntur quædam etiam inuenienda illis, quos docuimus, licet de ea re nunquam admonitis.

An anteacta crimina, Iudicio cuiuſq; relinquitur, quando ſit opus enumeratione bene geſtorũ, aut ſecus: Quemadmodum enim vſui nõnunquam eſſe, ſi in tẽpore fiat nemo negat: ſic contrà incõmodiſſimum fuerit, citra decorũ, aut minus è re nata illa infarcire, quæ magis odiũ quàm beneuolẽtiam concilient Quamobrem non iniuria dictũ eſt à Fabio alibi, Iudicium eſſe totius artis caput.

Velut imperatoria virtus, Quẽadmodũ autẽ Imperator omnes locorum circunſtantias circunſpicit commiſſurus prælium, & ſuo quenq; loco collocat, ita Oratorũ eſt digerere orationem eo modo, quo facillimè ſe advictoriam peruenturum confidat.

Cui affuerit natura, Fruſtra enim ſuſcipitur, quicquid repugnãte natura geritur, id quod Horatius veluti prouerbiali carmine admonuit,

Tu nihil inuita dices faciesque Minerua.

In promptu habenda, Nulla eſt planè ars, quæ tam paratam requirit ſupellectilem, ac eſt Oratoria: ideo multa ingerẽda cauſæ ex improuiſo, ad quæ niſi in procinctu fuerit copia, quæ rei ſubitæ, & caſu natæ ſuccurrat, deſtituatur & opinione, & officio. Iuriſcõſultus domi deliberat, comminiſcitur, qua lege agas præſcribit in ocio. At ſimul atque Orator in forum deſcẽderit, erunt quædam citius diluẽda, quàm cogitanda: adde etiam, quod cogitatio illa adfert cauſæ neſcio quid detrimenti, dum iudici fit doli alicuius ſuſpicio. Subito autem quæ dicuntur, ea putantur veriſſimè dici, atque etiam ex animo.